




Faint handwritten notes at the top of the left page.



Handwritten numbers '2' and '20' on the left page.



R. 1429

COMMENTARIUS
IN LVCAE PRIMVM, ET
SELECTIORA LOCA CAETERORVM
EVANGELISTARVM, CON-
NENTIA GLORIAM VTRIVSQUE
IOANNIS.

OPVS PANEGYRICVM.

PER P. PAVLVM ROTERIGIVM
Bracharensẽ, è Societate IESV Theologum, Coim-
bricæ primum, in Eborensi deinde Academia
sacrarum litterarum professorem.

202.

*Es de la Orden
Canonico de*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. L. C. 80 N. 8.



CON PRIVILEGIO,

EN PAMPLONA, POR CARLOS
de Labayen. Año de 1642.

ILLVSTRISSIMO

DOMINO D. RODERICO A CVNHA

Bracharensis Ecclesiae Principi ter maximo, & Hispaniarum Primati dignissimo.

Paulus Roterigijs aeternam felicitatem.



De Hispaniarum amplissimum, dignissimumq; Primatem nouitium hoc opus, natum apud me prima fortuna merito proferat, quadrigis albis euolat feliciter: cui enim libentius offerendum opus de duobus Sacrosanctae Ecclesiae Primatibus, videlicet, Ioane Baptista, & Euangelista. Huc etenim totius Asiae diuinum Primatem fuisse, quis nesciat? Illu vero sicut Patriarcharum finem: ita Apostolorum primu, caput, & Principem meritissimo dixerunt S. Theodorus Scudites, & Cardinalis Petrus Damianus. Opus igitur de duplici Primatu, alterum suo iure postulat Primatem.

Prima etiam mei ingenij (si quod est) spes, primus meorum studiorum fructus, & primitiae primum inter Hispaniarum sacros Praesules, patronum exoptabant, Primum inquam, non solum dignitate, & Sacrae infulae alto honore: sed praeclearis animi dotibus, cum quadam morum suauitate coniunctis, Maiorum fumosis, & idcirco illustribus imaginibus literaru elogio, ac deniq; praeclearis meritis. Et quod magis mirandum: in tot laudu segete amplissima ab ijs modestè abstines, & silentio celas, quae caelum vsq; te euehant.

Nam cum in eruditissimo Catalogo, quem de Portucalensibus Episcopis eius Ecclesiae magno bono, & splendore edidisti, tuorum praedecessoru generi, & egregie factis historiae face, ac illustri laudum praconio preluces. Quae profecto iacerent in tenebris, nisi tuae Commendationis, & scriptorum lumen accederet, porro cum te ultimum recenseres, & velut in extrema meta sisteret tantorum Praesulum per tot annorum fastos deducta series, obstupuit Pontificia dextra, cecidit calamus, vix proprio, ac parentum nominibus exaratis. Cum posses multa dicere, saltem de illustrissimis tuis progenitoribus, quae sine piaculo tacenda non fuerant. Verum dum tuus propriae laudis contemptor animus hanc illis, & tibi ipsi gloriam inuidet: non sine magno incremento eadem gloria te consequuta, seu prosequuta est fugientem.

Num. 12. n. 3.

De se ipso locuturus Moyses, paucis ita absoluit. *Erat, inquit, Moyses vir iustissimus super omnes homines.* In Hebraeo habetur. *Vir ille.* Apud septuaginta. *homo ille.* Quasi non de se, sed de alio loqueretur. Eodem modo, ac more, quo Christus Dominus omnium virtutum exemplar singulare raro de se ipso, nisi tamquam de tertia persona loquebatur. *Filius hominis.* Obseruandum vero cum Ruperto, quum Moyses suum nomen, & laudes tanta breuitate perstrinxerat, Deum in eadem longius expatiatum esse. *Audite, inquit, Sermones meos, &c. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei: & palam, & non per ang-*

Videatur Cur. 6. Laureca 26. n. 114.

Vbi supra ver fu 6.

meta

Rupertus lib. I. c. 34. in Numeros.

mata & figurat Dominum videt. Magno certè verborum ambitu Moyſis laudes, ac nomen Deus amplificat, quas ille vno, vel altero verbo parè comprehendat: Sic etenim fit, vt quantum quis de ſuo nomine detrahit, tantundem, atq; eo amplius Deus apponat. *Suppleui ergo Dominus de Moyſe* (aptiſſimè in rem noſtram concludit Rupertus.) *Quod Moyſes de ſe ipſo minus dixerat.*

Ita profecto, ita tibi, Illuſtriſſime Roderice, contigiffe animaduerto; dum enim de te ipſo, & tuis laudibus, nec verbum quidem ſcribere reformidas: ſcriptorem, & laudatorem egregium tibi conceſſit ille, qui ſolo nutu omnia moderatur: vt ſuppleret de Roderico, & eius illuſtriſſimis parentibus, quod Rodericus de ſe ipſo, & ſuis progenitibus minus dixerat: imo proſus tacuerat. Nā illuſtriſſimus Dominus Iacobus Lupus Soſa, Mirandeniſis comes, & Portucalenſis Cōuentus præſes, iuſtitieq; Reſtor integerrimus tua ſingulari modeſtia laeſſitus encōmiatica edidit epistolam, in qua tua, ac Maiorum tuorum encōmia ex fide propalauit. Illuſtre ſanè præconiū, quod Auctor ipſe, & illius Scopus, materieq; maximè cōmendant. Grande opus, ſi ad hæc ipſa reſpeciamus. Exiguū tamen, ſi tua merita æqua lance æſtimemus.

Predictum Comitem, quem alij honores, ac tituli, regiaq; munera iā diu querunt, ex parte imitari placuit, ac ex tuarum laudū refertiſſimo, diuiteq; penu aliqua depromere, & hinc attexere encōmia: vt non tantum intra Luſitanæ ditionis terminos contineantur, & ijs, quibus patrius ſermo familiaris eſt, ſolum innotescant, verum, exteris etiam nationibus Latino idiomate prodantur: longè, lateq; euagentur, nec tamen ſine auctuario; nam predictus Comes in tuum honorè laudeſq; plurimus, & ſtudioſiſſimus plura tuæ laudis argumenta ex Indicis Annalibus explicatus, vt veteribus nitorem adderem, mihi ſine inuidia communicauit.

In primis igitur taceo, ſanguinis clariffimam progeniè Acunios, ac Syluios attinentem; per tot enim ducta viros antiquæ ab origine gentis Genealogia primariam, & antiquam Hiſpaniarum refert, imo condecorat nobilitatem, parum dixi: Hiſpaniarum Reginam ipſam, ac Dominam noſtram, fratremq; Chriſtianiſſimum Galliarum Regem à Cugnarum illuſtriſſima familia originem etiam trahere à locupletiffimo teſte accepi: quem vt Delphicum * oraculū de hac re conſului. Taceo, inquam, quia publica tabularia loquuntur; recentia depromo: vt pote tibi propiora, & idcirco magis propria.

Quatuor ſupra quadraginta annos Dominus Petrus Acunia (agnosceis parentis hoc dulce nomen, & illuſtre cognomen) ſuo Regi, Regno, ac patriæ indefeſſo ſtudio, maioribusq; diſtentis curis egregiam nauauit operā. Et, vt eius militiæ tyrociniū apud Tingitanam arcem feliciter, ac fortiter poſitum ſub D. Aluaro Abranchio prætermittam. Illud profecto eius bellicam virtutē, & in rebus arduis prudentiam maximè commendat. Quod vbi maius periculum ab hoſtibus timebatur: illuc a Rege ſuo euocaretur, vt timore percuffis animos adderet, ac præſidia. Nam vbi non incertus rumor ſparſit. Xariſium potentiſſimum Mauritanie Regē magnis ſumptibus, ac bellico apparatu exercitū coegiffe, vt contra Ruſibile portum (vulgo dicimus Azamor) proficiſceretur, & ad expugnationem vſq; obſidione premeret; Rex Ioānes hoc nomine tertius certior factus à Præſecto D. Aluaro Abranchio, primum noſtrum Acuniam ad eam arcem, tamquam ſacram anchoram, deſtinauit; inde ad Carcennæ coloniæ arcem, (Maſtagam, ſiue Mazagam dicunt) paulò poſt redire iuſſus: quia ibi hoſtium aduentus indicijs non dubijs propediem expectabatur.

Nec Africæ tantum confinio (quæ fatiſ olim Scipionibus fuit) eius virtus poſuit contineri. Iam dudum Aſia (Luſitanæ gloriæ, & honoris amphitheatrum) illū inuiderat; cum rumor de Rumibus, nuntiuſq; de inſtructiſſima, & copioſiſſima claſſe, quam Turcarum Imperator Otomanus ductu, & auſpicijs Solimani Egypti præſidis (Baxa nominant) in Indiam contra Luſitanorum potentiam armaue-

Acunio rū nobilitas qualis, & quanta.

Domini Petri Acuniae virtus militaris in Africa.

Eadem in Asia.

rat

* R. P. Fr. Antonius de Madureira ex facra Prædicatorū familia.

rat, ex Africa in Aſiam D. Petrū Acuniam cum Prorege D. Garcia Noronia exiit, euocauit, ac veluti ad Triarios res rediret, vt Oriētis imperium eo præſidio ſubnixum, ſtaret inconcuſſum, haud iuueniliter exultantem remiſit.

Noronia ſucceſſor deſtinatus eſt magni illius Ducis, & æterno famæ præconiō digniſſimi Nonnij Acunię, qui decennium Indiæ feliciffimè, & gloriouſſimè præfuit, & te etiam conſanguinitate contingit. Nam vaſcus ille Martinius à Cunha Engejæ olim dynaſta Ioanne I. in Luſitania regnante (à quo vno velut ſuculi ex generoſo caudice Oſſunę, Eſcaloneq; Duces, Bomdięſes comites, alięq; Hiſpanæ, ac Luſitanæ gentis familiæ pullularūt, & effloruerunt) tibi Roderico Eccleſiaſtico Primati, illiq; Nonnio in armis Principi atauus eſt. Tibi medio ſecundo genito filio Stephano Soario à Cunha: illi vero ratione filij alterius, qui Gillius Vaſcus à Cunha dictus eſt. Sed iam illuc, vnde digreſſa eſt, redeat oratio: quam tamen nō exorbitaſſe crediderim.

Agebatur tunc annus à Chriſto nato ſupra ſeſquimilleſimum trigeſimus octauus, cum in Indiam Pater tuus D. Petrus à Cunha ſoluit ſimul, & eadem nauī cū præfato prorege. Eum vero dum Goano in portu ad ſubſidium incluſis apud Diū ferendū, reliquam ornat claſſem, ſubſidiarius cum alijs Ducibus præcurrit Acunia. Et celeriter, nec ſine hoſtium trepidatione Dienſis arx liberata eſt obſidione, quā diu contra Cambæam potentiam, & quod gloriouſius eſt, cōtra Turcā paratiſſimum, & exercitatiſſimum hoſtem in ſumma propugnatorū inopia præſectus arcis Antonius Sylueria ſtrenuiſſime cum totius pæne terrarum orbis admiratione ſuſtinuerat. Alijs etiā rebus, quæ per id tēporis actæ ſunt, auſpex feliciter interfuit.

Garzia autē Prorege intra ſeſquianū honore, & vita perfuncto, cū Prorege Stephano Gama, qui è regio chirographo ſtaticū ſubſtitutus eſt, ad Arabicum fretū reſta cōtendit, vt rubri maris faucibus nouo auſu ſuperatis inaccessa Luſitanis claſibus loca perluftraret. Et Prætorē præclara molientē inſequeretur: nam ſubductas ad Suezū Mahometanas triremes, ingenti cū Turcicæ rei detrimento cōburere deſtinaret. Liburnicę, qua vheebatur præerat Bernardinus Soſa, illuſtri cognomēto, & egregijs facinoribus parto, (quod Maiores hoſtibus terrori eſſent) Diabolus; frater is erat Iacobi Lupij Soſę, Diaboli etiā, qui multis rebus præclare geſtis Luſitani regni habenas felicibus auſpicijs olim tractauit. Vtroq; verò patruo gaudet alter Iacobus Comes, quæ honoris, & grati animi ergo ſupra nominauimus. Et nec tantū nomine, & cognomine, ſed factis etiam refert. Prædicti verò Bernardini Cōtubernio familiariffimè tūc vſus eſt, vt quaſi hæreditariū videatur amicitie vinculum, quod inter hoſce Soſas Acuniaſq; intercedit.

Prætorē igitur Suezium vſq; comitatus eſt, dum in Arabē, ac Saracennū iras effunderet, totamq; fere oram eius ſinus nullo obuiam ire audente late vaſtaret. Sua quenū Inſulam olim Aſpidē militibus diripiendam traderet, poſtquam Inſulani Regis caſtra in cōtinenti velut in tuto locata poſitus eſt. Et Philoteris (ſeu vt alij maſunt Myoſhormon) hodie Alcoceris portū, per antiquam, & ditiffimam urbem incenderet. Eademq; fortuna antiquam Elanā, ſeu Torū premeret, niſi Sinaitæ Monachi ſub magni Baſilij regulari inſtituto degentes precibus impetrarent, vt vrbi parceret. Et tēplo quod inibi cū Cenobio in Beatiffimæ Catharinæ honorem ad radices Mōtis Sinai, vbi ab Angelis Diuæ, Virginis, Martyres, & Doctricis eximia manibus parentatum eſt, crexerant, & religioſe colebant.

Ad memoriā verò nulla vñquam obliuionis caligine obſcurandam, & quaſi monumentū tam celebris expeditionis, quam poſteritas fabuloſæ illi Argonautarū in Colchos ſub Iaſone ad vellus rureū auferendū, iure anteponendā duceret: Prætori placuit in eius tēpli ſacello nobiles illos Heroas, qui ſe comitabatur, equeſtri ordini, velut rude donatos, ad ſcribere. Qua vna de re magnus ille Ludouicus Ataidius ſemel atq; iterū Indici imperij pro Rege moder. tor, & Atougueniſis Comes, quod etiā ibi equeſtrem illū ordinē ſuſceperit, maximè gloriabatur; nec mi-

In India cū Prorege Noronia profectus.

Mare Rubrū cū prætorē Gama perluftrat.

Ludou-
cus Coe-
lhp Bar-
buda li-
16. de
militari-
bus Lu-
sitaniae
expedi-
tionib9

noni plausu cōmunis lētitiae testibus instrumētis bellicorū tormentorū explosione, ac festiua acclamatione peracta res est. Glorietur etiam Illustrissime Roderice Pa-rens tuus D. Petrus Acunia, qui in eadē celebritate felici augurio eques inaugura- tus est simul cū Christophoro Gāma Comitto plures alios. e primaria nobilitate viros) Prætoris patre, qui postea dū afflictis Abasinarū rebus opē ferret, gloriosam mortem oppetijt. Et Abasinae Imperator Claudius ad Indiae Prætozem datis literis Christi martyrem, non dubitanter appellat.

Prædictū etiam Stephanū Septentrioni subiectam oram legentē sequutus est. Et nē multus sim in dicendo, consilio, manuq; proptus ad præclarū quidquid, ar- duūq; est aggrediendū Lusitanis ducibus stimulos, & auxiliarem opē semper adhi- buit. Vnū potro, vt eius consilij, prudentiaq; Militaris industria palā fiat, silere pi- culū duxi. Nam memoriae proditū est, in Ternatensī instauratione suis militibus edixisse, vt simul ac æneas ballistas applicitis à tergo igniculis exoneraret hostis, in- terrā cadentes paulisper humi cubarent, nē cōtortis, iaculatisq; cū horrendo frago- re ferreis globis, miserē trucidarentur, & prosternerētur inuiti. Nec profecto *turpe solum terigere mento.* Sed prudēter cecidēre, nē caderent: ruere visū sunt, vt acrius in hostē irruerent: illi cedere, se simularūt, vt ruina elati vincerēt gloriosē. Aded præ- stit prudens ducis experientia, vt ea deficiente, leones licet feroces deficiant, parū valeant: ea verò adiutrice, præualeant imbelles, columbæ.

Quinquennio transacto Regis imperia, & regni suspiria Lusitano solo, ac cælo illū redonarūt Orientis spolijs onustū, & magis militari gloria, (quæ potior est ge- nerosi animi adorea) quam gemis, auro, peregrinaq; merce locuples in Patriam re- mçauit. Familiaribus, vrbaniq; salutationibus, ac gratulationibus pro felici reditu vix satisfactū, cū ab amicorū amplexu iterū in Africam diuellit, vt Alcaffari præ- sidio foret: cui timebatur à famosissimo prædone Aenobarbo cognomine (Barba- ruffam vulgo dicunt) cuius triremes classarijs, & epibatis instructe apud Mafsi- liā hybernarāt. Hostiū verò aduētus Duci Petro Aluari Caruallio in votis fuit: quia victoriā præfente Acunia certissimē sibi, ac suis spondebat. Quid referam, quanta sollicitudine, & industria Seinali muniēdo præsto fuerit? quam perdius, ac perniox operis instaret; namq; plura alia, & maiora quidem dicentem interpellant.

Iam quinquagesimus prædicti sæculi agebatur annus, cū Rex triremibus, & toti classi, quæ Algarbientem orā tutabatur, cū summo imperio præfecit, quod sane mu- nus septē annorū spatio strenuē pariter, ac feliciter administravit, magno Portuga- liae bono, & Mahometanę gentis clade. Hoc eis illata dāna, nostrāq; victorię lau- reatis glorię trophæis æternitati cōsecratis attestantur. Prælia nō pauca toto sep- tennio cōmisit; omnia tamen memoratu digna, & prorsus admiranda. Quis enim nō miretur, quatuor tantū triremes bellico apparatu non admodū potētēs Turcarū duplicata nauigia, octo scilicet omni armorū genere paratissima subegisse. Miran- tur profecto posteri opima spolia suspendentē cū in Regis Ioannis Tertij Chroni- cis legūt, cū Xaramete Arraizjo octo nauibus imperante cōgressum, haud leui cer- tamine profligasse, viuūq; cū plus nonaginta Epibatis, & Turcico milite, ac tribus nauigijs cepisse: reliquis nauibus in fugam actis, sed pauld post submersis: cū impe- riosius æquor, armamentis, ac magistris in prælio amissis, durare non possent.

Mirantur etiā cū audiunt, eo tempore, quo Regni Algarbiorū oram maritimam lustrabat, plus quadringentos Turcas captiuos fecisse, pluribus trucidatis. Et infi- nitam propemodū Christianorū bello captā multitudinē, ex hostiū manibus in li- bertatē toto auro pretiosiorē, asseruisse. Tandē omnes quos cū eo belli aleā expe- riri, vel volūtas, vel necessitas cōpulit, expugnauit. Nec strenui duces pugnā detre- ctabant; cū vincere gloriosissimū, & vinci nō indecorū, ac tali dextra cecidisse pul- chrū existimarent. Na audere solū cōtra tantū Achilem stare, satismagnum, & ho- norificū sibi fore credebant: vt prædictum Xarametē nō semel dixisse accepimus.

Subinde præfecit Rex classi, quā in Belgiū destinarat, vt præsidio esset onerarijs

nauis-

Horati9
car. lib.
2. od. 7.

nauibus, quæ Indica aromata portabant tanti pretij, vt aureū millionē valor excede- ret. Pluris tamen æstimanda præclara opinio, quā regius animus de Acunia nostro cōceperat: & datis ad eū literis, cū hanc prouinciam illi demandaret, testatus est, disertis verbis affirmans, à se electū, vt hoc munus obiret, eo quod multū eius vir- tuti, prudentiaq; fideret, & rē suam cuiuscūq; alteri male cōmissam crederet eo tēpo- re, quo Occidentale Oceanū piratarū crebris latrocinijs infestari, nō incertis nū- tijs cognouerat. Nec Regē sua scellit opinio; cū enim Lusitana classis sæpius in ho- stiliū nauū conspectū veniret; auidos tātæ prædæ animos hoc vnū coercuit, quod scilicet Lusitanæ classis Duce D. Petrū Acuniā esse animaduertent, quia tantū Du- cis sola fama robur animi ad inuadēdū hostibus infregerat; victoriæ spē omnē pror- sus ademerat; quāuis nauū robore, bellico apparatu, & numero superiores essent.

Post hæc Septæ vrbis gubernationē regnante iā Sebastiano suscepit, quam per integrū lustrū tam feliciter administravit, vt indigenæ suos agros sererēt, fructusq; perciperent, hostiliū incurfionū vnice securi, quali alcionijs dies toto eo quinquen- nio semper essent. Et quāuis sæpissime Teruanus Dux a gmine facto viarū anfrac- tus omnes insidiosē pertentaret, ac exitus obsideret. Nūquam maius damnum infer- re potuit, quā vnū ex eius speculatoribus occidere: & duos in seruitutē redigere; cū tamen infinita propemodū esset Maurorū multitudo, qui frequentibus in cōgres- sibus trucidabantur, ita vt per agros sparsa, inhumataq; eorū cadauera passim iace- rent. Tot etiā captiui in Lusitaniam mittebantur: vt Oulipone vulgo circūferretur: Petri Auspicij ē Mahometana gente captiuorum tantam multitudinē illū cūce- tam, vt meritō Lusitani homines seruilis cōditionis de eo conquererentur, herum, cui suam locarent operam, & à quo alerentur, se non inuenire.

Septæ intentus gubernationi, quasi alta ex specula reliquis Africae locis in Chri- stianorū tutela positus; suo cōsilio, & crebris admonitionibus prospiciebat, omnium, quæ in Xariij curia gererētur per Coriceos, & occultos exploratores maxime cōf- cius. Quamobrē Castellæ Rex Philippus, prudēs dictus, ad eū datis literis grātū se fore profiteretur: quod hisce prudentibus consilijs, & vigili cura magno emolumen- to fuerit suis Ducibus ad tuendas arcium munitiones contra Mauros excitatas (quas fronteiras dicimus) destinatis. Vnde frequenter accidere solebat, vt vel Christiani vincerent, quoties aperto Marte pugnabatur; vel insidiosi hostium conatus, frau- desq; præuentæ incassum abirent irritæ, cum non virtute, sed dolis, & fide Puni- ca vincere posse confiderent.

Talem foris, & militiæ se gessit D. Petrus Acunia; verum domi, & in pace de republica quam benemeritus publicæ vtilitati inuigilauit. Senatorijs, & consulari- bus curis Regiæ ciuitati prouidentissime consuluit, & præses constitutus à Rege temporarij, sed plane regalis iurisdictionis (vulgo dicimus alçada) quā exerce- ri pro causis capitalibus per Beirensē, Interamnem & Transmontanam Prouin- cias imperauit: quamuis auidæ bonorū omnium spei cumulatissimē respondit; præ- donū latrocinia compescuit: siccariorum audaciam repressit: potentium superbæ licentiæ frāna iniecit: pro Viduarum, ac miserorum reorum causis sollicitū patro- num egit: fontium suplicia, vt Iudex integerrimus modeste tamē exercuit: ac Cen- soria seueritate cū humanitate cōiuncta in perditos ciuiū mores animaduertit.

Mitto deniq; supra Ouliponensem militem imperatoriam præfecturā, in qua administranda vltimam vitæ periodum cōfecit, nō propriæ, sed publicæ: nō priu- atæ, sed cōmunis vtilitatis studiosus: non sibi, sed reipublicæ natus. Hinc illud Seba- stiani Regis desiderium, ac votum; nam per Epistolam gratulatorijs, & honorificis verbis plenam, cū hanc prouinciam eius scapulis imponeret, optare se summopere, testatus est, vt multi D. Petri Acuniæ reperirentur, quibus tantum magister esse po- terat, & exemplar. Hinc ille strenuus æque, ac diuitiarum contēptor animus; nullū enim aliud præmium tot laboribus, & egregie factis debitum à Regibus, quorum obsequijs emancipatus erat, accepit præter ipsam virtutē, quæ sibi met pulcherrima

* 4

merces

merces est: & singularē animi voluntatem, ac voluptatem, qua dum patriæ, ac sue Regi nauaret operam, afficiebatur, suorum Maiorum sequutus exemplum.

Alexandro in Persas expeditionē parēte, Orphei statua in Pieria cōtinuo sudasse fertur. Varia fuit vātū de hoc prodigio sentētia. Aristander vates eximius, Alexandrū bono animo esse iussit: significari pronuntians, cuiusvis generis Poetas in Alexandro, eiusq; rebus gestis describendis, ac decantandis magnopere elabaratos. Ne tibi superbē plaudas Alexander Macedo, aliū Alexandrū nostra edit Lusitania. Et eō digniorē, quo magis diuitiarū, ac prēmiorum cōtēptorē animum gerebat.

Hic vir, hic est, quē tibi patrē natura cōcessit; hunc tot laudibus dignum illaudatum reliqueras illustrissime Roderice. Verum, prāter eā, quā supra recēsi, tuæ taciturnitatis causam, aliā mentē subeunt; quia scilicet Lusitanæ gēti, cui illud opus cōcinnabas, nihil eō viro notius: ita vt noctuas Athenas, qui laudaret amplius, ferre videretur. Deinde, quid opus erat, arborē laudare, quā fructus tā egregius cōmēdabat. *A fructibus vortē cognoscitur eos.* Incarnatæ, & increatæ veritatis sentētia est. Ex te igitur, quē prāsentē cernimus (& faxit Deus, vt diu liceat intueri) velut ex generosa propagine generosum parentē colligere, procliuē erat. *Fortes enim creantur fortibus, & bonis.* Nō nisi ab aquilis progengeratur aquilæ: & parētū virtus in filijs pullulat, adolescit, propagatur. Ex te, quē veneratur indigenæ, miratur exteri. Ex te, quē virtutes exornant, tot merita extollunt; nā, quæ diuisa beatos efficiunt, collecta tenes. Vsurpari frequēter ab Encomiasticis istud encomium, non me latet. Verum, quia alij eō abutuntur, non ideo sordescit: nec giganteæ moli vestes adaptandæ, si pōmilionī induantur, decrescunt.

Age ergo, & vel inuitus paulisper ausculta: seu posteritas, dū aures cera humilitatis obdis, auscultet, quæ in vestibulo breuitatis inuolucro teximus: & nunc data occasione aliqua ex parte euoluere contēdimus. Et hæc omnia, eo sunt gloriosiora: quia proprio labore, & industria parta, non hæreditario iure accepta.

*Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.*

Bene pronuntiat Vlysses. Pulchrē Tragædiographus. *Qui genus iactat suum.
Aliena laudat.*

Suffragatur Plutarchus. *Pulchra quidē est nobilitas, sed maiorū nostrorū id bonū est.* Ac prōinde non solum magis propria, sed propriissima merita iam depromo.

Palladijs adscriptus castris, ac deditus negotijs ingenij haud segniter excoluisti. Mirū sane, quantū profeceris, seu lucratus fueris in hoc literario ludo. Eo in stadio semper victor doctoratus insignia nō adeptus solū, sed promeritus. Tuæ singularis eruditionis diuitē supellestilē in vulgus editi, & euulgandi attestantur libri. Princeps tui ingenij fatus, & quidē felicissimus, extat pro explicando statuto Pauli V. Pōtificis Maximi cōtra sceleratissimos Confessarios (Deus talē à Christiana Rep. pestē auerrat. sollicitantes fæminas in sacramentali cōfessione emissos: in ijs quæstionibus vtilibus æquē, ac difficilibus extricandis floreo, ac gēmanti stylo (florētis ætatis indicium, & fructus vberissimi ingenij erat) nō vulgare de neoterico doctore cōceptā opinionē superasti: maturitate iudicij longā experiētiā, quæ nisi post annos, & canos venit, anteuertisti: ac perspicacis ingenij acumine multa præuidisti, cōsequētiarū filo deducens, & docēs, ea ad hæreticæ prauitatis Quæsitores pertinere, quæ vel lynceos oculos effugerēt: at Sedis Apostolicæ sessor, & Ecclesiæ supremus Doctor postmodū probauit. Vt in motu proprio à Gregorio XV. super hac re edito videre licebit. Secūdo loco prodijt opus de Iobilgo doctissimū, ac suo authore dignissimū. Tertio historicus Catalogus Portugalēsiū Episcoporū, cuius initio me minimus. Quartū locū sortiti sunt eruditissimi Cōmentarij in 1. p. Decreti Gratiani. Quintū tractatus de primatu Sedis Bracharēsis, quæ abhinc tot annorū secula te ipsum auidissimē expectabat, a cuius sciētis lumine lucē, & splendorē se accepturā prælagiebat, vt pote à tātæ dignitatis vindice, & assertore clarissimo. *Eadēq; a te*

obnixē

obnixē postulat, oratq; vt quē iā dudū meditaris Catalogū Bracharēsiū Primatū, in lucē proferas: ne tot Heroū, ac Sactissimorum Præfulum nomina, & egregia facta lethæis immerfa aquis indignē recōdātur, & nostro magno detrimento delitescāt.

His sciētis luminibus, quæ animi præcipua decoratur facultas, prudētia singularis ornamētū, quod etiā ad intellectū pertinet, adnecto. Prudēs tamen omitto, quales huius virtutis specimen iā inde à crepundijs dederis. Insigniora illius documenta accepimus. Cū primū ad sacrosanctū pro rebus fidei erectū, & integerrimū tribunal allectus es, cui per octo annos assessor, & quæstor adfuisi magno Christianæ Reip. bono: fideiq; Orthodoxæ nauiculā dirigēdo, ne ad hæresum scopulos impingeret, prudenter instans operi desudasti. Nam teste Ambrosio. *Non turbatur hæc nauis, in qua prudentia nauigat, abest perfidia, fides adspirat.* Hæc tua prudentia, non filij huius sæculi, sed filij lucis (quæ tamen ab illa Euāgelij cōmuni regula, vel ipse legislator exciperet) satis perpecta, & cognita fuit Regi Philippo pijsimo, ac potētissimo, Quia propter Censoriā potestātē in aliquot scelera pestifera cōtagione serpenia tibi cōmisit. Et in ea quæstione habenda sic publico bono consuluisi, vt mali radices prorsus auelleres.

Ad eas animi dotes, quæ in volūtate sedē posuere, ac virtutū proprio nomine nobilitatur, gradū facio, venerabūdus accedo. Nā hac vna maxime de causa *te in excelssimo Christianæ perfectionis fastigio pestifera* (Plinij verbis vtor ad Titū Vespasianū suū) *religiose adiri etiā a salutaribus seruo.* Scio etiā virtutes omnes tā illustri gloriari hospitio, (dictū corrigo) nō iā hospitio, sed domicilio. Iure tamē gloriatur, & si fas est dicere, quodāmodo Superbire videntur: seu, vt religiosus dicā, exultant, triumphant. Etenim si cū nobilitatis claritudine virtutū sanctarū splendor cōiungatur, nescio quid magis præclarū, & excellentius apparere solet. O beatā, & paucis cōcessam felicitatē. Illustris nobilitas virtutū splendore in te magis illustratur, & præclara virtus ex gētilitæ nobilitatis cōfortio nō parū cōmendatur. Singulas, quid referā virtutes, profecto singulares? Vnā tamē, quæ in Ecclesiæ Prælato præcipua est; quo piaculo taccā? Scilicet erga pauperes misericordiā, & ad eorū miseriam subleuādā profusam eleemosynarū largitionē. Hæc enim erat amissa iā propria charitas Episcopi Ephesini, cum quo Christus expostulat, *Sed habeo aduersum te pauca, charitatem tuā primā reliquisti.* Nā, in eo peccarat Angelus Ephesi, quod eleemosynas minuisset, & parū cū pauperibus, & indigentibus de suis facultatibus infumeret. Itaq; cum antea hic Episcopus per eleemosynā effloruisset, iam tunc relicto eleemosynarum faciendarum studio, quodāmodo aruerat.

O tē, & amplius beatū Rodericū, quē diuini oraculi cēsura minimē notaret, nec redargueret admonitio. Prò Deus immortalis gregē tuę cōmissū curæ, quā libera liter, ac laute semper pauisti: misericordiæ opera, quibus tā corpori, quā spiritui subuenitur, quā impigrē, & impēsē nullis expēsis parcēs exercuisti. Te pastore, ac præfule querēdi locus nūquā fuit egestate paruulis, & abiectis hominib;: qualē querelā pro cis protulit Ieremias. *Paruuli petierūt panē, & nō erat, qui f. ager et eis.* Sacræ doctrinæ panē animas reficientē, qui frāgeret, nō defuit vnquā gregi tibi cōmisso. Spirituibus necessitatibus pro tua singulari sollicitudine circa animorū æternā salutē semper prouidisti; cum non per alios tantum Vicarios, siue visitatores, quibus hanc prouinciam demandares: sed ipse Solis adinstar diæcesanos terminos, orbemq; circumeas præsens inuisas, vt tuæ lucis radijs illustres, foueas, & ad meliora promoueas vitiorum luto, quo volutabantur, prorsus exsiccato.

Hæc de misericordiæ spiritualis operibus attigisse satis sit; de corporalibus, & præcipuē de eleemosyna aliqua prælibemus; plura nāq; de hac re exēpla, quæ tua erga pauperes liberalitas abudē suppeditat, breuis hæc pagina nō capit. Eū telluris tractū, quē à Lōcobriga nominant (vulgo dicimus terra da feira) cū perlustrares, tam profusa largitione pauperū necessitati subueniri iusseras, vt exhaustis loculis, nihil quod in egenos erogares, reliquū esset; at deficiente crumena largiēdi ardor nō defecit

lib. 4. in
Luc. c.
5.

Luc. 16
n. 8.

Eius nobilitas
virtutibus
condecorata.

In pauperes
liberalitas.

Plinius
in præfat.

Vide
Arethā
apud
Viegas
ibi.

Marc. 7.
n. 16.

Ouid.
lib. 13.
meta.

Seneca
in Hercule
fugiente.

Quæ D.
Rodericus
opus
in lucem
edit.

fecit. *Miser artis ingenij, languor* extitit in ea inopia pauperum amor. A Vicario tuo is opus postulavit, ne ad largiendum argenti copia deesset: suavitatem, ut multa Ephiippiaria, qua vchi consueverat, emptori forte, vel potius non sine numine oblatum vendere non dubitaret: ac pretium tibi munus daret, quo pauperibus protinus, ne die perderet, opitu laretur. Orem admirationem omnium dignissimam! O egregium Episcoporum documentum! O Ecclesiasticorum reddituum dispensatorem fidelem! Egenum te reddidit egenorum cura: emendicare coegit, ac debitor effectus, emedicantium amor, & sollicitudo. Et ut de Augusta Brachara aliquid dicam. Hic exultat illa tua immensa in pauperes, non annuaria tantum, sed mensura, sed quotidiana largitio: quae facit, ut te, quocumque, ire pergas, egenorum plebs turmatim sequatur: quorum tu oculos oculis, voces vocibus, manus denique; vagas plenis manibus consolaris. Pauperes igitur te Patrem amant: dicunt viduae, Virgines, adolescentule parentibus orbae, vel dote, quas domestica suppellectili, cum nuptui dantur, liberaliter ditas, nec indotas esse finis, agnoscunt: diuque; superstitent sollicitate optant, obnixè supplicant. Et licet in omni virtutum actione admiratione dignus appareas: hac una in re multo admirabilior occurris, & nulli secundus: quin potius, ut Primati suo primas omnes prelati deferunt, superiorem agnoscant.

Nec tantum tua profusa liberalitas egenorum miseria, misericordia procurate, subleuabat: sed etiam loca Deo sacra, quae tua est in Deum religio, facta, te etiam; semper habuit. *Sub quo delubris sentitur nulla senectus.* Amoenis templi Sacellum maximum id attestatur: quod magnis expensis sic exornasti, ut reces edificatum videatur. Illud tandem subductis rationibus certo copertum est, per triennium, quo illi Ecclesiae praesuisisti, plus in Episcopatus commodum expeditisse, quam annui redditus ex eo munere percepti aestimari possent. Iam vela colligo, tuarum laudem Oceanum non ultra sulcaturus, ne tibi molestus esse pergam, cui morigerari debeo, multis debitor nominibus: praecipue (praeterquam quod meos auxeris, honoraueris) quod me tui fauoris aura benigne afflauearis, ut huic operi ultimam manum adderem: & in lucem edere non formidarem. Prodit igitur sub tuo nomine, ac numine nostrum hoc opus: sub tua luce lucem videt. Hoc Patrono causam dicit, nec illa cadet, quoties accerrimi iudicij aleam subire compellatur. A criticorum vngue, cesorum obelo, gelastorumque, fugillatione sub hac tutela tutum se fore credit: nec se vana spe sentiet delusum. Eam tamen Lyrici Poetae cantilenam gratulandum animo identidem repetet. *Quod spiro, & placeo, si placeo, unum est.* Non me fugit, plures e Scriptorum choro ad commune, sacrumque; asylum confugisse; & sub tuo patrocinio sua scripta publicasse. Quis enim te bonarum artium Mecenate nesciat: quis non quaerat, & veneretur; Tiresia cecior, qui non videat, existimabitur. At illi cedro digna locuti, cothurnata opera, quae scobris tunicas molestas nunquam dabunt, & ideo tuo conspectu, ac splendore digna condiderunt Verum, quae tua est benignitas, hoc licet tenue opus rogatus non aspernaberis. Supplex ergo hoc, quaecumque; est, donarium offero: tuis leuandis munus impono; nam, *& mole tantum, salsam litani, qui non habent thura.* Ut pulchre dixit naturalis author. Oro etiam obnixè, cum Poetarum principe, in re non absimili.

Hanc sine repara circum.

Iner vitrices hederam tibi serpere lauros.

Hederam fateor, tenue scilicet, debile, & ingenij robore destitutum opus, qua meum est, tibi dedico, consecroque; at ubi primum errabundo lapsu hunc felicem parietem complectetur, serpet, virebit, & in Appollinarem lauream mutabitur: nec solo nomine laureas te xemus utriusque; Ioanni, quod operis argumentum est, gradiori certe dignum cothurno; sed quauis materiam opus non adaequet: ne dicam superet: quod nemo non frustra conabitur: at opus ipsum materia non parum commendat; & hac una de causa tuum conspectum subire non veretur. Laureato proinde curru vectum utrumque; Ioannem, duo praeclearissima Empyreum lumina, Caecolumque; delicias tibi sisto; & tu quid bene de ipsis merui, roto animi conatu precor, ut te incolumem diu seruent, foueant, amentque;. Hoc commune, votum est: id nostra Societas, quam summo opere diligis, imprimis optat: tua Brachara Augusta postulat; tota Lusitania cupit; pauperes orant; & boni omnes adprecantur. Vale. & praesidium, & dulce decus meum: imo commune.

Insigne liberalitatis exemplum.

Quid. lib. 2. F. est.

Horat. Carmin. lib. 4. ode. 3.

PROLOGVS AD LECTOREM.

QUAE me Conimbrica primum, Eborae deinde doctorem rationes mouerint, ut inter maiora, & antiquiora D. Matthaei commentaria, annuum adijcerem ad scribendum etiam de Sanctissimis duobus Heroibus Ioanne Baptista, & Ioanne Euangelista, tibi studiosè lector per paucis aperiam. Nouerim mea natura conditione damnata iam olim capitaliter, & paradiso in exilium expulsam, praecipitata à Regno, & à Rege, cuius iram meruit, longissime proturbata: scaberrima praeterea, quantum reis, venia, ac reditu in patriam, & in regnum medijs, prodesse, opportunis se munusculis insinuare in eorum gratiam, qui apud iracundiam comotum Regem plurimum amicitiae, & auhoritate valerent. Cuius, semel, & iterum enoluerem animo, nomine apud Regem Christum exuisse maiorem Ioanne Baptista, neminem chariorè Ioane Euangelista: capi diurnis horis, atque, nocturnis versare mente, & cogitatione quibus, pro mea tenuitate, munusculis eorum in me gratiam demerere. Atque, in primis veniebat in mentem, non esse hic merita reposcenda, ubi inundaret flumina gratiarum. Quid enim nisi gratiam Ioannes vterque; significat? Idcirco enim, ut sciret necat S. Ambrosius, Ioanni Baptista non a uerbo uetus aliquod nomen imponitur, sed nouum praesagium, noua gratia in dies proximis irrutilantis. Bene, inquit Ambrosius lib. 2. in Luc. Additur, quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine, ut intelligas nomen non generis esse, sed uatis. *Pauca batur enim Ioannis nomen, tanta terribili gratia adfuit, ut praesertim si eorum motes plenissimus oceanus gratiarum superflueret, de quo gratia restagnantis oceano Apostolus. Vbi abundauit delictum superabundauit gratia. Rom. 5. u. 20. Nec ut arbitror, in nouè gratiarum copia, tu in se collecta, tu in alios derivanda Ioannes aliter suo nomine protulit. Audi Cr. g. 10. 3 hom. 2. ex varijs in Euang. O beate Ioannes non immerito uocaris Ioanes, Hebraeum nomen est, significans, cui donatum est, cui enim donatum est, quod tibi donatum est? Ac si disceret. Nulli Deus tantum dedit, quantum tibi plena, ac liberali manu donauit, unde repulsam patri non possit, qui ad te ueniunt supplices, operumque; tua implorantes. Alebat in super hanc spe, roborabat hanc fidem, firmabat hanc insulam in uerum, Ioannem animi mei propensionem ratum, ac gratiam illud, tu Ambrosij, tu Arnoldi iudicium. Ambrosij asseretis, sine praecurrente S. Ioannis Baptista gratia, venire ad Christum neminem posse: subiungo eius uerba ex lib. 1. in Iur. Praecurrit, inquit, animae nostrae quaedam uirtus Ioannis, cum accedere paramus in Christum, ut paret ad fidem animae nostrae uias, & de uitae istius tramite tortuoso rectas semitas nostri faciat comitatus, ne anfractu labamur erroris. Arnoldi uero tom. 1. Bibliot. tract. de uerbis Christi in cruce ubi scribit, ad matrem Dei per Ioannem Euangelistam, ad Christum per matrem, ad Patrem per Christum eius filium uelut in quadriga regali eundem Intueor, inquit, quadrigam, qua currendum est ad Patrem, sic debere distingui, ut per te (id est Ioannem) ad matrem, per matrem ad filium, per filium uero attingere possit penitentis affectus ad Patrem. His impulsus rationibus statim, laurigeros Heroum triumphantium currus sequi, tu calamo spectabile eorum magnificentiā utcumque; describunt, cum uoce de more applaudentium, inter exultantes, geminante Io, triumpho: ut qui maioribus non poteram, his saltem lenioribus obsequijs eorum in me beneuolentiam primam, Regis deinde Christi, apud quem plurimum ualent, gratiam derivare. En tibi prudens lector aperui consilium, & spe mea coniecta prorsus in hos duos Heroes Sanctissimos, Deorum ante omnes alios familiarissimos. Quod si illi, citra merita, hoc quale quale munusculum ita bona sua gratia asperserint, ut gratiam etiam, ac incundam lectoribus efficiant, calcaria mihi huiusmodi ingrata eo facto adhibebunt, ut manus opus moueam, maiorique; conatu manu appellam ad commentaria in Matthaeum iam diu meditata, qua duobus, aut forte tribus diebus, qua potero breuiter absolua, & in lucem dabo.*

Extremum illud te, caedide lector, monere habeo, idcirco affeclasse me hac in dicendo breuitate: tu, ut eo nomine non displiceret hoc opus, quo cetera omnia plerumque; placent: tu quia magna etiam ingenia nobis exemplo in hac parte praluxerunt. Lege S. Clementem Alexandrinum in Ioannem, cuius, quo breuiores sunt tituli, eo succo, ac cerebro pleniores, perderioresque; appareret. Perlege S. Iosidori Pelosioti, cuius epistola breuissima: Hugonem de S. Victore, cuius capita, seu potius capitula lectore breuitate ipsa inuitant: & copiosos alij passim occurrunt magni nominis auctores, qui hac breuitatis uia inoffenso pede gradiuntur; quorum uestigijs placuit insistere, ne hisce fastidiosissimè adeo temporibus lectoris sermo prolixus à legendo retardaret. Vale.

PRO-



TEXTVS.

EVI T in diebus Herodis, regis Iudae, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum Sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dexteris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum: & ipse praecedet ante illum, in spiritu & virtute Eliae: ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis, &c. Luc. 1.



CVRRVS PRIMVS.

EAS FERT
LAVREAS, QVAES.

IOANNIS BAPTISTAE TVM
genus coronant; tum annuntia-
tionem insigniunt.

Fuit in diebus Herodis Regis Iudae Sacerdos quidam,
nomine Zacharias. Luc. 1. n. 5.

LAVREA I.

Prima laus Ioannis ex Patris
Zachariae nomine in filium
deriuata.

1. Zacharias Dei templum familiare.
2. Diuina praesentia multum prodest.
3. Mortales componit, & exornat Dei praesentia.
4. Non parum emolumentum est a Deo videri, & eum videre.
5. Dei conspectus vitia fugat.
6. Lex diuina omnia excurret, ut eius in omnibus memores simus.



Vspicetur Ioannis triumphum
eius parens Zacharias memoria
Dei significans,
quia nimirum fu-
turus erat ad eum Dei memor, ut

ipsum legem perpetuo haberet in corde. Testis mihi sit ille locus. Sorte exijt, ut incensum poneret Zacharias ingressus in Templum Domini. Luc. 1. n. 5. Expendit D. Petrus Chrysológus serm. 87. illa verba: in templum hoc modo. Bene dixit ingressus in templum; non ingressus templum, quia ipse erat Dei familiaris templum; portans in sui pectoris puritate tota legis arcana. Ita ille: quasi illud, in, erectum in corde potius, quam Hierosolymis templum denotaret. Unde Deum obliuisci tam illi esset arduum, quam difficile cuiquam videri possit, obliterare sui ipsius memoriam, & interiora sui pectoris arcana dememinisse.

Hinc ampla Zachariae domi felicitas in dies efflorescebat: hinc bonorum omnium plena, ac perfecta cumulatio, quae olim

Luc. 1. n. 5. Chryf.

Zacharias familiarissimum Dei templum.

Gen 17 n. 1.

Abrahæ domum itidem feliciterauerat: ad quem Deus. Ambulacoram me, & esto perfectus. Gen. 17: num. 1. hoc est, me noctes, atq; dies ingi cole memoria, præsentem continuè meditando; hæc enim potens erit cogitatio, & à vitijis te abstrahere, & in virtutibus constantem facere, & perseverantem. quamobrem Cardinalis Caietanus eo loco Nullū, inquit, maius fructum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba, actionesq; hominis apparet. quam ambulare ante faciē Principis. Hæc Caietanus ab humano Principe exemplum deriuans. Nam si quispiam Princeps humanus integrum hominem sola præsentia reuocat ad decorum corporis habitum, admirandamquæ modestiam externarum actionum, quid non efficiet superni, ac omnipotentis præsentia Principis? Certè hæc Iacobum somnolentum expergefecit in Bethel, magnumq; illi timorem incussit, cū, spectato Dei supernè omnia contuentis, & Angelorum theatro, cohorrui ad primam suorum defectuum memoriam. Pauerisq; quàm terribilis est (inquit) locus iste. Gen. 28. num. 17. Ac si diceret, me corā Deo intueretur, Angeli circumstant, quid ni chorefcam in diuini numinis præsentia tot culpis obnoxius, Timuit (inquit ibi Caietanus) quemadmodum consueuimus timere nouiter presentes Principi sapienti, ne aliquid sibi displicens appareat in nobis. Sic enim Iacob timuit considerando se ipsum, relatiuè ad præsentiam Dei, & frequentiam

Quæritur inuicem Dei præsentia

Caietanus.

Gen. 28 nu. 17.

3

Ad Dei præsentiam se Iacob composuit, & ex parte.

Angelorum, ne imputarentur sibi defectus sui. Quo argumento utitur Chrysostomus cap. 1. Epist. ad Romanos, homil. 4. sub finem. Nihil (inquit) ita hominem seruiat, quàm assiduus in Deum aspectus. Nā si hominē cum presentem intuemur, tum ad peccandum tardiores reddimur: considerate quantam adepturi sumus securitatem si nos contigerit Deū assiduè in oculis ferre. Ob signat hæc doctrinam eodem argumento Clemens Alexandrinus lib. 3 pædag. capit. 5. ubi ita scribit. Oportet, domi parentum, & famulorum pudore affici: in uis autem eorum, qui sunt obuiam: in solitudine, sui ipsius: ubiq; autem Verbi, quod est ubiq;: hac enim solum ratione fit, ut quis nunquā labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimet, &c.

Chrysostomus.

Certè D. Petrus, qui, dū præ oculis Christum non habuerat, negauerat: vix illū vidit, ac vicissim visus est, cū in lacrymas erupit indices redintegratæ amicitia. Dominus (ait D. Leo fermi. 9. de Passione) qui intra Pōstificale Concilium solo corpore tenebatur, trepidationem discipuli foris positi diuino vidit intuitu, & parentis animum mox, ut respexit, erexit, & in fletus penitentiæ incitauit, &c. Tantum videlicet profuit, & Christum vidisse, & ab illo pariter fuisse visum: siuè hic intuitus internus tantum fuerit: siuè internus pariter, & externus.

D. Leo.

4

quid profuit vel à Deo videtur, vel Deū videre.

Est itaq; Dei præsentia omnium malorum medicina, & periculorum repentina fugatio. Erant Apostoli in periculosa tēpestate positi. Et tenebra iā factæ

erant,

Ioā. 6. n. 17:

erant, & non venerat ad eos IESVS. Ioann. 6. nu 17. exterrebat eos caligo noctis; expauefaciebat ventorum vehemens impetus, & exurgentium vndarum subraucum murmur. cum Christus illis apprensus ait. Ego sum, nolite timere. Nec mora, auolat, & dilabitur illa trepidans pusillanimitas. Cedit enim (inquit Cyrillus Alexand. lib. 3. in Ioannem cap. 23.) Omnis perturbatio: cunctaq; pericula desinunt, cum Christus adsit. Vnde subiungit textus. Voluerunt accipere eum in nauium, & statim nauis fuit ad terram, in quā ibant. Ibi num. 21. Quis quæso è cordibus Apostolorum timorem pepulit? Quis ad optatum, tranquillūq; portum nauim appulit? Præsentia planè Iesu, quod exquisitè expendit S. Cyrillus ibi cap. 24. his verbis. Non dubitemus multo maiora, quam sperauimus, præstantioraq; bona ex Christi præsentia nos consecuturos: & qui absente ipso laboramus, presente eo, sine opera nostra quiescamus. Sic enim omnium periculorum Christus solutio est, &c. Et hinc se se aperit via ad intelligendam illam vocem animæ Sanctæ. Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decolorauit me sol. Cantic. 1. num. 6. de Deo, diuino sole fermo est, quem quia præsentem non respexit, minus respecta, minusq; dilecta facta est: quia eū humanis non exquisiuit oculis, non est exquisita diuinis; ideoq; S. Ambrosius ita legit, Obscuratum: quia non est intuitus me sol. Si quæras quare animam sanctam non intuitus est sol? Ref-

S. Cyril.

Ibi. n. 21

S. Cyril.

Cantic. 1. n. 6.

Ambros.

ponderi debet ex mente S. Ambrosij in eum locum: ideo solè diuinum, idest Deum, in animam Sanctam oculos non intendisse, quia ea ipsa anima prius oculos subtraxerat, cum intendere debuisset in Deum, ita Ambrosius eius animæ personam induens. Non (inquit) vidit me sol, quia non recepi aduenientem: non aperui fenestras, ut lumen vite intraret: cum aperuero, illuminabit oculos meos. En clara responsio, & ratio concludens, idcirco nobis infortunia aduenire, quia Deum semper præ oculis non habemus.

Est igitur Dei præsentia, solis instar, intra nos exorti, vitiorumq; adeo tenebras dispellentis; ita secum deliberat Alexandrinus Philo lib. de Charitate his verbis. Sole exorto euanescent tenebra, & lumine implentur omnia. Eodem modo, quando sol diuinus illucescit anima, vitiorum, affectionūq; caligo dispellitur: & splendidissima virtutis pura, amabilisq; se profert species, &c. O hilarem pariter, & vtilem diuini solis ortum! o admirabilem simul, & amabilem Dei præsentiam: quam nobis ipsius memoria coram numquam non sistit. In huius argumenti locupletationem expendo cū Tertulliano lib. 2. contra Marcionem cap. 29. causam, ob quā Deus veteris legis præcepta pro omnes penè humane vitæ actiones, quā interdicens, quā iubendo, Excipe quam Tertullianus rationem reddit. In ipsis (inquit) commercijs vite & conuersa-

Philo. Alexand.

5.

Ex Dei præsentia eliminantur vitia.

Tertullianus.

6.

ad omnes humane vitæ actiones se lex diuina protendebat, vniū quā nō appareret Dei memoria.

tionis humana domi, ac foris, ad usq; curam vasculorum omnifariam distinxit: ut istis legalibus disciplinis occurrentibus ubiq; ne illi momento vacarent a Dei respectu. Hæc ille. Voluit nimirum molitor, ac Rector omnium Deus, vt sui ipsius respectus, ac memoria nunquam viuida foret, ac vigoris plena: qua laude præsertim floruit Zacharias, qui in nomine, veluti in anulo, Dei memoriam fouebat indefinenter, vt Pontificalem gemmam.

LAVREA. II.

Idem nominis mysterium: eadem laus parentis protenditur ad filium.

- 7. Sacri amoris memoria pulsus vocatur.
- 8. Qui Deum relinquunt, vita carent.
- 9. Dei recordatio omnia bona accumulatur.
- 10. A monachis Alexandrinis hæc, nec breui momento, exulauit.
- 11. Non tam saepe spiritum ducere debemus, quam diuino aspectu frui.
- 12. Animi pudor qualis esse debeat.
- 13. Prælatorum erga subditos memoria.

Rursus auspicor a nominis interpretamento, hoc est, a Dei memoria: hic enim est Zachariæ significatus. Et cer

tè æquum erat, vt Ioannes ortu duceret a Dei memoria: vtq; filius memoriæ Dei Deum iugiter recordaretur: Deiq; memoriam insulam cum natura, imis anime visceribus, ac medullis semper haberet. Veteres archiatri, ac protomedici eximij memoriam amoris pulsus, vocabant. Quemadmodum si medicus attetato, & explorato cordis pulsu, nec tamen, nisi formicante, intercadente, ac longissimis interuallis emicante reperito despondet, ac despondere iubet animum: æquali verò inuento, & constante, salutē pollicetur, & vitam diuturnam. Ita simili planè ratione in re dissimili, philosophari debes, mortemq; ijs denuntiare, qui Dei nomen, & numen, & meminisse, & inuocare intermittunt. Nō intermisit magnum spirituum alium rerum prototypon David, qui dum etiam prolaberetur, ac ruinam faceret omnium virtutum, Deum mentis, ac memoriæ oculis respexit: eoq; intuitu meritis, & consecutus est, & a peccato resurgere, & in virtutis via persistere; quod etiam, inter lapsum, Deū non fuerit oblitus, inde probat Saluianus lib. 7. de prouid. quod postea penitēs ingemuerit. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Psal. 50. num. 6. hoc est, te mihi tui memori præsentem te. Puta, inquit Saluianus, quod semper Deum, & in ipso errore respexerit, a quo hoc obtinere potuit, ne distius erraret. Illis ergo possumus, cum vitæ diuturnitate, felicitates omnes polliceri, qui

Deum

7 memoria amoris pulsus.

8 Desperet vita, qui Deum iugiter non recordantur.

9 Psal. 50 n. 6.

10 Saluianus.

Phil. Alex.

9.

Dei memoria bonorum omnium accumulatio.

Phil. Hebr.

10.

Alexandri ni monachi nec inter dormiendum Dei memoriam remittunt.

D. Gre. Eazian.

11.

Non tam saepe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus.

Deum perpetuo meditantur. Ita statuit Philo Alexandrinus, lib. de migratione Abrahæ, his verbis. Magnitudinis, multitudinisq; bonorum, & initium, & finis est indesinens Dei memoria, atq; inuocatio superni auxilij, contra civilem tumultum, cum quo semper in hac vita consistamus. Hæc ille. Ecce exordiū magnarum, & interse nexarum foelicitatum, quibus fruebantur aureis olim Ecclesiæ nascentis ex ordijs Alexandrini monachi, quos perhibet Philo Hebræus, lib. de uita contemplatiua ad eo affluuisse præsentis Dei memoriæ conseruandæ, vt interdormiendum etiam a Dei memoria, præsentiaq; discedere non possent. Profero Philonis verba, Perpetuam, inquit, habent Dei memoriã, vt ne in somnis quidem aliud eis obuerteretur, quam imagines diuinarum pulchritudinum, & sunt in his, qui somnians proferunt præclaras sacra Philosophiæ sententias. Ita ille.

Hanc iugem, ac perennem Dei memoriam, in Christianorum animis, ac pectoribus ardentè optabat D. Greg. Nazianzenus oratione 33. Vbi ex continuo spiritus ductu, & attractu aeris, sine quo viuere non possumus, colligit per quam salutariter frequentem in nobis esse debere Dei memoriã. Nec enim, inquit, tam saepe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus. Imò si dici potest, aliud nihil, quam hoc faciendū, &c. Id facere docebit sanctus ille Dei timor, quem Isaias in caput Christum, & in iustos eius membra descensurum pollicetur. Et requiescet super eum spi-

ritus timoris Domini. Isai. 11. nu. 2. vbi hebraica lectio habet. Olfacere illius, in timore Domini. Porrò nos olfactum ducimus respirando, vnde sine crebra Dei memoria, sicut sine aeris attractione viuere nō possumus. Nihil ergo tam crebrò agere, quam Deum meminisse debemus: est enim illud per quam verissimum, quod D. Cyprianus (aut quisquis est author illius tractatus de duodecim abusibus sæculi) ex comparatione pudicissimorum filiorū coram patre, ad pudicam animã coram Deo deriuauit. Pudicitia enim anime (inquit ille) est, plus propter Dei oculos, quam hominū, omnia bona facere. Hinc colligere erit, quanta fuerit Ioannis felicitas, qui a Dei memoria ducit originem, vt prædulcem Dei memoriam nunquam possit intermittere: quam quidem consuetudinem, quoad possum, vehementer, enixeq; rogo, & vt omnes imitentur, adhortor. Iam uerò prælati, ijq; omnes, cuja inter est, aliorum saluti prospicere, quosq; Sæctus Zacharias adumbrat, inter orandum nunquam sui, & suorum memoriam intermittere deberet, quod animaduertit Lyranus in caput 1. D. Lucæ. Per Zachariam (inquit) qui Domini memor interpretatur, bonus prælatus significatur, qui semper in suo pectore debet gerere Dei memoriam pro sua, & suorum subditorum salute, &c. Quod in Aarone Deus diuinitus adumbratum reliquit: cui dedit in mandatis, vt aditurus Dominum, oraturusq; nomina, & memoriam filiorum Israel

Cyprianus.

12.

Anima pudicitia qualis.

Lyran.

13.

Prælati suorum meminisse debent.

Exod. 28. n. 29. Beda. Greg.

Portet in pectore, ne eorum aliqua irrepat obliuio. Portabitq; Aaron, nomina filiorum Israel, &c. Exod. 28. num. 29. in quem locum Beda apud Glos. Ordin. Nomina, inquit, filiorum Israel, memoriale Aaron, coram Domino portat: quando praelatus nunquam subditorum curam intermittit, & eorum vitam consolando, increpando, adhortando confortat: & tutandam Domino suis orationibus satagit commedare, &c. Perfectissimi etiam rectoris, ac presulis figuram expressit Moyses, qui gladium, si quando opus erat, seuerissimus Dei executor euaginabat, at inter orandum nunquam subditorum curam, & memoriã intermittebat. Excipe. S. Gregorium in Iob, lib. 20. cap. 8. Moyses intus arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo seueritatis: tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret. Causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladijs allegauit.

ET VXOR ILLIUS de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth.

Luc. 1. n. 5.

LAVREA III.

Quare non pater Zacharias, sed sola Sancti Ioannis mater Elisabeth de Aaronica familia fuisse signatè dicatur?

- 14. Matris familia designatur, ne Ioannem Messiam putent.
- 15. De Tribu Zacharia nulla fit mentio, ut pote, per se longè nota.
- 16. Ex Aaronis familia admiscebantur alijs tribubus.
- 17. Ex sola tribu Aaronica Sacerdotes creantur.
- 18. Verum Messiam Ioannem sententur Iudei.
- 19. Tribus Iuda, & Leui speciali ueneratione digna.

IN presentiarum querere possumus in primis, quare Sancti Ioannis mater de Tribu Aaronis fuisse dicatur? Deinde, quare Zacharias eiusdem pater, cum ex eadem Tribu esset, non tamen fuisse scribatur? Utq; prima pars in laudem Sancti Ioannis dilucidetur, pono tibi ante oculos uerba Cardinalis Toleti adnotatione s. huius loci. *Æstimo (inquit) causam unam ex potissimis ob quam Euangelista tribum, seu familiam matris adnotauit, etiam fuisse, ut omnem falsam suspicionem depelleret ab animis Iudeorum: ut enim ipsemet Lucas cap. 3. nu. 15. refert. Cogitabat populus, an fortè Ioannes esset Christus: huic dubitationi obuians ea de Ioanne proponit, quibus ex scripturis planè constat, eum non potuisse esse Christum. Erat enim futurus Christus de tribu Iuda. At Ioannes, & ex patre, & ex matre erat de Aaron. Si enim mater esset de Iuda, potuissent fortè Iudei suspicari, eo ipso, impletam esse prophetiam, quæ de Iuda futurum esse Christum prædixerat.*

Toletus

19.

Ad notatur matris familia ne Messias possit estimari.

Luc. ca. 3. n. 15.

Hæc

Hæc Cardinalis Toletus. Et hinc deducitur responsio ad secundam difficultatem; & perspicua ratio deriuatur, qua ductus Euangelista Ioannis patrem Zachariam, nec de Tribu leuitica, nec de domo Aaronica fuisse dixit. Quod enim esset ex Tribu Leui, inde erat perspicuum, quia ipse erat Sacerdos, ad quam provinciam suscipiendam nullus, nisi, qui ex Aaronis progenie duxisset originem, aspirare poterat, aut ascendere.

15.

Zacharia Tribus non assignatur, quia de eius tribu dubitare nemo poterat.

16.

Qui erat ex Aaronica familia admiscebatur.

Lorin. Num. 36. n. 7.

Hanc causam communiter assignant Authores, dum reddunt rationem, quare Euangelista nullam fecerit mentionem Tribus Zachariæ. Nam aperte constabat esse de Tribu Leui, eum qui Sacerdos esset: talis enim esse non poterat, nisi ab Aarone genus duceret: vxor uero ex ea familia esse ignoraretur, nisi nos Euangelista doceret: poterat enim esse ex Tribu quidem Leui, sed non ex Aaronis familia. Adde, quod ij, qui erant Aaronicæ familiæ, admiscebantur alijs Tribubus (ut probabilior fert opinio apud Lorin. in cap. Num. 36. ad illa uerba. Omnes enim uiri ducent uxores de Tribu, & cognatione sua, ibi n. 7.) Tribui præsertim Iudæ, & hæc potissimè ob causam disertis uerbis Euangelista astruit, eam non esse, nisi de familia Aaron; utq; etiam palam faceret, Ioannem Baptistam ex clarissima familia traxisse genus, quæ propter excellentem Sacerdotij prærogatiuam, singulari priuilegio, regali tribuj solebat adiungi.

Ad hæc, inter familias leuiti-

cas, Aaronica dignitate cæteris anteibat: nullus enim ex Dei mandato cooptari poterat in Pontificem maximum, imò nec in ordinarium Sacerdotem aliquem institui fas erat, nisi suæ familiæ Authorem censeret Aaronem: sic enim apud Hebræos Sacerdotalis ordo erat institutus, ut inferiores non nisi ex alijs leuiticis familijs; Sacerdotes uero non nisi ex Aaronis domo, ac familia instituerentur.

Hinc iam admirationi locus est, qui fieri potuerit, ut Ioannes Christus æstimaretur, cum esset omnibus notissimū, Christum ex Tribu regia nasciturū? Merito Sanctissime Gabriel Zachariæ operanti renūtiasti. *Erit magnus coram Domino, Luc. 1. nu. 15.* nedum coram hominibus: tanta enim ualuit autoritate, opinioneq; apud homines, ut Christus (quantumuis uterq; parens esset ex Tribu leuitica) æstimaretur ab omnibus. Hanc tantam nominis celebritatem suspicit, & admiratur Cardinalis Toletus in Luc. cap. 1. annot. 21. his uerbis. *Hæc magnitudo, quæ in hominum opinione posita est; in Ioanne inuenitur, & quidem mira: quia tanta fuit Sanctitatis habitus, ut Christus, & Messias crederetur a multis, etiamsi de Tribu Aaron extiterit, certūq; esset apud Iudeos Christum futurum de Iuda, &c.*

Ita tamen Christus honorare uoluit regalem Tribum, ut leuiticam etiam, ex utriusq; sanguine nascendo, (erat enim uirgo sanctissima Elisabethæ con-

17.

Nullus Sacerdos aut non-ximus, aut ordinarius esse poterat, nisi ex Aaronica familia.

Luc. 1. nu. 15.

18.

Ioannes etiam reclamante scriptura Messias æstimatur.

Toletus

+

Bibliot. Patrum

19

Tribus In di. & Le ni speciali nomine aduenera da.

Author somnij Ioseph.

si veritatem præfert illud somnium Ioseph: quod scribitur, tom. 5. Bibliot. tractatu de testamentis duodecim Patriarcharum testamento. 11. hæc due tribus speciali nomine colendæ sunt, & venerandæ. Vidi (inquit Ioseph) quoniam ex Iuda nata est Virgo habens stolam byssinam, & ex ipsa prodiit agnus immaculatus; & à sinistris eius agni, ut leo; & omnes bestie impetum fecerunt aduersus eum: & vicit eas agnus, & prodidit in calculationem, & gaudebant in eo Angeli, & homines, & omnis terra; hæc autem fiet in tempore suo in ultimis diebus. Vos igitur filij mei honorate Iudam, & Leui, quoniam ex ipsis orietur vobis agnus Dei, gratia saluans omnes gentes, & Israel, Regnū enim eius, regnum æternum. Hęc ibi.

CVM SACERDOTIO FUNGERETUR IN ORDINE VICIS SUÆ. Luc. 1. n. 8.

LAVREA. III.

An Zacharias pater Baptista fuerit Sacerdos maximus.

- 20. Maximum Pontificem Zachariam fuisse est admodum verosimile.
21. Certius non esse maximum.
22. In quatuor, & viginti classes diuisi Sacerdotes.
23. Octauam classem tenuit Zacharias.
24. Horū præcipui dicebantur prin-

- cipes Sacerdotum.
25. Thus flammis adhibere, non tantum ad Sacerdotes summos, sed etiã ad alios spectabat.
26. Dei prouidentia elucescit in eo, quod noluerit Ioannem nasci à Summo Sacerdote.

Diuus Bernardus sermone de Priuilegijs Ioãnis Baptiste. Ambrosius lib. 1. in Lucam, cap. de ingressu Zacharię in templum. Euthymius, & Beda, hoc loco. Item Augustinus. Tractatu 49. in Ioãnem sub finem, nec non D. Ioãnes Chrysostomus, tom. 5. hom. de incomprehensibili Dei natura, Theophylactus, & alij (dum asserunt ingressum fuisse in Sancta Sãctorum) perhibēt, Zachariam in suprema Sacerdotis dignitate positum fuisse, freti, cum ea ratione, qua thus dicitur adoleuisse, quod ad Pōtificem maximum attinebat; tū ea, qua dicitur Sacerdotio functus in ordine vicis suę, vicissim enim magni illi Pontifices administrabant, qui ea ætate, ut animaduertit Augustinus, erant annui. Certè horum Patrum autoritas eo mentis trutinam inflectit, ut hanc partem verosimilem pronuntiem; cum Cardinale Toletō, in cap. 18. Ioannis annotatione. 1. in hęc enim partē antiqui pene omnes inclinarunt.

Censeo tamen cum Lyrano in cap. 1. Luc. Abulens. exod. 30. quest. 6. Iansenio, Toletō in c. 1. Luc. annot. 36. Barradio cōcord. to. 2. lib. 3. c. 52. Maldonato

S. Bern. D. Ambr. Euthy. Beda. August. Chryso. Romus. Theopy. lactus.

20

Verosimile Zachariam summum Sacerdotem fuisse.

Tolet. Lyran. Abulens. Iasem. Toletus. Barrad. Maldo.

Luc.

21.

Verosimile non fuisse Pontificem maximum.

LUC. I. nu. 5.

22

Sacerdotes in quatuor, & viginti ordinibus distributi.

2. Paral. 20.

23

Zachar. erat in ordine octauo.

1. Paral. 24.

Luc. 1. verosimilius, ac veritati vicinius Zachariam, non suprema Sacerdotali dignitate decoratum fuisse. alias nuncuparet eum Euangelista, vel Summum Sacerdotem, vel Sacerdotū Principem. Vocat ergo simpliciter Sacerdotem, quippe cui cōpures essent dignitate pares. in eodemq; ordine constituti, ut par est colligere, ex illo D. Lucæ testimonio. Fuit Sacerdos quidam nomine Zacharias. Luc. 1. num. 5. & paulò inferius num. 8. Factum est autem, cum Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę, id est, in ordine familie suę. De qua paulò ante dictū erat, (de vice Abię.) Nam Respublica Sacerdotalis apud Hebręos, sic erat instituta; ut in quatuor & viginti ordines, atq; classes, quæ alio vocabulo vices dicebantur, vel turmæ, distingueretur; ut liquet ex 2. Paral. 20. Erantq; ita distribute, ut sortitō, sua cuiq; munera obtingerent in ministerio Tēpli. Dicitur ergo Zacharias de vicē Abię, id est, de classe Abię, quæ erat octaua inter illas quatuor, & viginti; & ab Abia illius classis principe Abię clasıs vocabatur; ut liquet ex 1. Paral, cap. 24 & in ordine vicis, clasısve suę; sorte euenit, ut Zacharias thus adhiberet, & adoleret altari; sicut sorte euenit, ut alij eius socij, & eiusdem clasıs Sacerdotes, alia facerent concilia in eodem tēpli ministerio. Credunt enim neotherici authores aliquot, eas quatuor, & viginti vices, seu classes Sacerdotum ad Zacharię vsquē tempora perduraf-

se; earumq; præfectos, & capita dici solitos, principes Sacerdotes, vel Sacerdotum principes, quorum vnus Zacharias fuisse puratur, hęc omnes Pontifices omnium maximo obedientiam præstabant.

Rationes verò quibus contrarię opinionis authores nitentur, nõ magni faciendę erūt. Non prima, nõ enim solius magni Sacerdotis erat, incensum offerre, quamuis enim ad illum pro ratione sui muneris etiã spectaret, quãdo lucernas adaptabat, incensum adhibere super altare thymiamatis; ut constat ex cap. 30. Exod. tamen quem admodum, non Aaron solus lucernas concinnabat, sed adiutus à filijs, ut deciditur Exod. 27. ita etiã, nec solus thura cremabat, sed incendebant ea etiã Sacerdotes secūdi ordinis, ut in clarescit ex lege Leuitici 21. nu. 4. & 1. Paral. 6. & item 2. cap. 26. Non etiã vim habet secunda ratio, qua contrarię partis authores stabiliebantur. Nam Pontifex maximus non per vices ministrabat, quia vnus cum foret, solus sine socio suum munus obibat. Quando verò Sanctus Lucas ait, Zachariam functum fuisse Sacerdotio, in ordine vicis suę; nihil aliud significat, quam id quod iam diximus, ceteros Sacerdotes a Pontifice maximo vicissim per suas classes sua munia, ac munera sortito obijisse.

Nęq; Ioannis autoritati, no miniq; ac sanctitudini officit, ex parente fuisse prognatū, qui

24

Capita horū ordinū dicebantur principes Sacerdotum.

25

Thus adoleret non erat solius Summi Sacerdotis, sed etiam aliorum.

Exo. 30.

Exo. 27.

Leui. 21 nu. 4. 1. Paral. 6.

Luc. 1.

cum Pontifex esset, maximus non esset. Nam Christus Ioani. & amicus, & in multis similibus ex matre etiā nasci voluit, que tamen si regia foret, regina tamen nō foret, voluit enim Deus, vt & Ioannes patrem suum, & ipse suam matrem decoraret, & illustraret magis, quā ipsi a parentibus, aut decorarentur, aut illustrarentur. Voluit etiā Deus, vt Ioannes non Summi Sacerdotis esset filius, sed eius, qui Summo ministrare solebat: vt enim Leuiticum Sacerdotium figura fuit, & exemplar Sacerdotij Christi: illudq; propterea finem habuit; hoc verō in eternum durat: ita in Ioanne, qui Christi Sacerdotium longē Summum enixissime cōmendabat, nihil Summi esse debuit: vt in hoc etiam testari videretur Summum Christi Sacerdotium, Subiungo verba nostri Ioanis Baptistę Villalpandi, tom. 2. in Ezech. part. 2. cap. 53. sub finem. *Et certe si in laudis partem aliquam Ioanni Baptista cederet Summus parentis eius Pontificatus, illam ei cuperem cumulatissimē, cui me totum, omniaq; mea studia commendata esse desidero; & dolerem maximē, quod tot suppetant rationes oppositum suadentes: at cum in maiorem Christi gloriam vergat, si eo abdicetur, id illi gratissimum fore existimo, qui Christum semper optauit crescere, se autem minui. Hęc ille.*



ET NOMEN eius Elisabeth.

LUC. I.

LAVREA. V.

Aperitur mysterium nominis Elisabeth: agitur de colēdo, seruandoq; iuramento.

- 27. *Mysterijs abundabat Ioannis natalis dies.*
- 28. *Nomina parentum Ioannis mysteria non pauca produnt.*
- 29. *Vt in nos suam declaret voluntatem Deus, iuramento se obstringit.*
- 30. *Quantam nobis felicitatem Dei iuramentum afferat.*
- 31. *Euertitur Hierusalem ob iuramentum violatum.*
- 32. *Iuramento caput Ioannis amputatur.*
- 33. *Periurium Deum magis ledit, quā homicidium.*
- 34. *Qui blasphemias vitur, iterum Cruci affigit Christum.*
- 35. *In Zacharia, & Elisabeth, nomē Dei apparet.*
- 36. *Qua ratione includitur in illis nomen Dei.*
- 37. *Quid significat additamentum litterę in nomini Abrabę.*

Cardinalis Toleti hoc loco manus, ac nota hęc est. *Non inutiliter adnotandam existimo utriusq; nominis significationem; cum enim sit conceptio, & natiuitas Ioannis, plena mysterijs; nomi-*

Tolet.

27. Ioanis natiuitas plena mysterijs.

na etiam parentum mysterio vacare, non est credendum: Zacharias apud Hebręos idem significat quod latine memoria Dei, Elisabeth autē, id, quod Dei iuramentum: hactenus ille. Permaximē conuenit in Ioannem tale parentis nomen, quod Dei iuramentum significat, illud nimirū quod in suo cantico meminuit Zacharias. Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. Luc. 1. n. 74. vt tempestiuē notauit Origenes tomo 5. in Ioannem his verbis. Porro Zacharias memoria esse dicitur: Elisabeth verō Dei mei iusiurandum. Ex memoria igitur de Deo iuxta iusiurandum Dei nostri, quod iurauit ad patres, genius est Ioānes, &c. Iuramentum verō Deus prestiterat ad Abraham (Per me metipsum iurauit, dicit Dominus, bene dicentur in semine tuo omnes gentes terra, quia obedisti voci meo) Gen. 22. num. 16. hoc est, firmiter, & immobiliter deliberauit, vt ex Abrahę nepotibus oriretur Messias. Et dicit iurauit (inquit Hugo Cardin.) id est firmiter promisit, & veraciter coluit, ac si iurasset. Enim verō discipit Deus ad eō, ad eōq; nostrę salutis flagrat, & ardet desiderijs, vt quod numquam nobis, subdubitandi sit locus, solemni se adstringat iuramento, & multis se procurandę nostrę salutis nominibus obliget. Sit illud pro multis testimonium. Vt ego, dicit Dominus. Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius a via sua, & viuat. Ezech. 33. num. 11. In quem locum exclamat Tertul-

Luc. 1. n. 74. Origen

28

Quę mysteria prę se ferant nomina parentū Ioannis.

Gen. 22.

Hugo Cardin.

29

Ne dubitē de Dei in nos voluntate, iurauit Deus

Ezech. 33. n. 11. Tertul.

lianus lib. de penitentia cap. 5. *O beatos nos, quorum causa Deus iurauit! O miserimos, si nec iuranti Domino credimus, quos Deus tantopere commendat; quod etiam humano more subdeiectione testatur, summa vtiq; grauitate & aggredi, & custodire debemus; vt in asseueratione diuine gratia permanentes, in fructu quoq; eius, & emolumento, proinde perseuerare possimus, &c. Porro, cū se nobis Deus, iuramento obliget, vide, an te etiam Deus iuramento adstringi oporteat, & coram profiteri, cum dauide. Iurauit, & statui custodire iudicia iustitie tue. Psal. 118. vers. 106. Vbi Cardinalis Hugo. Bene, inquit, coniungit: iurauit, & statui, quia multi iurant, & non firmiter statuerunt, quod statuunt, nec stabiliter tenent, quod iurauerunt, &c.*

Quam grauitē verō Dei nomen irritet iuramenti violatio, apertē declarat ille locus: *In loco regis, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cū eo, in medio Babylonis morietur. Ezech. 17. n. 16. Demiratur Chryostomus homilia ad Populum. Hierusalem Iudęorum Metropolitim, propter vnus iuramenti violationē, lamentabilem traxisse ruinam, eiusq; ciues in Babylonicam captiuitatem iniuriosissimē fuisse abductos. Augēbis hanc admirationem, si mē te iustraueris, cum Chryostomo, quoties Deus illam urbem sibi dilectam ab irruentium hostium pręda beneficentissimē liberauerit. Dei (inquit Chryostomus) Ciuitas chara tot elapsa periculis, & in multis peccatis ve-*

30

Quātano bis bona Dei iuramentum annuat.

Pla. 118 n. 106. Hugo Cardin.

Ezech. 17. nu. 16. D. Chryost.

31

Iuramenti violatio emersit Hierusalem.

niam asecuta, & que sola ex omnibus alijs captiuitatem effugere potuit, & semel, & bis, & saepius solo iuramento posstrata est. Ita Chrysostomus. Colas ergo iuramentum, & reuerentis religione prudenti, ac matura, ita ut cautus sis in emitendo; cautior, ac diligentior, in implendo iuramento: ne in illam Herodis insaniam precipites. *Iuravit illi, quidquid petieris, dabo tibi.* Marc. 6. n. 25. *At illa dixit. caput Ioannis Baptiste.* Ibi; in quem locum Chrysostomus homilia 24. ad populum his verbis. *Rogo vos, ut Sancti Ioannis caput abs cisum, adhuc calido ore destillans sumatis, & existimetis ante oculos habere ipsum, vocem emittentem, & dicentem, habe odio iugulatorem meum iuramentum. Quod enim ira non potuit Tyrannica, hoc iuramentum effecit.* Haftenus Chrysostomus. Iam vero iuramentum, in quo falsitas interuenit, quam sit graue, constat ex illis verbis S. Thomae, quæst. 98. in quodlib. *Periurium grauius peccatum est, quam homicidium.* Quod non est per hyperbolem dictum, sed ex regulis Theologiae, ut deliberat idem D. Thomas 22. quæst. 10. art. 3. Et ratio est, quia periurium opponitur nobilissimæ virtuti religionis: homicidium vero iustitiæ, virtuti ignobiliori; faciunt verba, quæ leguntur in cap. ille qui 22. quæst. 5. ubi ita legitur. *Qui hominem prouocat ad iurandum vincit homicidam: quia homicida occidit corpus, iste vero animam.* Firmatq; id D. Augustinus in cap. 26. Matth. his verbis, dignis, que in auditorum vtilitatem exag-

Marc. 6. nu. 25.

D Chrysof.

32.

Iuramentum Ioannis caput amputauit.

D Tho.

33.

Peruuium peccatum grauius, quam homicidium.

Idem.

August.

gerentur ab optimo, ac maturo concionatore. Non minus peccant, qui blasphemant Christum regnantem in celis, quam qui crucifixerunt ambulatorem in terris. Qui enim affixerunt Cruci, dolorem tantummodo intulerunt: Deum tamen suis mendacijs testem non adhibuerunt, quod facere periuri non verentur: illud est etiam ea in re maximopere dolendum, cum Iudas Christum vendiderit triginta argenteis; viliori pretio hos, & saepe gratis solitos vendere.

34.

Blasphemus Christum, uerum crucifigit

35.

Tam nomine Zacharia, quam in nomine Elisabeth. clulur nomie Dei

Est etiam animaduertendum cum Cardinale Toletus, in utriusq; parentis Ioannis nomine Dei nomen includi, nam Zacharias hebraicè, est compositum ex Zechar, & Iah, fitque ex utraque dictione זכריה Zacharias: nec non Elisabeth ex dictione Eli, & Sabat componitur אֵלִישֶׁבֶת Elisabeth: ubi uides nomen Dei אֱלֹהִים quod fortem significat, in principio nominis Elisabeth contineri. E contrario vero in fine nominis Zacharias nomen Dei אֱלֹהִים, quod Dominum sonat, reperiri. Causam porro huiusmodi mysterij Cardinalis Toletus exponit, his verbis. *Est & aliud in eiusdem nominibus adnotandum, nempe nomen Dei esse in utroque nomine: ut eo significaretur, Dei virtutem ad Ioannis conceptionem in utroque parente miraculum perpetrasse; nam & pater grandaenus per aetatem generationi ineptus erat. Et Elisabeth sterilitatis, & senectutis vitio laborans concipere non ualebat: in utroque igitur parente altissimi virtus, & potentia effecit, ut & ille gigneret, & haec conciperet. su-*

Toletus

36.

Eiusmodi rationis ratiō, & significatio

pra

pra naturam. Ut hac etiam parte Ioannes similis euaderet Christo, cuius futura generatio adumbrata fuit in hebraica littera; & quam Deus addidit nomini Abrahæ, & Saræ Genes. 17. de cuius arcano mysterio ita ibi scribit Lippomanus. *Ante promissionem Isaac nomen illius erat. Abram, pater extensus: postea autem paternitatis illius celsitudo ornatu interpositione litteræ, que inter sacratiores litteras, quibus nomina Dei scribuntur, principalis est, & bis scripta in nomine illo ineffabili, que & semel ascripta Sara indicat prerogatiuam quandam maximam datam utrisque generandi Deum aliquando de semine suo in Christo nascituro de Beatissima Dei genitrice Maria, que uera fuit filia Abrahæ, & Saræ.*

Genes. 27. Lippomanus.

37.

Significatio litteræ n addita nomini Abrahæ.

ET VXORILLIUS de filiabus Aaron.

LAVREA. VI.

Ioanes a maioribus virtutem traxit hereditariam.

- 38. *A claris, & honestis patribus Ioannes ortus.*
- 39. *Principem locum tenet Aaronica familia inter reliquas.*
- 40. *Ut Zacharias honoris ergo filium Dauidis profitetur, ita Elisabeth Aaronis,*
- 41. *Ioannis parentes ab Euangelista laudantur, ut nobilitas illius cernatur.*
- 42. *In parentum virtute, diuinus precursor designatur.*

43. *Ioannis claritudo in proprijs factis, ac paternis conspicitur.*

Zachariam fuisse de Tribu Aaronica munus Sacerdotale satis indicat, ut Laurea 3. paulo ante diximus. Nemo enim, in Hebræorum republica, Sacerdotium ambire poterat, nisi ab Aaron genere duceret. De Elisabetha uxore suboriri poterat dabitatio. Tum, quia poterat quidem esse de Tribu Leuitica, quin esset de profapia Aaronis. Tum, quia de domo Aaronica coniungebantur cum Tribubus alijs, præsertim cum Tribu regia: ut uerisimilior habet opinio apud Lorinum citatum supra Laurea 3. & apud Toletum annot. 59. in cap. 3. Lucæ. Quam ob causam eam esse de Aaronica progenie disertis uerbis pronunciat Euangelista. *Ut* (inquit eo loco Toletus.) *Et etiam significaret Ioannem Baptistam fuisse nobilissimæ, & honestissimæ familiae. Erant enim Tribus Iuda. ob regiam potestatem, & Tribus Leui ob ministerium templi Dei, omnium Tribuum præstantissima.* Ita Toletus. Adde, quod inter reliquas familias Leuiticæ tribus sola Aaronica dignitate, longè antebat, eo quod ad Summum Pontificatum cooptabatur nemo: nemo asciscabatur ad Sacerdotium, nisi qui foret Aaronicæ profapie. Porro tam insignis familie claritate Euangelista commemorat, ut Ioannis Baptistæ nobilitatem, cum antiqua auorum uirtute coniunctam fuisse delectet, id significare uideretur S. Paulinus Episcopus. 10. ad Se-

Lorinus Toletus

Idem.

38.

S. Ioanes ex honestissima, & nobilissima familia.

39.

Leuiticas familias solus Aaronica reliquas longè antebat.

ueru. *Veneranda* (inquit) *prisce nobilitatis insignia, & sui cuiq; (patri scilicet, & matri) stema connectit, creda: ut ex eo ipso dignitate meriti ostenderet.*

Qua propter reiectis; & obli-
tis, hoc loco ab Evangelista, pro-
genitoribus alijs, Aaronis tantu
Elisabetha filia dicitur, qui ce-
teris gloria, & honore antebat;
vt nimirum intelligatur, matrē
Ioanis Baptiste, insignem quan-
dam, & illustrem sanctitatis ori-
ginem, iam inde à totius fami-
lie capite Aarone in domu sua
deriuasse. Querit Abulē. quef.
138. in cap. 9. Matth. quare ceci-
clament, viso Christo Domino.
Miserere nostri fili David. Matthæi.
9. num. 27. Et quare filium Da-
uid appellant? Respōdet in hec
verba. *Alij dicunt, quod hoc dice-
bant ad significandum honorem, quia
David fuerat excellentissimus omniū
Regum Hebraeorum, & licet essent de
progenie eius: vocari tantum filium
David honor quidam erat: Sic dicit
Chrysost. in hom. Filium autem Da-
uid vocabant, quia nomen honoris es-
se videbatur, hactenus Abulensis.
Ego vero, non aliter hic dixe-
rim; cum enim Aarō foret om-
nium pontificum excellentissi-
mum caput, & origo nobilissi-
ma honoris hic, & sanctitatis cau-
sa Aaronis filia dicitur Elisabe-
tha Ioanis mater. Vnde Diuus
Petrus Chrysológus serm. 89. cū
scitaretur, quare Diuus Lucas
hoc loco, filiā Aaronis appellet
autem; alios intermedios, præ-
termiserit immediatos, & proxi-
mos? Encomiasticè respōdet in*

Andē Elisabethæ in hæc verba.
*Merito prætermisiss omnibus, cuius si-
lia dicitur, cuius in se prætulit sancti-
tate, quā tanti generis: pia iustos glo-
riosissimè transfudit in filiū.* Ita Chry-
sologus. Quod matris encomiū,
quis nō videat, esse cū mag-
na gloria, & redundare in filiū?
cēcutit aliquis? audiat iterum
Chrysológū, serm. 89. *Evangelista,
ut extollat Ioanis gloriā Zacharie pa-
tris, & Elisabethæ matris genus dicit,
a quo memorat, scribit merita, loquitur
titulos, gradus dirigit, vitā pādit dita-
tat insignia, prædicat sanctitatem.* Hæc
ille. Nec extra hunc chorū salit
tantisper Ambrosius; cuius hæc
sunt diserta verba. lib. 1. in Lucā.
*Quæ alia intentio Sacti Euāgelij, nisi,
ut Sactus Ioānes nobilitetur, parenti-
bus, miraculis, moribus, munere, passio-
ne.* Vt, in quā, sūmē, ac maximē
nobilitetur, quod enucleatius
expofuit S. Theodorus stude-
tes. Oratione de Baptista. *Vi (in-
quit) ex hoc maximus ostēdatur præ-
cursor.* Ad hoc addit Beda in Lucā
ad Euāgelij vigilię Baptiste, ita
Deū instituisse, vt sanctorū ma-
ximus Ioānes Baptista, nō nisi à
sanctis parētibus duceret origi-
nē. quō præfidētius, diuina præ-
cepta mortalibus inculcarent. *In-
stis quippe parentibus (inquit) est ge-
nitus, ut eo fidētius iustitie præcepta
fidelibus daret, qui hæc ipsa, non qua-
si nouitius, didicisset.* Ita illa.

Hinc est, quod bifariā dilau-
dari debet, & deprædicari; &
quia virtutū acquisiuit ornamē-
ta: & quia à maioribus accepit
imitāda. Ita loquitur Nazianen-
in Maximū. *Duplici nomine clarus
erit, nēpe, & maiorū imaginibus, &*

propria

Abul.
Matth.
9. n. 27.

40.
Christus
honoris
causa ap-
pellatur
filius
David, &
ta Elisa-
beth hono-
ris causa
dicitur
Aaronis
filia.

Chryso-
sto.

D. Petr.
Chrysol.

Idem.

D. Am-
brosius.

41.
Evangelis-
ta dicitur
remes Ioā-
nis lau-
dat, quia
nobilitas.

Theod.
studites.
Beda.

42.
Ostensa
virtute pa-
rētū, ma-
ximus o-
stenditur
Præcur-
sor.

D. G. e.
Nazian.

43.
Ioānes, &
sua, & suo
rū virtu-
te clarus.

virtute privatim, perspectus. Quē-
admodum enim fumose imagi-
nes, & maiorū stēmata, eo sunt
nobiliora, quo antiquiora; ita
virtuti reor accidisse. *Præcedit
addit Nazianzenus, quod venit
ab origine, quod sequitur ex labore: glo-
riam beatius est habere, quā querere.*
Eoq; sensu Plato apud Claudiū
Galenū in oratione sua foria ad
artes ait. *Præclarus thesaurus sūt ma-
iorū virtutes.* Percontari posses,
vtra ex parte felicior euassisset
Ioānes, ex ea ne? quæ parentum
sanctimoniā refert, an ex ea, qua
propriā representat: huic quefi-
to, faciet satis, subsequens do-
ctrina.

LAUREA. VII.

Ioannem sustulit altius virtus
propria, quam à maioribus
transfusa.

- 44. *Aliena merita quomodo nostra
sint.*
- 45. *Nō se cuehit, qui genus suū iactat.*
- 46. *Isaias perilluētis ex materna
profapia.*
- 47. *A quo fonte vera nobilitas di-
manet.*
- 48. *Qui Patres amulatur, profapia
illuērat.*

Chryso-

Chryostomus operis im-
perfecti super illa verba.
*Nolite dicere patrē habemus
Abrahā. Quid, inquit, prodest ei, quē
sordidant mores generatio clara, aut
quid nocet illi generatio vilis, quem
mores adornant. Ipse senacū ab omni-
bus bonis actibus ostendit, qui gloria-
tur in patribus. Aurū de terra nasci-
tur sed nō est terra. Es stannū de ar-
gento egreditur, sed nō est argentum.*

*Melius est de contēptibili genere cla-
rū fieri, quā de claro genere cōtēptibi-
lē nasci.* Porro illud est dedecus
immanc, & probrosum facinus,
si, alijs imitātibus naturā fluui-
rū e mari exeuntiū, tu purifotis
cursum in feces, ac sordes influē-
tē æmuleris; sicut enim fluuij
maris falsedinē cursu ipso de-
perdūt; ita nō pauciparētū igno-
bilitatē rerū gestarū gloria depo-
nūt. E cōtrario vero test. Alexā-
drino Philone lib. de Ioseph. *Phil.
Genus de ductū ab illustribus maiorib;
ignominiosus factis de honestate pro-
brū est turpissimū.* Id Ioānes crimē
nō cōtraxit: quin maiorū etiam
virtutes suas effecit imitādo. *Ma-
iorū quippe merita, ait Chryosto-
mas hom. in Epist. 2. ad Tim., cū
eorū studuerimus esse participes; nos-
tra etiā sunt.* Hoc pacto mirabilē
se quoq; præstitit Ioānes dū pa-
rētū, & auorū merita celo equa-
ta laboris, & orationis pretio,
propria fecit. Qua propter exclā-
mat S. Hilarius. hom. 2. de Bapti-
sta. *Felix parētū meritis felicior suis
Illā tamē Ioānes felicitatē, quæ
illi parentū via, & sanguinis for-
te obtigerat, vix suā esse reputa-
bat; ex illius prudentiæ norma,
tritoq; cōmunis synderesis car-
mine. Nā genus, & proavos, & qua
nō fecimus ipsi. Vix ea nostra uoco. Et
ex illius iudicio, qui proclamat.
Aliena laudat qui genus iactat suum,
& rursus. Nō facit nobilē atriu pleniū
fumosis imaginibus: quod ante nos fuit
nostrū nō est. Quā verō Ioānes suis
meritis emerat, atq; possederat,
eā demum felicitatē, verā esse
credebat. Hoc exēplo & postero
rū documēto Isaias illuxit, dū se*

Phil.

Chryso-
stomus.

44.

Maiorū
merita
quomodo
nostrā sūt

S Hilar.

45.

Qui ge-
nus lau-
dat, aliē-
na laudat

Isaias.

D. Chry-
sost.

46.

Videtur
Isaias no-
bilitatem
traxisse
ex matre

D. Chry-
sost.

47.

Vera no-
bilitas in
degen-
tur.

S. Hila-

48.

Du pare-
tes imita-
ris prosa-
pia gloria
ad auges.

r. Reg.
9. n. 6.

D. Gre.
Magn.

49.

Vnde no-
bilis Sa-
muel no-
minatur.
D. Gre.
Magn.

at in prophetia vestigio, & in ipso lumine Evangelici, & enig-
matici theatri filium Amos pronun-
tiat, & publicat. Quem Chry-
sostomus enarratione in Esa-
jam, hominem fuisse docet hu-
milem, ac vulgarem; quodq;
inde mirabile præsertim appa-
ret, quod Esaias erat aliunde præ-
nobilis propheta, & vates per-
lustris, regi q; Manassæ affinitate
propinquus (quod si hoc placeat;
cōsequens est, vt respōdeas, nobi-
litate, quā, Isaiā aliās cōstat, ha-
buisse participauisse ex matre.)
Nec tamē illū piguit de ignobi-
litate patris. *Et doceamur* (inquit
Chrysofomus) *quia vilitas pater-
ni generis, nulla ex parte obscurat si-
lij virtutē, neq; nobilitas censetur, eo
quod ē magnatū sanguine sis progna-
tus, sed si ipse efficiaris magnus.* Ita
Chrysofomus. Ideoq; Ioānes,
magnus esse cōtēdit illustrium
virtutū incremētis, nihil ducēs
sanguinis claritatē, nisi proprijs
colluceret exēplis. Qua propter
D. Hilarius sic secū reputat, ac
deliberat, nō eos esse censendos
illustres, ac nobiles, qui ab illus-
triu stēmate ducūt originē, sed
eos claros dubio procul esse ha-
bēdos, qui auorū insignia glorio-
sis factis cōdecorāt. *Dignitas ori-
ginis* (inquit Hilarius, canone. 2.
aduersus Arianos) *In operū cōsistit
exēplis, & prosapia gloria, fidei imita-
tione retinetur.* Hoc splendore
nobilis dicitur Samuel, qui ope-
rū per sanctē gestorū nobilitatē
potius, quā sanguinis claritatē
ambiebat. Ideoq; Sauli querētī,
dictū est illud. *Ecce vir Dei, in ci-
uitate hac, vir nobilis.* r. Reg. 9. n.

6. Vbi Divus Gregorius Mag-
nus. *Nobilis, inquit, dicitur, qui su-
perna cōuersatione conspicuus; & de
mūdana vitā rusticitate nihil habet:
Iude enim nobiliscernitur, vnde ciuis.*
Ita Gregorius. Hac arte S. Ioan-
nes cum ciuis esset cælestis, e
celo trahebat incōparabilem ge-
neris claritatem, cuius æstima-
tione terrēstris mediocris habe-
batur, ac penē nulla. Dionysius
itē Carthusianus querit in eū lo-
cū, quare Samuel nobilis dica-
tur? Respondetq; in hæc verba.
*Quia erat iudex, & Propheta, & omnium
nobilitate virtutū ornatus, & c.*

Carthu-
sianus.

Iob. 1.
n. 3.

LAVREA VIII.

Ioānes virtute splendet gemi-
nata; cum parentū titulo,
tum meritorum.

50. *Hero martyriū expertus, quia
patres hoc honore decorati fuerunt.*

51. *Martyrē Ioānē dicimus, etiāq;
patres videtur sortiri martyres.*

52. *Indigna nomine ea virtus, quæ
propria merita non agnoscit.*

53. *Non genus, sed facta diuinam
gratiam exposculant.*

54. *Deo virtus perquam simillima
iudicatur.*

Paradigma, & exēplū se se
educit clarū apud D. Gre-
goriū Nazianzenū: in lau-
dē Heronis Martyris egregij, &
eximij; de quo sic scriptū nobis,
& posteris omnibus reliquit Sā-
ctus Doctor. *Hic optimis parētibus,
optimis, & nobilitate claris, nobilissi-
mus procreatus est: quō quidem no-
bilitatis genere eum claruisse; vel
hoc vnam argumentum esse potest,
quod non modo ipse Martyr fuit,*

D. Gre.
Nazian-

50.

Hero &
martyr
eximij; &
patres
martyres
habuit.

sed

sed parentibus quōq; martyribus na-
tus est. Hæc Nazianzenus. *Que
laudum epigraphe, quā apte ca-
dat in nostrum Ioannem, cogni-
tione facillē assequi poterit is,
qui eius patrem Zachariā Chri-
sti causa interēptum fuisse cog-
nouerit, vt infra probabimus
Carru 3. Laureæ 2. eiusq; matrē,
Ioannis abdeudi causa, in solitu-
dine animam egisse: vt liquebit
ex ijs, quæ dicam postea Lau-
reæ 2. eiusdem Carrus, ipse au-
tē Ioannes, quam illustis Mar-
tyr extiterit, lector ipse iudi-
cet.* Floruit igitur Ioānes dū-
plicata sanctitatis palma: sua,
& suorum gloria cumulatē ple-
nus. Ideoq; illo se encomio lau-
dare, & iactare potuit. *O Domine
quia ego seruus tuus, & filius ancilla
rue.* Psalmō 115. num. 6. Quod
perinde est, ac si diceret. *En Do-
mine* (verba sunt Genebrardi)
*quia tuus sum cultor, ac tuorum cul-
torum filius.* Itaque, & seruum se
Dei esse gloriatur, quæ est præ-
clara dignitas, de qua Lauren-
tius Iustinianus de disciplina
monastica cap. 5. *Christi serui-
tus, vera ingenuitas esse probatur.
Reliqua præterunt dignitates, hæc
inconcussa persistit. Sermo non ex-
plicat: verba non suppetunt, animus
non capit, mens non apprehendit hu-
ius præcellentissime seruitutis sanctæ
preconia.* De hac præclara digni-
tate gloriatur Dauid: & se præ-
terea iactat, eā se seruiendī Deo
gloriam ducere à maioribus he-
reditariam, propterea subdit. *Et
filius ancille ræ.* Entm verō cum
partus ventrem sequatur; si meā
(dicere potuisset Dauid) parens

51.
Ioannes
quod mar-
tyr. & pater
recremat
tyres ba-
bit.

Psalm.
115. v. 6

Genebr.

Laurēt-
Iustinia-
nus.

erat empta ancilla, ego per con-
sequens seruus vernaculis no-
minandus, & habendus erō. Nā
vt ait Alcuinus apud magistrū
sententiarum in Psal. 115. *Ancilla
non sibi, sed domino parit filios.* Quō
circa, cum se Dauid, domesti-
cæ ancillæ filium dicit, id vt ani-
maduertit D. Basil. in eundem
psalmum. *Maximi ornamenti loco
posuit, & c.* Quia videlicet paren-
tes sortitus fuerat, & fidelissi-
mos, & piētissimos: matrem
præsertim non vulgaris, sed in-
signis fidei, ac pietatis. Quā ra-
tiones duceret istiusmodi vates
regius. *O Domine cum tu ma-
trē meam tuis beneficijs empta
captiuam recepisti domum, in e-
pariter, vt fructum illius arboris,
emptū recipisti: quam ob re
duplicatam tibi debeo seruitū
seruitutem, & empti seruuli, &
vernaculi.* Ita explicat Augu-
stinus. Nec abnuū Lyranus, cuius
hæc sunt verba. *In hoc denotans
merita matris suæ; vel, vocat se ser-
uum natum in domo patris familias,
qui est magis dilectus à Domino, quā
ille, qui est emptitijs de foro: ipse au-
tē erat natus in Domo Dei, id est, à si-
delibus parentibus. Deo seruientibus,
gentiles autē ad fidem conuersi dice-
bantur magis serui Dei emptitijs.*
Itaq; virtus, vt ex vtraq; par-
te firmetur, debet esse, cum pro-
prijs laboribus acquisita, tum à
maioribus hereditaria. Nā quæ
solis maiorum imaginibus inhi-
tur; ea virtus nō habenda erit;
sed virtutis potius vmbra no-
minanda; vt egregiē notat D.
Gregorius Nazianzenus orat.
24. illis verbis. *Illud nobilitatis ge-*

Alcuin.

D. Basil.

August.
Lyran.

52.

virtus
proprijs
labijs
nō inhi-
tur, nō me-
ritur no-
minatur
Naziā-
zenus.

nis, quod in principum diplomatis, & ed. eius consistit, tunc illo loco, ac pretio habebat, cum pi. etiam quog; pulchritudinem laudandam duxero, firmamq; ob id venerari capero, quod leo esse iussit, &c. Quemadmodum vero iure riseris, si videas, simiam leonis animositatem, ac robur gestietem, ita omnes illos flocci ducere, ac nihil pendere debes, qui cum Phariseis maiorum sumos, & stemmata perantiqua vedunt. Patrem habemus Abraham. Matth. 3, n. 9 in quem locum. Imperfectus. Erubescite, inquit, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis heredes. Certum mihi videntur per Euam, quae in paradiso creata fuit, representari illi, qui de loci, de generis, de sanguinis splendore gloriantur: e contra vero illos, qui haereditaria nobilitate neglecta, sola virtute contenti sunt, per Adamum generis humani principem significari autumo. Nec mecum dissentit D. Ambrosius, lib. de paradiso cap. 4. his verbis. Aduerte, quia extra paradysum factus est, & mulier intra paradysum, ut aduertat, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; gratiam sibi comparat, &c. Quae virtus, vt pote vera nobilitatis radix, nos alioqui remotissimos, Deo facit esse propinquos: iuxta illud S. Gregorij Nysseni in orat. de Taugmar. Vnus splendor, vna generis amplitudo propinquitas cum Deo est, quae non casu fortuito, aut temere cuiquam contingit, quae non aliter, atq; libera voluntatis electione acquiri solet, &c. Ad hanc sinceram nobilitatem Dei; pro-

pinquitatem is demum accedit, qui Sancto Ioanni similis paternam nobilitatem virtutis insignis caelat operibus. Ita (verba sunt Gregorij Nazianzeni orat. 24.) duplici nomine clara erit, nempe, & maiorum imaginibus, & propria virtute, ac priuatum inspectus, &c. Hinc forte est, vt S. Ioannes dicatur magnus coram Domino. Luc. 1. num. 15. seu magnus in conspectu Domini, vt illud in eo verum, & impletum verum putes. Duplici nomine clarus erit; nempe, & maiorum imaginibus, & propria virtute, ac priuatum inspectus, &c. Eam vero nobilitatis speciem, & quidem vbiq; gentium aestimabilem, quae indiuitijs sita est, Ioannes meritisimo iure contempsit, de qua Hieronymus Epist. ad Heluidiam. Nobilitas mundi nihil aliud est, quam inueterata diuitia.

D. Gre. Nazia.

Luc. 1. n. 15.

Hieron.

ERANT AVTEM IUSTI AMBO, ANTE DEUM.

Luc 1. n. 6.

LAVREA. IX.

Quae sit illa iustitia, de qua hic loquitur Euangelista. Et quot modis a parentibus propagetur ad filios.

- 55. Quid nomine iustitiae significamus.
56. In scriptura sacra iustitiam pro interna gratia accipimus.
57. Ioannes dicitur iustitia.
58. Christus etiam iustitia vocatur.

- 59. Peccatum prava consuetudine, & labe intima abundat.
60. Patres filijs instillant propensionem quandam, vel ad vitia, vel ad virtutes:
61. Exterfa culpa, consuetudo manet.
62. Parentum crimina vel virtutes ad filios transfunduntur.
63. Plurimum valet bona in dolens.
64. Ob excimiam indolem virtutibus clari redduntur filij.
65. Non parum conducit, progenitores Christi nomine insignes nancisci,
66. Patrum virtute filij excitantur.
67. Qui alijs legem inculcat diuinam, paterno nomine insignitur.
68. Quos mores filij a patribus hauerunt, facillime agnoscimus.
69. Patrum vitia in filijs.
70. Ob parentum sanctitatem virtutes, & humanam felicitatem filij consequuntur.
71. Ioannis virtus adolescit cum natura.

Origen.

D. Amb

Tolet.

55.

Quid hic intelligatur nomine iustitiae

D. Aug. Tolet.

Illud solum inculcasset Euangelista. Incendentes in omnibus mandatis, & iustificationibus. Sed cum subiungit. Erant iusti ambo ante Deum. Palam indicat, de ea se locutum fuisse iustitia, quae animum penes Deum comit, ornat, & venustat. Neq; enim legis mandata plenè, & perfectè custodissent, nisi interior, & vberior animae gratia, quae alio nomine dicitur iustitia, ad sancta opera pedes, ac manus dirigeret, Preclare ergo D. Gregorius lib. 35. Mor. cap. 6. hunc etiam locum interpretatur de interiori iustitia, seu gratia: & Chrysostomus homilia quarta in Mattheum.

Neq; videbitur, nisi diuinarum scripturarum ignaro nouum; vt iustitia pro interiore innocentia, ac sanctitate accipiatur; testimonia sunt ad manum. Vt habear iustitiam coram Domino Deo tuo. Deuter. 24. n. 3. Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Psal. 7. n. 10. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum tribuet mihi Psal. 17. n. 21. Iustitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorem supplantat. Prouer. 13. n. 6. Penitentibus autem dedit viam iustitiae. Eccl. 17. n. 20. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Isai. 11. n. 5. Iustitia iusti super eum erit. Ezech. 18. num. 20. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio. Dan. 9. num. 7. Vt deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Ibi. n. 24. Vt seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 1. n. 75. Multo magis ab-

Iustitia hic accipitur pro interiori gratia.

D. Gre. D. Chry

Deu. 24. nu. 13. Psal. 7. nu. 10. Psal. 17 nu. 21. Iustitiam scriptura accipitur pro interiore gratia. Prouer. 13. n. 6. Eccl. 17. nu. 20. Isai. 11. nu. 5. Ezech. 18 nu. 20. Dan. 9. nu. 7. Ibid. n. 24. Luc. 1. n. 75.

dat ministerium in gloria, 2. Cor. 3. n. 9. *Induite novam hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate.* Ephes. 4. n. 24. *Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.* Ibidem, cap. 5. num. 9. *Reposita est mihi corona iustitiae.* 2. Timot. 4. nu. 8. *Fili diaboli inimice omnis iustitiae.* Act. 13. n. 10. *Et repositum est illi ad iustitiam.* Iacob. 2. n. 18. *Fructus autem iustitiae in pace seminatur.* Ibidem, cap. 3. num. 18. *Ut peccatis moriatur, iustitia vivamus.* 1. Petri cap. 2. nu. 24. his omnibus, & alijs. forte locis iustitia accipitur pro interiori innocentia: ac sanctimonia: non ergo mirum est, sanctissimi Joannis parentes ab hac interiori iustitia nominari hic iustos ante Deum. nec mirari etiam debemus, illos in cordibus hanc accuratè iustitiam custodiuisse, siquidem erant futuri parentes Joannis, qui in sacra pagina appellatur iustitia, iuxta illud. *Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.* Psal. 84. num. 14. Nam si quæras, quæ nam sit hæc iustitia, quæ ante Christum ambulavit, seu vt legit Isidorus, & Augustinus apud Lorinū. *Prohibet.* Respondet Lyranus, esse Ioanem de quo dicitur. *Prohibet enim ante faciem Domini.* Luc. 1. n. 76. *Iustitia (inquit) ante eum ambulabit, id est Ioannes Baptista, qui dicitur iustitia, eo quod penitentiam predicavit, per quæ sit iustitia de offensis commissis, propter quod dicit saluator.* Matt. 21. *Venit ad vos Ioannes in via iustitiae.* Nec non Euthymius. *Ioannes (inquit) Domini precursor, quem Beatus David hoc in loco*

iustitiam appellat, veluti qui omnem legis iustitiam servavit. Idemq; sentit Hago Cardinalis. Titelmanus, Aiguanus, & alij. Porro Ioannes Baptista, qui hoc loco dicitur iustitia (quoadmodum Christus etiam à Daniele appellatur iustitia. *ut deletus iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna.* Dan. 9. num. 24.) nascitur à parentibus iustitia, ac sanctitate præditis. Ergo quadrifariam parentum interior, vel iustitia, vel iniustitia ad filios pervadit. Primum per inclinationem, & propensionem; in peccato enim duo sæpè reperiuntur, & interior macula, & prava consuetudo; quo pacto hominem ebrium nominamus ab ipsa culpa, quæ inest actui ebrietatis: & rursus ebriosum appellamus eum, qui multis ebrietatibus, & bibacitatibus affuefactus pravam consuetudinem ad vitia proclinantem nactus est. Hæc autem prava consuetudo, extensa culpa, non semper extergitur, Opus est enim, vt paulatim per oppositos actus exterminetur. Adde hanc pravam consuetudinem, culpam quidem non esse; ad culpam tamen impellere. Propterea ergo dicitur plaga præteriti peccati, quæ peccato extincto, extat adhuc ritu spinæ excassæ iam à manu, fluente tamen adhuc, & manante tabo. Hanc ergo sinistram legumque nature propensionem à parentibus in filios, quasi traduce semine deriuari, docet experientia. Id fusius videre poteris apud Tolet. adnot. 9. huius loci, quod

58.

Christus etiam appellatur iustitia.

Dan. 6. n. 24.

59.

In peccato & interior macula, & prava consuetudo.

60.

Parentes communi car filijs naturam, vel ad vitia, vel ad virtutes, plus, minus propensam.

61.

Extensa culpa consuetudo manet.

autem

autem de prava vitiorum inclinatione diximus: hoc ipsum de virtutum propensione, & quasi semine dicendum est. Enim vero patres virtutibus affueti filios eisdem propensos procreant, quod licet non semper eueniat, fit tamen ita plerumq; saltem, quoad morales aliquas virtutes. Et hoc modo assero, & assevero parentum virtutes in filiorum peccata vnà cum natura transfundi. Eaq; translatione prognatus fuit Baptista, ad virtutum omnium ornamenta pronus, ac propensus: qui rectius quam Salomō dicere potuisset. *Sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatū.* Sap. 8. n. 20. quadrat illi, quod in Paulinum scripsit Hieronymus. *Ep. ad ipsum. Mollis cera, & ad formandum facilis, et si artificis, & plastæ cessent manus, tamen virtute totum est, quidquid esse potest.* Quapropter scite D. Bern. Ep. 1. haud dubitat, asserere, hos sine præceptoribus ad ultimam virtutis apicem posse proficere. *Quid, inquit, necesse est bis fingere, cui sua ratio magister, cui propria conscientia virga, & ingeminata verecundia lex disciplina est, &c.* Nec abdicat Hieronymus proximè citatus. *Ingenium, inquit, docile, & sine Doctore laudabile est, &c.* Secundò deriuantur virtutes parentum adgnate educatione, & puerili instructione. Nā frugi patres filios à teneris vnguiculis bonos mores, & sanctū Dei timorē docent; quod magni poteris, & momētiefit apud omnes. quod illud spectat. *Qua semel est, im-*

62.

Quomodo parentum virtutes, ac vitia vras fuerunt ad filios.

Sapiet. 8. n. 20. D. Hier.

63.

Quantum hæc bona in dolis profici.

D. Bern.

64.

Virtutes a parentibus insinuat, ad filios proprie eximias ac laudabilem educationem.

buta recens servabit odorem. Te, hæc diu. Hinc est, quod multi Christiano rū Christiani censentur propterea quod patres Christianos Dei singulari beneficio habuere. Multiq; numerantur inter Ethnicos, qui maiori, quam nos, virtutis indicio florerent, si Ethnicorum patentum loco Christianos parentes obtinerēt. Vnde illud fit, cōsectarium, præclarum quoddam esse, atq; diuinum Dei donum, fideles habere, & Christianos progenitores; & inter fideles optimis moribus imbutos, vt eisdem filios imbuant. Id Apostolus insinuans. *Gratias, inquit, ago Deo meo, cui seruo à progenitoribus meis.* 2. Tim. 1. nu. 3. *Quantum enim conducat hæc primæva institutio in benemorado, & à primis annis, optimis præceptis instituto, Episcopo Timotheo ostendit Apostolus, dū ad ipsam scribens ait. Recordatione accipies eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primo in auia tua Loide, & matre tua Eunice: cuius sum artem, quod & in te.* 2. ad Tim. 1. n. 5. Vbi Author Glossæ interlinialis. *Parentum synceritatem fidei memorat, vt fortiore hunc faciat, &c.* vt videlicet meminerit institutionis Sanctæ, quam ab eis acciperat: adeoq; est parentibus cōnaturale, filios optimis institutionibus imbuere, vt ij patres appellentur, qui Dei præcepta, ac madata docent: scibens enim Rex Tyri ad Salomonem Regem Israel ait. *Misi ergo tibi virum prudentem, & scientificum Hiram patrem meum.* 2. Par. 2. n. 18. quod si quæras, quorsum clientem patrem

Horat. 1 Epist. 2.

65.

Negandum Deo donum Christianos habere progenitores.

2. Tim. 1. n. 3.

66.

Qua sunt in parentibus virtutes, e ad filios excitant.

2. Tim. 1. n. 5. Interlin

67.

Pater appellatur, qui docet Dei legem.

2. Par. 2. n. 18.

appe-

appellet? Respondet ibi Aufel-
 fitis Laudunensis. Patrem suum
 vocat, quia de terra Israel profectus
 docuit eum timorem Domini, & cog-
 nitionem veritatis. Eodemq; mo-
 do Debora, quia exhortando po-
 pulo salutem tulit, mater appel-
 latur. Cessauerunt fortes in Israel, &
 quienerunt, donec surgeret Debora;
 surgeret mater in Israel. Iud. 5. nu.
 7. Vnde Glossa interlin. expli-
 cans quare Debora dicatur ma-
 ter. *Que, inquit, predicando, & ex-
 hortando doceret, & consiliando ab ho-
 stibus liberaret.*

Tertio derivantur in filios
 patrum virtutes per naturalē
 morum emulationē. Enim ve-
 rō gnati parentes semper habēt
 ante oculos, eosq; quales, quales
 sint, pro sua virili, nituntur imi-
 tari. Ideoq; iustitia, ac virtus pa-
 rentum in posteros transfundit-
 ur imitatione: quō sensu Boe-
 tius Severinus lib. 3. de Conso-
 lat. profa. 6. *Si quid est, inquit,
 in nobilitate boni, id esse arbitror, ut
 imposta nobili necessitas quadam es-
 se videatur: ne scilicet a maiorū vir-
 tute degeneret.* Hęc ille. Nec tēne
 Horatium lib. 3. od. 24. ita do-
 centem: *Dos est magna parentum
 virtus.* Hęc enim pro nobiliore
 dote transfunditur in filios pa-
 rentum imitatores. Et verō ab
 hac exemplorum efficacitate in
 filios transfusa, cum Sancta mo-
 rum, & timoris Dei institutio-
 ne, miris laudibus exornat pa-
 rentem suam D. Greg. Nazianz.
 orat. 19. de patris funere. *Fuit (in-
 quit) illustre illud eius facinus, quod
 nos prius etiam, quam nasceremur,
 Deo, memor futuri euentus, metu ex-*

Iudic. 5. n. 7.

68.

Itē prop-
ter imi-
tationem pa-
rentum vir-
tutes se-
cundum vi-
suntur in
filijs.

Boetius.

Horat.

Nazian.

territa promisit, vitæq; lucem ingres-
 sos protinus consecrauit. Inuit de-
 inde doctrina, & egregijs infor-
 mauit exemplis; quemadmodū
 etiam nequitia flagitiosē serpit
 ad nepotes; sit testimonio tem-
 pestiua illa exprobratio. *Spiritus
 Sancto vos semper resistitis, sicut, &
 patres vestri.* Act. 7. nu. 51. Id re-
 ctē colligit Episcopus Abulcn-
 sis, inuestigans causam propter
 quam Christus Pharisæis vipe-
 ream profapiam exprobat. *Pro-
 genes viperarum, quo modo potestis
 bona loqui, cum sitis mali.* Mathæi
 22. num. 2. Respondetq; his ver-
 bis. *Vocauit Pharisæos progenies vi-
 perarum, ut ostenderet, quod erant fi-
 lij malorum patrum, qui eos male nu-
 trierant.*

Quarto gradiuntur filij eū-
 dem virtutum semitis, quibus
 parentes insunt. propter co-
 rundem patrum efficacem im-
 petratiōem. Nam iusti paren-
 tes precatur, & impetrant multi-
 ta bona filijs, cum temporaria
 tum spiritualia. De temporarijs
 extat exemplum 3. Reg. 11. de
 uiuantibus enim, ac deflecenti-
 bus virtutis via filijs Dauidis,
 Salomone, & Roboamo, Deus
 respectu, & merito patris filio
 Salomoni regnum nō abstulit:
 Roboam item geminam Tribū,
 Iudam, & Beniamin, impetri-
 uit. De spiritualibus etiam li-
 quet exemplo Augustini à Ma-
 nichæorū erroribus matris piæ
 precibus erepti. Iam verō parē-
 tum peccata filijs spiritualiter
 officiunt, vt aliquot exemplis
 illustrat Toletus hoc loco au-
 not. 9. Iustitia ergō parentum,

Act. 7. n. 51. Abul.

Math. 22. n. 2.

69.

Vna pa-
rentum
in filijs.

70.

Sancti pa-
rentes im-
petratiōem
filijs bon-
natiū in-
repor. La

3. Reg. 11.

Tolet.

& pro-

& proficua est, & perutilis: &
 quia bona imperat; & quia ma-
 la multa auertit à filijs cum tē-
 poraria, tum spiritualia; vnde
 propter Dauidem, in ipsius re-
 giam profapia, innumera Deus
 beneficia contulit, vt pertractat
 August. hom. 8. ad populū. Et
 Epist. ad Theodor. monachum.
*Impietatem, inquit, ac scelus (de Sa-
 lomone agebat) paterna memoria
 potuit abumbrare.* Et verō quanta,
 ac quali parentes Ioannis iusti-
 tia, virtuteq; floruerint, lique-
 bit planius ex proximē sequen-
 tibus, hic satis sit, ex D. Pauli-
 no Epist. 10. retulisse egregiam
 eam laudem, qua Ioannis parē-
 tem Zachariam condecorat, dū
 eximiam illius sanctitatem ap-
 pellare non dubitat a maioribus
 hereditariam, & quasi cum na-
 tura pariter ingeneratam. Pau-
 lini verba percipe. *Auxit meritū
 Sacerdotis commemorata nobilitate cō-
 iugij, & laudaturus vitam, genus an-
 te laudauit, ut venerabilior existeret,
 qui sanctis parentibus responderet sa-
 critate ingenta: quasi quadā iustitia
 hereditate,*

D. Aug.

S. Paul.

71.

Ioannis vir-
tus heredi-
taria, &
quasi
ingenta
cum natu-
ra.

INCEDENTES
*in omnibus mandatis, &
 iustificationibus Domini.*

Luc. 1. num. 6.

LAVREA X.

Continuus iustorum profectus,
 & cursus indefessus ad vir-
 tutem.

72. *In spiritali via semper pro-
 gredidebimus, nunquam otia-
 ri.*
 73. *Instar adolescentis pueri, spi-
 ritum perpetuo acquiramus.*
 74. *Quid ruminare, quid fissa un-
 gule in brutis animantibus de-
 notent.*

AD hunc ocū audite est
 Catdinalem Toletū ita
 suauē loquentem. *Illud
 autem verbum (incedentes) conti-
 nuum; & indefessum opus bonorū
 studium indicat, quo in via Dei sem-
 per maiores progressus fieri debēt. Nec
 unquam standum; aut indulgendum
 est otio, & pigritia; ut enim in-
 quit Gregorius, vita iusta est, ve-
 luti cymba vestrā contra aquæ fluxum:
 cui stare est regredi. Hęc Toletus
 hoc loco: D. autem Petrus Chry-
 sologus, serm. 91. ita affatur. *In-
 cedentes dixit; ut eos ostenderet cu-
 currisse virtutibus, non stotisse, & am-
 bulasse in via iustitia, nec remansisse
 in itinere mandatorum, sed ad man-
 datorū plenitudinē peruenisse. Enim
 verō, quemadmodum pueri nū-
 quam non crescunt, diesq; atq;
 noctes augmenta capeunt: ita
 viri perfecti continuas in vir-
 tutis via accretiones, progres-
 sionesq; faciunt. Ob quam for-
 tē causam Christus Dominus:
*Nisi, inquit, efficiamini, sicut paru-
 li, non intrabitis in regnum calorū.*
 Matth. 18. n. 3. Hoc est, nisi pue-
 rorum instar spiritali cibo om-
 ni tempore nutriamini, & ala-
 mini, à regno cælesti exlimina-
 bimini. In quem sensum (credo)
 locutus est Tertul. lib. 4. contra
 Marcionem, ad illa verba. *Ecce***

Tolet.

72. In spiri-
tuali via
progredie-
dum sem-
per, cessa-
dum nun-
quam.

S. Greg.

D. Petrus
Chrysol

Matth. 18. n. 3.

73.

De pueri
corpore
semper cres-
cent, spi-
ritum conti-
nuo cres-
cere de-
bent.

Tertul. lib. 4.

Christus

*Constituit diligere pueros, ut esse de
caus debere; qui semper maiores esse
velint. Talis erat Isaac, de cuius
vultu incrementis scriptura
facta testimonium subdit. Cre-
uit igitur puer, & abluatus est, Ge-
nes. 21. nu. 8. de quo testimonio
Nyssen. Nyssen. hom. 2. in illa verba.
Faciamus hominē, &c. Talis, inquit,
erat Isaac de quo scriptura prodit,
quod proficiens facbat, donec mag-
nus affectus esset, & anima consistebat.
neq. pulchritudinis deessebat. Sed
negnis semper patris progrediebatur.
credebatur virtutem studij, & officij.
credebatur iustitia, & pietate. Hec eō
tinuus progressus, omnibus fu-
gatis moris, atq. inertijs.*

*Hac arte parentes Baptiste,
cum in senectutis flexu in con-
stituti forent, nihilo tamē tar-
dius spiritali virtutum alimē-
to fucerecebant, quam si ad-
huc iuuenta florere, primāq.
virtutis viam caperent. Illud
planē, ac plene implentes. Cum
consummaverit homo, tunc incipit,
& cum quieverit operabitur. Eccles.
18. n. 6. Nouis enim alijs, atq.
alijs vicissim succedentibus,
atq. subeuntibus virtutum de-
siderijs aquilarum more reno-
tabantur. Iuxta illud. Qui replet
in bonis desiderium tuum, renouabi-
tur, ut aquile iuventus tua. Psalm.
103. n. 5. nouis igitur desiderijs,
quasi pennis, ac plumis rediate-
ggatis in cælum parentes Ioan-
nis se sublimes attollebāt, verē
aquilarum generosam iuolem
emulantes. Senectutem, ait D. Ma-
ximus homil. 5. de Resurr. aquile
non sentiat, sed plumā de nouo ergo
se vestit, & pullulantibus pennis ve-*

*tusta mater iterū renouatur in pulli.
Quam continuam, nec unquā
intermissam renouationem, au-
gmentationemq; adolescentu-
larum nomine Spiritus Sanctus
expresit illis verbis. Adolescen-
tula dilexerunt te, Cantic. 2. nu. 3.
hoc est, illē animæ te vnice diligunt,
& ate vnice diliguntur, quē
se se cōtinua nouitate renouat.
Audi Origenem homil. 11. in
Cantic. ita scribentem. Dilexe-
runt te non illa vetula, ac veterem
hominem indute animis, sed adolescē-
tula in augmento scilicet atatis, &
pulchritudinis posite anime, qua sem-
per inuouantur, & de die in diem re-
nouantur, nouum se hominem induē-
tes, qui secundum Deum creatus est.
Et verō propter hanc spiritus
renouandi assiduam curam, no-
bis quidem vtilissimā, Deo ve-
rō optatissimā, ait Deus ani-
mæ sibi dilectæ, vt incessanter,
& incunctanter assurgat ad ma-
iorem perfectionem. En dilectus
meus loquitur mihi, surge propera
amica mea, Cantic. 2. n. 10. vbi egre-
gie S. Gregorius Nyssen. hom.
3. ita loquitur. Neq. ei, qui verē
surgit, vnquam decuit, nō semper sur-
gere: neq. ei, qui currit ad Dominum,
vnquam consummetur amplum, & lā-
tum campi spatium, ad diuinum cur-
sum conficiendum. Oportet enim sem-
per surgere, & excitari, & per tur-
sum appropinquando nunquam cessa-
re. Enim verō anima, quē semel
Spiritus Sancti ignibus inflam-
matur, tantum abest, vt in spi-
rituali via sistat aliquantulum,
vt potius incessanter ad ulterio-
rē perfectionis gradum depro-
peret. Et hinc est, quod in lege*

noua,

Genf. 21
n. 8.

Nyssen.

10. 10. T

Eccles.
28. n. 6.

Psalm.
103
nu. 5.

D. Ma-
ximus.

Cantic. 2.
n. 3.

Origen

Cantic.
2. n. 10.
Nyssen.

Clem.
Alex.

Leuit.
nu. 3.

Tertul.

7.

Quid ru-
minatio,
quid un-
gula signi-
ficet in ani-
mā
ribus mū-
dis.

noua, noui omnes appellantur,
& pueri, vt expendit Clemens
Alexandrinus lib. 1. Pedag. cap.
5. Quam admirabiliter, inquit, &
mysticē anima simplicitatem expueri-
li aitate describente sermone. Sicut
enim hæc atas prima (vti dice-
bam) nunquam non augmen-
ta capit; ita sancti quiq; capiūt
semper incrementa virtutū. Huc
affero illam legem ex Leuitico.
Ovine quod habet diuisum unguam,
& ruminat in pecoribus, comedetis.
Leuitic. 11. n. 3. vbi duo sunt ad
notanda ex Tertulliano, alterum,
crebra mūdorū animalū rumi-
natio, qua corpus continuo ali-
tur, alterū, diuisio unguarū, quē
in causa est, vt hæc animalia fir-
mēt gressus; & ceptū semel iter
perseueranter ad finē deducāt.
audi Tertullianū tom. 5. lib. de
cibus iudaicis cap. 3. In hæc ver-
ba loquentem. In animalibus mo-
res depinguntur humani, & actus, &
voluntates; munde, si ruminent, id est
in ore semper habeant quasi cibū, præ-
cepta diuina. Ungulā findunt, si firmo
gradu innocentia, iustitia, omnisq;
virtutis, vite itinera conficiant. Ie-
rant certē Ioānis progenitores,
sifsis, ac diuisis unguibus, eos
huc illuc prudentia diuidente,
quō gressus in omnis virtutis,
iustitiæq; via tenacissimē, ne
vnquā labascerēt, diutissimēq;
firmarent: vt laudabiliter ad vi-
tæ finē peruenirēt. Rursus Dei
legē perpetuō meditātes, & ip-
sius arcana sensa ruminātes, ac
regustātes prudēter animis suis
implebāt, quod Deus in pecori-
bus adūbrauerat, nō deponētes
quidē veterē, sed nouā quotidie

sanctitatē accumulātes; quos fen-
su Gilbertus Abbas ser. 14. in Cā-
tic. Expendit Isaie locū. Qui autē
sperant in domino, mutabūt fortitudi-
nē, Isaie 40. n. 31. mutabūt, inquit,
fortitudinē nō quidē, vt veterē per-
dant, sed vt nouā adiciānt, qui senes-
cētē deuotionē, & quodā languentem
tedio in nouū denuo feruorē reducāt.
De huius tituli argumento, &
agitur iterum sequēti titulo; &
rursus agendū Cur. 3. Laur. 1.

LA VREA. XI.

Aut adnitendum semper ad so-
lidioris virtutis augmentū,
aut relabendum, super eadē
verba. Incedentes in omnibus
mandatis.

- 75. Nullus otietur, Deo curiente.
- 76. Quid velocitas in animalibus
Ezechielis declaret.
- 77. Qui proficere nequit, deficere
cupit.
- 78. Angelos vel ascendentes, vel
descendentes in Iacobi scala cō-
templamur.
- 79. Sancti Hilarionis exemplum.
- 80. Numquā existimemus ad metā
peruenisse.

Monet in Epistola Cano-
nica S. Ioānes Euange-
lista, vt qui iusti videri
volunt, in diuinorū preceptorū
obseruantia Christi instar inam-
bulent. Qui dicit, se in ipso manere;
debet sicut ipse ambulauit, & ipse am-
bulare, 1. Ioānis 2. n. 6. Nā, vt scitē
notauit D. Bern. ser. 46. in Cāti.
illa verba pertractās, ambulate dū
lucem habetis, vt nō vos tenebra com-

Gilber.

Isai. 40.
n. 31.

1. Ioā. 2.
n. 6.
Ioā. 12.
n. 35.
Bernar.

C

prehen-

prehendant Ioann. 12. nu. 35. Ergo non ambulantiem, sed ſedentem a mor- tis tenebris comprehendi periculū eſt, & qui ſedens, niſi qui non curat pro- ficere? ergo videamus, qui Chri- ſtus ambulauerit, lentone, an ci- tato gradu? rem declarat Pſal- tes regiſ. Exultauit, vt gigas; ad currendam viam. Pſal. 18, n. 6. Ni- mirum feſtinanter exiliit, & fal- tibus inſolitū emenſus eſt viā; quam teſtinantiā adumbrans anima ſancta, ait. Ecce dilectus meus venit ſaliens in montibus, tran- ſiliens colles. Cant. 2. n. 8. Quo ar- gumento D. Bernar. Epif. 253. noſtras ſuſcitāt moras, & lētitu- dines expergefācit in hæc ipſa verba. Quod ſi illo currete, tu gradu ſiſtis, nō appropias, ſed te magis elon- gas. Et verō parētes S. Ioānis Ba- ptiſte, vt a Deo nō recederēt, ſed propius accederēt; in omnibus Dei ipſius mādatiſ, nō ambula- bāt modo, ſed currebāt: vt nota- uit Chryſol. ſer. 91. illiſ verbis. In- cedētes, dixit, vt eos oſtēderet curre- riſe virtutibus, nō ſteſiſe. Hāc in ſpi- rituali via celeritatē, hunc irremiſſū, & irrequietū curſū figu- rarant myſticę illæ animantes, apud Ezechielē, de quibus ſacer- textus, ait. Vbi erat impetus ſpiri- tus, illuc gradiebātur. Ezechielis, 1. nu. 12. quapropter Theodorus Abbas, apud Caſſianū collatione 9. c. 14. Debemus, inquit, ad virtutū ſtudiū irremiſſa cura, nos metipſos ſē- per extēdere, ne ceſſante profectū, cō- feſtim diminutio ſeſequatur; nō ac- quiſſe enim, minuiſſe eſt; quia deſinēs proficiēdi appetitū nō aberit a pericu- lo recidendi. Hactenus Theod. Ab- hoc periculo longē aberant pa-

Pſal. 18. nu. 6.

Cant. 2. n. 8. D. Bern

750.

Deo cur- rente, ne- mo ſede- at.

Ezech. 1. n. 12. Theod. Abbas.

76.

Quid a- nimantiū velocitas apud Ezechielē ſignificet.

rentes S. Ioannis Baptiſte, quia in virtutis itinere ceſſabant nū- quam; nūquam ſtabant: ſed ad vltēriora ſemper; & maiora virtutis augmenta anhelabant. Vt enim pulchrē notauit D. Bernar. Epif. 253. Nolle proficere, de- ficere eſt. Quod eſt e re dictū, & e- ſententia Tertul. tom. 5. lib. de exhortatione caſtitatē c. 3. Ita ſcribētis. Porro, & promereri nolle. delinquere eſt. Eāq; ob cauſam tā- topere Nazianzenus hortatur o- rat. 6. Ne expectā, vt bonus ſiās, ſed iā fieri incipias.

Enim vero diuino Dei decre- to ita inſtituta eſt ſpiritualis vi- ta, vt oporteat, vel proficiēdo, & progrediēdo mereri, vel relabē- do, & retrogrediēdo. Deo maxi- mē diſplicere. Vide ſis, & atten- de mētem ad viā, & expreſſam huius veritatis imaginē. Ea erat illa, quā vidit Iacobus, ſcala a terra in cælum vſq; pertingens. Per quam Angeli, vel ſurſum ce- leriter ibant: vel deorſum mo- mento ſe precipitabāt. Neq; e- nim ſiſtere, aut morulā aliquā trahere; cuiquā ſas erat. Vidit in ſomnis ſcalā, angelos quoq; Dei ascen- dentes, & ſcendentes. Genef. 28. n. 12. In quē locū audiēd9 eſt D. Bernar. Epif. 253. Nullus, inquit, reſidens, nullus ſubſiſtens apparuit, ſed vel aſcendere, vel deſcendere, videbā- tur vniuerſi, quatenus palā daretur in- telligi inter profectū, & deſectum in hoc ſtatu mortaliſ vitæ nihil medium inueniri. Ita Bernar. Proptereaq; (teſte D. Hieronymo in Vitiſ Pa- trū, in vita S. Hilarionis c. 9. (S. Hilariō nūquā in ſpirituali via, ceſſauit ad ſexageſimū quartū

D. Bern Tertul.

77.

Nolle pro- ficere, de- ficere eſt. Nazian- zenus.

Gen. 28. nu. 12.

78.

Angeli in ſcala Iacob, vel aſcēdunt, vel deſcē- dunt.

D. Bern.

79.

Sancti Hilarionis exem- plum.

S. Hilar.

annum: D. Hier.

annum: indeq; nouas iterum ad vltēriora eundem vias reſum- pſit: ait enim. A ſexageſimo quar- to rursus anno ad 80, pane abſtinuit, incredibili feruore mentis, vt ea tem- pore, quāſi nouus accederet ad ſerui- tutem Dei, quo ceteri ſolent remiſſius ſeruire.

Itaq; vt ait imaduertunt ſan- cti patres, nobis hac in re id ſo- let euenire, quod illiſ accidit, qui cymbā præcipitem aliquē ſtūdium tranare cupiunt. Ii enim, niſi arduo niſu, & iugi conatu rē nos intēdant, facillimē, præ impetu aque, relabuntur. Hoc illiſ ſerſis verbis ſcripſit Auguſt. Epif. 143. Tandiu, inquit, non reſtōimur retrō, quādiu ad priora contendimus. At vbi ceperimus ſtare, deſcendimus, noſtrumq; non progre- di reuertit eſt: ſi volumus non redire, currendum eſt. Ita Aug. & certē tolerabilior eſſet aliqua mora, & aliquod reſpirandi ſpatium interpoſitum, niſi infinita, no- bis reſtarent vltērioris viæ ſpa- tia, & incrementa. Expendē in hanc ſentētiā myſticū ſenſum legis illius. Nō aſcendes per gradus ad altare meū. Exod. 20. n. 26. Quē locū ita interpretatur D. Hier. Non aſcendes per gradus certos ad al- tare meum. Et ratio videtur eſſe, quia ſi certi forent, eſſent nu- merabiles, iſq; numero cōpre- hēſi; & totidē diebus trāſitiſ ad ſumū te iā perueniſſe, animū in- ducēres. Hūc ſenſū aperit Hier. illiſ verbis. Propterea graduū nume- rus incertus relinquitur, vt quanto- cūq; ſtudio aſcendere ad altiora pote- rimus, in inferioribus nos putemus col- locates. Id ſibi de ſe perſuaſiſſe vi-

D. Aug.

Exo. 20. nu. 26. S. Hiero

80.

Nūquam ad ſinem per veniſ- ſe, putan- dum eſt.

dentur parentes Ioannis, ideoq; in ſpirituali via morulas nullas, nullas remoras ſentiebant.

ERANT AVTEM iuſti ambo ante Deū.

LUC. 1. n. 6.

LA VREA. XII.

Sua iuſti opera non tam homi- num, quam Dei oculiſ ſpe- tari diſcupiunt.

- 81. Mortales oculos ſancti fugiunt, diuinos ad ſua opera videnda deſiderant.
- 82. Illustrat hanc fugam Chriſti, ac Elia exemplum.
- 83. Comēdatur hæc ſanctorū virtus.
- 84. Aſpectu Angelorum recreatur Zacharias.
- 85. Angelus qui Mariam ſalutabat Zachariam inuiſit.
- 86. Ad quid ſerua Agar Angelū ſi obuius.

A Perit hūc cāpum ad ex- currendū pauliſper Hu- go Cardinaliſ ita ſcri- bēs. Ante Deū, id eſt, in aſcōdito, vbi Deus videt, nō corā hominibus. Et i- deo ſancti plerūq; diligēter eni- tūtur, vt glorioſa facta, nō tā ho- minū oculiſ, quā Dei aſpectui obijciāt. Qua in re Chriſtus ex- tulit vexillū. Nā inſtauraturus miſerū hominiſ mutam linguā, & aures ſurdas. Apprehē- dēs eū de turba ſcandens, miſit digitos ſuos in auriculas eiſ. Marc. 7. n. 33. Ad quē locū Euthymiuſ, Separ- nit, inquit, eū, ne miracula videretur ſpectaculo exponere. Ob eādē cau- ſā Elias exhortabatur. Heliſcū

Hugo Card.

81.

Sancti fu- giunt ocu- los homi- nū, a ſolo Deo ſpe- ctari cupi- ntes.

Mar. 7. n. 33. Eutym.

82. Probatur Christi, & Eha exemplo.

4 Reg. 2 n. 2.

Abul.

Exo. 34

Cant. 6. n. 12.

83.

Exaggeratur ac infistorum virtus.

Oleas.

vt sifteret; nec se comitari vltra pergeret. Sede hic, quia Dominus misit me usq; in Bethel. 4. Reg. 2. nu. 2. Quere adhuc locu; quare Elias laborat tã operẽ solus ire, repudiatq; & constanter semel, & iterũ auersatur Helisei comitatũ? Mihi hęc inuestigãti facit satis doctõr literatissimus Abul. 4. Reg. 2. q. 6. his verbis. Volebat occultare recessũ suum: volebat recessũ suũ omnibus hominibus ignotũ fieri: quia, ea, quæ pertinet ad aliquã excellentiã hominis, debet occultari. Ita ille. Hoc consilium exequabantur apprimẽ parentes Ioannis Baptistæ, qui propterea dicuntur iusti ante Deũ, quia suas virtutes, & eximiam sanctitatem, non hominum, sed Dei tãtum oculis obiectabant.

Et hęc, indeclinandis hominum oculis, iustorum cõsuetudo eo penetrat: eoq; peruatit absolutissimæ, & exactissimæ perfectionis, vt dum continuò hominum oculos refugiũt, Dei etiam, præ vsu, & frequenti cõsuetudine se se oculandi, oculos effugere velle videantur. Id singularitẽr adnotauit Oleaster in cap. 34. Exod. ad illum locũ. Reuertere sulãmitis, vt intueamur te. Cant. 6. n. 12. vbi anima vitẽ integra, & pura sceleris ex Dei etiã oculis viderur effugere, & auolare. Si fieri posset (inquit Oleast.) nollẽt à Deo bona sua videri. Ita, vt post eos Dominus currat, & vt reuertantur, adhortetur, vt eos videat. Tales mihi fuisse vidẽtur parẽrẽtes Ioãnis, qui cũ lynceos Dei oculos effugere nõ potuerint; at hominũ oculos, at laudes, &

suarũ virtutũ encomia refugiebant; ideoq; Angelicos intuitus merebãtur, Vnde Zacharias nõ hac vice tantũ sed sæpe aliã Angelos in corporibus efficitis admodum gloriosis corã spectabat: quod adnotans Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 131. hanc reddit rationẽ, quare Zacharias, ex stupore, conticuerit. Sacerdos ille (inquit) vt qui puro animo diuinis mysterijs operã daret, diuinis prospectus, atq; angelicas visiones familiares habebat. Ita ille.

Et hinc reddi potest nobilis causa. quare Archangelus idem, qui Mariã proprio nomine salutauit, Zachariã quoq; suo nomine amicẽ cõpelleret: de Maria ita facer textus. Cũ audisset, turbata est in sermone eius, Luc. 1. n. 29. tunc Angelus timorem pellens. Ne timeas (inquit) Maria, inuenisti gratiã. Ibidẽ. vbi venerabilis author Beda. Quã (inquit) salutatione insolita, utpote, quæ ei soli seruabatur, viderat turbatã; quasi familiaris notã, vocans ex nomine, ne timere debeat, inbet. Vbi obseruabis illa verba: familiaris notã. Erat enim angelis Virgo satis nota, ipsiq; vicissim angeli per quã notissimi ex crebra visitatione: ob quã etiã rationẽ angelus Zachariã, (frequẽter enim angelos cõlestia cõmẽtãdo viderat) proprio nomine salutauit, utpote sibi ex repetitis alloquijs familiarem.

Neq; Ioãnis matrẽ sanctã Elisabethã angelis ignotã dixerim: tũ propter admirabilẽ suã pariter, & coniugis Zachariæ sanctitatem: tum propter magnã futuri Præcursoris dignitatem:

Peluf.

84.

Zacharias angelos solebat inuiri.

Luc. 1. n. 29.

Beda.

85.

Idẽ Archangelus, qui Mariã salutare solebat, Zachariã apparet.

tum

Gen. 16 n. 9.

Chryso.

86.

Quar. apparet angelus Ancilla Agar.

Iudi. 13 n. 3. & 9.

tum demum; propter eam, quã cũ futura Dei matre sanguinis habet propinquitatem. Nã Angelus se spectabilem aliquando dedit ancillæ Abrahæ, cum ea sermones contulit, & quidem familiares. Cumq; inuenisset eam angelus Domini, dixit ad illam, Agar ancilla Sarai vnde venis? & quò vadis? quæ respondit, à facie Sarai Domina mea ego fugio; dixitque ei angelus Domini, reuertere ad dominã tuam, & humiliare sub manu illius. Genes. 16. n. 9. cur cum ea Angelus tã familiariter loquitur? id planẽ fuit, vt egregiẽ perpendit Chryostomus homilia 38. Propterea, quod sanctissimi Abrahæ filium conceperat. Quia (inquit) iusti semen intra se gerebat, ideo, & angeli aspectum videre meruit. Agar propter Abrahæ filium Angelum videret; Elisabetha propter suum, & Zachariæ filium, Christi futurum Præcursorẽ, & Dei matris propinquũ, non viderit? non audierit? non salutata vnquam fuerit ab Angelis? Id vix crediderim.

Si matri Sansonis semel, & iterum angelus apparuit Iudic 13. n. 3. & 9. quia futura erat mater pueri adẽ admirabilis, qualis fuit Sanson: quid mirum? si dicamus, angelos etiam semel, & iterum apparuisse Elisabethẽ, quia futura erat mater Præcursoris Domini, qui fuit multo admirabilior? certa mater Sansonis ex angelico oraculo de suscipiendo filio, facit ilicò certiotem coniugem Manue; mox ille, flexus ingenua, Deũ orat, vt rursus angelum cælo mittat,

Annuit eius orationi Deus. Exaudiuitque Dominus deprecantẽ Manue, & apparuit rursus angelus Dei uxori eius sedenti in agro. Ibidem n. 9. Indagat causam Carthusianus, ob quam Deus angelum dirigit ad vxorem sedentem, non ad virum orantem? redditque istiusmodi, Apparet, quod femina illa fuit marito suo deuotior; atq; ob hoc angelica apparitione condignior. Condignior appellat, vt ostendat, etiam virum fuisse dignũ, qui ab vxore vocatus, angelum videret, & alloqueretur. Solẽt mulieres ad pietatem procliuiores esse: talisq; erat mater Sansonis; talemq; fuisse, par est, vt credamus matrem præcursoris, si nõ Zacharia coniuge religiosior; at æquẽ certẽ pia, ac sancta, dignaq; proinde, tum propter insitam pietatem; tum propter futuram prolem, quæ ab angelis inuiseretur. Hactenus de parentibus Ioannis, de quibus post enarrationem maximarum virtutum, cum magno mysterio dicitur. Non erat illius filius. Luc. 1. n. 7. Quod si queras, quare non pluraliter (sicut de multis alijs dictum est) scribitur, non habuisse filios, sed singularitẽr dicitur. Non erat illis filius? Acutẽ responder Augustinus serm. 22. de sanctis, his verbis. Non dixit, non erant illis filij, sed non erat illis filius: quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus. Ita ille.

Quare apparet angelus matri, nõ patri Sansonis.


Ibidem n. 2.

Mulieres viris religiosiores.

Ioannes virtute singularis

Luc. 1. n. 7.

August.



C 3

NON

NON ERAT ILLIS filius, eò quòd esset Elisabeth Sterilis: & ambo processissent in diebus suis.

Luc. 1. n. 7.

LAVREA XIII.

Ioannis conceptio à gratia, aut à Deo potius, quam à parentibus ortum duxit.

- 87. Cur Elisabeth ultra solitam nature aetatem conceperit.
88. Secunda causa.
89. Tertia causa eiusdem.
90. Diuina gratia potius, quam patres, Ioannem in lucem dedit.
91. Quam ob causam eum missum nominemus?
92. Sex femina fertilitate pradita in sacra pagina celebrantur.
93. Contigit miraculo partus filiorum.
94. Infecunda mulieres natos habent, ut Virginis partus probetur.
95. Cur de Elisabeth Angelus meminert.

Sicre aueo, quare S. Ioannes Baptista nascitur ex sterili matre, & senectute pronecta? Fecitq; satis desiderio meo D. Petrus Chryfologus fer. dum vtrumq; referendum putat ad voluptatis alienatione, atq; aded ad mundam, & angelico praecursore dignam aulam. Partus, ait, non ablatu est, sed dila-

D. Pet. Chryfolog.

tus; donec transiret tempus carnis, passio corporis: mundabatur longo tempore sanctitatis hospitium: Angeli domicilium, aula Spiritus Sancti. Ad hac adiungo illam aliam causam ex Cardinale Hugone ad huc locum ita scribente. Hoc diuinitus, & miraculose factum est, ut, & parentes gratiores essent, & ceteri ex miraculosa Ioannis natiuitate eum, tamquam Prophetam, audirent. Adnecto causam tertiam ex Cardinale Toletio, ad illa verba; & non erat illis filius. Vbi cum rationibus ostendisset, id ex parentum defectu processisse, addit haec verba. Quo quidem Ioannis conceptio, & natiuitas valde commendatur; & testimonio eius futuro de Christo multum roboris accedit. Ita ille.

Itaq; Ioannes, & conceptus est, & natus potius à diuina Dei gratia, quam à parentum virtute: ut vel inde maiorem illi reuerentiam, affectum puriorem, feruentius obsequium deferamus. Ita colligitur ex Ruperto Abbate. Luc. 1. Ita sentit noster Salmeiron tomo 2. in Euang. hist. Tract. 21. Additq; ob eam vnam causam scribi in Euangelio: Ioannem speciatim fuisse missum. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Ioannis 1. n. 6. Singulariter (inquit Salmeiron) fuit missus, quia supra naturam ex senibus, & sterilibus venit, quod non est natura, sed solius Dei opus.

Qua in re parumper adhuc immorandum est: sex enim memini, in scriptura sancta, celebres fuisse mulieres steriles, ex quibus speciali dono nati sunt filij celebriores. Prima est Sara

87

Prima causa quare Elisabeth promissam atare concipit.

88.

Secunda causa.

Toletus

89

Tertia causa.

90

Ioannes potius à diuina gratia, quam apparentibus genitus.

Rupert. Salmeiron.

Ioann. 1. n. 6.

91 quo pacto Ioannes dicitur singulariter missus.

92 Sex celebres, & steriles mulieres.

Abrahæ

Gen. 11

Gen. 25

Gen. 30

Iudi. 13

1. Reg. 1

93.

Miraculo tribuitur, quod pepererint.

Chryfost.

Chryfost.

94.

Haruste rilius praestabat viam ad virginis partu credendum.

Abrahæ coniux, quæ peperit Isaac, Christi typum celeberrimum: de qua Genes. 11. Secunda est Rebecca Saræ nurus, & vxor Isaac, & mater Iacob celebratissimi patriarchæ; de qua Genes. 25. Tertia est Rachel mater Ioseph, qui dum Ægypti fit saluator, saluatorem mundi representat. De ea Gen. 30. Quarta est vxor Manue mater Sanfonis, de qua Iudicum 13. Quinta est Anna, mater Samuelis clarissimi Prophetarum, de qua 1. Reg. 1. Sexta Elisabeth, mater sancti Ioannis Baptiste.

Omnes has peperisse, magno miraculo tribuit Chryfostomus hom. 49. in Genesim. Haec (inquit) fuerunt steriles, & vetula, & magna miracula fuit. Facileq; colligi poterit miracula reliquarum ex miraculo vnus, Saræ videlicet, de cuius filio ita scribit Chryfostomus n. 22. cap. 4. ad Galatas. Isaac non iuxta naturam ordinem; neq; iuxta coniugiorum legem; neq; iuxta carnis vires natus, & filius, & germanus filius fuit; ex aridis corporibus factus, & à vultu illa emortua progressus. Inquirat verò Chryfost. hom. 49. in Genesim. Quid hic sterilius chorus significet? rationemq; reddit, ac repetit preclaram in hæc verba. Sterilitas igitur iam viam parat virginitati, & ut scias, quod propter hoc steriles prius fuerunt, ut credatur Virginitatis partus. Et iterum. Propter hoc steriles fuerunt istæ, ut credatur Virginitatis partus: ut ipse nos manu ducant ad fidem promissionis.

Et verò quia sanctissimi Ioannis conceptio fuit quodammodo

mirabilior, ideo Gabriel Angelus persuasurus sanctissime Virgini Æterni Verbi conceptione Spiritus Sancti opera; non alius adduxit exemplum, quam Elisabeth matris Ioannis. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium senectute sua. Luc. 1. n. 36. Excipe Chryfostomum citata hom. in Genesim. Non (inquit) in memoriam ei reducit Saram, vel Rebeccam, vel Rachelem: adducit eam (hoc est virginem) ad hoc, quod nuper contigerat, ut mentem eius ad credendum prouocaret.

95.

Quare Angelus solus Elisabeth meminit.

Luc. 1. n. 36. Chryfost.

APPARUIT autem illi Angelus Domini. Luc. 1. n. 11.

LAVREA XIII.

Quo pacto, & quo loco Gabriel Angelus apparuerit.

- 96. Angelum humana specie visibilem Zacharias intuetur.
97. Ioannis natalitium, & conceptio cum Christi conceptu, & ortu conferuntur.
98. Rationes, ob quas in templo appareret.
99. Que Diabolus Dei consensu machinari audeat, ea Dominum facere asseueramus.
100. Ita malos, ut bonos Angelos, Dei Angelos appellamus.
101. Zacharias, calo fauente, Angelum bonum agnoscit.
102. Hierosolyma templum in tres partes distributum.
103. Qua parte Zacharias oraculo

C4

afflat 115

afflatus sit.

104. Zacharia tempore primum tabernaculum tantum intrabant Sacerdotes.

105. Cur Angelus primum pro oraculo elegit tabernaculum.

Hanc apparitionem dissimile esse video ei, quam D. Iosepho factam esse, scribit. Euangelista D. Mattheus.

Apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph. Matth. 2. nu. 19. Nam hoc loco est verbum $\omega\theta\theta\eta$, quod ad

Matt. 2. n. 19.

Chryso.

96. Humana specio visibile angelum Zacharias intravit.

exteriorem corporis visionem spectat, quod verbum Chrysostomus apud D. Thomam hanc vim habere putat, ut non opinionem significet, sed veritatem, quasi dicat Euangelista, Zachariam non sibi visum videre angelum, sed re ipsa vidisse. Angelus enim rem arduam annuntiaurus, ac persuasurus, aereo corpore coaptato, spectabilem se dedit, & affabilem: ut specie homo hominem efficacius moveret. Ideo qua forma angelus apparuerit, Euangelista non dicit. Ex alijs tamen similibus exemplis, quibus angeli dicuntur apparuisse, facilis est coniectura, hunc angelum humana forma se spectabilem ostendisse: vide Gen. 19. n. 15. & Dan. 3. n. 49. & 58.

Gen. 19. n. 15. Dan. 3. n. 49.

97.

Ioannis conceptus, & ortus, Christi ortus, & conceptus similis.

Cur apparuit, dubium non est; voluit nimirum Deus, ut hoc modo crederetur, Ioannem non humana, sed diuina virtute nasciturum: voluit, ut Ioannis, & Christi, quatenus similia humana diuinis esse possunt, quam simillimus ortus, quam simillimus esset conceptus; ideoque idem

Angelus ad Mariam, ut Christi; idem ad Zachariam, ut Ioannis conceptum annuntiet, praemittitur. Cur apparuerit in templo, & quidem in tabernaculo, verosimiles rationes reddi possunt: prima, quod ibi Zacharias apertior fuerit ad excipiendam angeli legationem, sacris operans, collecto in Deum animo, & humanis auris vacuo: secunda, quod Zacharias Sacerdos erat, videbaturque; rationi consentaneum, ut non quouis loco, sed in templo, ubi Dei responsa Sacerdotes excipiebant, hoc nuntium reciperet. Tertia, ut magis constaret, eum a Domino missum fuisse, eum eo ipso appareret in loco, ubi Deus habitare dicebatur; ubi arca testamenti est regione erat; unde diuina responsa reddebantur, quod nemo, qui Sacerdos non esset, poterat accedere: nam & si in primo visus est tabernaculo, ubi altare erat incensum, ita tamen apparuit, ut ex Sancto Sanctorum, & ex ipsa arca testamenti, quasi ex conspectu Dei, apud quem dicit, se stare solitum, prodiuisse videretur.

98.

Rationes, ob quas in templo apparet.

Iam vero Domini Angelus dicitur, cum propter supremum Dei dominatum in Angelos, & bonos, & nequam, tum ratione ministerij; ac tandem ratione potestatis; nihil enim facere aggreduuntur Angeli, siue boni, siue mali, nisi obtenta prius aeterni numinis facultate. Quod Augustinus inculcat in Psalmum 77. & palam facit ex illo celebri testimonio. Dominus dedit,

Psal 77.

Dominus

Iob. 1. n. 21.

99.

Dominus dicitur fecisse id quod, Deo permisso, diabolus operatur.

100.

Quo magis iam bonus. quia malus angelus dicitur angelus Domini.

101.

Zacharias institutus diuino non nomine, esse angelum Dei bonum.

Origen.

102.

Tres partes in templo Hierosolymitano.

Dominus abstulit. Iob 1. nu. 21. Nam cum illa facultatum omnium ruina demonis opera obtigerit, Dominus tamen eam dicitur fecisse, quia eam iacturam diabolus non, nisi ex Dei concessione, potuit perpetrare. Caeterum tam bonus, quam malus Angelus, Angelus Domini dicitur propter creationem: propter ministerium, & propter potestatem; Angelus vero, bonus, & propter has causas dicitur Angelus Domini, & propter voluntatem bonam, qua Domino dicitur inferuire. Nec non propter amorem, quo Deo charus, & gratus habetur. Quo pacto in presenti loco Sanctus Gabriel, Angelus Domini nominatur. Et certe Zacharias hoc loco, et si, quisnam Angelus esset, haud sciret: Angelum tamen Dei esse certum scivit: non facultate quidem naturali, sed instinctu, & ad flatu numinis interno; ut recte disputat Origenes. hom. 3. in Lucam, quod si scisciteris, & curiosè amplius rimeris, quo in loco steterit Angelus coram Zacharia, cum illi filium, & quidem magnum, pollicitus est? Huic questionem (& si ex antedictis patere videatur) facio satis.

Hierosolymitani templi tres fuisse partes nemo nescit: primam, eam, in qua populus consistebat, quaeque nomine totius templum vocabitur; vel atrium populi. Secundam, eam, quae dicebatur Sanctum, vel primum, tabernaculum, ubi quotidie Sacerdotes mane, ac vesperi thura incendebant, ut videre est ex lo-

co Exodi cap. 29 nu. 13. Tertia eam, quae vocabatur Sanctum Sanctorum, ubi videlicet, erat arca testamenti, & thuribulum aureum, quo semel solum in anno Summus Sacerdos peracto prius sacrificio ingrediebatur, ut asperso sanguine populum expiaret, ut cernere erit Exod. 30. nu. 10, & Leuit. 16. nu. 2. Erat ergo Zacharias in primo tabernaculo, quod Sanctum dicebatur, quodque erat de regione secundi tabernaculi, quod vocabatur Sanctum Sanctorum; in hoc primo tabernaculo erat velum, ubi erat altare Thymiamatis, nec non panes propositionis, atque in hanc partem soli Sacerdotes functionis suae tempore reuerenter intrabant; in hoc ergo loco, factum est celeberrimum illud oraculum de conceptione Ioannis Baptistae, cum grauissimis verbis, tum magnificis, & splendidis de Ioanne promissis. Nec id mysterio caruit: nam sicut prius tabernaculum secundi erat quasi vestibulum, & via: ita Ioannes praecursor fuit Christi, qui sedet super Cherubim in Sanctis Sanctorum, & viam ad illum preparans: merito ergo Angelus de Ioanne multa, ac magnifica relaturus apparet in priori tabernaculo, ut etiam locus ad significandum Christi Domini aduentum referre videretur. At si hoc ita se habet, quomodo paulo ante Laurea 4. diximus, probabile esse Zachariam fuisse Summum Sacerdotem? Porro stare potest ea sententia cum ijs, quae haecenus dicta sunt: nam Summi

Exod. 29. n. 13.

Exo. 30. n. 10.

Leuit. 16. n. 2.

103.

Ubi Zacharias excepit oraculum.

104.

In primo tabernaculo fuit Elionis tempore soli Sacerdotes intrabant.

105.

Ratio ob quam angelus apparuit in primo tabernaculo.

Sacer.

Sacerdotis duplex munus fuit: alterum cum reliquis Sacerdotibus minoribus comine, quod ad incensum in altari ponendum, & adaptandas lucernas spectat: alterum ipsius proprium, & vna tantum expiationis die exercendum, ingressus scilicet in Sancta Sanctorum: quare cum Evangelista de quotidiano ministerio agat, illud quidem, & a summo Sacerdote potuit exerceri, non fecus; atq; a minore.

LAVREA XV.

Ostenditur Angelorum beneficentia: super eadē verba. Apparuit illi Angelus.

- 106. Quid significet Zachariae metus, viso Angelo.
- 107. Beneficentia Angelos prodit.
- 108. Se Deo similem facit, qui dona pauperibus largitur.
- 109. Angelorum munus est, homines a vitiorum sordibus, ad virtutis pulchritudinem, reuocare.
- 110. Angelorum est, animarum utilitati consulere.
- 111. Presidio nobis sunt Angeli.
- 112. Parentum nomina exornantur, cum frumentationem ministrant.
- 113. Dicuntur oculi, eo quod nostri curam gerant.

Chryf. **Q**uerit os aurum Chryso- stomus hom. 2. in natiuitate Ioannis, quā ob cau-

fant ad Angeli intuitum Zacharias tremefat. Addit enim sub- iuncte Textus. *Et Zacharias turbatus est.* Exhilarari, quam con- tritari, fatius erat; triumphare gaudio par esset viso celesti nuntio, non timore corripit, & exaltescere, quid ergo, turbatur Zacharias? quid hæsitat, ac tur- bat? causam colligo ex Zachariae ipsius mente, quem citatus Chrysofomus inducit, ita lo- quentem ad Angelum. *Cessa deinceps tu, qui me terres, si enim eses a Deo missus Angelus ad ea, quæ sunt mihi usus, adiumento fuses, & miseratus es eorum, qui foris lacrymantur, affligeris vna cum eis, qui affliguntur.* Hæc vltima verba nota da, ex quibus patet, qualiter ex nostri commiseratione affligatur angeli nobiscum, & quan- tam nobiscum nauent operam; & quam assiduum humanæ saluti prestent desiderium, quan- doquidem recte ex hac benefi- centia, & commiseratione dig- noscuntur, vn de in defessam mor- talium curam, vigilantemq; so- licitudinem pro stemmate ha- bent. Ex quo etiā cognoscitur, quam Deo sint proximi; quippe qui eandem cum Deo ha- beant syngrapham beneficentiæ. Ad quam consequendam tanto- pere Christus hortabatur. *Estote, inquit, perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est.* Matth. 5. nu. 48. In quem locum D. Gregor. Nyssenus, lib. de beatitudini- bus. Si, inquit, misericordis appella- tio Deum decet, ad quid aliud, te ser- mo Christi hortatur, nisi, ut Deus fias: itaque insignitus propria nota Deitatis.

Planè

Chryf. 107. Cur Zacharias turbatus est. 109. Magna gloria gentes ab inferorum ad celi uiam reuocant. 110. Angeli ex beneficentia cognoscuntur. Mat. 5. 108. Deitatis nota insignitur, qui opera misericordie exercet.

Zachari. 2 nu. 8. Vatabl9

109.

Magna gloria gentes ab inferorum ad celi uiam reuocant.

Chryf.

Hebr. 110.

Opus angelicum animarum saluari valet.

Planè humanum genus à demo- nis seruitute ad Dei obsequiū reuocare, & ab inferorum carce- re reducere ad Euangelicam li- bertatem. Id verò nota erat, ac syngrapha diuini numinis; id diuinitatis erat opus admirabile; cuius gloriosi ad eum operis, ac ma- gnifici ministros adsupit Ange- los ad hebr. 1. n. 14. vt eos parti- cipes faceret eius gloriæ; de qua ipse Christus per Zachariam lo- quitur. *Post gloriam, inquit, misit me ad gentes.* Zacharias 2. n. 8. Vbi meam mentem effert, & e- ducit in lucem Vatablus, cuius lectio eod loci est eiusmodi: *Propter gloriam misit me ad gentes, Quasi tantam gloriam Christus esset obtenturus ex gentium reuoca- tione, à vitijs ad virtutes, ab in- feris ad cælum, vt eiusdem glo- riæ, Angelos pariter, & homines participare potuerit, quin ea- dem gloria minueretur.*

Porro hoc munus esse angeli- cum, ac verè diuinum, docet D. Chrysofomus in cap. 1. ad Hebræos expendens illa verba. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, ibi n. 14.* Hoc est (inquit) angelicæ functionis officium ad salutem hominum mini- sterium Deo persolvere: proinde hoc est opus angelicum omnia facere pro salute proximorum, magis autem hoc est opus Christi. Quod vero Rex exequitur, exequi non dedignatur aulici. *Nostra causa* (inquit citatus Chrysofomus) *illi laborant, curstant, iacentes erigunt, nutantes confirmant, laborantes adiuvant, nobis deniq; vt ita dicā seruiunt.* De hac

erga nos benevolentia, ac bene- ficentia loquitur etiam Cyril- lus Alexandrinus, lib. 1. in Isaiā his verbis. *Idem quasi iugū est omnibus Sanctis spiritibus, & herili nu- tui seruiunt non indignam censentes seruitutem, sed honori laudiq; ducentes: hæc veritas germana, & genuina illis inest.* Quasi dicat Sanctus Cyrillus. Hæc sunt Angelorum insignia, hæc stemmata de qui- bus gloriantur; homines adiu- uare, opem ferre, & nunquā nō opitulari: quare Origenes in c. 35. Iob Angelos assimilat arma- tis vrbium custodibus: *Sicut* (in- quit) *qui sunt in custodia collocati nocturna vigilias agunt, eos qui ver- santur in nocte à latronibus, à belluis, ab hostibus defendunt, ita profecto ca- strametantes Angeli custodes nostri sunt.* Sophronius in encomijs Angelorum, eos comparat, tum nauibus, tum nauium gubernato- ribus. *Vos* (inquit) *estis nauæ, naues, & gubernatores.* Diuus Ber- nard. form. 12. in Psal. *Qui habi- tat, eos confert pædagogis. Ne quid in caelestibus vacet ab opere soli- tudinis nostre, beatos illos spiritus propter nos mittis: in ministerium custodia nostra deputas: nostros iubes fieri pædagogos.* Possunt, & colum- nis æquiparari propter firmita- tem. *Columna celi contremiscunt, & pauent adnutum eius, Iob. 26. n. 10.* Ad quem locū Sanctus Hie- ronymus. *Potest* (inquit) *& de sanctis Angelis ita intelligi, vt pro charitatis suæ, & dilectionis intuitu, columna dicantur: eo quod pro salute hominum curam gerant, pro quibus sunt pio affectu solliciti.* Proptereaq; sanctus Ioannes Damascenus,

lib. 2,

Cyrrillus Alexand.

Origen.

111.

Angeli nobis pro castris sunt & pro praesidio.

Sophro.

Iob 26. nu. 10. D. Hieronymu

Damac.

lib. 2. de fide cap. 3. fortes appelle-
lasse videtur. Fortes (inquit) sunt
Angeli, & prompti ad diuinam implē-
dam voluntatem, & ubiq. confestim
inueniuntur natura agilitate: ubiq.
diuinus iusserit nutus. Qua propter
Angelorum beneficentia plenus
est orbis, plena sacra volumina

Gen. 21
nu. 17.
22. n. 11
28. n. 12
31. n. 11
32. n. 1.
35. n. 10
Exod. 3
nu. 2.
14. n. 19
Iudic. 6.
nu. 14.
13. n. 3.
4. Reg.
19. n. 35

Genes. 21. n. 17. & 22. nu. 11. &
28. nu. 12. & 31. nu. 11. & 32. n.
1. & 35. nu. 10. Exodi 3. n. 2. & 14.
nu. 19. Iudicum 6. nu. 11. & 13.
nu. 3. 4. Reg. 19. nu. 35. mitto
alia in numeris testimonia.

Id tamen adnoto recte Ange-
los humani generis parentes ap-
pellari potuisse, ob continuam
solicitudinem, qua nobis ita cō-
sulunt, & diligenter, & indulgē-
ter, vt alitum specie panē etiā,
si quando opus sit, apportent: vt
Elic prope torrentem Carith la-
tenti apportabant. Corui quoque
deferabant ei panem, & carnes mame:
Similiter panem, & carnis vesperi. 3.

3. Reg.
17. n. 6.

Reg. 17. nu. 6. Angeli nimirum
se coruos simulantes panes affe-
rebant, vt nō improbable cēset
Abulensis ibi, q. 15. Panes etiam
Angeli Hebræis per deserta gra-
diētibus diu administrauerunt iux-
ta illud. Panem Angelorum mandu-
cauit homo. Psal. 77. nu. 15. dū au-
tem panem subministrabant pa-
rentū officio fugebantur. Quæ-
rit Euthymius ad illum locum.

Psal. 77
15.

Redemisti in brachio tuo populū tuū
filios Iacob, & Ioseph. Psal. 76. n. 16.
Quorum Hebræorum gentem
filios appellat Iacob, & Ioseph?
Ioseph enim frater erat reliqua-
rum tribuum, nō parens, si duas
tribus excipias, nimirum Ma-
nassem, & Eprahim; quare igi-

Psal. 76
nu. 16.

112.
Parentes
s. præstāt
alendo.

tur dicuntur filij Ioseph? *Eo quod*
(inquit Euthymius) Ioseph dum
omnes Patriarchas, & vniuersum po-
pulum aluit, patris officium præstitit.
Ita etiam angeli paternam erga
Hebræos charitatem præstabant:
olim, & sepe postea erga Chri-
stianos præstiterunt, hodieq. præ-
stant.

Euthy.

Præstant etiam paternū mu-
nus, quia præ amore, & sicut eum
sistentibus, & dolentibus condo-
lent. *Ascendit Angelus Domini de*
Galgalis ad locum sientium. Iudic. 2.
n. 1. Vt videlicet cum meren-
tibus ipsi quoque merere viderentur.

Iudic. 2.
n. 1.

Contendentibus duabus
mulieribus apud Salomonē de
vnicō filio (vtraq. enim suum
esse dicebat) 3. Reg. 3. ait Salo-
mon. *Diuidite infantem viuū in duas*
partes, & date dimidiam partem vni,
& dimidiam partem alteri. Ibi n. 25.

3. Reg.
3. n. 25.

Hic vera mater indoluit, & præ-
amoris magnitudine exclama-
uit. *Obsecro Domine date illi infan-*
tē viuū, & nolite interficere eum.
Ibibem num. 26. Tum demum
Rex intellexit, illam matrē nō
esse, quæ non indoluit: ita Am-
brof. lib. 3. de Virginibus. *Exor-*
tem (inquit) pronuntiauit esse natu-
ræ, quam exortem vidit esse pietatis.

Ibid. n.
26.

Ac rursus eam veram matrem
esse deliberauit, ac diiudicauit,
quæ in lacrymas, & in dolorem
soluta filij mortē fuerat depre-
cata: vnde idē Ambros. *Illi (in-*
quit) iudicauit puerulum reddendū:
quam veram matrem dolor proprius
prodidisset.

Ec quis amans filij parens tā
celer pereunti præ sitio filio opē
fert, ac Angelus occurrit Ismael

siti

sitienti, ac pereunti in solitudi-
ne. *Et audiuit Deus vocem pueri, vo-*
cavitq. Angelus Dei Agar de calo di-
cens. Quid agis Agar, noli timere,
exaudiuit enim Deus vocem pueri de
loco, in quo est. Genes. 21. num. 17.

Gen. 21
n. 17.
D. Basi-
lius.

Qua propter Diuus Basilius in
Psalum 33. n. 16. ad illa verba.
Oculi Domini super iustos, & aures e-
ius in preces eorum. Quemadmodum
(inquit) sancti corpus sunt Christi,
& membrum ex membro, & posuit
Deus in Ecclesia quosdam, vt oculos;
quosdam, vt linguas; nonnullos, vt
aures; sic & sanctæ spirituales virtu-
tes circa caelestem versantes curiam, a-
liquæ oculi dicuntur, quod curam
susceperint nos interuifendi, curaq.
nostri omnium illis concredita sit.

113.
Angeli
oculi no-
bis prospici-
entes.

LA VREA. XVI.

Quantacum solemnitate Ioā-
nis conceptio annuntietur:
super eadem verba. Appa-
ruit Angelus.

- 114. Solemnius annuntiatu Ioan-
nes, quam Christus.
- 115. Spirituales libertas gentem He-
bræam respexit in Ioannis an-
nuntiatione.
- 116. Sextus mensis magnam Ioannis
laudem innuit.

HIC Angelus non alius
erat, quam ipsemet prin-
ceps Gabriel, qui sanctif-
simæ Virgini Mariæ legationem
omnium longè præstantissimā
detulit: vnde se se attollit fu-

blimè, & ad Christi comparatio-
nem erigit Ioannis Annuntia-
tio, ex eo quod vtriusq. con-
ceptionem fuerit prænuntiātū.

Quod in Ioanne notat his ver-
bis Sanctus Laurentius Iusti-
nianus, serm. 1. de S. Ioanne.
Ipsū in benedictionibus dulcedinis
præuenerat Deus: cum adhuc in ma-
terno teneretur corpusculo: nam an-
te fuit sanctificatus, quā natus; priusq.
prænuntiatus, quam genitus. Ita il-
le. Quin etiam hæc Præcurso-
ris annuntiatio, non æquipa-
rare modo, sed excedere vide-
tur ipsam Christi annuntiationem;
vt scitè animaduertit Car-
dinalis Petrus Damianus, ser-
mone de Baptista, & Diuus Ber-
nardus, tomo 2. sermone de pri-
uilegijs Baptiste. *Salua (inquit)*
reuerentia Redēptoris digniore præ-
monstratione Ioannes nuntiatu,
quam Christus: Christus fortassis in
thalamo; Ioannes in templo: & non so-
lum in templo, sed etiam ante sancta
sanctorum. In insigni die solemnita-
tis eorum; Ioannes ab eodem Archā-
gelo in loco digniori; tempore sacra-
tiori: apertiori miraculo predicatur.

S. Lau-
ret. Ius-
tinianus

D. Pet.
Damia.
D. Ber.

114.

Solemnis
annuntia-
tur Ioan-
nes, quam
Christus.

Antipa-
ter.

Et paulisper infra. *Pium*, inquit, ac religioſum populo donum, in celebri feſto, ortum tuum attulit Archangelus.

Alia rurfus in mentem ſubit ratio, ac conſideratio, que magnum in omētum affert huic annuntiationi. Nam reges olim, vt ſepe legimus, a uniuerſaria ſue natiuitatis ſolemnitate victos libertate donabant. Ioannis vero natiuitas annūtiatur ſolemnitē in die expiationis: vt prohibet Diuus Antoninus, & Cardinalis Damianus, apud Barratom. 1. lib. 8. cap. 3. qua die peccatorum vinculis alligati Hebrei ſoluebantur, & quaſi regali Dei optimi maximi amplitudine, ac liberalitate, libertate donabantur. Vndē Diuus Antoninus in ſumma, titulo 18. cap. 5, ſ. 6. conferens, que ad Ioannis natiuitatem ſpectant. *Nec Chriſtus* inquit, *fuit ita ſolemniter nuntiatuſ, vt Ioannes.*

Hic acutē cernenti ſe detegit alia Ioannis laus incomparabilis, nam Deus eternus, & immēſus humanam indutus formam, & humanis noſtri temporis cōputationibus obnoxius, vt hanc etiam futuro Pręcurſori cōcederet laudem, eam mentē Euangeliftę inſpirat, vt non alijs ſolū, ſed etiam ſibi nouum faciat exordium computandi ab hac celebratiſſima Ioannis Annuntiatione. Id non pauci adnotarunt ad illa verba. *In meſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth.* Luc. 1. num. 26. Vbi Diuus Athanaſius quæſt. 13. ad

D. Ant. D. Pet. Dam. Barrad.

D. Antoninus.

116. M. ſiſ. x. tus inu. e. magnam. Ioanis lau. dem.

Luc. 1. nu. 26. D. Atha

Anti. D. Chryſoſtomus tom. 2. hom. 1. in Lucam, & ſerm. de Ioanne Baptiſta, Rupertus lib. de diuinis officijs cap. 19. D. Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 5. & lib. 9. ex nouo teſtamento quæſt. 55. Ambroſius 1. Examē. cap. 4. Beda in Lucam, Aymon ibidem, Anſelmus lib. 2. de fide cap. 7. Hęcōr Pinto in caput 1. Ezechielis, & alij vnanimiter aſſerunt, hunc ſextum meſem Martium fuiſſe, qui meſis ordine ſextus dicitur ab illo, in quo ſanctus Ioannes annuntiatuſ fuerat, & hoc modo annuntiatio Chriſti ſub annuntiatione Ioannis continetur: & rurfus tempus, quo Chriſtus annuntiatuſ, ſubordinatur tempori, quo Ioannes promittitur, ſiquidem apud omnes nationes in magno ſemper honore habitata ſunt exordia, a quibus reſgeſtę numerantur, quapropter Romani annorum ſeriem dinumerabant à primis Romę fundamentis, ideoq; paſſim legitur, ab vrbe condita, Iudęi à liberatione captiuitatis AEgyptiacę.

Chryſoſtomus. Rupert. Auguſt. Ambroſ. Beda. Anſel. Aymō. Hęcōr Pinto.

LAVREA. XVII.

Explicatur ad literam, quare à dextris potius Angelus, quam à ſiniſtris apparuerit?

- 117. *Proſperitatis indicium eſt Angelos à dextris videre.*
- 118. *Optimi ſunt nuntiatores cum à dextris veniunt.*
- 119. *In diabolo omnia reperies ſiniſtra, in Deo nihil ſiniſtrum.*
- 120. *In ſanctis omnia eſſe debēt dextra.*

D. Aug.

Pſal. 15. n. 8.

117. Angelus apparet à dextris proſperitate ſignificat.

Virgil. Perſius.

Quintil.

Ouid.

Pſa. 109 nu. 5.

Genebr.

Mar. 26 nu. 5.

Ezech. 10. n. 3.

Ecclęſię lumen Auguſtinus, ad illum locum. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Pſalm. 15. n. 18. *A dextris, inquit, eſt; quoniã fauet, vt in eo ſtabiliter permaneam. Dextrum enim proſperum ſignificat, ac fauore plenum.* Vndē, & poetarum alpha. 8. Aneidos.

Et nos, & tua dexter adi, pede ſacra ſecūdo. Aperti 9 adhuc Perſi 9 *O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.* Et Quintilianus; in prozēmio. lib. 4. *Adſit Domitianus dexter, ac volens.* Audi, & Ouidium 1. faſtorum. *Dexter ades ducibus.* Et Pſal. 109. num. 5. Pſaltes egregius, ac regius cantat Chriſto optimo Maximo, a dextris ad eſſe fauorem. *Dominus à dextris tuis confregit in die ira ſua reges.* Vbi ad rem Genebrardus. *A dextris, inquit, eſſe, ſignificat, opitulari, ad eſſe, ſuccurrere, protegere.* Hinc eſt, vt Angeli, ſuperiq; omnes letum portantes nuntium à dextris ſe dent in conſpectum mortaliū. Quo pacto hodie Gabriel Angelus apparuit Zacharię à dextris altaris incenſi, & in reſurrectione femine illę ſanctitate clarę. *Introentes viderunt iuuenem ſedentē in dextris.* Marc. 16. n. 5. Ezechie

lis quoq; cap. 10. nu. 3. *Cherubin ſtabant à dextris Domus, cum ingrederetur vir.* Nam Chriſtus antonomatiç vir appellatus introgreſſus bonorum, & donorū omnium portabat immenſitatem. Ad hęc Ezech. 47. nu. 1. *Aquę deſcēdebant, ad dextrum latus, quia vt Hieronymus aſtruit, & Theodoretus Euāgelicę doctrine felicitatē, & diuini lauacri candorem preſignificabant.* Ita etiam hoc loco pars dextera altaris felicitatem ſignificat, & feſtiuiſſimam, atq; lætiſſimā Ioānis conceptionem, & natiuitatē. Qua propter Cardinalis Toletus hoc loco. *A dextris, inquit, altaris ſtetit, vt qui proſpera, & bona nuntiatuſ venerat.*

Ad hęc pars dextera in re quam augurat ſanctitatem: proptereaq; D. Hieronymus lib. 2. in Iouin. aſtruit, gigantē Aioth ed dici ambidextrum, quia iuſtitiā coleret; & virtutem adamaret. *Aioth, inquit, propterea dicitur duas manus dexteratas habuiſſe, quia iuſtus erat.* In quem etiam locū Orig. homil. 3. in lib. Iudic. per Aioth, qui populum tuitus eſt ſtrenuē, autumat, angelos, qui ſaluti hominū ſedulam operam nauant, intellectum iri; in quibus læuū nihil, omnia ſunt dextra. *Diabolus* addit Origenes, & *angeli eius ambo ſiniſtri ſunt,* angeli vero boni nihil ſiniſtrū habent, imitantes in hoc diuinitatem, de qua D. Petrus Chryſologus ſerm. 59. in illa verba, *ſedet ad dexteram Patris.* *Sed Patrem, inquit, non habet ad ſiniſtram; diuinitatis conſeſſus recipit nil ſiniſtrum.*

Ezech. 47. n. 1.

S. Hier. Theod.

118.

Apparet à dextris, vt qui læta nuntia re venerat.

Toletus

S. Hier.

Orig. n.

119. Diabolus nihil habet dextere: Deus nihil ſiniſtrum.

D. Pet. Chryſol.

Vult verò Deus optimus Maximus, vt quemadmodum finitrum nihil habet apud se se, ita apud suos leuam nihil reperiat. Admodum celebris fuit olim ritus consecrandi Sacerdotes: nam solè partes dextrè, dextra scilicet auricula, dextri pollices manus, ac pedis sanguine liniebantur, vt constat ex Leuit. 8. cap. 8. num. 23. causam si diligenter exquisas, apud Diuum Cyrillum Alex. reperies lib. 11. de adoratione a medio. *Dextra (inquit) omnia peruncta sūt, & tanquam in summo loco, idest, in extremis, omnis enim actio proba, strenua, ac dextra est, nihilq; de vitio finitrum habet & vsq; ad extrema, idest, ad finem vsq; porrigitur.*

ET ZACHARIAS
turbatus est videns, & timor irruit super eum.
Luc. 1. n. 12.

LAVREA. XVIII.

Subtimenda in apparitionibus daemonum fallaciz.

- 121. Sub amicitia specie diabolus suis vititur dolis.
- 122. In fraude totam vim ponit
- 123. Sape boni Angeli habitum, & vultum induit, vt diciat.
- 124. In iustis ipsa animi tranquillitas tentationum suspicio existit.
- 125. Diabolum timeto, cum furtim irrepit.

Fortè Zacharias dum primo aspectu incurrit in Angelum captus est ad dubitare bonusne, an malus esset. Nam malus Angelus, teste Apostolo. *Transfiguratur se in Angelum lucis.* 2. Corint. 11. numer. 14. Qua de causa Christus Dominus in Euangelio silentium indixit Diabolo proclamanti. *Quid nobis, & tibi IESV Nazarene, scio te, quod sis sanctus Dei.* Luc. 4. num. 34. Quem locum eucluens Sanctus Ephrem. *Specie, inquit, boni decipere solet eū, à quo toleratur. Ideo saluator; ne vera quidem, à Demonijs audire voluit.* Vt nos erudiret, Demones tum potissimè timendos fore, & vigilantissimè cauendos, cū minus timendi apparent. Et verò quia Demones istiusmodi fraudibus, ac fallacis, velut armis, sunt instructi, quantumuis ad retundendos eorum impetus parati videamur, predatorio ausu armatis nobis dicuntur occurrere. Vndè illud *in occursum pergit armatis.* Iob. 39. nu. 24. in quem locum D. Gregorius lib. 31. capit. 17. *Hostes armati, inquit, sunt immundi spiritus innumeris contra nos fraudibus accincti, qui cum suadere nobis iniqua nequeant, ea sub virtutum specie nostris obtutibus opponunt.* Hec ille. Quo pacto Zacharias extimuit, ne fortè spiritus nequam lucem simulans sibi illuderet, è cælo se excendere e mentieas: ita enim saepe caco-dæmon, vt facilius laqueos tendat, de cælo se venire commē-

tatur.

120.

In sanctis omnia de dextera esse debet.

Leuit. 8. nu. 23. Cyrillus

2. Cori. 11. n. 14

Luc. 4. nu. 34. D. Epr.

121.

Præcatus boni Diabolus sceler decipere.

Iob. 39. n. 24. D. Gre.

122.

Fraudes arma diaboli.

tatur. Nota in hanc sententiam, locum illum. *Cum venissent sibi Dei, ut assiderent coram Domino affuit inter eos etiam Sathan.* Iob. 1. nu. 7. quærit eo loco Cardinalis Caietanus, quamobrem, non generatim venisse, sed speciatim Angelis Dei interfuisse dicatur? Respondetq; in hac verba, in hanc probationem, luculentia. *Describitur non venisse absolute, sed venisse inter sanctos Angelos propter improbitatem ipsius, ad insinuandum se comitem Angelorum.* Ita Caietanus, similiter & ego inquirō, quid illud sit, quod cum Iob, sermonem habeat de diabolo, ipsumq; secundum omnes partes nostro modo, moreq; describat, adiungit, *Oculi eius, ut palpebre diluculi.* Iob 41. nu. 9. vbi Græcè hec est Lectio, *ὁ δὲ ὄψιν αὐτοῦ ὡς ἄστρον ὄψεσθαι.* *Oculi eius species luciferi.* Cur quæso speciem, & simulationē luciferi, diaboli oculi habere dicuntur? Cur non ipsius luciferi iubar, & splendorem re ipsa referunt? Responsio Origenis in Catena Græca mihi planè aridet. *Oculi eius, inquit, luciferi non sunt, sed luciferi species; transformatur enim in Angelum lucis, in simulatam celestis sideris formam se induit, atq; Dei notam, insignemq; ementitur.* Ita Orig. His de causis D. Greg. Magnus, tom. 2. lib. 20. c. 5. versus calamo, & ingenio locum illū. *Vnius cuiusq; cæsis superferuntur propter timores nocturnos.* Cæt. 3. n. 8. Ita tempestiuè ad hoc argumentum loquitur. *Sancti sic de spe certi sunt, vt tamē certe sint de tentatione suspecti.* Hinc est, quod

Iob. 1. nu. 7. Caiet.

123.

Apparet inter angelos, vt angelus bonus esse videatur.

Iob. 41. nu. 9.

Origen.

D. Gre.

Cæt. 3. n. 8.

Zacharias ad aspectum Angeli subitum, ac repentinum pauescit. Hinc est quod Decipera ad eiusdem Gabriëlis aspectum. *Turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista saluatio.* Luc. 1. nu. 29. Ita Diuus Bernardus, in Cætica, ser. 33. *Hinc est (inquit) quod Maria Angelica saluatione turbatur, dolym, ni fallor, suspicans.* Audiendum est igitur, & patulis cordis auribus excipiendum Diui Cypriani diuinum cōsiliū, lib. de vnitatē Ecclesiæ sub exordium. *Plus, inquit, metuendus est, & cauendus inimicus, cum latenter obrepit; cum per pacis imaginem fallēs occultis accessibus serpit.* Sed de hoc argumento dicā vberius. 1. tom. in Matthæum cap. 4. sub initiū, vbi de multifarijs demonū prestigijs, ac fallacijs latè differam.

QUONIAM
exaudita est deprecatio tua.
Luc. 1. n. 13.

LAVREA XIX.

Quæ nā fuerit precatio Zacharia: & quanta sit apud Deū orationis præstantia.

- 126. Publicis precibus, non privatis Zacharias vacat.
- 127. Pro filio expostulat fundēs priuatas orationes.

124. Iusti cum videntur maximè securi tunc sunt de iustatione. maximè suspecti.

Luc. 1. nu. 29. D. Ber.

D. Scyp

125.

Diabolus plus timendus cū latenter irrepit.

D 3

128. Ora-

- 128. Oratio Deum multum obligat.
- 129. Oratio facit, ne Deus peccata nostra vindicet.
- 130. Non tantum Deum impedit, sed ad supplicij inferendi penitentiam cogit.
- 131. Latam sententiam irritam reddit oratio.

Sunt qui existiment, Zachariam, & tum cum solemniter thus altari imponebat, & sanctis suscitibus sacrosanctum numen adorabat; & domi suæ ceteris horis, ac momentis, meliori præsertim ævo, orationes creberrimas pro obtinendo filio fundere solitum fuisse: & de istius modi orationibus loquentum fuisse Angelum. Ego verò sic existimo, tunc quidem in solemnium adde conuentu hebræorum Zachariam publicas pro aduentu Messia, non priuatas pro filio preces ingeminasse. Ita Aug. lib. 2. de quest. Euangelicis c. 1. quò tédunt illa verba D. Petri Chrysologi serm. 88. *Putasne Sacerdos tantus sic est populi, sic vniuersitatis oblitus, ut sibi soli legatus omnium tunc adesset, ut aduocatus omnium pro se singulariter oraret.* Facit etiam, quod S. Ioannes Chrysostomus oratione, quæ inscribitur, Encomium natalis S. Ioannis apud Metaphrastem cap. 4. inducit angelum ad Zachariam ita loquentem. *Tu Zacharia oras pro solo populo Iudaico, ego autem tunc bonum tibi afferò nuntium, pertinere salutem ad omnes gentes.* Quoad orationes alijs anni, & ætatis temporibus suscipi non dissentio cum illis authoribus. Quia etiam pe-

126. Non priuatas tunc sed publicas Zacharias preces fuisse debuit.

D. Aug. Chrysostomus Theodorus f. tudit.

dibus eo in eorum sententiam; qua in re me mouet particula illa causalis, & quæ in facta pagina idem valere solet, atq; illa, quia, ita vt hic sensus constet. *Exaudita est deprecatio tua, quia uxor tua Elisabeth.* Et ita intelligo sanctum Theodorum studit orat. de sancto Ioanne apud Surium tom. 3. *Affectus est. (inquit) id, quod optauerat: obtinuit id, quod rogabat; inuenit id, quod querebat non consequentia natura, sed precibus.*

Porro hinc colligitur quanta sit orationis vis, quanta efficaciam, quæ vel ipsi Deo vim infert; qua in re celebris est illa probatio, *Demitte me, ut irascatur furor meus contra eos.* Exod. 32. n. 10. Vbi Deus ipse fateri videtur, se ab oratione Moysis superari, ligariq; & impediri; quominus iracundiam suam possit effundere in populum peruicacem. Ita Diuus Hieronymus commentarijs in Ezechielem, cap. 13, *Sicut murus, inquit, hosti opponitur, ita Dei sententia sanctorum precibus frangitur.* Ita planè videtur accidisse Ioannis Baptiste partibus; quæ enim est Dei clementia, illis impertiuit prole, quos, naturæ viribus, ea carituros intellexerat. Id verò quare? Nimirum eorum expugnatus orationibus: quasi illi precibus Dei iram auertissent, quæ sterilitate ipsa leuia aliqua præteritæ vitæ peccata vindicare intendisset. Facit illud Dei omnipotentis ad Loth, *Festina quoniam non potero facere quidquam, donec egrediaris illuc.* Genes. 19. n. 22. Quo loco lipomanus animaduertit,

127. Alijs temporibus priuatas pro filio fundabat preces.

Orationis præstantia,

128. Oratio Deo vim infert, Exod. 32. n. 10 D. Hier.

Genes. 19. n. 22 Lipam.

quantas

- 129. Impeditur Deus oratione, ne uiciscatur. Ieace. 27. n. 28 D. Hier.

quantas vires habet oratio, quæ Deum in vindictam euntem sistit. *Tantum valet, inquit, oratio, iustorum apud Deum, ut se impediri dicat, ab infligenda vindicta.* In hunc sensum ait Sanctus Ieremias, *si Propheta sunt, occurrat Domino exercituum.* Ieremie 27. n. 18. In quæ locum nota, ac manus Diui Hieronymi, hæc est, *Ostendit unum prophetam posse Domino precibus resistere.* Quia etiam addiderim, orationes iustorum Deum cogere, & impellere, vt illum pigeat, ac peniteat parati iam, & intenti supplicij. Nā Moysè in preces, & in lachrymas effuso, non momento ligatum se Deus sentit: ideoq; clamat ad Moysen. *Dimitte me.* Exod. 32. n. 10. sed omnibus nominibus adigitur ad ponendam omnem iracundiam. Ideoq; textus ait. *Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat.* Exod. 32. n. 14. vbi Oleaster ex Hebræis fontibus hanc ad nos deriuat lectionem. *Et penituit Dominum malum, quod cogitauerat facere.* Additq; Oleast. hæc verba. *Efficacissime sunt sanctorum preces: non solum malum faciendum preces sancti impedierunt, sed Deum penitere cogunt, quod facere voluisset.* Fortè hoc pacto se Deus habuit cum orationibus Zachariæ, & Elisabethæ, & hoc modo eorundem orationes Deum inflexerunt, non solum, vt filium largiretur, sed vt videretur penitere antea (si illud habuit) de non largiendo, consilij. Quasi oratio Zachariæ Deum impulerit, vt sententiam reuocaret de non concedendo filio. Regi Ezechia illam Deus statutam

Exod. 32. n. 10

Exod. 32. n. 14 Oleast.

130. Oratio non solum impedit Deum penitere cogit eius supplicij, quod mouebatur.

sententiam, ac deliberatam per Isaiam denuntiat. *Dispone Domai tua, quia morieris tu, & non viues.* Isaiæ 38. nu. 2. Hæc sententia ita deliberata, ac iam renuntiat paulò post reuocatur. Quæ quæso potentia? Nulla alia, qua orationis. *Hæc dicit Dominus Deus. Audiuisti orationem tuam. Ecce ego adijciam super dies tuos, annos quindecim.* Ibidem nu. 5. fauēt Eusebij mens, ac manus ita scribens. *Obtinuit Ezechias statim gratiam à Domino suis orationibus, ut mutaret sententiam, quæ sibi indixerat.* Ita Eusebius de morte Hieronymi apud ipsum Hieronymum, tom. 4. Hoc fortè modo sanctus Zacharias præ orationis suæ feruore Dei gratiam miraculosa conciliavit, & sterilitatem conuertit infertilitatem. Sed in hoc me ipse arguo & reprehendo, quòd dixerim, hunc naturæ defectum peccatorum merito Baptistæ parentibus interuenisse.

Isai. 38. n. 2.

131. Oratio facit, ut penitentia reuocetur. Euseb.

LAVREA. XX.

Beneficia Deus maiora, & ampliora dilargitur, quam nos ipsi petimus, super eadem verba. *Exaudita est deprecatio tua.*

- 132. Plurima Deus impertit oranti.
- 133. In germinante virga Aaron maiora accipit, quam Deus promiserat.
- 134. Plus distribuit latroni, plus Moysi quam ipsi petierant.

D 4

Sanctus

Sanctus Sacerdos Zacharias supplicandus ante aras Melsiæ aduentu presertim orant: vt tenent vulgo Patres, vt q; paulo ante Laurea 19. diximus, ex Aug. lib. 2. que f. Euangel. cap. 1. sequitur q; Chrysof. hom. de natiuitate Iohannis Baptiste, que habetur, tom. 2. & hom. 2. de incomprehensibili Dei essentia, que habetur, tom. 1. Diuus Ambrosius hoc loco, Euthymiusq;, & Theophylactus. Hanc porro petitionem Deus protedit, & ad Iohannis vsq; accessionem distulit, vt & Christum simul, & eius præcursores Iohannem liberalissimam Deus manu, & munificentissima opportunitus concederet. Plus enim Deus solet impertiri: quã angusta mēs mortalium soleat obsecrare. Veneror in hanc sententiam: quod scribit hoc loco Cardinalis Toletus, annot. 19. *Non est, inquit, prætereundum, quam laeuis sit Dominus Deus in exaudiendis orationibus suorum; concedit enim, quæ petunt, & adijcit plura, quàm petunt. De precabatur Zacharias pro Christi aduentu, filium non petebat, sed nec petere ausus esset filij. & tanti filij generationem. Hæc Toletus Cardinalis ad hæc verba. Quoniam exaudita est oratio tua. Id est, inquit, ultra quam peteres, audita, quasi amplius, quam petieris, dabitur tibi: petebas liberationem plebis, & præter hoc dabitur tibi susceptio prolis.*

Veneror rursus Origenis verba, tom. 1. hom. 17. in Numeros, quæ vt intelligas, accipe prius quod Aaroni accidit; inuiderat illi Hebræorum aliquot princi-

pes pontificiam dignitatem; nec mora, delabitur cælo rapidissimus, ac voracissimus ignis. Quid Aron? Pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Num. 16. nu. 48. Ergo Deus celebri oraculo præcipit, vt singularum tributum adducuntur virgæ: additq; in super illud eligende tribus argumentum. *Quem elegero, Germinabit virga eius.* Num. 17. nu. 4. Ad iungitq; subinde sacer textus. *Sequenti die regressus Moses inuenit germinasse virgam Aron, & turgentibus gemmis erupcrant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Ibidem, n. 8. Ponderat igitur Origenes citatus. Deum spondidisse tantum virgam deligende tribus germinaturam. *Cū ergo, inquit, de solo germine fuisset promissum: vide quanta largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed et frondes, & flores, & fructus, germinauerit.* Non secus dixerim cū Zacharia factum fuisse, cui Deus olim, simul, & patribus floriferam illam virgam promiserat. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Isaia 11. nura. 1. Manu tamen munifica præter hunc Nazarenum, & vrbani, montanum alium florem (Zachariæ filium) eduxit in lucem, & cæli fauonij, mirificiq; fauoribus inter abdita siluarum, & tesqua montium fouit, amplificauitq;.

Veneror tertio liberalem Dei munificentiam etiam cum latrone exercitam, orante, & obsecrante extremo posito in tormento. *Memento mei dum veneris in regnum tuum,* Luc. 23. num. 42.

Orauerat

D. Aug. Chryso. flo.

D. Amb.

Euthym. Theop.

Card. Tolet.

132.

Plus D. 9 concedere solet, quàm nos audemus orare.

Origen.

Num. 16 nu. 48.

Num. 17 n. 4.

Origen.

133.

Plus accipit Aron in virga ultra naturam vni resplendet, quia Deus promiserat.

Isai. 11. n. 1.

Luc. 23. n. 42.

LAUREA. XXI.

Iustorum preces iustis de causis Deus sæpe differt: super eadem verba. *Quonia exaudita est.*

- 135. *Postulata quandoque prorogat Deus.*
- 136. *Hoc facit, vt ardentius desideremus.*
- 137. *Vt beneficia in nos collata caute retineamus,*
- 138. *Vt perseueremus.*

Zacharias, vt paulo ante Laurea 19. diximus, dum integro quo, etate florida potiretur, pro suscipiendo filio non semel orabat; & quam Deus contemnere videbatur orationem, re ipsa non contempserat, sed in tempus aliud distulerat. Excipe attentis auribus verba Cardinalis Toleti adhuc locum annot. 18. *Illæ ergo deprecatio, videbatur quidem illi non exaudita, quæ verè exaudita, sed dilata erat, donec opportuno tempore compleretur; sæpe enim id Deus facit, vt ipsemet Aug. Tract. 102. in Iohannem docet. Quædam (inquit) petuntur, quæ differuntur, vt congruo tempore à Deo exaudiantur.* Ita Aug.

Vel ergo vota nostra differt, vt ardentioribus flagremus desiderijs donorum celestium: vt notauit Gilbertus in Cantica. ferm. 6. Ad illa verba. *Quæsiui eum, & non inueni.* Cantic. 3. num. 2. *Molesta, inquit, plandè amanti dilata-*

Cardin. Tolet.

135. P. una Deus sæpe differt.

D. Aug.

136. I. causa vt ardentius desideremus.

Cant. 3. nu. 2. Gilbertus.

D. Amb 134. Plus impertit Latroni, plus Moysi quam ipsi petierant.

Exod. 33. n. 18 & 19.

Oleaster.

Sedul. 9

Orauerat Prædo sui memoriã in paradiso; vltra hæc, possessiõnem accipit. Ad quem locum admirabundus Ambros. *Vberior (inquit) est gratia, quam precatio, semper enim plus Dominus tribuit, quam rogatur.* Veneror tandem Dei cū Moyse liberalissimam beneficentiam; incessanter orauerat Moyses, rogaueratq; *Ostende mihi faciem tuam* Exod. 33. nu. 18. Cum Deus, quasi recluso beneficentiæ thesauro. *Ostendam (inquit) tibi omne bonum.* Exod. 33. num. 19. dimittitur Oleaster petitionis; & largitionis metas, ac mensuras omnes, omniumq; inuitat ingenia singulatim, vt id consideret. *Expende, inquit, liberalitatem, petierat Moyses eius videre gloriam, ipse vero pollicetur, omne bonum suum illi ostensurum.* Nec nisi iustissimis de causis preces nostras Deus differt, pronus alioquin, & procliuis, vt citò det: quærit Sedulius lib. 2. Pasch. c. 11. Quorsum Dominica oratione septenas Christus inclusit petitiones, quare tot, actales postulationes paucissimis verbis comprehenderit? Respondet hoc modo. *Iudex piissimus breuiter vult rogari, quò citius annuat supplicanti.* Multis alijs hoc argumentum amplificare potuissem (de eo dicam Deo dante vberius. 1. tom. in Matth. cap. 7. ad illa verba. *Petite, & dabitur vobis* n. 7.) Vnum tamen pro omnibus sit Zachariæ beneficium, & suscipiendæ prolis indubitata promissio, quæ patris vota, & preces excessit.



Augst.

tio, sed solent protracta desideria amplius crescere. Ut ergo desideria accrescant, & magna accipiant incrementa, postulata Deus differre solet. In quam sententiam grauiter Augustinus tractatu. 4. in Epist. Ioannis. Sicut (inquit) si velles implere aliquem sinum, & nos ti, quam magnum sit, quod dabitur, extendis sinum, ut extendendo facias capaciolem; sic Deus differendo petitionem, extendit desiderium, desiderando extendit animam, extendendo facit capacelem eorum, que oculus non vidit, & auris nõ audiuit. Ita ille. Pulchrè ergo Guericus ferm. 2. in natiuitate Baptistæ. O dissimulatrix, inquit, clementia, que duritiæ te simulat, quanta pietate pugnas aduersus eos, pro quibus pugnas. In eadem sententiam D. Hieron. locum illum Ierem. Sed, & cū clama uero, & rogauero exclusit orationem meam. Tren. 3. num. 8. Quare oratam causam non exorat Ieremias? Diuus Hieronymus, tom. 5. lib. 2. Deus, inquit, dissimulat audire dolemium uocem, ut au geat cupiditatem.

Guerri.

Thren. 3. n. 8. D. Hier.

137.

2. Causa, ut beneficia caute custodiamus.

Emissenus.

D. Aug.

Vel ideo Deus petitiones nostras audire dissimulat, ut impetrata beneficia caute custodire doceat, in quam sententiam. Emissenus homil. 21. de Paschate. Non potest, inquit, beneficium custodire, qui nescit desiderare. Periclitatur munerantis donum, si non inueniat suscipientis affectum. Vult ergo Deus, ut, & accepta beneficia circumspectè custodias; & eadem plurimi facias, quod animaduertit D. August. ferm. 5. de uerbis Domini, his uerbis. Cum Deus tardius dat, commendat dona,

non negat, seruat tibi Deus, quod non uult citò dare, ut & tu discas magna, magnè desiderare. Nec non, ut magnis incensus desiderijs magna dilatione ipsa lucra reportes. Quo nomine Angelus loquitur ad Danielelem. Daniel ex die prima exaudita sunt uerba tua. Dan. 10. n. 12. Nec tamen prima die, qua preces exaudiuntur, Angelus ad eum delabitur: sed multo post tempore. Notat Hieron. in eum locum, tom. 4. Data est, inquit, per moram occasio, amplius deprecandi, ut ex eo, quod plus desiderat, per labore plus audire mereatur. Vult etiam Deus, & tuam ea dilatione captat perseuerantiam. Excipe Diuum Anselmum, lib. meditationum, ita Deum alloquentem. Differs dare, ut doceas petere, dissimulas audire petentem, ut facias perseuerantem. Quo etiam respexit D. Nilus lib. de orat. cap. 33. ubi ita loquitur. Vult te diutius beneficio afficere in oratione perseuerantem, quid enim excellentius, quam cū Deo colloqui, & usu eius detineri. His forte de causis antiquam Zachariæ orationem pro suscipiendo herede Deus in ipsius utilitatè differebat, & quamuis ille animus præ ætate desponderat, Deus tamen destinatam certo tempori gratiam, & beneficium singulare multò ante paratum, & longa expectatione maturum impertire non destitit. Ea liberalitate, qua olim Abrahamum filij tum promissione, tum susceptione ditauit, de qua D. Petrus Chrysologus ser. 147. Abraham (inquit) promissis oppignerat: mirificat germine desperato: ut tot

Dan. 10. n. 12.

D. Hier.

138.

3. Causa, ut perseueremus.

D. Anf.

D. Nilg

Chrysol.

reple-

August.

repletus bonis: tanta diuine illectus dulcedine caritatis Deū alligere disceret, non timere: amando colere, non pauendo. Ita Zachariæ serò beneficium contulit; sed tamen tunc contulit, quando illi gratius esset futurum, de quo iure diceret, quod de Isaac explete parentis Abraham diuturnum desiderium scripsit Augustinus ser. 73. de tempore. Qui quanto serior, tanto dulcior, quanto solus, aut unicus, tanto charior, & dilectus. Quæ admodum enim hunc filium luminibus ipsis chariorem Abraham non genuit, nisi post annos centum iam expletos, ita Zacharias Ioannem diuturnis desiderijs, ac lachrymis optatum non nisi senio iam confectus procreauit.

VOCABIS NOMEN EIUS IOANNEM.

Luc. 1. n. 13.

LAVREA XXII.

Quibus nam, antequam nascerentur, nomina fuerint prænuntiata: & utrius parentis fuerit, nomen filijs imponere, patris ne, an matris?

139. Sex hominum in veteri testamento prædicta, & prænuntiata nomina,

140. In nouo testamento Ioannis, & Christi nomina prædicta.

- 141. Nomen ante enarratur, ut nullus dubitet.
- 142. Magnum esse privilegium, ante natalem diem prænuntari.
- 143. Miraculosa fuit hæc prædictio.
- 144. Viri parentum nomen imponere datum sit.
- 145. Nonnullæ rationes pro præstant circa nominis impositione.
- 146. Pro matre argumenta.
- 147. De hac re nulla consuetudo, aut iuris, aut legis apparet.

IN ueteri testamento sex hominum, antequam nascerentur, prædicta sunt, & prænuntiata nomina: nimirum Ismaelis. Genes. 16. num. 11. Isaac. Genes. 17. num. 19. Samsonis Iudicum, 13. num. 3. iuxta aliam translatione, ut videre est apud Cardinalem Hugonem Luc. 1. ad illa uerba. Et uocabis nomen eius Ioannem, num. 14. Iosif 3. Regum 13. num. 2. Cyri Isaia 45. num. 1. Agag. Num. 24. num. 7. & si alij non tot enumerant prædictas in veteri testamento: alij uero e contrario recensent plures: nimirum Samuelem: de quo multo ante tempore editum fuerat uaticinium illud. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius Psal. 98. n. 6. quem psalmum asserit Philo in sacra historia antiq. Bibl. fuisse compositum, dum adhuc populus in deserto detineretur, quod idem firmat D. Hieronymus scribens ad Cyprianum, eum psalmum cecinisse Moysen, eoq; uaticinatum fuisse proprium Samuelis nomen. Ex hoc etiam, ferunt esse numero Ieremiæ, cuius

Gen. 16 n. 11.

Gen. 17 n. 19.

Iudic. 13 nu. 3.

Cardin. Hugo.

Isai. 45 n. 1.

3. Reg. 13. n. 2.

Num. 24. n. 7.

139.

S. ho-

numi in-

ueteri te-

stamento,

prædicta,

& prænu-

ntiata no-

mina.

Psal. 98 n. 6. Philo Hebræ9 D. Hier.

nomen

nomen multo ante Dauid præ-
nuntiat in titulo Psalmi 136.
qui ita habet. *Psalmus Dauid: pro-
pter Ieremiam.*

In nouo uerò duum celebra-
tissimorum hominum, quorum
alter Deus simul erat, alter à
multis Deus esse credebatur, no-
mina prænuntiantur: nimirum
Christi, & Baptiste: ecce enim
antequam cõcipiatur, Angelus
iam proclamat, & personat fu-
turũ eius nomen, ut toto ante
tempore prænuntiato nomine,
omnis futuri filij aboleretur hæ-
sitatio. Præiit posteriorum my-
steria, priorum patrum figura:
ut cernere est, & alijs in locis, &
præsertim in Angelo loquente
cum Abrahamo. *Sara uxor tua pa-
riet tibi filium, & uocabis nomẽ eius
Isaac.* Genes. 17. nu. 19. Vbi Chry-
sost. apud lipomanũ. *Ut, inquit,
nihil hæsites. Ecce tibi, & nomen eius,
qui nascetur, præmonstrabo.* Ita se hęc
habet Angelus, nomen Ioannis
præmonstrat, ne Zacharias ad-
dubitare queat.

Iam uerò ij, quorum nomina
prædicuntur, magno fruuntur
priuilegio: in cuius argumenti
testificationem laudo Abulen-
sem commentantem illum lo-
cum. *Et uocabis nomen eius Ismael,*
Genes. 16. num. 11. *Magnum* (in-
quit) *priuilegium habuit Ismael, quia
fuit nominatus, antequam natus, &
sic legimus fuisse alios quatuor, scili-
cet duos in ueteri testamento, & duos
in nouo: & in omnibus istis, siue in
prænuntiatione nominis, siue in na-
tuitate aliqua mirabilia facta fuerũt.
Primus fuit iste Ismael, in cuius cõ-
ceptu, uel prænuntiatione nominis*

*credunt quidam miraculum accidisse
scilicet uinificationem concepti fetus
iam mortui: secundus fuit Isaac, in cu-
ius conceptione miraculum fuit, quia
pater ualde senex erat, & iam quasi
mortuum corpus habens: fuit autem
maius miraculum, quia Sara sterilis
erat, & senectute confecta. Tertius in
ueteri testamento fuit Iosias, in cuius
prænuntiatione fuit scissum altare ido-
lorum, & cineres effusi, & arefactum
brachium Regis Ieroboam, ut habetur
3. Reg. cap. 13. In nouo testamento
primo fuit Ioannes prænominatus, in
cuius prænuntiatione accidit miracu-
lum, quod pater mutus factus est, de-
inde in natiuitate eius cum pater no-
men eius scripsit, loqui incepit; ulti-
mus fuit IESVS, in cuius Annuntia-
tione, Conceptione, Natiuitate qua-
cumq; facta sunt, miracula sunt. Ha-
ctenus Abulenſis.*

Porro quia Angelus dum fi-
lium Zachariæ pollicetur, dixit.
Vocabis nomen eius Ioannem. Luc.
1. num. 13. inuestigare iuuat hac
data occasione, ad patres nẽ, an
ad matres spectaret, nomina fi-
lij imponere. Et certè cum no-
minis impositione suum domi-
nium, & potestatem in filios pa-
rentes indicarent: iuxta illud
Sancti Ioannis Damasceni, lib.
2. de fide cap. 3. *Nomen imponere
maiestatis, ac dominij est, nomen uero
accipere subiectionis, ac seruitutis, quo-
niam nomen uicarium est rei, & ideo
autoritas in nominum impositione si-
gnificabat dominium rei.* Videtur
hęc potestas ad patres potius,
quam ad matres pertinere, quã
partem tuctur noster Pineda in
eo tomo, quem inscripsit præ-
uium Salomonem lib. 1. cap. 16.

3. Reg.
13.

143.
In prænu-
tiatione
Ioannis ac-
cidit mi-
raculum.

Luc. 1.
nu. 13.

144.
Viri parẽ-
tum datũ
esse, no-
men filijs
imponere

Damas.

145.
Quis ui-
detur pro-
bare hoc
munus ad
patrẽ potius
pertinere.

Pineda.

nec

Psa. 136

140.
In nouo te-
stamento
Christi,
& Ioannis
nomina
prædicta.

Gen. 17
n. 19.
D. Chry-
sost.

141.
Vi omnis
debitatio
tollatur,
prædict-
ur nomẽ

Abulenſis

Gen. 16
n. 11.

142.
Prænuntia-
ri ante na-
tuitatem,
magis est
argumen-
tũ priuile-
gij.

mitto testimonia: uenio ad ratio-
nem. Ea uerò potest assignari,
quia nomine imponere spectat
ad dominũ: uide Adã factus do-
minus omniũ animãtiũ, eas ap-
pellauit suis nominib; Gen. 2. n.
20. filij autẽ paternę potius, quã
maternę potestati subijciuntur.
Ergo ad patres hoc munus spectat.

Alij tamẽ id muneris ad ma-
tres spectasse, & autoritate pro-
bant, & exemplis, inter quos est
Montanus in c. 7. Isaie. Et quidẽ
exẽpla suppetunt quã plurima.
Nã Cain, & Abel à matre nomi-
na acceperunt. Gen. 4. n. 1. Item
Moab, & Amõ. Gen. 19. n. 37. Ia-
cob. Gen. 25. n. 26. Vt D. Chry-
sost. ibi declarat hom. 51. Om-
nes itẽ filij Iacob. Gen. 29. n. 30.
& 35. Phares, & Zaram. Gen. 38.
n. 29; & n. 30. Sanson. Iudicũ 13.
n. 24. Samuel. 1. Reg. 1. n. 20. Sa-
lomon. 2. Reg. 12. n. 24. Iacob. 1.
Paralip. 4. n. 9. Christus Domi-
nus Isaie 7. n. 14. iuxta hebreũ
textũ, ubi non legitur. *Et uocabi-
tur nomen eius Emmanuel, sed ueka-
rãth, Id est uocabit, uirgo nimi-
rũ mater futura: ut notat Gala-
tinus lib. 3. de arcanis c. 18. Quod
clarius exprimitur. Luc. 1. n. 31.*

Verũ enim uerò ex his duabus
opinionibus, qui alterã amplec-
titur, innumera pene loca sacrę
paginę cogitur interpretari, nec
dextro quidẽ, sed læuo interpre-
tamẽto: quapropter felicior, ac
uerior mihi uidetur opinio Mal-
donati Matt. 1. & Luc. 1. existimã-
tis nullã fuisse de hac re, aut iu-
ris, aut cõsuetudinis certã legẽ,
sed hoc munus ad utrũlibet pa-
rentẽ absq; ullo discrimine spe-

ctasse: ideoq; aliã uerq; parens,
aliã singuli de filiorũ nomine
tractabant. Et uerò quemadmo-
dũ de Christi nomine utrũq; pa-
renti naturali, ac putatiuo cura
demandata fuit: Virgini nimirũ
dicitur. Luc. 1. n. 31. *Vocabis nomẽ
eius Iesum.* Iosepho uerò Matt. 1.
n. 21. idem, & eisdem uerbis. Ita
etiam de Christi præcursoris no-
mine sollicitus est utrũq; parẽs:
mater Luc. 1. n. 60. *Respondens ma-
ter eius dixit. Nequaquam, sed uoca-
bitur Ioannes: pater ibidem. n. 63.
scripsit dicens, Ioannes est nomẽ eius.*

LAVREA XXIII.

Magnum nomen, Ioannes, ad
magna uocabat. Super eadẽ
uerba. *Vocabis nomen eius
Ioannem.* Luc. 1. n. 13.

- 148. *Christi, & Ioannis tantũ nomina
in nouo testamẽto prænuntiatã.*
- 149. *Ioannis nomen aliquam cõ Deĩ
nomine uicinitatem habet.*
- 150. *Aarõn nomina Patriarcharũ ge-
stat, ut illorum mores imitetur.*
- 151. *Nominis mutatio in Saulo, tota
diuina est.* (cat.)
- 152. *Pauli nomẽ ad humilitatẽ prouo-*

Magnũ nomen Ioãnis ad si-
milẽ in primis Iesu Sãctif-
simi nominis prænuntiationẽ vo-
cauit, & obiectiue incitauit, etiã
antequã existeret: nã si nouum
testamentũ mentis oculis collu-
stres, nullius, præterquã Christi,
& Ioannis nomina multo ante
prænuntiatã uidebis, ut diximus
laurea proximẽ superiore: utq;
ad hunc locũ obseruauit Hugo

Luc. 1.
n. 31.
Matt. 1.
n. 21.
Luc. 1.
n. 60.
ibi. n. 63

148.
Christi &
Ioãnis tan-
tũ nomẽ
na prænu-
tiatã in
nouo te-
stamento.

Hugo.
Card.

E

Card.

Card. His verbis. Nota quod duorum tantum in nouo testamento predicta sunt nomina ante conceptionem scilicet Iohannis Baptiste & Iesu. Ita ille: nec mirum, quod in hoc similes euadant: mirifice enim utriusq; sepe conhareret mysteria, Iesus nimirum, ac Iohannis Baptiste. Unde quemadmodum nomen Iesus, salutem designat, ita nomen Iohannis eiusdem salutis administrat gratiam significat.

Ex eodem principio fit, ut nomen Iohannis, Dei nomine sit permixtum; nam, nomen Iohannes (verba sunt Iohannis Euangelice concordie c. 2.) uel, ut diceret hebraei, Iehohanna, uel Iehohanna, ut dicitur in duabus dictionibus: nepe ex nomine Dei Tetragrammaton, & uerbo Chanah, quod precari, & misereri significat. Diuinitus autem factum est, ut ex Dei nomine Iohannis nomen formaretur, ut uide licet quoties Iohannes suum nomen meminisset, toties eius assurgeret animas, & spiritus ad diuini nominis imitationem reuiuifceret. Querit Anselmus Lugdunensis: quare sum Aaroni Hebraei rei publicae Pontifici Maximo Deus praecipit, ut duodecim patriarcharum nomina exscripta uestimeto portet humeris? iuxta illud. Portabit Aarō nomina eorum super utrumq; humerum ob recordationem. Exo. 28. n. 12. Rationem reddit Anselmus, eod loco his verbis. *Ut scilicet eorum imitetur exempla, quorum portat nomina.* Nec alio animo, sed eodem plane nomine, ac numine sic Deus Iohannis nomen praeformauit: ut Dei ipsius nomen includeret, quod intelligeret Christi consanguineus, atq; Praecursor Iohannes, sua interesse, non alicuius Patriar-

che sanctitudinem: sed Dei ipsius exempla emulari. Sciscitatur Chrysof. hom. 9. de laudibus Pauli tom. 4. & hom. de conuersione prope medium to. 5. Quare repulso Sauli nomine, Pauli nomine Deus Apostolum cōdecorat? Respondetq; his verbis *Ut inde disceret Paulus, se habere Dominum, nomen enim impositio, dominij signum est, & praecipuum.* Ne tamē Iohannes alteri, quā Dei nominis recordaretur unquam, diuinum illi nomen ex suo efformatum multo ante preparat, ut quātō se maiori beneficio affectum cerneret, tāto obsequētior pectore ad illius cultum, religionemq; anhelaret. Percontatur rursus Anselmus Lugdunensis; quare Apostolus Paulus, eo tāto pere glorietur titulo. *Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus;* ad Rom. 1. n. 1. Quare seruo cognomento Paulus exultat? Nimirum, quia serui recordatione incitaretur ad eam, quae Deo maximè placet, humilitatem. *Nomen est, inquit Anselmus, humilitatis, ut ad eam prouocet.* Vbi mirari est, quod cum ceteris hominibus eximia sanctitate conspicuis, istiusmodi Deus aculeos, & quasi calcaria subderet, ut ad humilitatem ocysimè current; Iohanni tamē, non nisi sui honorificentissimam nominis participationem imperit, ut qui praediuinae gratiae secundissima uertate submississimus erat, & humillimus, non ad humilitatem, qua plenè cumulatèq; affluebat, sed ad diuina nomina, ornamentaq; sublimia, & amplissima cognomenta deproperaret.

D Chr.

151.

Sauli nomen mutatum in Paulum, ut agnoscat se habere Dominum.

Anselm Lugdu.

Rom. 1. n. 1.

152.

Paulus uocatus humilitatis, ut ad eam prouocet.

VOCABIS NOMEN eius Ioannem.

LUC. 1. n. 13.

LAVREA XXIII.

Augusta alia mysteria nominis Ioannis illustrantur super eundem locum.

153. Ad Heroes diuina nomina spectant,

154. Quanta uirtute nomini Abrahae addiderit aspiratio nominis tetragrammaton illi adiuncta.

155. Veteres filijs nomina noua imponebant.

156. Quare inter consanguineos disfidium esset in Ioannis nomine.

157. Ante ortum Iohannes meret nomen.

Heroū nomina, & dynastarum diuina plerūq; & maiora solito apparent.

Unde celsitum ordo lectissimus, nomen Dei in frontibus habere describitur. Apocalip. 14. *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.* Ibi num. 1. Hac arte Iohannes, ut pote magnus coram Domino Dei nomen suo nomine habet inclusum, ut diuinus esse prorsus Iohannes intelligatur. Simili planè mysterio Rex Babyloicus Nabuchodonosor Danielem insignit, & ornat Dei sui Bel, siue Baal nomen clatura, appellatq; Balthasarē, cui Rex posuit nomen Balthasar, Dan. 5. num. 12. testis sit Theodor. eo loco. *Vbi, inquit, uideat ipsum diuina uirtute illuminatum Dei sui nomine appellatum cōsueit.* Non secus se benignum, & clementem Deus praestitit in Iohannē, quē cū uidisset eterna luce perfusum, & in explicabili intelligentie lumine

Apo. 14 n. 1.

Iohannis nomen solito maius, & augustius.

Dn. 5. n. 12. Theod.

153. Heroes, ac magna diuinitatis nominibus decorantur

collustratum iri, promissa sui nominis participatione cohonestauit.

Querit Venetus. lib. de Patriarchis, q. 121. Quare Deus Abrahę diuinam sui nominis aspirationem superaddidit. Iuxta illud. *Nec ultra uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham.* Gen. 17. n. 5. Respondetq; factum id fuisse diuino consilio, quod nomen illud ea litera integratum indigaret numerum 248. *Ut, inquit, innueret, quod dedisset ei uirtute obseruandi ducenta, & quadraginta octo. praecpta affirmatiua.* Declisset Deus unam literam Abraham: at Iohanni haud unam literam communicat, sed sui nominis partem credit, ceditq; ut ea stabilitus uideatq; & circum munitus; & affirmatiua praecpta omnia, & negatiua, impigre, & integre custodiret. Ceterum querit D. Iohannes Chrysofomus, hom. 5. in Gen. quorsum maior pars ueterum in renulla magis elaborabat, quam in deligendo filijs recens natis praecario aliquo nomine peregrino, & insueto, quod eos, vel propter insignem aliquem significatum, vel propter gloriosam egregij facinoris miraculiuem memoriā ad uirtutem posset accedere. Ea q; est doctrina Chrysofomi citata hom. euoluētis illa uerba. *Iuste uocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me in altera uice.* Gen. 27. n. 36. *Vide, inquit, quantus erat priscorum intellectus; uel potius, quanta fuerit Dei sapientia, quae effecerit, ut & mulieres natis nominata non temere, nec fortuito imponebant: sed appellarent filios iuxta futurorum praedictionem: & raro inuenias eodem, quo patres, nomine appellari filios: uel forte nusquam, sed*

Venetus

Gen. 17. n. 5.

154.

Quanta uirtutem indidit nomini Abrahae aspiratio nominis Tetragrammaton illi comunicata.

Chryso

Gen. 27. n. 36.

155. Veteres filijs nomina noua imponebant.

sue mater, sue pater nomen filio impositurus erat, rarum quoddam, & novum imponebant: ut per illud aliqua futura praesignificarent: Certè si in alijs parentibus magna apparuit, in Zacharia, & in Elifabeta diuina eluxit prudentia, utpote cœlitus per angelum communicata, qua filio nouum, & inauditum in ea cognatione nomen imponunt, vt nomine ipso, & proximè venientè Christo auspice gratiarum oceanum significaret: & ad maiora gratiarum incrementa, quæ idem nomen significabat, in dies magis, ac magis impelleretur: ideoq; in imponendo Ioannis nomine tantò opere a cognatis hinc inde certatū est.

Ad hæc addo prænūtiati tanto antè nominis causam, cū singulari laude, ac Ioannis præconio coniunctā; quid enim fuit causæ, ob quam Ioāni, antequam sit conceptus, hoc nomē impertitur ab Angelo? Enim verò nomina nō, nisi octauo Circuncisionis die, donari solebant, eo quod inibi noxa originalis abolēbatur, & tū homines primū digni nomine censēbatur; ita quidē erat in reliquis, at in Ioāne lōgè aliter res habuit, in quo ea macula, antequā nasceretur, est abolita, id eo multò ante eo nomine dignisimus habebatur: ausculta verba Salmeronis tract. 37. tom. 3. Fuit autē huiusmodi imponēdi nominis octauo die cōsuetudo, cū ratione cōiuncta. Nā antea peccator indignus erat nomine, utpote Adæ peccato maculatus, & quē Deus, ut peccatorē nō agnoscebat; sed hac de Chri. to, & alijs, qui fuerūt in utero sanctificati, nō proferuntur,

quia per Spiritū Sanctū ad patrē Dei pertinebant, & ante nomina eorū præsignificata erāt ab Angelo. Hæc ille.

ET ERIT GAUDIUM tibi, & exultatio.

LUC. I. N. 14.

LAVREA. XV.

Filij in perpetuum luctum, nō in exultationem parentum sæpe donantur.

- 158. Plerumq; filij patribus molestia sunt.
- 159. Patres propter filios dolores crebros experiuntur.
- 160. Plerumq; immutant, qua patres Instituant.
- 161. Sæpius a patrū moribus recedūt.
- 162. Exempla ad confirmationem.

Cōmentarius Cardinalis Caietani hoc loco hic est. Sæpe euenit filios nō dū natos in sumis votis esse parētibus. natos vero molestiā, & dolorē afferre, non sic fiet in Ioāne. Apportāt enim secū tot curas, & anxietates, vt iure meritissimo, parētes pene omnes appellare filios debuit. filios doloris; quod cū pernouisset Rachel filiū suū appellauit Benjamin, siue Benoni. Vocauit nomē filij sui Benoni, id est, filiū doloris mei. Gen. 35. n. 18. vbi præclare notat. Oleast. Sic omnes filij appellādi essēt pro quibus parētes in cōtinuo labore, & solitudine sūt. Aliqui enim addo auerfis nascūtur genjis, & ingenijs, vt cū primū paternā hereditatē inuadūt, nihil nō immutēt eorū, quæ parētes statuerāt: vnūq; qui è parētū deliberatione nō recedat, scriptura diuina signatim no-

Caieta.

158. Filij plerūq; magnam parentibus molestiā afferunt.

Gen 35 n. 18. Oleast.

159. Pro filijs parentes in continuo sunt dolor.

minat.

156. Quare inter cōsanguineos de nomine imponendo fit contentio.

157. Ioannes antequā nasceretur, dignus nomine. Salmei.

Gen. 26. n. 18. Oleast. 160. Filij plerūq; immutant ea, qua parentes effecerāt.

D. Hieron. 161. Sæpe parentū virtute degenerant.

D. Hieron. in Isai. c. 65. 1. Reg. 8. n. 3. 2. Reg. 13. n. 14. 2. Reg. 15. n. 11.

Philo.

minat. Isaac effossos puteos. Appellauit eis dē nominibus, quibus ante pater vocauerat. Gen. 26. n. 18. Vbi idē Oleaster. Vix, inquit, filij inuenies, qui permittat, qua pater instituit, permanere. Omnia inuertūt: vt se patribus sapientiores esse ostendant. Quo parentibus (si adhuc supersunt) dolori sunt, & afflictioni non modicæ.

Ad hæc, multi filij a parentū virtutibus sic declinant, vt eos genuisse, patres sæpe pigeat, ac peniteat: quod ed plus dolet parentibus; quo ipsi sanctitate sūt spectabiliores; vt præclare notat Hieronymus, in caput 1. Epistolæ ad Titum sermonem texēs de Samuele, eiusq; natis. Samuel, inquit, qui talis fuit, vt in tempore messis pluuiam hyemis impetraret, habuit filios, qui declinauerunt post auaritiā. Notat id D. Hieron. in c. 65. Isaię. His verbis. Samuel vir beatus, & iustus filios pessimos genuit, qui non ambulauerunt, per viam patris. Et David, de cuius Christus natus est semine, duos genuit filios Amō, & Absalon, quorum alter fratris, alter patris extitit parricida. Quo vero pacto alter fratris, alter patris sui extiterit parricida, non ita facile apparet; quid D. Hieronymus intellexerit, diuinare opus erit; locum curiosus lector examinet, ego propositū vrgeo. Prolem equè degenerē video fuisse sanctissimo Patriarchę Noe; vt notat Phlo Alexandrinus, lib de cōgressu quærēde eruditionis: profapia æque ignominē cōtēplor extitisse domi Abrahæ, qui cū multos filios susciperet ex Sara, Agar, & Cethura; vnus tantū

patris sanctimoniam emulatur. Reliqui omnes (inquit Philo Alexandrinus, lib. de nobilitate) sicut à pietate degenerarunt, ita sepe uasi sunt ab eius gentilitate, cuius nullas virtutes expresserunt; excideruntq; ab illa nobilitate celebratissima. Simile fuisse animaduerto domi Moy sis Hebræi gubernatoris, qui propter filiorū degeneres cogitatus, & mores, illius reipublice regimen à filijs transtulit in Iosue. Audi Chrysof. ho. 9. in Matthæū, loquentem in hæc verba. Itaq; neq; ad illos (de Moy sis filijs loquebatur) patris imperium, quasi ex successione defertur, qui illū uocabulo tantum significabant parentem, sed ad eum rei publicæ administratiō migrat, qui illius erat filius, virtute, nō genere. Ita ille. Et rursus addit idē Chrysofomus hæc verba. Pietia uoluntatis uicerunt priuilegia natura, & peccantem, non modo de nobilitate patris, uerum de ipsa libertate etiā pepulerunt. Istius modi filij, filij cum sint, abdicunt parentes, eorūq; abnegant generositatē, de quibus pulchre Chrysologus ser. 123. Qui genitoris, inquit, opera non facit, negat genus.

Hi sunt filij, qui parētibus maiorē uiuī, quā mortui tristitiā, ac merorē suppeditāt: de his simili bus loquitur Alexandrinus Philo lib. de execrationibus. Qui, inquit, magis uiuī quā defecti suorum parentes cōtristassent. Pro illis, dū nō resipiscūt, iuges, & assiduas preces corā Deo parentes ingeminent: ne degeneri, ac deprauata vitæ infelicem mortē adnectūt, ac parentū lachrymas duplicēt: quod Absaloni legimus accidit

162. Exempla.

D. Chry.

D. Per. Chrysol.

Philo.

se, que pater David non potuit in
miliore frugere renocare, obstina-
teque proinde emorics patris ama-
tissimi lameta geminavit, & as-
siduo dolore, velut gladio reli-
quu vite tepus. trasuerberavit:
audita naq; eius nece. *Contristatus*
Rex ascendit in camaculu porta, & ste-
uit, & sic loquebatur vadēs. Fili mi Ab-
salō, Absalō fili mi, quis mihi tribuat,
ut ego moriar pro te? 2. Reg. 18. n.
33. alte videlicet eius cor vulne-
rauit infelix filij sui mors: vt
præclare notauit D. Augusti-
nus tom. 7. lib. 2. contra secundā
Epist. Gaudentij cap. 14. his ver-
bis. *Plus impius Absalon patrem san-*
ctum David extinctus, quam rebelis
afflixit: vinum namq; eum compre-
hendi cupiebat: vt qui malitia grāsa-
batur, penitentiā sanaretur. Erat er-
go ille persecutor patris, non solum po-
pulum Dei diuidendo, & contra le-
gitimum patris Regnum arma poria-
do; sed multo amplius persecutus est
cor paternum in illa impietate morien-
do. Ita ille.

ERIT GAUDIUM

tibi, & exultatio.

LUC. I. N. 14.

LA V R E A. XXVI.

Filij parentum solatio dati, ac
donati.

- 163. Patres bonis filijs letantur.
- 164. Patribus pro manibus existunt.
- 165. Pro scipione ad firmāda vestigia
- 166. Illis pedes ministrant.
- 167. Illorum lumina censentur.
- 168. Sunt pro Domo.
- 169. Solantur parentes, illisq; obse-

quantur, & mādara reuerentur.

- 170. Canescentibus sunt pro adies-
- centia.
- 171. Ioseph valde curus, quia filius
- senectutis.
- 172. Magna gaudia in domum pa-
- tris inuexit Ioannes.

Repeto Cardinalis Toleti
verba, vt huic excursui
sint pro exordio. Sape (in-
quit ille) euenit, filios non dum na-
tos in summis votis esse parentibus,
natos verò molestiam, & dolorem af-
ferre: non sic fiet in Ioanne, sed erit
tibi cansagaudij, & exultationis, id-
est. Latitia animi, & corporis. Hactē-
nus ille. Ita fieri solet, vt opti-
mi quicq; filij parentes exhila-
rent; sintq; illis pro manibus,
manuali opera eos alendo: sunt
pro baculo. Vndē mater Tobie
præ filij desiderijs ingemiscit.
Vt quid te misimus peregrinari, ba-
culum senectutis nostre. Tobie 10.
num. 4. In quem locum Lyra-
nus ita loquitur. Nam sicut infir-
mus baculo sustentatur, sic parentes in
senectute debēt a filijs sustentari. Sūt
pro pedibus, vt notat Oleaster
ad caput 37. Geneseos his ver-
bis. *Solent senes puerulis affici, & eo-*
rum verbis, ludis, & iocis, maxime
delectari, tum, quia eos semper ad ma-
num habent, vt huc illuc mittant. Ita
ille. quasi diceret: ideo senes
puerorum presentia exhilaran-
tur, quia festinis puerorum pe-
dibus vtantur ad nutum, pedū
suorum loco podagra, & mor-
bis alijs grauium. Sunt pro ocu-
lis, ideoq; eadem Tobie mater
Anna suspirat. Vt quid te misimus
peregrinari lumen oculorum nostro-
rum. Tobie 10. n. 4. Gnati enim

Tolet.
163.
Bon filij
exhilarant pa-
rentes.

Tob. 10
n. 4.
Lyran.
164.
Sunt pa-
rentibus
pro ma-
nibus.
Oleast.
165.
Pro bac-
culo.
166.
Pro pedi-
bus.

167.
Pro ocu-
lis.

Tob. 10
n. 4.

paren

parentum lumina censentur, quo
mysterio Deus alloquitur Heli.
Vt deficiant oculi tui. 1. Reg. 2 n. 33.
Vbi Lyranus addit (in occisis filijs)
adiungitur enim in textu. *Erit*
tibi signum, quod venturum est duo-
bus filijs tuis Ophni, & Phinees, in die
uno morientur ambo. Ibidem: per-
inde, ac deficientibus gnatis duo-
bus, duo simul oculi contabescer-
erent.

Sunt pro domo, vndē filius
Hebraice dicitur בן בית. Ben, a ver-
bo בנה Bana, quod est edifica-
re, nam filij paternam domum
edificant, sustentant; & ampli-
ficant. Sunt pro solatio, vt ani-
maduertit Chrysostomus ad il-
la verba. *Vidit alios duos fratres, Ia-*
cobum Zebedæi, & Ioannem fratrem
eius, cum Zebedæo patre eorum. Mat-
thæi 4. num. 21. vbi ponderare
est, frugi filios, & ingenuos pa-
trēm etate grandeuum solami-
nis causa secum in naui habere
solitos. Magna pietas (inquit in
eum locum Chrysostomus) pa-
trēm habere in naui, non vt ab eo in-
uentur sed, vt illum presentia conso-
lentur. Nec sola presentia filij
parentes exhilarat, & oblectat,
sed ingenua etiam reuerentia
demulcent: hanc suspicit Diuus
Ambrosius in prorege Iosepho
erga parentem Iacobum. Au-
dias Ambrosium lib. 1. offi. cap.
17: Cum (inquit) somniasset, quod
sol, & luna, & stella adorarent eum,
sedulum tamen obsequium deferebat
patri. Somniuerat nimirum so-
lem, & lunam, & itellas vnde-
cim hoc est, patrem, & matrem,
& fratres adoraturus se se. Vidi
per somnium quasi solem, & lunā ado-

Reg. 2.
n. 33.
Lyran.

168.
Pro domo

169.
Pro solatio,
reuerentia,
&
obsequio.
Matth.
4. n. 21.

D. Chr.

D. Amb

rare me. Genes. 37. num. 9. & ta-
men erat obsequiosus, & adnu-
rum parendi studiosus: tum an-
tequā venderetur, tū in Egi-
ptiacæ dignitatis culmen eue-
ctus. Nam cum parens descen-
disset in Egyptum. *Ascendit ob-*
uiam patri suo, vidensq; eum irruit
super collum eius, & inter amplexus
fleuit. Genes. 46. num. 29. Quin
etiam mortuū aduenerabatur.
Ruit super faciem patris fleus, & de-
oscularis eum Genes. 50. num. 1.

Sunt illis in defessa senectute
pro ipsamet adolescentia; vt no-
tat Rodolphus ad illum locum.
Letare cum iuuere adolescentie tue.
Proverbiorum 5. num. 18. ita e-
nim explicat. Letare in filijs ex ea
natis, in quibus etiam, postquam ad
senectutem perueneris, quodammodo
iuuenescēs. Et ratio est, quia cum
parens uiuat in filijs, in iunio-
ribus euadit iunior, adolescenti-
orq; ac diuturnior. Et hinc
fit, vt patres eos in amore sem-
per habeant, & in delicijs, quos
in proeeta iam etate suscepe-
runt. Querit Oleaster, quare Ia-
cob Iosephum tantopere præ a-
lijs omnibus gnatis dilexerit? Et
licet alij aliter existiment; ea ta-
men amplectenda est ratio, qua
sacer textus prima specie, ac
fronte præfert, & loquitur; eo
quod in senectute genuisset eum. Ge-
nes. 37. num. 3. Vbi translatio
hebraica apud Oleastrum ita ha-
bet. Filius senectutis, siue potius,
vt habet regia bibli; filius sene-
cturum ipse ei. Quibus collatis,
& mentis trutina perpensis, iu-
dicium suum ita fert ipse Olea-
ster. Mihi magis arridet, cum ideo

Genes.
37. n. 9.
& 46. n.

Genes.
50. n. 1.
Prouer.
5. n. 18.

Rodolp

170.
Sancillus
etate f
rs. pro a-
dolescen-
tia.

Gen. n7
n. 3.
Oleast.

172. Iosoph. magnopere dilectus quod in senectute fuerit genitus.

pro ceteris dilectum, quod ab eo in senectute fuerit genitus, solent enim senes puerulis affici. Quare autem afficiantur explicat ad rem nostram Caietanus eo loci, his verbis. In promptu causa est, quare in senectute genitus magis diligitur, quia diutius est seruaturus esse paternum: geniti enim in iuuentute non apprehenduntur, ut longe post vitam patris victuri: sed in senectute genitus apprehenditur, ut victurus longo tempore post mortem patris, ac per hoc, ut diu seruaturus esse paternum.

His de causis merito exhilarandus erat Zacharias ex eo, quod in suscepto mirabili filio diuiniora deprehenderet argumenta laetitiae, cerneretq. prodigia, & innumera vna cum nascente filio in domum suam deriuari caelestium bonorum incrementa. Itaq. parenti Zachariae largitus est Deus hoc gaudium, hanc exultationem, hunc risum, quem admodum olim Patriarchae Abrahamae impertiuit Isaac, hoc est, risum, & exultationem: iuxta illud. Risum facit mihi Deus. Genes. 21. n. 6. Vbi audire est Rupertum Abbatem ita loquentem. Imperiosa hac sermonis Dei repetitio est, notata fidem hominis excitantis, ut humilitate nimia disimulet audita gaudia: Sara, inquit, uxor tua paries tibi filium; & quia tu visisti, Isaac vocabitur nomen eius, quia reuera videbit in nouissimo generositas tua: quo nomine recte Christi felix natiuitas significatur, qui uniuersitati sanctorum sempiterni risus, & interminabilis gaudij causa est; quod gaudium, vel quem risum omnium per pulchre vnus illorum pra-

Genes. num. 6. Rupertus.

gustauit, clausus adhuc in utero, dicente matre eius ad Mariam. Ecce enim, ut facta est vox saluationis tuae in auribus meis, exultauit, infans in utero. Haecenus Rupertus. Et vero Iohannes communicati sibi gaudij suos abunde participauit parentes; & caelestibus bonis, ac voluptatibus, largè perfudit totam Zachariae domum, eamq. in celum fauste promouit: contra, ac illi faciunt filij, qui vitijs dediti primo parentes contristant; dein, ne in celum attollant oculos, non leui sunt impedimento: quo detinebantur filij Gad, & Ruben, ne ad interiora terrae promissae penetrarent: ad quos Moyses, Aedificate, inquit, urbes paruulis uestris Num. 32. num. 24. vbi 70. non sine mysterio legunt. Aedificate urbes impedimentis uestris.

172. Magna gaudia Iohannes intulit patri & comitibus.

Numer. 32. n. 24.

MULTI IN NATIUITATE eius gaudebunt. Luc. 1. n. 14.

LAVREA XXVII.

Sanctitas quo maior, eo pluribus communicata.

- 173. Sanctitas est plurimorum salus.
174. Virtus est, plurimos beneficis operare.
175. Deus per excellentiam bonus dicitur, quia omnibus se benignum facit.
176. Luci undique diffusa Iohannis virtus assimilatur.

177. Iohannes.

- 177. Iohannes ad omnium utilitatem genitus.
178. Samuel vnus instar multorum.
179. Iohannes & vnus, & multiplex.
180. Qualiter Israel dicitur primo genitus cum respectu ad gentes.

D. Amb.

173. Sanctitas se plurimis communicat.

Cor. 13 nu. 13. Lyrani.

D Hier

174. Regalis, ac principis virtus est sua velle beneficia pluribus communicari.

Huius excursus eat antesignanus D. Ambr. qui ad hunc locum rupit haec verba. Solemnis latitia est in ortu, & in generatione sanctorum: sanctus enim salus est plurimorum. Ita ille. Imo quo maior est sanctitas, eo se latius explicat, & diffundit vterius. Ea propter Apostolus illam charitati, & sanctitati appendicem attribuit. Caritas benigna est. 1. Cor. 13. nu. 13. vbi benigna ex interpretatione Lyrani ita dicitur ab spiritus sancti igne, qui si materiam nactus fuerit accommodam, nullibi inflammationis suae metam figit. Benigna (inquit) dicitur quasi bona igneitas, quod fit, quando ex igne charitatis animus hominis sic liquefit, quod bona habita, non sibi soli retinet, sed ad alios extendit.

Haec caelestium principum virtus est, quam seculares, ac sublunares imitantur, quoad possunt. Sint testimonio verba Diui Hieronymi. Epist. ad Saluianum, quibus Nebridij, qui plurimum valebat autoritate apud Imperatores, beneficium describit ingenium. Quidquid, ait, ab Imperatoribus poscebat, elemosina in pauperes, pretium captiuorum, misericordia in afflictos erat, unde & ipsi principes libenter praestabant, quod sciebant, non vni, sed pluribus indul-

geri. Porro regale est, & vtriusq. dignum heroibus, tum terrestribus, tum caelestibus, sua velle multiplicare, ac communicare plurimis beneficia. Eoq. luculentiora; quod ipsi maioribus splendēt ornamentis virtutum. Et hinc est, ut solus Deus, cuius bonitas, ac sanctitas, nullis finibus circumscribitur, antonomastice bonus nominetur, ac sanctus. Nemo bonus, nisi solus Deus, Luc. 18. n. 19. Quia nimirum solus bonitatem quoquoersum in omnes mundi oras protendit, quare Tertullianus. lib. de Trinit. cap. 4. Solus, inquit, merito bonum pronuntiat. Dominum, cuius bonitatis totus repletus mundus. Par erat nimirum, ut solus Deus bonus efferretur antonomastice, qui singulariter omnibus vbiq. suam communicat, ac mirifice commendat beneficentiam. At vero ceteri diuorum, quod sunt sanctiores, eo erga plures habentur beneficentiores. Quam ob causam, ut ego quidem arbitror. libens, ac lubens Deus immensa sanctitatis incrementa, propterea Iohanni praestitit, quia multis erant ingenti cum gaudio liberalissimè communicanda. Qua propter Antipater, ferm. de S. Ioan. Bapt. apud Metaphrastem, Iohannis beneficentiam luci comparat, aut lucernae fulgoribus, quoquo versus suapte natura diffusis. Multi, inquit, in natiuitate eius gaudebunt: est enim (Zachariae Angelus alloquitur) tuus quidem filius, tuum germen, fructus autem communis: tu pater, qui autem nascitur lucerna est omnium. Quo circa Theodorus stud. orat,

Luc. 18. n. 19. Tertul.

175. Deus bonus abfoluit nomen, quia ad omnes orbis oras suam beneficentiam protendit.

Antipater apud Metaph. Theod. studites D. Pet. Chryso.

176. Iohannis beneficentia comparatur lucernae quae diffusa.

de

de natali. Præcurf. omnes vni-
 uersim prouincias inuitat ad cõ-
 munẽ lætitiã. *Exiliat* (inquit)
tota, quæ sub sole est regio, choros agit
Ecclesia festi præludia, & natalis Chri-
sti ingressum celebrans, & lætitiã im-
pleantur vniuersa suscipientia indicẽ
aduentus Regis vniuersorũ. Ex quo
 principio colligit Diuus Petrus
 Chryfologus ferm. 88. Ioannem
 non fuisse vnigenitum, quod
 ego quidem explico bifariam:
 primo, non fuisse vni, hoc est Za-
 chariæ parenti genitum, sed om-
 nibus hominibus tanquam di-
 uinitus oblatum, hoc sensu ait
 citatus Chryfologus. *Non est vni-*
genitus, qui est cunctis creatus ad gau-
dium.

Secundò sensu ita accipio; ac
 si diceret Chryfologus, Ioannes
 non est vnigenitus, quia ab eodẽ
 patre Zacharia, & matre
 Elisabetha alij multi nati sunt
 filij; nõ quia diuersos alios pro-
 creauerint, sed quia Ioannes vnus
 erat loco plurimorum; rem
 explico Samuelis exemplo, qui
 cum vnus esset, instar plurium
 habebatur. Ita declarat Euthy-
 mius illum locum. *Donec sterilis*
peperit plurimos. 1. Reg. 2. num. 5.
 vbi mater Samuelis plures filios
 dicitur suscepisse, cum vnũ tan-
 tum suscepit Samuelem, sed
 vnum, qui vices suppleret quã
 plurium. *Vnus erat* (inquit Eu-
 thymius) *matris sue, sed multorum*
instar fuit, quia videlicet, & mul-
tis natus est, & multis profuit.
 Porro vtrumq; diuinus textus
 adnotauit, & eorum, quibus pro-
 derat, multitudinem; quæ innui-
 tur illis verbis. *Multi in nativitate*

177.
 Ioannes
 ad omniũ
 genitum
 utilitatẽ.

1. Reg.
 2. n. 5.

178.
 Samuel
 vnus in-
 star mul-
 torum.

eius gaudebunt. Luc. 1. num. 14
 & eius, qui proficiens erat, singu-
 laritatem: quæ ijs verbis, decla-
 ratur. *Et non erat ei filius. Luc. 1.*
num. 7. vbi. D. Petri Chryfolo-
gi lumen affulgens. Nõ dixit (in-
 quit) *non erant illis filij, sed non erat*
illis filius, quia singularis futurus e-
rat, qui erat de talibus nasciturus. Sin-
 gularis nimirum natura futurus
 erat, beneficentia verò multi-
 plex. Ideo enim Deus illum nõ
 vni Zachariæ, sed omnibus ho-
 minibus pollicetur. Quemadmo-
 dum etiam æternus parens ita
 sibi Israelẽ filium destinauit:
 vt eius dignitatem ad gentes si-
 mul extenderet, vt egregiè no-
 tauit Theodoretus, quæst. 22. in
 Exo. super illa verba *Filius meus*
primogenitus Israel. Exod. 4. num.
22. quid enim est, quod nõ sim-
pliciter filium nominat, nec fi-
lium dicit vnigenitum, sed pri-
mogenitũ profert? Primogenitus
enim, inquit Theodoretus, est è
multis primus. Cur ergo Deus, cũ
multos filios non habeat, hunc
unicum nõ vnigenitum, sed pri-
mogenitum appellat? nimirum,
vt omnes intelligant, eo verbo
oppignerari Deum, quò primo-
genituræ dignitatem, quæ vni-
genito filio debetur, amplè ex-
tendat ad eos, qui filij nõ sunt.
Gentes enim (addit Theodoretus)
quæ Deo crediderunt, non tantum
salutem consecuta sunt, sed etiam ob-
tinuerunt ius primogenituræ,

Luc. 1.
 n. 14.

Luc. 1.
 n. 7.

179.
 Ioannes,
 & vni-
 versus,
 & multi-
 plex.

Theod.

Exod. 4.
 n. 22.

180.
 Qualiter
 Israel di-
 citur pri-
 mogeni-
 tus, cum
 respectu
 ad gentes



LAVREA XXVIII.

Confirmatur idem argumen-
 tum ad eundem locum.
 Luc. 1. n. 14.

181. *Nasciturus Ioannes in omnium*
commodum annuntiat.

Perfisto in eodem gradu, &
 idem persequor argumẽ-
 tum; quærens, cur in nati-
 uitate Ioãnis gaudia futura sint
 multis communia? Respõdeoq;,
 id factũ iri propterea, quia ma-
 ximè inde utilitates in vniuer-
 sum genus hominum erant de-
 riuandæ: quo sensu S. Ioannes
 Chryfostomus orat. quæ inscri-
 bitur encomium natalis S. Ioã-
 nis apud Metaphrastem cap. 4.
 inducit Angelum ad Zachariam
 ita loquentẽ. *Tu Zacharia oras pro*
solo populo Iudaico. Ego autem hunc
bonum tibi affero nuntium, pertinere
salutẽ ad omnes gentes. Solet enim
 Deus ingentia bona, donaq; lu-
 culenta communia multis fa-
 cere, & publica. Vndè gloriam
 suam nõ contentus est solus ip-
 se possidere, sed iustis, ac san-
 ctis hominibus per liberaliter cõ-
 municat; & ne solus gloriam ha-
 beat, eam multis impertit, vt no-
 tat S. Bernardus Epist. 23. *Nimi-*
rum, inquit, cum sit mirabilis in ma-
iestate sua, etiam in sanctis suis glo-
riosus apparere dignatur ne solus ha-
beat gloriam. Idcirco gloriam vul-
tus sui, hoc est admirabilem
 quendam oris splendorem Moy

Chryfo

181.

*Nascitu-
 rus anni-
 tiatur Io-
 annes in
 omnium
 gentium
 utilitatẽ.*

S Bern.

*Communi-
 cat Deus
 gloriam
 suam, nõ so-
 lus videtur
 habere.*

si cõmunicat: de quo sacer tex-
 tus ait. *Videntes autem filij Israel cor-*
ruptam Moysi faciem, timuerunt pro-
pe accedere. Exod. 34. n. 30. 70. ve-
 rò expresserunt magis gloriam
 dicentes. *Videbant filij Israel faciem*
Moysi quia glorificata est, nec dissen-
 tit Origenes hom. 12. *Et erat, in-*
 quit, *glorificata facies eius, & color*
vultus eius. Nec soli Moysi hanc
 Deus gloriam dedit, sed dum du-
 ctori dat, Israelitis omnibus di-
 disse censetur: omnes enim eã
 oculis vsurpabant, & animis,
 quodammodo per oculos hau-
 riebrnt; iussit insuper Deus
 Moysi, vt eam gloriam, aut eius
 partem Iosue successori imper-
 tiretur. *Dabis, inquit, ei partem glo-*
riae tuae, vt audiat eum omnis synago-
ga filiorum Israel. Num. 17. n. 20.
 qua propter Diuus Bernardus
 prosequutus sermonem de Deo.
Ipse nempe, licet sibi sufficiens ad om-
nem magnificentiam, quarit tamen
gloriam, & in sanctis, non vt ardeat
sibi, sed vt suis communicet. Quo au-
 tem pluribus cõmunicatur, eo
 maior eius gloria illucet. Hinc
 erroris arguitur Diuus Petrus,
 eo quod in monte Thabor Dei
 gloriam ad paucos voluisset re-
 stringere, & tribus tabernacu-
 lis includere. *Bonum, inquit, est,*
nos hic esse, faciamus tria tabernacula
vnũ tibi, & vnũ Moysi, & vnũ
Elia, nesciens quid diceret. Luc. 9.
nu. 33. Quærit Abulensis: in ca-
 put Matth. 17. quæst. 72. huius
 erroris causam? Redditq; in hæc
 sententiam his verbis. *Errauit Pe-*
 trus, quia ab hac societate felicitatis
 excludebat ceteros discipulos. Deus
 verò gloriam suam ita his com-

Exo. 34.
 n. 30.

Origen.

Num.
 2 n. 20.
 S. Bern.

Luc. 9.
 n. 33.

*Causa er-
 roris; Pe-
 tri, quod
 Christi
 gloria tri-
 bus taber-
 naculis
 vellet in-
 cludere.*

municat, vt ceteris nō deneget. Facitq; in eādem sententiam, haud incongruē locus ille. Et post dies octo iterum erant discipuli eius, & Thomas cum eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio. Ioā. 20. n. 19. Ecce vt Christus Thomam consolaretur cæli gaudio abundantissimo, non foliugum conuenit, sed Apostolorum omnium cætu comitatum, vt consolatio illa non vnus tantū pectore clauderetur, sed omnium expleret voluptatē, quod grauius annotauit S. Gaudētius oratione in 40. Martyres to. 2. Biblioth. Satiavit ergo Dominus, inquit, Thomam, cuius manet illa promissio: Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam saturabuntur, apparuit duodecim Apostolis, vt Thoma desiderium adimpleret, profuit cupiditas eius, & ceteris. Par quippe erat, vt ingens adē solatium non vnus tantum circumscriberetur animo, sed Apostolorum omnium arcana corda penetraret.

Hinc est, quod cum Sanctus Simeon cecinisset. Quia viderūt oculi mei salutare tuum. Luc. 2. n. 30. Continud cantum integrat illis verbis. Quod parasti ante faciē omnium populorum. Ibidem. Tantum enim, & tam luculentum bonum vnus oculis Simeonis haud capi poterat: plurimis, & capi, & communicari debebat. Animaduertit id tempestiue Sanctus Gregorius Nyssenus, oratione de ocurso Domini, & Simeonis. Quomodo superius testatum est, illum spectare consolationem Israel, nunc autem conspicitur dicere salutare in conspectu omnium po-

pulorum? Quoniam tunc futuram Israelis consolationem nouit spiritum, quando omnibus quoque populis fuit paratum salutare. Ita Nyssenus, quasi perfectum, & absolutum solatium esse non potuerit, nisi simul extenderetur ad omnes populos, ac gentes.

Vndē licet agrē tulerit Hebræorum pars maior, hoc Israelis solatium ad gentes, & ad vniuersi fines orbis proterminari iuxta illud Act. 10. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, quod in nationes gloria Spiritus Sancti effusa esset. Ibi n. 45. In quem locum Isidorus Clarius. Magis, inquit, nos nunc obstupescimus hos, qui ex circumcisione iam fideles erant, miratos gratiam Spiritus Sancti in nationes effusam, perinde quasi Iudæorum tantum esset Deus: ita parū nota erat hæc Dei bonitas, & in omnes liberalitas. Quamuis, inquam, Israelitarum pars maior, id permolestē tulerit, illi tamen, qui maioris sanctimonie fulgore nitentur, eo plus inde solatij hauserunt, quo consolatio ipsa largius, ac longius extendebatur:

LAVREA XXIX.

Ioannis natiuitas celebrata encomio admodum singulari: super eundem locum. Multi in natiuitate eius gaudent. Luc. 1. n. 14.

Ioan. 20 n. 19.

S. Gaudētius.

Luc. 2. n. 30.

D. Gre. Nyssen.

Gaudium Israelis cū totius mundi solatio coniunctum.

Act. 10. n. 45.

Isidorus Clarius.

- 182. Summa orbis letitia afficitur in Ioannis natiuitate.
- 183. Tres olim Missæ in Ioannis natiuitate.
- 184. Christi, Virginis, ac Ioannis natiuitas celebratur.
- 185. Semper in Ecclesia exiit celebris.

Quemadmodum Sanctissimæ Virginis Mariæ natiuitas totum orbem terrarum mirificè recreauit: quocirca canit Ecclesia in eius natiuitate. Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Ita quodammodo cognatus eiusdem Virginis Ioannes natiuitate sua omnes pene mortales exhilarauit: quod miratus S. Maximus homilia de eius natiuitate. Solus, inquit, Baptista Domini, ultra legem nascentium, natiuitatem suam letitia, & exultatione præuenit. Anniversaria igitur gaudia S. Ioannis Baptiste natiuitas attulit populo præsertim Christiano: eaq; imprimis prærogatiua celeberrima; quod latini olim tribus Missis eiusmodi celebritatem agere consueuerunt, vt perhibent ordo Romanus; Albinus Flaccus; & Amalarius. Illa insuper inter illius excellentias haud vulgaris annumeratur; quod eius, non aliis (præterquam Christi, & Virginis Deiparæ) natiuitas in Ecclesia, Dei instinctu, celebratur. Audiamus Ecclesiæ ipsius lumen Augustinum tomo 10. homilia 44. cap. 2. Quia (inquit) in magno Sacramento natus est Ioannes, ipsius

solius iuste Ecclesia Natalem diem celebrat, & Natalis Domini celebratur, sed tanquam Domini. Date mihi alium seruum præter Ioannem inter Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, cuius Natalem diem celebret Ecclesia. Passionis diem seruis plurimis celebramus: natiuitatis diem nemini, nisi Ioanni. Idquē, vt ego, quidem reor, tum propter mysteria alia innumera, tum propter illud, quod præstringit Augustinus tomo 10. serm. 23. de Sanctis, his verbis. Humilietur homo, vt exaltetur Deus, secundum illud, quod de domino ipse Ioannes dixit. Illum oportet crescere: me autem minui: vt humiliaretur homo, hoc die natus est Ioannes, quo incipiunt decretere dies; vt exaltetur Deus, eo die natus est Christus, quo incipiunt crescere dies. Magnum Sacramentum fratres; ideo celebramus Natalem Ioannis, sicut, & Christi, quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quod rursus inculcans serm. 2. de Ioanne Baptista. Natalem, inquit, Sancti Ioannis hodie celebramus, quod nulli umquam sanctorum domini, & beati Ioannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur, & colitur. Et rursus serm. 2. de Sanctis, Post illum (inquit) sacrosanctum Domini Natalis diem nullius, hominum natiuitatem legimus celebrari, nisi solius beati Ioannis Baptiste. Deiparæ verò Augustinus non meminit, quia eò adhuc tempore eius natiuitas non celebrabatur in terris, vt tempestiue animaduertit Baronius in annotationibus, Martyrologij octauo Septembris.

184.

Christi Depiaræ & Ioannis natiuitas celebratur.

Idem.

Idem.

S. Maximus.

Ordo Romanus, Flaccus. Amalarius.

182.

Natiuitas S. Ioannis magis quam orbi attulit letitiam.

183.

Tres olim Missæ in natiuitate S. Ioannis.

D. Aug.

Baroni

185.

Saper in Ecclesia extitit ce libris.

D. Petr. Damia.

D. Ber.

Petrus Damia.

Ioannis verò natiuitatis celebritas solēnis, & singularis semper extitit in Ecclesia; quapropter Cardinalis D. Petrus Damian. lib. 4. Epist. 16. Nullus [inquit] sancti festiuitas in Ecclesia collitur, cuius octauis tanta reuerētia debeat. Et ser. de Baptista ita fatetur, letatur orbis, & quatuor mundi climata circūsona gloriosa festiuitatis instantia ipsis etiam calis celebris, & famosa. Quibus verbis ostendit, hanc celebritatem in terras omnes, ac cælum sua gaudia transfundere. Quanta verò futura essent celebritatis huius augmenta gaudiorum, colligitur ex eo, quod ea Deus geminata, atq; aded cumalata esse voluit. Quærit D. Bernardus, hom. 4. super missus est. Quare sterilis Elisabethæ conceptio Virgini sanctissimæ reuelata fuerit? Respondetquē in hæc verba. Ideo sterilis cognata conceptus Virgini annuntiat, ut, dū miraculum miraculo additur, gaudiū gaudio cumuletur. Ita ille; hac enim celeberrima festiuitate humanis cordibus, ac pectoribus subsultant gaudiorum motus duplicati plenē, ac cumulatē: vnde illud S. Petri Damiani ser. 1. de S. Ioanne. Non est [inquit] dissimulanti silentio transeundum, quam solenni glorificatione pueri huius in hunc mundum nuntiat, ingressus.

LAVREA XXX.

Idem argumentum continuatum: in eundem locum. Multi in natiuitate eius gaudent. Luc. 1. n. 14.

186. Ioannis natiuitas alias longè anteit.

187. Apud barbaros Ioannis dies festus concelebratur.

188. Festiuitas S. Ioānis Euangelista cedit festiuitati Ioānis Baptista.

189. Baptista omnes sancti primatū concedunt.

EX proximè dictis infertur (si Christi, & Deiparæ natiuitates excipiantur) hanc esse ceterarum omniū longè felicissimam. Qua propter D. Bernard. ser. de priuilegijs Baptistæ. Hodie (inquit) dies nobis illuxit insignis: & tanto diebus ceteris, sanctior, quanto sanctior em hominem terris intulit. Cū enim Ioannes Baptista sanctorum omnium fuerit longè maximus, eius natiuitas per cōsequēs necesse est, habeatur omniū maxima. Ideoq; eā Ecclesia, quæ Dei vicē gerit in terris, plausu tēter maximo quotannis in duobus bitanter celebrandam suscepit. Quare S. Pet. Damian. ser. 1. de S. Ioā. Huius (inquit) viri natiuitatem sponsa Christi tanto securius beneuolētissima dignatione suscepit: quāto singularius eam veritatis Euāgelicæ irrefragabilis cōmendat autoritas.

Addo, hanc Baptistæ celebritatem non ab Ecclesia modo, sed etiam à barbaris celebrari, vt notauit Diuus Bernardus sermone de natiuitate Ioannis Baptistæ his verbis. Verum id quidem, multi in natiuitate eius gaudent: & pagani ipsis, vt audiuius, letæ est, & solennis. Quod tum propter alias nationes, tum propter Mahumetanos dictum est; nam

D. Ber.

186:

Quāto excellat ceterorū natiuitates Baptistæ.

D. Petr. Damia.

187.

A barbaris etiam celebratur.

D. Ber.

Ma-

Mahumetus lib. 1. Alcorani multa præclara, ac sublimia de S. Ioāne Baptista scripta reliquit: vt notauit Dionysius Carthusianus de Sactis ser. 3. de S. Ioāne Baptista. Nec possum, quin huc afferā abditū mysterium ex Guilhelmo Durāto, Episcopo Mimatēsi in rationali lib. 7. c. 42. n. 8. Nimirū, tū D. Ioannē Euāgelistā, tū Ecclesiam, huic Ioānis Baptistæ festiuitati honorē maximum detulisse. Nā cū Ioānes Euāgelista ea die diē suū obijisset, ei festiuitas Baptistæ festiuitati cedit, & in diē tertium à Natiuitate Domini secessit. Nota (inquit citatus Durātus) quod Beatus Ioā. Euāgelista in festo beati Ioānis Baptistæ obiit, sed quia non poterat tūc eius festū fieri, translatum est ad tertium diē Natalis Domini: & festū Beati Ioānis Baptistæ in suo die remāsit. Nec mirū quia dies illa ab Angelo gaudio natiuitatis præcursoris, authentica fuit. Ita ille. Id ipsum ex alijs refert Soarius de relig. to. 1. lib. 2. de festis Sactorū c. 8. 6. Post hoc. Cedunt regibus comites; cedūt Marchiones, ac Duces; cedūt etiam magno Baptistæ ceteri Diui: & quod mirari est cōmuni Ecclesiæ sensu cedit Euāgelista. Ex eodē autē, quod ipsius Ioānis natiuitas ita sit celebris, quodq; ceterorū Sactorum solus exitus, & necis genera varia, ac multifaria Ecclesia, quæ vices Dei gerit in terris, cōcelebret, Ioānis verò Baptistæ præter mortē, natiuitatē etiā multo maiore celebritate colat, inferūt aliqui, Baptistæ recēs natiuitate eorū omnium prædiuites exitus longè anteire;

Guillel. Durāt.

188.

Festiuitas S. Ioānis Euāgelista cedit festiuitati S. Ioānis Baptistæ.

Soarius

189.

Baptista inuita aliorum fines exsuperant.

nā ille etiā cū nascitur numerosissimā virtūtū omniū seriē, & inenarrabilē gratiarū ordinē in beata anima, velut in diuite thesauro clausā ferebat, vt tēpestiuē notauit D. Pet. Chrysológus ser. 89. his verbis. Sterilitas ista nō erat maledicta, sed mystica in qua partus nō ablatas, sed dilatatus; vt in filio singulari tota fecūditas pēsaretur: quādo in vno nascebatur numerositas cōgesta virtutū; Et iterū. In Zacharia & Elisabeth reatus occidit, perijt querela: omnis est apudta causatio quia in illis parabatur, vnde tota sactitas nascere tur

D. Petr. Chryso.

ERIT MAGNVS CORRĀ DOMINO. Luc. 1. n. 15.

LAVREA XXXI.

Cōmendatur Ioannis magnitudo.

- 190. In Ioanne Dei imago expressa videtur.
- 191. Ioānis caput toto orbe nō capitur.
- 192. In morte torque exornatur.
- 193. Omnia humana transcendit.
- 194. Primum Roma factum templū honorē, tum Saluatoris, tum Ioannis Baptistæ adscribitur.
- 195. Omnibus anteit Ioannes.

Solus Ioānes magno encomio dicitur magnus; cuius magnitudo fuit aded singularis, vt ad Christi estimationē peruenerit, teste Aug. to. 10. hom. 44. c. 1. Cuius hæc sunt verba. Tam magnus visus est Ioannes, vt à nonnullis etiā Christus putaretur. Potrò videtur Deus in Ioanne absolutissimā suę magnitudinis imaginē efformare voluisse. Vt Baptistā, qui-

S. Augu

190.

Dens sua magnus dicitur in Iohanne.

Guerricus Ab.

Rupert.

191.

caput Iohannis orbe non capitur.

D. Petr. Chryso.

cumq; videret, Deum se videre crederet. Ita Guerricus Abbas ser. 3. de Ioanne Baptista, docens, propterea Euangelistas omnes preclarā de illo mentionem fecisse. Eamdemq; ob causam a prophetis, & ab Angelis fuisse luculenter annuntiatum. *Et* (inquit) *talibus induceretur, cuius magnitudine incomparabilis altissimi magnitudo manifeste monstraretur.* Certē res magnę abscondi nō possunt, vt cęli qui propter magnitudinē nō possunt nō apparere. Cętera omnia intra cęlos saltē condi possunt. Tāta autem erat animi magnitudine iste Gigas, vt solū ipsius caput nullis terrarū metis, vix cęlorū finibus terminaretur. Ea est grauis admodū ponderatio Abbatis Ruperti in c. r. Iohannis. *Non carcer* (inquit) *Herodis Iohannis caput continere potuit, quin per omnē mundū, quadrigis eminentis Evangelicis, cū firmamento celi enarraret gloriā Dei.* Nec immeritō, quidē quadrigis inuehitur Iohannes instar magnatum. Nā Ioannes ille erat, quo nō surrexit maior inter natos mulierū. Vnde etiā aureatorque instardynastę illius caput adornatur; torques militibus donari ab imperatoribus solebant ob rē strenuę gestam, vnde torquati dicti, qui hoc honoris genus virtute erāt consecuti: Ioannis tota vita virtus fuit insignis, ideo torque insignitur in morte. *Iohannes* (inquit *D. Petrus Chrysologus ser. 173.) Martyrij torquem meruit ex cruore.*

Sed hęc magnitudo sanguinis splendorē, & externam nobilitatem aliquatenus respectare videtur, illa interiorē meritōrum

cumulū prorsus attinet, quę Iohannē supra elementa mūdi, ad cęlū vsq; extollit. *Erit magnus coram Domino.* Luc. 1. n. 15. Ac si dicat, ita erit in terris magnus, vt apud superos etiam magnus nominetur, & habeatur. Nā, vt notat D. Ambrosius ludens in verbo, elementis. Ad illum locum. *Cū essemus paruuli, sub elementis mūdi eramus.* Ad Galat. 4. n. 3. *Paruulus, inquit Ambrosius, sub elementis est; ergo magnus supra elementa mundi est.* Itaq; supra elementa ad cęlum vsq; magnus se attollebat Iohannes; imō supra Angelicos ordines positus irradiabat, teste D. Bernard. ser. de excellentijs Baptiste hoc enim mihi sonāt illa verba. *Vnus est, & similem nō habet, qui choris insertus Angelicis sublimioris coronę titulis, Vniuersitatis humana trāscendit ascensum.* Pende illa verba. *Sublimioris coronę titulis: titulis enim, & prerogatiuis excellit Iohannes non homines solū, sed etiā angelos, vt consequentia D. Bernardi verba illa demōstrant.* *Letatur angeli, & utriusq; nature numerositas admiratur hominē sic ingressum abyssū luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet acie angelicę puritatis.* Hinc, vt opinior, factum est, vt prima, quę Romę ædificata est, Ecclesia, in honorem Iohannis Baptiste pariter, & Saluatoris dedicaretur, & cōsecraretur, quod egregiē expēdit Card. Pet. Damianus ser. de Baptista hic verbis. *Illam mater, & magistra omnium Ecclesiarum, Ecclesia Romana in honorem Iohannis Baptiste post saluatoris nomen, consecrata est, & signata. Vbi mirandū*

192.

Torquatus, & honoratus in morte. Luc. 1. n. 15.

D. Amb.

Ad Gal. 4. n. 3.

D. Ber.

193.

Humana omnia transcendit.

D. Petr. Damia.

194

Prima Ecclesia Romę dicitur honorari, tum Saluatoris, tum Iohannis Baptiste.

planē

195.

Iohannis super omnes excellentia.

planē est, ipsa Apostolorū culmina Petrum, & Paulum fuso proprii sanguinis cruore adhuc honorem non peruenisse; quod etiam miratur citatus Damianus. *Crucifigitur, inquit, Petrus, Paulus obtruncatur dignitas remanet precursori, purpuratur Roma multitudinē Martyrum totaq; sublimitas beato refunditur Patriarchę, Iohannes ubiq; maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes.* Hactenus ille.

LAVREA XXXII.

Iohannes magnus coram Domino, ad eundem locum. *Erit magnus.* Luc. 1. n. 15.

196. Coram Deo magnus solus Iohannes existit; alij corā hominibus.

197. Expēditur apud Deū magnitudo.

198. Magna charitate sibi adiuncti Iohannes Euangelista & Baptista.

Quam magnus fuerit Iohannes Baptista coram hominibus latius infra videbimus: Curru sexto a Laurea 23. vsq; ad 29. in presentiarū de eius coram Deo magnitudine breuiter agendum est: & certē magnū esse corā Deo, qui est infinitę magnitudinis, virtutē prope arguit infinitā. Et hoc sit primū Iohannis encomiū, de quo Theophyl. hoc loco, ita scripsit. *Magnū fore Iohannē predicat Angelus. Multi sanē magni fuerunt corā hominibus, at non itē coram Deo.* Corā hominibus magnus extitit Alexander, magnus Pōpeius, magnus Herodes filius Antipatri: fuit & Sforcia magnus, Otho magnus, magnus item apud Lusitanos nu-

Theop.

196. Coram hominibus multi magni, at coram Deo magnus Iohannes.

merandus Albuquerque; Indorū fulmen, & euerfor Maurorū; sed hi omnes, & alij quos numerare nō est huius loci, fuere corā hominibus magni. At coram Deo magnū quē, nisi Iohannem Baptistā, nominabimus? Ideo talis, & tantus futurus annuntiat, vt corā Deo, cuius magnitudine obūbrantur, & occultantur omnia, magnus appareat: & quasi sol alter sublimissimus, & altissimus irrutilet. Qua propter Cardinalis Toletus, annotatione 20. *Ille demum, inquit, est magnus corā Domino, qui verē, & absolutē magnus est, qui ea habet, in quibus magnitudo consistit, & tantus in eis est, vt apud eū, qui falli nō potest, & qui infinitę, & illimitatę perfectiōnis, & magnitudinis est; magnus iudicetur; talis, & tantus fuit; & futurus nūc prædicatur Iohannes noster.* Id eū perpēdit Simon de Cassia, lib. 3. ad eum locum. *Erit magnus coram Domino.* Non potuit, inquit, amplius precursor non dum natus extolli, quam vt coram Domino magnus esset. Et iterum ibidem. *Apud Deū, inquit, nulla pensatur magnitudo, nisi que de virtute grandescit, & que inuisibiliter infastigijs suis attollitur; soli Domino nota est magnitudo virtutis, qui non fallitur in sciendis.*

Dinumerat sacer textus, 2. Reg. 23. heroes hebręorū fortissimos, qui Dauidis bellicosissimi regis tēpore floruerunt: cūq; multos enumerasset, Iob tamē Israëliticę militię præfectum, & rerum gestarum gloria florētissimum non meminit. Causam si inuestiges, reddit ibi Lyranus ad finē capitis istius modi.

Toletus

197. Expenditur magnitudo corā Domino.

Simon de Cassia.

2 Reg. 23.

Quare Iob non numeratur inter fortes Dauidis.

Lyran.

Inter predictos fortes non nominatur Ioab: quia erat super omnes principes primus. Similiter etiam inuestigari potest, quare Ioannes Baptista cum Christi discipulis non numeretur, cum re ipsa discipulus fuerit, nec esse diffiteretur indignum, qui eius corrigiam calceamenti dissolueret? Quare eum, nec cum principibus Ecclesiæ D. Petro, D. Ioanne Euangelista, D. Iacobo, nec cum reliquis Apostolis annumerant Euangelistæ Matt. 10. n. 2. Marc. 3. num. 13. Luc. 6. n. 13. Act. 1. n. 12. ubi Ecclesiæ bellatores fortissimi numerantur præsertim cum ille exordium sit Euangelij, vt testis est Abul. to. 3. in Matt. cum q; a S. Cyrillo Hierosolymitano in catechismo appellatur. Archidux noui testamenti? Respondendum cum alijs Ecclesiæ principibus ideo Ioannem Baptistam non numerari, quia Ioanne Baptista inter natos mulierum non surrexerat maior. Qui autem sunt alijs multo maiores, non eodem cum eis numero computantur: sed sunt extra numerum, extra aliam, extra sortem ceterorum; quemadmodum Ioab, qui propter egregiam virtutis excellentiam cum fortibus non adnumeratur, quia videlicet erat omnium longè fortissimus. Inter magnos Israeliticæ militiæ non censetur, quia erat omnium maximus: erat robore, fortitudine, & rerum gestarum gloria primus. Inter predictos fortes non numeratur, quia erat super omnes principes primus. Non secus de Ioanne philosophabere:

Mat. 10. nu. 2.
Marc. 3. n. 13.
Luc. 9. n. 13.
Act. 1. n. 12.
Abul. 5. Cirill.
Cur Ioab non numeratur inter Apostolos.

antiquitate, sanctitate, officio legationis, prædicationis, multisq; alijs muneribus inter Apostolos primus; ideoq; cæteris omnibus maior.

Hæc porro magnitudo virtutis tam longè latèq; irradiabat in Ioanne, vt considerantibus lux esse videretur immensa: vnde per necessarium iudicauit Ioannes Euangelista concepto de Baptista errori obuiare, admonereq;: *Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Ioan. 1. num. 8. neque emulatur, aut inuidet. Ioannes Euangelista dum Ioannem Baptistam lucem esse inficiatur. Neq; enim Ioannes Ioanni emulus est, & aduersarius, sicut eorum obsequijs mancipati sepe sibi sunt infensi: imò laudi Baptiste, dū id dixit, sedulo studuit Euangelista. Tam enim, & tam immensum virtutū omnium iubar in Baptista conspexit, vt Deo instigante, per necessarium iudicauerit declarare, Ioannem non esse æternam lucem: nec illum ipsum Christum, qui de se dixerat. *Ego sum lux mundi.* Ioan. 8. num. 12. Qua maximè re eius magnitudinem sanctitatis incomparabilem satis explicauit. Enim verò, quam regi similem eum diceret, apud quem ne Rex crederetur, clamare opus esset, præeunte præcone: non est hic Rex, non illum colatis, vt regem: sed nos de hac re latius dicturi sumus Curru 4. Laurea 4. num. 13. Et præsertim, Curru, 5. Laurea 9. & sequentibus.

Ioan. 1. nu. 8.
198.
Occasione erroris obuiat Euangelista.

Ioann. 8. nu. 12.

L A V -

L A V R E A. XXXIII.

Proponuntur causæ aliquot, ob quas Ioannes magnus coram Domino potuit appellari. In eundem locum. *Erit magnus coram Domino.* Luc. 1. n. 15.

199. *Prophetia nitore magni nominis habuit.*
200. *Penitentia documenta dedit eximia.*
201. *Ieiunium nos filios Dei facit.*
202. *Splenduit angelica puritate.*
203. *Magnus, quia à materna alio nullam labem asportauit.*
204. *Ab utero exercitus miles prodijt ad ventura certamina.*
205. *Magnus, ob mortalium despectum.*
206. *Ante arcam David saliens maior existimatur, quam acriter pugnando.*
207. *Præcursoris munere magnus.*

EXtitit magnus Ioannes coram Domino, in primis prophetiæ munere, quo prophetas omnes longè superauit. *Teste ipso Christo, dicente. Maior inter natos mulierum Prophetæ Ioanne Baptista nemo est.* Luc. 7. num. 28. Qua propter Cardinalis Toletus annotatione 21. officio, inquit, omnes superauit prophetas, qui ante ipsum extiterunt, Quare de re verius dicam Curru 6. Laurea 14. & 15. Et vero ratio breuiter est, quoniã ceteri pro-

199.
Magnus prophetia dicitur.
Luc. 7. nu. 28.
Toletus

phetæ venturum Messiam annūtiabant. Ioannes presentem digito coram indicauit: vt notat D. Hieronymus Epist. 151. ad Algasiam quæst. 1. his verbis. *Dicit eum non solum prophetam, sed plus esse, quam prophetam; quia quem illi venturum esse dixerant, hic venisse monstrauit dicens, ecce Agnus Dei: præsertim cum ad fastigium prophetale Baptista accesserit priuilegium.* Quin etiam ceteri prophetæ habuere Christum scopum sui vaticinij. Nec Christum modo, sed etiam ipsum Ioannem, quasi alterum Christum; subinsinuat id Chrysostomus, hom. 27. operis imperfecti his verbis. *Ipsæ non solum prophetauit de Christo, sed etiam alij propheta de ipso prophetauerunt.* Hæc ex officio magnitudo videtur eminere.

Illa verò videtur illucescere ex virtutis ornamento præclarissimæ; eius nimirum penitentia, quæ tanta fuit, tamq; admirabilis, & illustris; vt illum ad Christi vsq; æstimationem, reputationemq; sustulerit: Cū enim (vt inquit Athanasius, ser. 4. contra Arrianos, refertq; Toletus annotatione 21. huius loci.) *Nullum habuerit, vquam mortale peccatum, tanta carnis mortificatione se domuit, vt dominus, Matthæi 11. num. 18 dixerit de eo. Venit Ioannes neq; manducans, neq; bibens, sic ille.* Hæc mirifica abstinentia; hoc ieiunium continuum, & quotidianum, illum opinione mortalium Messiam effecit. Et certè ea est virtus ieiunij, vt sui cultores in filiorum Dei locum vicemq; reponat: vnde Caco-

Hieron.

D. Chr.

200.
Magnus penitentiæ documento.

S Athanas.

Mat. 11. nu. 18.

F 4

demon

201.
1. iunium
ad digni-
tate filii
rum Dei
causabit.
Matt. 4.
n. 3.
D. Letr.
Chryso.

dæmon cum ieiunantem Chri-
stum admiraretur in solitudine;
non hominis, sed Dei filium cõ-
pellat. *Si filius Dei es.* Matthæi 4.
num. 3. vbi D. Petrus Chrysol.
ferm. 13. tempestiuè notat my-
sterium his verbis. *Iam non homi-
nem, sed Dei filium credit, quem li-
berum à ventris conspexerat seruitu-
te.* Ita ille: de ieiunio late dicã
in cap. 4. Matth. ad illa verba:
cum ieiunasset 40. dies.

Matt. 4

Ad hæc, magnus extitit Ioan-
nes propter angelicam castita-
tem qua spectatissimè floruit.
Ideoq; teste D. Hieronymo Epi.
ad Rusticum de viuendi forma,
a teneris annis fugit in desertũ,
matremq; propriam dereliquit,
ne eius comitatu, alterius cu-
iuspiam feminæ aspectu velmi-
nimum aliquid inhonesti con-
traheret; seruare enim voluit
mentem innocentie integram;
& oculos leuissimi etiam sceleris
puros, vt Christum acutissimè
cerneret, & indigaret aper-
tissimè. Excipe citatum Hiero-
nymum. *Matrem ita vide, ne per il-
lam alias videre cogaris, quarum vul-
tus cordi tuo hareant: & Ioannes Ba-
ptista sanctam matrem habuit. pontifi-
cisq; filius erat: & tamen, nec matris
affectu, nec patris opibus vincebatur,
vt in domo parentum cum periculo vi-
ueret castitatis; viuebat in eremo, &
oculis desiderantibus Christum nihil
aliud dignabatur aspicere.* Hæc illum
virtus, cum magnum inuenis-
set; maiorem in dies effecit; im-
mutat enim castimonia naturã;
& sic transformat; vt ex huma-
na transeat, & transuolet in an-
gelicam. *Castitas enim* (inquit Am-

D. Hier

202.
Magnus
angelica
castitate.

brosius li. 1. de virg.) *angelos fecit,
qui eam seruauit angelus est, qui per-
didit diabolus.* Ac rursus ex ange-
lica per internum puritatis af-
fectum commicat in diuinam.
Nam teste D. Ambrosio loco ci-
tato. *Virgo est, quæ Deo nubit.* Con-
nubia vero, quis nesciat inter
æquales fieri, quæ rectè fiunt, vt
ergo castitas equetur Deo cæ-
lestem vitam instituit, vt cele-
stem inueniret sponsum. *Nec im-
merito* (addit Ambrosius) *uiuendi
sibi usum quasiuit è calo, quæ sponsum
sibi inuenit in calo: hæc nubes, æra,
Angelos, sideraq; transgrediens ver-
bum Dei in ipso sinu Patris inuenit,
& toto hausit pectore.* Vt nimirum
tali sponso nupta, illi equiparetur.
Neq; de nihilo inscriptus
est ille titulus. Psalmo 44. quo
casti adsignificatur, titulus est:
*Pro ijs, qui commutabuntur filijs core
ad intellectum: canticum pro dilecto.*
Vbi in hebraicis fontibus habe-
tur *מַלְאכֵי הַיָּיָן* id est, *delilijs, sa-
per lilia, vel pro lilijs,* hoc est pro
castis sponse Ecclesie filijs. Sym-
machus habet. *Pro floribus,* Tuc-
cius explicat. *Pro rosis,* flores ve-
ro virgines representare probat
locus ille. *Flores apparuerunt in ter-
ra nostra.* Cantic. 2. num. 12. hoc
est aduentante lege noua, adue-
nerunt virginum chori. *Virgines
enim* (inquit Hieronymus lib. 1.
aduersus Iouin.) *quasi flores quidã
sunt coniugij.* Rosæ item, ac lilia
ab eodem Hieronymo Epist. ad
Saluinam pro castissimis, & in-
nocentibus Sãcti coniugij filijs
aciipiuntur, illis verbis. *Rosarum,
& liliorum calathus eboris, oliviq; cõ-
mercium.* Qui propterea dicun-

D. Amb
idem

Psal. 44.

Symma-
chus.
Tuccig.

Cant. 2.
n. 12.

Hieron.

idem.

tur

tur commutatũ iri, quia miras
metamorphoses huius angeli-
cæ virtutis artificio exequi nõ-
quam cessant; quo vsq; tandem
ad cœlitum consortia, Christi q;
societatem perbeatã, sorte, vl-
tra quam dici queat, auspiciatissi-
ma deueniunt; Deiq; stemma-
ta, & Agni candidissimi insignia
sibimet adaptant: quales
vidisse se memorat Euangelista
super montem Sion quadragin-
ta quatuor millia. *Et habebant no-
men eius, & nomen Patris eius scrip-
tum in frontibus suis.* Apocal. 14.
n. 3. In eo autem, quod diuina
stemmata ostentant frontibus,
subindicant, teste Lyrano, eam,
qua potiuntur, castitatem prorsus
esse diuinam, dignamq; quæ
non terris solum, sed cælestibus
etiam sedibus ex equo cum Deo
ambulet, ideoq; Lyrano dum
cõsideraret eorum temporibus,
ac frontibus aureum Dei nomẽ
inscriptum: sic addit. *In quo desig-
natur firmitas continentia per vo-
tum.*

Apocal.
14. n. 3.

Lyrano.

Lyrano.

Elucet amplius, & irradiat
longius hæc ipsa sanctitatis in
Ioãne magnitudo ex eius anti-
quitate; ita appellat Cardinalis
Toletus huius loci annotatione
21. Cuius verba lectoris oculis
subijcio. *Virtus* (inquit) *apparet ex
eius sanctitatis antiquitate, qui in vte-
ro matris existens gratia Spiritu Sã-
cti repletus est, & Christum venien-
tem in utero matris agnouit, & ado-
rauit, in qua vita sanctitate semper
creuit vsq; ad mortem, eamq; vitam
martyrio consummauit: verè igitur
magnus coram Domino.* Hactenus
ille.

Toletus

203

Magnus,
quia ab
utero san-
ctus.

Nec mirere, iã inde virtutis
nomen, ac vires obtinuisse; illi
enim adhuc in utero existenti
affulsit mens, ratio, & cõsiliu:
vt dicam Curru 2. Laurea 20.
Omnis enim ætas Deo habilis
est, vt notat D. Ambrosius lib. 3.
de virgin. additq; *Non virtutem
etatis appendicem dicimus, sed virtu-
tis etatem.* Quin etiã iam tum in
utero, velut in palæstra ad futu-
ra certamina præparabatur: vt
dicemus ex Origene Curru 2.
Laurea 26. num 152. sub finem,
quo sensu loquitur Imperator
apud Cassiodorum lib. 1. varia-
rum Epist. 40. *Gestiant vituli cer-
tamina, quæ implent etate robusta.*
Nec abdicat coniectura, qua in
utero exultat infantulus, quasi
ad bella iam tunc velit in aciem
procurrere, id enim significat,
exultare, & apud sacros, & apud
prophanos; apud sacros, vt cum
apud Iobum amans pugne exul-
tat equus. *Exultat audacter, in oc-
cursum pergit armatis.* Iob. 39. nu.
24. apud prophanos Æneid. 10.
*Tarquitus exultat cõtra fulgẽtib; ar-
obuis ardenti se se obtulit.* (mis,
Quin etiam Beda in Luc. cap. 1,
ex eo Ioannem agnoscit magnũ
corã Deo, quod respectu homi-
num viliter ad vocem luden-
tis puellæ fuerit iugulatus. *Sed,
& hoc* (inquit) *coram Domino magnũ
eminet, quamuis hominibus videatur
esse despectum, quod is, cui in matris
mulierum maior nemo est, lasciuientis
ob ludum puella capite truncatus est.*
Quis enim tã cæcus est, vt igno-
ret, quo quis patitur apud ho-
mines viliora, eo gloriofiora,
ac maiorem fieri apud Deum:

D. Amb

Origen.

Cassiod

204

Ab utero
se exercet
ad futura
certami-
na.

Iob. 39.
n. 24.

Beda.

205

Magnus,
quia leni,
ac vili
causa oc-
ciditur.

reno-

reuoca in memoriam Dauidem vtiliter ad speciem coram arca Domini, & innumera plebis multitudine huc illuc salientem, nec non Reginam Michol opprobria, ac conuicia illa proferentem. *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris.* 2.

2. Reg. 6. n. 20.

D. Greg

206.

David maior hu militur coram Deo subliens, quâ strenuissimè pugnans.

D. Amb

207.

Magnus officii præcursoris.

Card. Toletus

Reg. 6. n. 20. ille enim, quo vilior apud homines tunc apparerat, eo maior adfurgebat apud Deum. quare Diuus Gregorius in Iob. lib. 27. cap. item 27. *Quid (inquit) de eius factis ab alijs sentiantur, ignoro. Ego Dauidem plus saltantem stupro, quam pugnantem: pugnando quippe hostes subdidit; saltando autem coram Domino se ipsum vicit.* Eoque facto egregio, & regalem coronam amplius promerebat, & capite altius inferebat, ac firmabat; vt animaduertit Diuus Ambrosius Apolog. 1. de Dauid. *Exercetur (inquit) bonus athleta conuicijs, vt dignus sit, cui deferatur corona.* Magnus tandem extitit Ioannes propter officium præcursoris, ita Cardinalis Toletus in commentario huius loci. *Dicitur (inquit) magnus coram Domino, quia præibit ante faciem Christi, vt præcursor illum populo ostenditur.* Qua de re dicemus hoc Curru Laurea 42. & Carru 6. Laurea 5. & 54.



LAVREA XXXIII.

Ioannes magnus, eo quod operibus verba nobilitauerit. In eundem locum, erit magnus. Luc. 1. n. 15.

- 208. *Ob Vita acta rigorem, ac tenorem Ioannes magnus.*
- 209. *Christus prius exemplo, quam verbo vititur.*
- 210. *Cur, Deum per manus prophetarum loqui, scriptura affirmet.*
- 211. *Geminatus est sermo, qui & opere, & verbo nititur.*
- 212. *Lingua, ac manus cohereant.*
- 213. *Apostolus caelestem viam, & verbo, & exemplo aperuit.*

AD has aliam quoq; causam subdit huiuscem magnitudinis Hugo Cardinalis. *Erit (inquit) magnus, quia magna vita, & alta fuit, & penitentiam predicauit; quam magis ipse impleuit.* Eoq; mirabili vitæ exemplo cõciti finitimi Iudææ populi turmatim ad illum audiendum confluebant. *Tunc exibat ad eum Hierusalem, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Matth. 3. n. 5. huius autem insolentis vrbium concursus causam ad rem nostram subaperit Chryostomus homil. 3. operis imperf. ante med. in hæc verba. *Amplius enim resonabat conuersatio vite eius in eremo, quam vox clamoris ipsius.* Sed de Ioannis vitæ exemplo, deq; vocum cum operibus concordia, & eo loco Matth. Deo

Hugo Cardin.

208

Ioannes magnus ob eximiam vita tenorem, ac rigorem: quo ad se omnes pertraherebat.

Matth. 3. n. 5.

Chryso.

dante

dante multa, & infra Curru 6. Laurea 53. num. 28. aliqua subiungam.

Iure ergo Magnus Ioanes appellatur, ex mente Christi celebre illud axioma propalatis. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Matthæi 5. num. 15; hæc est enim magnitudo, quæ operum vigore roborata loquentis quoq; verba corroborat: & ideo Christus, de quo idem Archangelus multo ante dixerat. *Hic erit magnus.* Luc. 1. n. 32. à prima ætatula exemplo cæpit intonare; teste Diuo Bernardo sermonè 1. de natiuitate, ita scribente. *Iam clamat exemplo, quod post modo predicaturus est verbo.* Hanc summi Regis magnitudinem conati sunt postea exprimere eius regie magnates præclaris sanctimonie facinoribus. Ideo enim factis potius, quam verbis loqui dicuntur. Subijcio exempla.

Matth. 5. n. 15.

Luc. 1. n. 32.

D. Bern.

209

Christus prius exemplo, quam verbis predicauit.

Esai 20. ff. 2.

Aggæi. c. 1. n. 1.

210

Quare Deus dicitur loqui per manus Prophetarum.

2. Paral. c. 7. n. 6.

oculorum, & oris totius modestia, corporisq; grauitate vocem geminabant suauiore: quo sensu loquitur os aureum Chryostomus tom. 2. sermone de eo, qui incidit in latrones. *Sit (inquit) Doctoris Ecclesie doctrina duplex, vt verbis facta conueniant; actus doctrina respondeant: in nullo sit minor, qui cunctis est potior.* Atq; ita geminatis doctrinae vocibus, geminatur quodammodo spiritus, & animus. Estq; ita duplex ille, qui erat simplex; fitq; magnus, qui pusillus habebatur. Porro, vt ad hæc magnitudinem excresceret animosus, ac generosus adolescens Machabæus, tractus ad Tyrannicam carnificinam linguam dum iuberetur extrahere, sue memor constantie, & magnanimitatis tetendit pariter, tum linguam, tum manum: vt linguæ protense manus quoque responderet extensio. *Excipe verba textus. Linguam postulatus citò protulit, & manus constanter extendit.* 2. Machabæorum 7. n. 10. Ergo quicumque domi Christi magnus haberi, & nominari cupit, huius adolescentis magnanimitatem, & manu exequet, & lingua: ex consilio Diui Hieronymi Epist. 2. ad Nepot. *Constanter ad hortantis in hæc verba. Nō confundant opera tua sermonem tuum; Sacerdotis Christi os, manus, manusque concordent.*

D. Chry

211

dupliciter docet, qui operibus, & verbis docent.

Machab. 7. n. 10.

D. Hier

212

Manus, ac lingua concordet.

Accipe pro Epiphonemate exemplum Magni Apostoli, quo omnes inuitatur, qui magni esse discipiunt. Porro ille idcirco in cælum fuit sublatus, vt dimetiretur spatium, verboq; sub-

inde

inde pariter, atq; exemplo in celum vsq; via plana panderet, & se eius itineris ducem proclamaret illis verbis. *Scio hominem raptum vsq; ad tertium celum.* 2. Corint. 12. n. 2. Notat id Diuus Petrus Chrysologus sermone 120. *Primus, inquit, ascendere debet calos, qui sic & verbo, & exemplo homines penetrare docuit calos.* Hac certe via in tantam Ioannes excreuit altitudinem, vt hominū opinionone immensam referret Messie sublimitatem: vt dicam Curru 4. Laurea 14. & saepe alibi.

L A V R E A XXXV.

Ioanis magnitudo Christi magnitudinem æmulatur, in eundem locum. *Erit enim magnus.* Luc. 1. n. 15.

- 214. *Ioannes Christo equalis fuisse videtur.*
- 215. *Non habet parem.*
- 216. *Ad Christi mensuram propius accessit, & meritis visus est æquare.*
- 217. *Humanorum meritorum solus mensura.*

Christus Gigas erat, qui è summo cæli vertice descendit in terras, è terris iterum ad cæli summa rediturus. De eo Dauid, modulatè cecinit. *Exultauit, vt Gigas ad currendam viam à summo calo egressio eius, & occursum eius vsq; ad summum eius.* Psal. 18. n. 6. Rationem exprefit D. Bernardus sermone in natiuita

2. Corin. 12. n. 2. D. Pet. Chryf. 213. Apostoly ad calos ire docuit & verbo, & exemplo.

Psal. 18. nu. 6. D. Bern.

te Ioannis Baptistæ. in hæc verba. *Gigas namq; est iste filius hominis, calum ei sedes est, terra scabellum pedum eius; & eleuata est magnificencia eius super calos.* Huius verò Gigantis incomparabilem altitudinem vnus tantum Ioannes emulatus ed ascendit, vt Iudeorum oculi vix potuerint discernere, vter esset altior, Christus nē, an Ioannes. Quare August. ser. 22. de sanctis; ita de Ioane locutus est, quasi illū sibi Christus adæquauerit. *Nec est, inquit, quod illi iam adiciat homo, cui Deus contulit totum.* Porro in hoc sensu illū considerare possumus cum Diuo Petro Chryologo sermone 127. è terris ad summum Empyrij locum euectum, totiusq; medium Trinitatis, vt equalis Christo esse videatur. *Ioannes, inquit, sanctitatis forma, virginitatis speculum, precursor Christi, Dei testis, totius medius Trinitatis.* Quomodo autem Ioannes medius Trinitatis intelligi debeat, docebimus Curru 4. Laurea 46. Quod si eū Trinitas tāti fecit, vt in eodem secū throno locauerit; iure optimo beatus Petrus Damianus sermone de Ioanne Baptista, sic secū deliberat. *Vnus est, & secundum nō habet.* Et subinde. *Eleuentur inquit omnes viri, & prerogatiuis ante consistorium maiestatis exultēt: nō erit tamen, qui ad Baptista Ioanis priuilegium audeat aspirare.* Quare Sanctus Ambrosius ser. 64. *Magnus (inquit) Ioannes cuius magnitudini saluator testimonium perhibet dicens, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: præcellit cunctis, eminet vniuersis, antecedit pro-*

D. Aug. 214. Ioannes ad Christi æqualitatem videtur ascendisse.

B. Petr. Damia.

215. Parē non habet.

Ambros.

phetas,

phetas, supergreditur Patriarchas; & quisquis de muliere est, inferior est Ioanne.

Aristot.

Certè, vt author est Aristoteles lib. 8. Phisyc. cap. 8. text. 76. *Quod est primum perfectum in vnoquoq; genere, est mensura cæterorum.* Cogitemus circularē cæli motū: hinc est primus in genere motuū, atq; aded mensura motuū cæterorū: hinc horologia pēdēt: hinc noctes ordinare; hinc dies demitiri debemus; hinc sumenda mensura annorū, mensium, dierū, & horarū omniū. Rursum Christū ponamus ante oculos, primū omniū hominū absolutifimū exemplar: hinc est mensura omniū hominū, mensura donorū, virtutū, & prerogatiuarum, quæ in fidē velut in basim innixa recūbunt: ad hanc mensurā expendenda tandē, & examināda fore omnia docebat Apostolus. *Donec occurramus in unitatē fidei, & agnitionis filij Dei, in virū perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ephes. 4. n. 13. In quem locū Ambrosius. *Per hoc (inquit) di. Eum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij Dei.* Ad hanc Dei mensuram siue fidei dono, siue aliarū virtutū cumulo tam propē, ac Sanctus Ioannes Baptista nullus accessit: ille enim eam à puero mensurā ita singulariter est æmulatus, vt de eo D. Ambrosius lib. 2. Cōmēt. in Luc. ita scribere non dubitauerit. *In Euangelio nihil super eo legitur, nisi ortū eius, & oraculū: exultationē in utero, vocē in deserto: neq; enim vllā infantia sensit ætatē, qui supra naturam, supra ætatē in utero si-*

Ephes. 4. n. 13. Ambro.

216. Ad Christi mensuram propius accessit, eūq; visus est, æqualis.

tus matris à mensura cepit ætatis plenitudinis Christi. Cæteri ad hanc mensuram collati imperfercti apparent, imparesq; & inæquales; solus eam Baptista hominū opinionone videtur equauisse: Maria Magdalena, & comes altera Maria pedes tantum equauerunt. *Accesserunt, & tenuerunt pedes eius.* Matth. 28. n. 9. D. Petrus protētus vltra, tenuit Christi manū. *Continuo Iesus extendens manum apprehēdit eum.* Matth. 14. n. 30. Plus vltra Ioannes Euangelista progressus inaccessum alijs Christi pectus apprehendit. *Qui, & recubuit in cana super pectus eius.* Ioan. 21. num. 20. Quis vero ad caput Christi, nisi S. Ioannes Baptista se erigeret, & altior quodāmodo euaderet? Illum propterea Sanctus Maximus, homil. 3. de Baptista admiratur. *Cuius (inquit) manibus, quod nulli est præstitū prophetarum, baptizandum se Dei filius inclinavit.* Solus ergo Ioannes ad illam cæterorū omnium mensuram collatus eam hominum opinionone non æquit solum, sed exuperat. Qui propter cum in omnium virtutum genere perfectissimus extiterit, iure dici potuit mensura cæterorum, secundum prædictum Aristotelis exemplum. Quod est perfectum in vno quoque genere est mensura cæterorū. Quo videtur aluisse Diuus Aug. serm. 2. de natiuitate S. Ioannis. Expendens illa verba. *Non surrexit inter natos mulierū maior Ioanne Baptista.* Matt. 11. nu. 11. Datur ergo intelligi (inquit) quod Ioannes humanorum fuit mensura meritorum.

Mat 28. n. 9.

Mat. 14. n. 30.

Ioan 21. nu. 20.

217. Vult cur insuper exuperat, sicut ad mensuram esse cæterorū. Mat. 11. nu. 11. August.

VINUM, ET SICERAM non bibet.

LUC. I. N. 15.

LAUREA XXXVI
Exemplo Joannis à vino abstinendum:

- 218. *Cauendum, ne vinum bibant adolescentes.*
- 219. *Cur à vino abstineant se Sacerdotes.*
- 220. *Rationis acumen infringit vinum.*
- 221. *Diluculum Pisonis erat meridies; Joannis nox altissima.*
- 222. *Concilia intemperantiam vini redarguunt in Sacerdotibus.*

Mirificum Joannes omnibus præstat exemplum temperandi à vino improbitatis illicio; quod iuvenes præsertim debent refugere: ideo enim Plato dialogo 1. & lib. 2. de legibus, ita deliberat. *Principio legē sancimus, ut pueri usq; ad decimum octauū annū vino prorsus abstineant; ne ignē igni addant, & furiosum habitum iuuentuti sue inducant.* Quā doctrinā oppidò probat D. Hieronymus ad Eustochiū: ubi præter alia verba, hæc inferit. *Vinū & adolescentia duplex incendiū voluptatis est.* Nec abnuit Chrysostomus, apud Corneliū in 1. Epist. ad Timoth. c. 5. n. 23. *Inuentus (inquit) pyra quedā est, quæ omnia succendit. Idcirco Timotheus eā vndiq; obstruebat, & flāmas exstinguabat. Infirmetur inquit corpus, & nō infirmetur animus.*

Plato.

218. Periculū vini in adolescentibus.

D. Hier.

D. Chry.

Non solum iuuenibus iuuenis Ioannes hoc præstitit exemplum; sed ad maiore proeectus etatem idē exemplū maioribus, Sacerdotibus potissimè, ac religiosis hominibus exhibuit; vt suo exēplo, quasi æneo fulcimēto sustētaret illā legē, quā Deus Aaronicè profapitæ prouidē sanxit, ea ita habet. *Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, quando intrabitis in tabernaculū.* Leuitici 10. n. 9. Vbi Procopius subscripsit hanc causam. *Vt Sacerdos non nauseet nauseam, manente vespertina, quæ præcessit, ebrietate.* Quæ etiā de re Philo Alex. lib. de Temulentia. *Solorum, inquit, prope modum Sacerdotum, & Dei cultorum est officiū, sine vino sacra facere; quod vinū, & quidquid creat delirationē sanctitati mentis sit contrarium.* His, & similibus incommōdis volēs Deus obuiare concolorem illam tulit legem. *Vir, cum se voluerit Domino consecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebit.* Numerorum 6. n. 3. Ad quem locū grauitet Oleaster. *Noluit, inquit, hominē in se sua sponte extinguere, quod præcipiū in eo creauerat ipse.* Ne illi fortē obtingeret id, quod Pisoni temulento solebat accidere. De quo Seneca, Epist. 24. ita scribit. *Meridies erat eius diluculum. Cōtra atq; accidere solet, abstinentibus à vino, & re ipsa accidebat Ioāni Baptiste, cuius diluculū triginta annos in solitudine, nō meridies, imō nō lucifer, sed nox erat altissima.* Nota cū Origene in Catena græca, nullū Diabolotē pus opportunius offerri ad tētādū, quā id, quo vino indulgemus:

Leui. 10. n. 9. Procop. 219. Quare Sacerdotibus vinū interdicitur. Philop. Alexan.

Num. 6. n. 3.

Oleast.

220. Lumē rationis extinguit vinum. Seneca.

221. Diluculū Pisonis erat meridies, Ioānis nox altissima.

ea

ea de causa sacer. textus specialiter aduertit in filios Iob tunc Demones irruisse, cum vinum potabant. *Filijs tuis, & filiabus vespertibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti; repente ventus irruit a regione deserti.* Iob. 1. num. 18. *Si precantes, inquit Origenes, eos diabolus inuenisset, nihil contra eos efficere potuisset: verum cum ei fuit oblata occasio, tunc demum potuit. Sed quale tempus fuit opportunum; qualis vè opportunitas potus erat.* Potus scilicet vini. Nota deinde cum D. Ambrosio, lib. de Elia cap. 14. ebrietatem vitium esse insanabile. Pedit Ambrosius locum illum, *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Deuter. 32. num. 33. putatq; dici venenum insanabile ebrietatem ipsam. *Palchre, inquit, additur insanabilis; multi enim reliquorum serpentium veneno curantur: nemo ebrietate.* Vndē fit ebrietas inhabitans animę hostis, & hospes indiuiduus, & propterea Diuus Bernardus, ser. 21. appellat ebrietatem manifestissimum dæmonem. *Nec est, inquit, aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon.* Cæterum Cardinalis Hugo ad illa verba Leuitici. *Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis,* cap. 10. num. 9. Ex sacra pagina cōgerit multa loca apta ad arguendam ebrietatem: nec nō author conuiualium antiquitatum lib. 3. cap. 8. & 9. Idem vitium in Sacerdotibus Concilia acri reprehensione redarguunt, & penas infligunt, vt Conciliū Agathense cap. 41. & Treuir. de

Iob. 1. n. 18.

Origen.

D. Amb.

Deuter. 32. n. 33.

Bernar.

Cardin. Hugo.

Leuitici 10. n. 9.

222. Concilia vini intemperantiam redarguunt in Sacerdotibus.

temulentia clericorum, Concilium item laodic. cap. 24. Concil. Aquisgran. c. 90. 6. Synodo, cap. 9. Concil. Carthaginense, 3. Concilium Lateran. sub Innocentio 3. cap. 15. Concilii. Camer. de vita & honestate. Clericorum, cap. 1. & 2. vide in hoc vitium acriter insurgentem Augustinum, serm. 231. & 232. de temp. Consule authorem etiam sermonum ad fratres in Eremo, serm. 33. Ad Ioannem Buscum in suo Panario verbo ebrietas, lege item de hoc argumento Ioannem Langhecruciū in speculo de honestate Canonicorū, & Ecclesiasticorum, lib. 2. cap. 9. & 10. & Lorinum in prædictū locum Leuit. 10. num. 9.

LAUREA XXXVII.

Illustratur idem argumentum in eundem locum. *Vinum, & siceram non bibet.* Luc. 1. n. 15.

- 223. *Cur vinea à mundi exordijs nō plantata.*
- 224. *Vinum praliorum est motor.*
- 225. *Quem alluies aquarum nō exterruit, vinum prosternit.*
- 226. *Pudorem perdit.*
- 227. *Vini potationem presules fugiant.*
- 228. *Cui Paulus modici vini usum concessit.*
- 229. *Timotheus supra modum abstinerebat vino.*
- 230. *Regia deliberatio de non potando vinum.*

G 2

231. Et

231. Et exemplo & verbo Joannes docet vini fugam.

HVC ades, & posteros exēplo, & experimento tuo doce Noe Patriarcha Sāctissime. Plantavit vineam. Gen. 9. num. 20. Non illam Deus tūc temporis, non à primo mundi nascentis exordio plantauerat. Carita? Oleaster eo loci. Quia, inquit) nouerat futura ex vino mala. Nihil enim est tumultuum, seditionum, atq; rixarum, ad quod vinum non proclinet. Vndè Salomō. Cui uad cuius patri uad cui rixad? cui fouead? cui sine causa vulnerad? cui suffusio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino. Prouerb. 23. num. 29. ubi alia editio, ita habet. Cui suffusio oculorum. Solent enim temulenti homines, & uinaria præferuīdi iracundia, & vini ipsius incendijs debachari alij in alios, & in aliorum vicissim oculos insultare temerè, & inuolare. Vndè Burgenfis. Respektum (inquit) forte est, ad potatorum pugnas, qui quod mulieribus est consuetudo, manibus sibi inuicem exarāt genas, oculosq; eruūt. Hinc accipere debemus exemplum: ac ne infimilia deliramenta per hanc bachicam insaniam præcipitemur, Alexandri magni rerum gestarum gloria florentissimi uideamus ex vino deliria, quæ Solinus cum enarraret, in hæc uerba concludit, cap. 4. Victor omnium nimo, & ira uictus; morbo uinolentia apud Babylonem, humiliori, quam uixerat, fortuna exemptus est. Attendamus rursus animum ad illum vnicū Patriarcham, quem quasi totius orbis phenicem conferua-

Gen. 9. n. 20.

Oleast.

223. cur uinea a mundi initio non plantatu.

Prouer. 23. n. 29

224. Vini rixas ciet, ac mouet

Burgēf.

re Deus uoluit, tanquam cęlestis Iustitię seminarium, cęteris omnibus generali cataclismo abluuioq; pereuntibus: sed prohi vini insaniam! quem omnium terrarum inundatio submergere non potuit, vini submerfit in temperantia. Notat id Diuus Ambrosius Hexameton, lib. 3. cap. 17. his uerbis. Per vinum potuit deformari, qui per diluuium excreuit ad gloriam. Similiter etiam populus Israeliticus, quem Pharaon non expugnauit, rubrum mare non submerfit, barbari alij Reges in terram promissam euntem impedire non potuerunt, præ vini infania in vituli adorationem, immane genus idololatrię, prolapsus est: ita magni nominis interpretes ea uerba declarant. Obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32. num. 6. nimirum postquam largè biberunt, iniuerunt choreas (genus idololatrię) quarum restim ductabat diabolus, quare Chrysofomus. Ibi ebrietas, ibi diabolus, ubi saturitas, illic demones choreas agunt.

Ad hæc, cum uerecundia humanę uitę, ac naturę sit ornamentum longè maximum. Efficacior tamen est, ac potentior vini impotentia, quę omnem uerecundiam exterminat, & eliminat ex animo. Accipe Senecę uerba Epistola 84. Omne (inquit) uitium ebrietas, & incendit, & detegit, obstinatam malis conatibus uerecundiam remouet; quare de re uide Sanctam Isidorum

225. Noe, quę aquarum inundatio uincere nō potuit, uicit intemperantia uini. D Amb

Exod. 23. n. 6.

Chryso.

Seneca.

226. Verecundia perdit D. Isid. Pelusio

Pelu-

Pelusiocam lib. 2. Epist. 109. audi insuper Chrysof, homil. 81. ad Antiochenos ita dehottantē à uini consuetudine. Vinum dicitur est ut rideamus, non ut rideamur ut uideamus; non ut agrotemus; te dono Deus honorat: cur te ipsum afficis cantumelia. Iā uero Ecclesię præfules, hoc uitium omnino dedecet oportet (inquit Apostolus) Episcopum irreprehensibilem esse, non uinolentum. I. ad Timot. 3. n. 3. Hęc est (ait ibi Lyran) non ad potationem uini assuetam, quia uenter, inquit, Hieronymus, uino astuans cito despumat in libidinem, Noe ebrietate nudauit femora. Loth, quem Soloma non uicit, uina uicerunt. Hęc ille.

Sunt qui hæc planè uident; quiq; præ salutis integritate uino carere innoxie possunt, sed, heu, causantur Apostolicū illud ad Timotheam consiliū. Modico uino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. I. Timoth. 5. nu. 23. His ego, si qui sunt, D. Bernardum oppono ita salutariter scribentē, ser. 30. in Cant. Frustra sibi quidam blī diuntur de exemplo Pauli hortantis discipulum, modico uti uino, qui attendere debent, primū quidem Apostolum, non sibi ipsi rem istius modi suadere; sed neq; discipulum a quę exposcere sibi: deinde non monacho hoc intimari, sed Episcopo; cuius uita tenere adhuc, & nascenti Ecclesię per necessaria esset; Timotheus hic erant, da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum, si uis, etiam auro, & potu balsamo. Ceterum tu tibi uis: ipsi dispensas in seruis tui: suspectus est mihi frater tui iohannis in te dispen-

Timoth 3. nu. 3. Lyran. D Hier. 227. Præsules potationi uini assueti escere nō debent.

Timoth 5 nu. 23 D Bern

228. Cui Paulus per-mittit modicū uinum.

satio. Hęc Bernardus. Animaduertit insuper Hieronymus, lib. 2. in Ioan. Timotheum ad hoc usque tempus uino abstinuisse. Cui (inquit) dicit Paulus iam nobis aquam bibere; satis ostendit eum, aquam ante potasse; quod tamen non concederet: nisi crebra infirmitates, & dolor stomachi postulasset.

Huic excursui salutarem clausulam adhibeo; quam Hebræorum exemplo decoratam nō segniter imitari debeas. Res ita se habuit. Dissipato per angelum exercitu Senacherib: Rex Ezechias Deo gratificabundis populū ad legis inducit obseruantiam: ut uerò, nec latum uinguem, ab ea discederent, Rex uñ cum populo de non potando uino deliberationem facit: quod alludit Isaias iuxta Rabbinum Salomonem; apud Lyranum, eo loco. Et erit in die illa omnis locus, ubi fuerint uille uites, mille argenteis, in spinas, & in uepres erunt. Isaię 7. num. 23. quasi uineę id temporis incultę, & incuratę in uepres, & in spinas degenerarent; adnecto uerba Rabbi Salomonis, apud Lyranū eò loco. Ut (inquit) magis possent in hoc proficere; abstraxerunt se à uino, ita quod parum, aut nihil biberent.

Hęc me ualde mouent exempla. Sed illa Sancti Ioannis aquę potatio, qua annos triginta sustentauit utcumq; uitam; mihi fateor, vim infert, ut ad aquam auidius, & sitientius manum adijciam. Audias Claudiu Guillialdū in illa uerba. Esca eius locusta. Mat. 3. n. 4. Potus eius erat aqua, quam fons in deserto

Bernard. 229. Timotheus us catinus abstinebat uino.

230. Regia de liberatio de non potando uinum.

Isai. 7. num 23

Rabbi Salom.

231. Ioannes & uerbo, & exemplo docet aquam, non uinē potare. Matt 3. Guillialdus. Luc. 3. num 3. Chryso.

G 3

suppe-

suppeditabat, ut intelligas o multimoda se se sobrietate Ioannē inuuisse; hac prēmunitus ex interiore solitudine ad Iordanem venit. Factum est Verbum Domini super Ioannē Zacharia sibiū. Et venit in omnem regionem Iordanis. Luc. 3. num. 3. indagat causam Chrysologus, ferm. 173. redditq; in hac sententiam præclaram. Venit ad Iordanem, ut penitentes potaret aqua, non vino. Vinum enim pleriq; deliciarum causa potant, non necessitatis propterea Deus, cum mirabili alitum euntium, ac redemptum opere Eliam, allatis his quotidie carnibus, abunde pasceret; vinum non suppeditauit, ideoq; propè aquarum fluctu habitare iussit, ut aqua non vino situm restingeret. Notat id Abulensis 3. Reg. 17. quest. 14. his verbis. *Toto tempore, quo mansit apud torrentem Carith, Deus mittebat ei his quotidie panem, & carnes ad saturationem, & bibebat de torrente; scilicet non mittebat ei Deus vinum, sed cogebatur bibere de torrente: & ob hoc Deus miserat eum ad torrentem, ut biberet ibi de aqua. Quod si obijcias, in aqua etiam præsertim frigida pares, & sepe maiores reperiri delicias, quam in vino. Respondeo eas etiam pro tempore, & occasionibus prudenter esse frenandas exemplo Dauidis, qui oblatam aquam ex cisterna Bethleem idcirco recusauit bibere, quia bibere ardentè optauit. Attulerunt ad Dauid, ut biberet, qui noluit. sed magis libauit eam Domino. 1. Paralip. 11. num. 18, Abulensis ibi quest. 17. Fecit hoc, inquit, Dauid ad subingam*

Luc. 3. n. 3. Chryso.

Abulens. 3. Reg. 17.

Aqua etiam appetio frenanda

1. Paral. 11. Abulens.

dum desiderium proprium: nam desiderauerat Dauid nimis aquam istam, & nunc, cum haberet, libenter biberet eam: valuit tamen edocere desiderium suum ad virtutis exercitium. Regium planè exemplum, quo Rex appetitionem aque promptè cohibuit, cohibiturus proptius vini, si sentiret, effrene desiderium.

LA VREA. XXXVIII.

Delicia exemplo Ioannis refugienda: super eundem locum. *Vinum, & siceram non bibit. Luc. 1. n. 15.*

- 232. Difficilius à potatione, quam à cibo abstinere.
- 233. Delicijs Hebraorū Religio eueritur.
- 234. Detestatur Deus voluptates.
- 235. Voluptas in vitia facile animū impellit.
- 236. Eas Ioānes fastidit etiā mortuus.
- 237. Rusticarius cibus luxuriā pellet.

Illud occurrit hoc loco dubium, cur Archangelus Gabriel solius potus fecerit mentionem: cum Ioannes etiam cibi fuerit parcissimus? Dubiam nebulam pellit Cardinalis Toletus suo huius loci commentario. *Potus (inquit) scilicet est vitio, tum quia difficilius est à potu quam à cibo abstinere: tum ut ab hac abstinentia vitam Ioannis totam Deo consecratam fore indicaret. Porro multi non*

Toletus

232. Difficilius a potu, quam a cibo abstinere.

Timot.

S. Bern. S. Chry.

Deuter. 16. n. 21. Philo.

Hieron.

Matth. 10. n. 26

propter stomachi infirmitatem modicè, vt Timotheus vinum potant: sed propter vini delicias largè bibunt: & in vino degustando herbarum modo odoribus, modo saporibus, delicias varias excogitant: de quibus S. Bernardus in declamationibus. *Herbarum viribus perigrinum mutuantur vina sapore.* Et S. Petrus Chrysologus, ser. 122. de diuitis epulonis lingua sermonem texens. *Hec, inquit, de toto corpore prima sentit ardorem, que, cum prima hic varios deliciarum cibos, & odorata degustaret pocula, fieri misericordiam non precepit.* At vero Ioannes ea erat animi, eaq; morum sanctimonia, vt non secus, ac pestè auersa retur nō modo vini, sed omne genus deliciarū. Nouerat enim rectas mentes, ac sinceras inter delicias peruertere, & inter illecebras facillimè deprauari. Idcirco Deus præcepit Moy si. *Nō plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.* Deut. 16. nu. 21. nam, vt notauit Philo Alexandrinus, lib. Monarchia, Deus in templo suo nō deliciarum amœnitates amabat, sed castimonie, ac sanctimonie seueritatem. *Verum, inquit, templum, non amœnitates postulat, sed seueram castimoniam.*

Miratur D. Hieronymus ad illum locum. *Time eum, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Matthæi 10. nu. 26. quā facillè hebræorum florentem religionem deliciae filiorum Gehennon dissipauerint: erat enim Gehennon locus idoli Baal, ad radices montis Moria, Siloe

aquis irriguus: de quo ita Diuus Hieronymus in prædictum locū Matthæi. *Vallis irrigua erat, & nemorosa, plenaq; delicijs; in tantam autem populus Israel demeritiam venerat, vt, deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciae vincerent.* Ecce qualiter deliciae florentem religionis cultum profus euerterint, ac desolauerint. Porro inter flucta aquarum, inter amœna fluiuiorum, & irrigua fontium abunde proueniunt deliciae, inter quas sibilare solet gehennalis draco: de quo dicitur. *Draco magne, qui cubas in medio fluminum.* Ezec. 29. num. 3. e contrario verò Sanctitas in ariditate præfame, & siti stomachis spōte sua prodit: quare Ambrosius, ferm. 37. de quadrages. illum locum explicans. *In terra deserta, & inuia, & in aquosa, sic in Sancto apparui tibi.* Psal. 62. num. 3. ait. *Sicut in sancta ei appare non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delicijs, inuia diabolis concupiscentijs, & in aquosa libidinosis illecebris.* Ideo Dauid diuino spiritu aflatu ibi se præcipitasse dolet, vbi locus erat voluptatis, ac deliciarum. *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Psal. 43. num. 20. seu vt D. Chrysostomus, & Ambrosius ex Aquila transtulerunt. *Humiliasti nos in loco firenum*, nam hebraicè loco afflictionis ponitur *דִּמְתָּהּ* thannim, quod nomen, & afflictionem significat, vt 70. transtulerunt in editione vulgata: & firenes, vt videre est Isaiæ 13. n. 22. Dicitur ergo humiliasti nos in loco firenum, hoc est, volupta-

D Hier.

233. Licet eorum religionem deliciae euerterint.

Ezech. 29 n. 3.

Ambro. ferm. 27

Psal. 26 nu. 3.

Psal. 43. n. 20. D Chry D Amb Aquila.

70. Int.

Isaiæ 13. n. 22.

tum: hoc est voluptatum; quæ propter D. Ambrosius præfatione ad librum 4. in Lucam: præfatus multa de firenibus. *Quid* (inquit) *sibi vult puellarum figura, nisi curata voluptatis illecebra, quæ constantiam captæ mentis effeminat.* Ideo Deus tantoperè abhorret in sacrificio mel sibi offerri; cautè enim monet. *Nec quidquã mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Leuitici 2. num. 11. si causam roges Theodoretum, respondentem audies in hæc verba. *Quia mellis dulcedine corporis voluptas significatur, quam Deus volebat à sacrificijs abesse.* Quo sensu D. Hieronymus, Epistola 12. ad Gaudentium. *Mel, inquit, ad tempus impinguat vescentium fauces; & postea felle amarior inuenitur: unde, & in Domini sacrificijs mel nõ offertur.* Ea enim Deus auersatur in sacrificijs, quæ nobis officiant in studio virtutis. Nihil autem delicias periculosius nocet.

Porro deliciae sunt, quæ insidiantibus, & vndiq; circumdantibus hostibus aditum parant. Inquam sententiam nobilis est ille locus depromptus ex cap. 36. Isaie. Circumdat Hierusalem dux Assyriorum Rabfases. Utq; circumdatos ciues flesteret ad deditioem exclamasse dicitur voce magna: ut nimirum loq̃e, latèq; exaudiretur. Et hebraica lingua, vt vniuersim intelligeretur ab omnibus; quid verò clamet, audite. *Comedite vnusquisq; vineam suam: & vnusquisq; sicut suam, & bibite vnusquisq; aquam cisternæ suæ.* Isaï. 36. num. 16. ac si diceret, secludite bellicas curas, rela-

xatè animos, studete delicijs. Vt qui martis duritie exercitatos expugnatè non poterat: facilius debellaret eneruatos delicijs. Ita ratiocinatur Diuus Cyrillus Alexandrinus in Dialogo de adoratione ad Palladium in eum Isaie locum affirmans propterea hostem hosti persuadere voluisse delicias, quia scilicet agnouerat, quantà in nos ex delicijs flagitia profluant. *Duplici sanè modo, inquit, malitia nõstra vis perficitur, vel voluptatibus externis, vel impietatis nobis, & internis: & quibus voluptas persuasa est, proclines in quoduis absonum flagitium prolabantur.* Quod, quam verum sit, nefarijs exemplis testatum reliquit Herodes, qui cum esset mensarum delicijs impensè deditus: ad omnem quoq; luxuriæ ventum erat affranis: quo circa Ioannes, qui delicias exhorruerat in vita, eas etiã post mortem exhorrescit. Nam potiore sui corporis parte delatus in mensam, ipso oris, & oculorum habitu immoderatas delicias execratur, quod vt Herodes consideraret, hortabatur Ambrosius, lib. 3. de virgin. vt initio huius Lauree iam tetigi. *Cerne* (inquit) *oculos in ipsa morte sceleris tui testes, auersantes conspectum deliciarum.* Porro inter delicias apparent lasciuia saltus filie, seu matris perniciofa consilia, adulteri Regis iuramenta temeraria, iuramentorum executiones cruentæ: vt egregiè notauit Augustinus, ferm. 116. in nouis sermonibus. *Puella* (inquit) *saltat, & sanit mater, & inter delicias, & lasciuias conuiuantium temerè in-*

D. Cyr. Alexan.

235. Voluptas facile flagitia per suadet. 236. Voluptates Ioannes etiã mortuus execratur.

Ambro.

August.

ratur,

234. Anversatur Deus delicias, ac voluptates.

Leuit. 2. num. 11 Theod.

D. Hier.

Isai 36. num. 16

ratur, & impie, quod iuratur, impletur. Has insanias, hæc deliria progignit voluptas, parens omnium deliciarum, adubrata bellua illa septem capitum, de qua Ioannes Apocal. cap. 13. num. 1. *Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem.* De hac bellua septicipite, hydraq; lerneæ. S. Basilius in fine lib. de vera virgine. *Voluptas, inquit, vniversa in carnis limo: velut in palustri loco, instar horrendi illius serpentis incubat. Si continentia, veluti canterio elatum caput exciderimus, id prorsus ita perimemus, vt ultra germinare non possit.*

Cum ergò Diuus Ioannes Baptista has, & mille occultas alias deliciarum fraudes diuino aflatu numine præcognouisset, se se à prima pueritia austeritati mancipauit, & in durissimam vitæ institutionem se totum abdidit. eamq; amplexus est potissimè, quæ ad cibi, portionisq; temperantiam spectat: qua vna omnem luxuriæ speciẽ fugauit à se se quam longissimè. Vndè Chryfologus, sermone 13. Multa disputans de diaboli fraudibus, ita demum de Ioanne loquitur. *Ioannem viderat agrestis cibo mundi totam frangere luxuriam, & quod solū Deitatis insignie, hominibus dimisisse peccatum.* Appositè autem, & tempestiuè Angelus abstinentiæ à vino adnectit Spiritus Sancti plenitudinem, quem, quoties abstinentiam colimus, in corda nostra officiosissimè inuitamus.

Apocai. 13. n. 1.

D. Basil.

D. Petr. Chryso.

237. Agrestis cibo frangat luxuriam.

SPIRITVS SANCTO replebitur adhuc ex vtero Matris suæ.

LUC. I. N. 15.

LAVREA XXXIX.

Ioannes Spiritu Sancto cumulate repletus,

- 238. Plenus Spiritu Sancto in matris utero.
- 239. Apostoli etate adulta Spiritus Sancti donis replentur, Ioannes ante natalem.
- 240. Dei presentia omnium bonorum plenitudinem dispensat.
- 241. Pro meritorum specie Deus auget, vel minuit donum prophetia.
- 242. Sape ad merita non attendit.
- 243. Vt Iosephus in fratres ministris, sic Christus in Ioannem ministris.

Non solum editus iam in lucem, & hac vitali aura fruens Ioannes Baptista, magnum fuit orbis miraculum, sed ante natiuitatem etiam magna edidit sanctitatis prodigia: de quibus Theodorus studites, tom. 3. Bibliot. oratione de Baptista. *Cum adhuc* (inquit) *ferretur in utero repletus fuit Spiritu Sancto, & extitit effector rerum admirabilium.* Eamq; adhuc in vtero Spiritus Sancti munerum accepit accumulationem, quam vix post Ascensionem Domini Apostoli spi-

Theod. studites

238. Etiam in utero Spiritu Sancto plenus

ritu

D. Ber.

Act 2. n. 4.

Euseb. Emiffenus.

S. Hier.

Guerr.

S. Bonavent.

ritu desuper effuso accipere meruerunt. Hanc sanctitatis prerogatiuam, admiratur Diuus Bernardus, sermone de excellentijs Baptistæ, expendens illum locum. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Act. 2. num. 4. Ioannes, inquit, *legitur in utero assequutus, quod Apostolica celsitudo tandem longiori promissione meruit obtinere.* Nam vt scriptum reliquit Eusebius Emiffenus, homil. 1. de S. Ioanne Baptista. *Magnum est de Spiritu Sancto illustrari, sed multo est magis impleri.* Et Sanctus Hilarius, homil. 1. de natiuit. Sancti Ioannis, in illa verba. *Et Spiritu Sancto replebitur.* Magnū est, inquit, *Spiritu Sancto illustrari, sed multo est maius impleri; & ideo sicut vas plenum balsamo admixtionē liquoris alterius expuit, & penitus excludit: ita in eū nihil secularis macula, introire iam poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat.* Quemadmodū verò Dei parens gratia plena, Deū nobis peperit hominem factum: ita Ioannes, non nisi gratia plenus, eundem terris annuntiat; vt pendit Guericus Abbas. ser. 1. de Sancto Ioanne, his verbis. *Dignum quippe erat, vt gratiam Dei, quem gratia plena profudit, plenus gratia predicaret, & gratia non modici emineret, qui gratia tempus, à tempore legis, velut medius disterneret.* Vnde etiam D. Bonauē rura, ex hac plenitudine gratiæ, qua Ioannis pectus exundabat; ipsius supra omnes, meritorum verticem colligit, his verbis. *Beatus Ioannes magnorum meritorū fuisse ostenditur, ex parte abundantissimæ gratiæ, quam accepit: Ioannes e-*

nim interpretatur, in quo est gratia Dei, vt daretur intelligi, quod eius gratia fuit maxima.

Nec valde miror Ioannē Spiritu Sancto repletum iri. Nam multi etiam Spiritu Sancto repleti fuisse dicuntur, nimirum Apostoli. *Repleti sunt Spiritu Sancto.* Act. 2. Stephanus, *plenus est Spiritu Sancto.* Act. 7. Ioannis Baptistæ mater. *Repleta est Spiritu Sancto.* Luc. 1. num. 41. Illud miror, quod hi proecta iam, & adulta ætate Spiritu Sancto plenè afflantur. At Ioannes plenissimè repletur Spiritu Sancto etiam antequam nascatur. At Ioannes, inquit. Commentario huius loci Cardinalis Toletus) *Ab utero ipso incipit repleri, & extra uterum, & per totum vita tempus perseuerabit, & maius, ac maius continuo complementum accipiet, indeq; in sanctitate, & magnitudine gratiæ, ac spiritus proficiet.*

Effusæ verò huius inundationis gratiarum Spiritus Sancti in Ioannem illam vnicam causam agnosco: quod Diuinū Verbum in Sanctissimæ Virginis (vltro aliorum omnium fortè) vtero ad Ioannem vicinias accessit: ad quem enim Deus ad properat, actutum cæli gratijs aufescit, vel (quod in idem recidit) qui ad Deum propius accedunt, ij internis diuitijs ditescunt. In quam sententiā habes illustre illud testimonium Dei ad Abrahamum accedentis, adhortantisq; , vt a se nunquā recederet. *Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus,* Genes. 17. num. 2. seu, vt ver-

Act. 2.

Act. 7. Luc. 1. n. 41.

Toletus

239. *apostoli Spiritu Sancto plenè atate repleuntur Ioannes etiam ante quam nascatur,*

240.

Dei presentia celestibus donis cumulatio replet. Gen. 17. num. 2. Oleast.

tit

Oleast.

Isa. 6. n. 1.

D. Greg.

tit Oleaster. *Ego forsis, beneficus, seu liberalis, exuberans; plenus omnibus bonis, & quoniam talis sum, ambula coram me, vt nihil tibi desit, vt dignus sis bonis, qua tibi facere decerni.* Vnde etiā adiungitur. *Multiplicabo te vehementer nimis, ibi nu. 2.* seu vt transfert idemet Oleaster, *multiplicabo te valde, valde.* Et hoc planè accidit Ioanni (qui ambulaturus, & præiturus erat ante faciem Domini) cum enim cepit esse coram Deo, plenitudine Spiritus Sancti cepit affluere, & exundare gratiarum oceano.

Et quid mirum videatur, Ioannem, Deo accedente, Spiritus Sancti infusione ita cumulatè repleti? Nā si ad eum diuites sunt; & opulenti fiderei ciues ipsius Sancti Spiritus administri, vt totum templum, in quo Deus spectabilem se præbet mortalibus, vndequaq; repleuisse dicantur: iuxta illud. *Et ea, que sub ipso erant, replebant templum.* Isaie 6. n. 1. Ea verò, quæ sub ipso erant, varij fuisse creduntur ordines Angelorum, qui, sub ipso collocati, si quando nobis imis terris habitantibus apparent, momento oculos exhilarant, & mentes exsatiant, quod paucis indicat D. Gregorius, homil. 19. in Ezechielem his verbis. *Implebant templum: quoniam & si Angelus apparet inferne, tamen mentis desiderio satifacit.* Id cum ita sit, quid mirū si, Deo pariter, Deiq; matre beneficentissima in domum Zachariæ introeuntibus, Ioannes infuso Spiritu Sancto, gratiarū immenso Oceano cumulatisi-

mè repletur?

Sed enim alia insuper ratione coronò hunc excursum. Quæ Deus nobis ex meritis nostris impertit, ea accumulata quidem meritis ipsis adæquat: quæ verò citra meritum liberrimè donat, ea vltra omnem mensuram plenissimè offert: vtriusq; suggeritur exemplum Aggæi cap. 1. & cap. 2. *Factum est verbum Domini in manu Aggæi.* cap. 1. num. 1. vbi Cardinal. Hugo. *In manu, inquit, bene operante data est gratia prophetandi.* Et iterum cap. 2. *Factum est, inquit, Verbum Domini in manu Aggæi propheta, num. 2.* Quare repetit Verbum Domini in manu fuisse factum? Respondet Glossa ordinaria his verbis. *Quia bene operando, vt in eo sermo Domini amplius fieret, merebatur.* Addit tandem, & eodem capite propheta. *Factum est Verbum Domini ad Aggæum prophetam: ibi num. 2. & num. 11. & 21.* At in manufactū iam non meminit, sed absolutè factum pronūtiat. Cur ita? Respondet Diuus Hieronymus ibi. *Nō iam in manu Aggæi, vt supra, vbi notatur, quod primo propter bona opera tantum, qua habebat, merebatur suscipere Verbum: nunc autem ex his, qua audiuit; factus est spiritualis, & plenus prophetia; & ideo ad eum totū sermo fit Domini.* Nunc iam nō ex prophete operibus gratiā Deus metitur, sed ex sua liberalitate donum spectat. Ideoq; non illi solum concedit, quantum ipsius manus, sed quantum totus Aggæus capit. Quemadmodum se habuit Iosephi erga fratres ampla liberalitas, *Imple, inquit, sac-*

Aggæi. c. 1. n. 1.

Hugo Cardin.

Aggæi. c. 2. n. 2. Gloss. ordin.

241. *Deus aliquando, pro ratione nostrorum operum, addit, vel minuit prophetiæ donum.*

Aggæi. 2. n. 2. & 11. & 21. D. Hier.

242. *Aliquando nō respicit nostram manum, nec nostra opera.*

243. *Iosephi liberalissimus infra tres, & Deus in Ioannem.*

cos

Gen. 44
nu. 1.
Oleaster.

cos eorum, quantum capere poſunt
Genef. 44. n. 1. vbi Oleaster. *Hæc
eſt meſura, quam facere ſolet amor.*
Quod ſi hominis eſt valde am-
tis yltra merita effuſe dona lar-
giri, potiore iure Deus id in Ag-
gæum, quem amabat Prophetâ,
poterat exercere: eumq; ſolum
alloquendo, & in ſpiritualera
hominem transformare, & ex-
cellentem Prophe:am conſtitue-
re: Idcirco enim Diuus Hiero-
nymus adiunxit illa verba. *Nunc
ex his, quæ audiuit factus eſt ſpiritua-
lis, & plenus prophetia, & ideo ad eũ
totum ſermo ſit Domini.* Quod in
Ioannem mirè quadrat, qui ex
eo, quod Deiparâ audiuit, Deũq;
per illam ſibi loquentem, factus
eſt totus ſpiritualis, & plenus
prophetia; idq; non ex ſuo meri-
to, ſed ex Dei gratia per liberali.
Atq; ita plenus Spiritu Sancto
mirabiles effectus eſt affecatus:
ſubiuitq; Immutationes in me-
lius alias, atq; alias: has enim
Spiritus Sanctus in ijs, quæ oc-
cupat, cordibus efficere ſolet.
D. Thom. 22. queſt. 111. artic. 1.
ad 2. & ceteri communiter in-
terpretes aiunt, Dauidem corâ
Rege ac his Diuino Spiritus Sã-
cti inſtinctu inflammatum, ac
excitatũ fuiſſe, vt ſe ſe ab eius
manibus eriperet. Id vt confe-
queretur, in varias Spiritus
Sancti impulſu mutationes agi-
tur. *Immutauit vultum ſuum coram
Achimelech, vt eſt in titulo Pſal.
33. Aquila transfert. Immutauit
guſtũ ſuum. Symmachus. Immuta-
uit mores ſuos. Paraphraſtes Chal-
dæus. Cogitationem ſuam. Ex he-
breoq; legi poteſt. Conſilium, &*

D. Hier.

D. Tho.

Pſal 33.
Aquila.
Chald.

rationem ſuam. Nihil non immu-
tat in melius, quiſquis Spiritu
Sancto inflatur, & inflammatur:
mores antiquos, rerum huma-
narum guſtum, initas vite ratio-
nes, conſilia, cordis intimas co-
gitationes nouis alijs, & nobi-
lioribus commutat. Multiplices
huiuſcemodi mutationes cum
D. Gregorius renatraflet, ac re-
cenſuiſſet, homil. 30. in Euang.
periodum clauſit in hæc verba.
*O qualis eſt artifex iſte ſpiritus! nul-
la ad diſcendum mora agitur in omne,
quod voluerit: mox enim, vt tetige-
rit mentem, docet. Solumq; tetigiſſe,
docuiſſe eſt: Nam humanum animam
ſubito, vt illuſtrat, immutat. Præci-
pua verò immutatio cęſetur ea,
qua illi, qui diuino ſpiritu af-
flantur, a naturali infirmitate
in fortitudinem tranſeunt diui-
nam, & rebus imis, atq; huma-
nis ſuperiorem: teſtem appello
Petrum ad vocem ancillule per-
fidum, ac periurum; ſed poſt Spi-
ritus Sancti illapſum, ad dyna-
tarũ minas, ac plagas imperter-
ritum. Excipe Bernard. ſerm. 1.
in Pentecoſte vbi de Petro, deq;
alijs Apoſtoliſ ſermonem facit.
*Conſtantius modo prædicant, quã de-
liteſcerent ante timidius: mutationẽ
illum dextera excelsi manifeſte decla-
rat principis Apoſtolorum prius qui-
dem inter ancilla verba formido, poſt
modum inter principum verbera for-
titudò.* In eandem ſententiam lo-
quitur, D. Leo. ſerm. 1. in Nata-
li Apoſtolorum Petri, & Pauli
ipſum Apoſtolorum principem
affatus: *Nec mundi dominam times
Romano, qui in Caiphe domo expa-
neſcis Sacerdotis ancillam.**

D. Gre.

Mutatio-
nes ab Spi-
ritu Sãcto
facta.

Bernar.

D. Leo.

LAV

LA VREA. XXXX.

Ioannes quia expletus, & eua-
cuatus erat humano, opple-
tus fuit diuino ſpiritu. Su-
per eũdem locũ. *Spiritu Sã-
cto replebitur.* Luc. 1. n. 15.

- 244. *Spiritu deficit ſuo Ioannes, vt
diuino abundet.*
- 245. *Propria voluntas ferum animal.*
- 246. *Qui huic monſtro morigeren-
tur.*
- 247. *Proprie voluntatis variũ mo-
tus.*
- 248. *Vim celo infert; qui proprie vo-
luntati renuntiat.*
- 249. *Proprie voluntatis exitium.*
- 250. *Qua victima Deus placetur.*

Hugo
Cardin.

244.

Expletus
ſuo reple-
tur Spiritu
diuino

Auguſt.

Felix cor Ioãnis: ideo Spi-
ritu Sancto replendum,
quia cęteris omnibus ſu-
perbiæ, auaritiæ aliorumq; vi-
tiorum ſpiritibus inops erat, &
vacuum. Ita notat hoc loco Car-
dinalis Hugo, his verbis. *Reple-
bitur, quia vacuus fuerat ſpiritu ſuo:
ſic Maria omni gratia fuit plena, quia
omni culpa fuit vacua.* Vbi ſubno-
tabis verba illa, quia vacuus fuerat
ſpiritu ſuo, hoc eſt, amore ſuo ter-
reno, iuxta illud Auguſtini tra-
ctatu 2, in Epift. Ioannis. *Cum
exhauseris (inquit) cor tuum amore
terreno, hauries amorem diuinum.*
Vel ſpiritu ſuo. hoc eſt, ſpiritu,
& voluntate propria: hæc enim
truculenta eſt bellua, quæ Spi-
ritum Sanctum, à ſe longè pro-

pellit, ac proterminat; hæc quæ
longè, latèq; terris omnibus, ac
prouincijs dominatur. *Et vidi de
mari beſtiam aſcendentem, habentem
capita ſeptem, & cornua decem, &
ſuper cornua eius diademata decem,
& mirati ſunt omnes dicentes; quis
ſicut beſtia, & quis poterit vincere
eam: & adorauerunt eam omnes ha-
bitatores terra.* Apoc. 13. num. 1.
Hæc Bellua propriam volunta-
tem deſignabat; Ideoq; omnes
in admirationẽ, adorationemq;
rapiebat; pauciſſimi enim re-
periuntur in terris, qui eam nõ
colant, eiq; non indulgentiſſi-
mè obſequantur. Qua propter
ritu reginæ totius orbis terra-
rum coronata multifariam in-
cedebat. Ita hunc locum intel-
lexit Conimbricenſis Epif-
copus Dominus D. Ioannes Soa-
rius, ille qui Oliſiponenſi Re-
gia, regius olim concionator ad
ſtẽtendos in omnem partẽ ho-
minum animos, non tam natus,
quam e celo lapſus eſſe videba-
tur: Ille qui Tridentino inter-
fuit Concilio, quiq; Sancta Pa-
leſtinæ loca ritè perlustrauiſt,
Doctosq; in Mattheum, & in
Lucam edidit commentarios. is
tractatu 7. in cap. 1. Matthei,
hunc Apoc. locum recensens,
ita ſcripſit. *Adorant beſtiam, qui
adeo nimis ſue voluntati indulgent,
vt nihil ſolidum; nihil ſtabile; nihil
perpetuum præ illa curent.*

De ea eleganter Diuus Ber-
nardus ſcripſit in hæc verba,
ſerm. 3. de reſurrectione Domi-
ni. *In corde duplex eſt lepra. propria
voluntas, & proprium conſilium: le-
pra utraq; nimis peſſima; eoq; perni-*

Apoc.
13. u. 1.

245.

Fera bel-
lua pro-
pria vo-
luntas.

D. Ioã.
Soares.

246.

Qui ado-
rent hanc
bellnam.

H

ciſſior,

247.

Effectus, & affectus varij propria voluntatis.

cosior, quo magis interior, voluntatem dico propriam, qua non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantum, quado quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus; non intendentes placere Deo; sed satisfacere proprijs motibus animorum. Huic contraria est recta fronte charitas; que Deus est; hæc enim aduersus Deum inimicitias exercens est, & guerram crudelissimam; quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit: in quem enim ignis ille descendet, nisi in propriam voluntatem? Porro voluntas propria quo furore dominum maiestatis impugnet, audiant, & timeant serui propriæ voluntatis. Primo namq; se ipsam subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tamquam auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua: sed nunquid contenta erit hac iniuria? addit adhuc, & quod in se est, omnia quoque, qua Dei sunt; tollit, & deripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Dico fiducialiter, nemini, qui sit in propria voluntate, posset uniuersus mundus sufficere: sed utinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum (horribile dictu) descenderet authorem. Nunc autem, & ipsum (quantum in ipsa est) Deum perimit voluntas propria: crudelis planè; & omnino execranda malitia: hæc est crudelis bestia, fera pessima, repacissima lupa, & leena scississima. Hactenus Bernardus. Meritò ergo hac visa truculentissima bellua. Mirati sunt omnes dicentes, quis sicut bestia, & quis poterit vincere eam. Apocalip. 13. n. 1. planè nullus eam vincet, qui

Apocal. 13. n. 1.

propriam voluntatem non iugulauerit, & illi violentiam non inculerit, vt propria voluntate expugnata, expugnetur, & cælum. Nam Regnum calorum vim patitur, & violèti rapiunt illud. Matth. 11. num. 12, In quem locum D. Basilius, ferm. de abdicatione rerum. Violentiam (inquit) appellauit, cum & voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne. Ideoq; Apostolus adhortatur, vt hanc, quam diu nutriimus, bestiam edomemus. Caro (inquit) concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi aduersantur, vt non quacumq; vultis, illa faciatis. Ad Galatas 5. num. 17. Qua propter idem Diuus Basilius in regulis breuioribus interrogat. 96. ita scriptum reliquit. In vna quaq; re quidquid ex voluntate propria optabile est, id si alicuius arbitrio permittatur, calamitosum est. Non alia de causa, quam quia propriæ voluntatis motu fit. Quo circa D. Bonauët. tom. 7. in speculo discipuli, part. 1. cap. 4. Religiosis hominibus consulit, vt corporales, etiam quaslibet exercitationes peragant, non nisi ex maioris voluntate. Sine (inquit) ad exercitium spectent operis manualis per se, vel per alium faciendi licentia queratur: sine qua religiosus suas singularitates facere non debet: quippe cui nec corpus suum habere licet in propria voluntate. Ne scilicet bona, que operatur, propriæ voluntatis infecta veneno deprauentur, & mala fiant, quæ alioqui erant bona: de qua deprauatione Deus queritur per Isaiam. Ecce in die

Ma th. 11 n. 12 D Basil

248.

Propria voluntate expugnata: calo violentia inferur.

Ad Gal. 5. n. 17. D. Basil.

249.

Pernicies propria voluntatis

D Bon.

Isai. 58 n. 3.

ietu-

D. Bern

ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Isai. 58. num. 3. Grande malitiam (inquit Diuus Bernardus ferm. 71. in cantic.) propria voluntas, quo fit, vt bona tua bona non sint.

Iam verò si queras, cuius nã holocausti odor Deo fit gratior? Respondeo eius holocausti odorem Deo esse omnium gratissimum, quo propriam voluntatem immolamus, ita enim explicat Hugo de S. Victore ad illa verba. Confringet Dominus Cedros Libani, & comminuet eas, tamquam vitulum Libani. Psal. 82. num. 6. Ecce (inquit ille eruditionis Theologicæ, lib. 2. tit. 43.) inuenimus vitulum, quem in holocaustum Domini mactare debemus: nihil ita fragrat Domino, quam si mactetur vitulus propriæ voluntatis. Vel ergò hæc bestia animosè est immolanda: quod pauci efficiunt, vel infeliciter adoranda: quod ferè omnes exequentur: iuxta illud. Et adorauerunt eam omnes habitatores terre. Apocalip. 13. num. 1. Quo sensu ait Spiritus Sanctus per Sa muellem. Quasi scelus idololatriæ est, nolle acquiescere, 1. Reg. 15. num. 23. In quem locum D. Gregorius Magnus, lib. 6. de eo, qui propriæ voluntati obsequenter indulget. Dum (inquit) agenda in corde concipit, quasi idolum facit, & dum conceptum mentis propositum se alturum deliberat, quasi ad adorandum simulachrum se inclinat. Ergò antequam hæc bellua in Ioannis animum insultet, eum Spiritus Sanctus præoccupat; & introitus omnes anteuertit, interiorèq; ac exteriores animi potentias ita diuina ope munit, vt hæc

Hugo de S. Vi & co. Psal. 68. n. 6.

250.

Que vitulus Deo fit acceptissimus.

Apoc. 13. n. 1.

1. Reg. 15. n. 23 D. Gre.

insidiatrix bellua nullatenus ingredi quear.

MULTOS FILIORUM Israel conuertet. Luc. 1. n. 16.

LAVREA XXXXI,

Animas exemplo Ioannis ad Christum perlicere, admodum gloriosum æstimatur.

- 251. Ioannes maiori titulo, quam propheta donatur, quia Apostolicum munus exercuit.
- 252. Qui saluti animarum incumbunt, Christum imitantur pro animis fundentem sanguinem.
- 253. Suos concionatores insigni honore Deus nobilitat.
- 254. Concionator instar Dei.
- 255. Proprium munus Filij Dei, animas ad ipsum reuocare Deum.
- 256. Propter testimonium Ioannis Petrus, & Andreas Discipuli Christi vocantur.

Insigne profectò munus, inquit hic Cardinalis Teletus, hoc fuit Ioannis, & cum Apostolis commune: propter quod plusquã propheta dictus est à Domino. Enim vero honorificum, & gloriosum valde est animarum greges errantes ab infelicibus vepretis ad læta Domini pascua, caulatq; trahere. Que doctrina ingens robur accipit ex celebri illo Isaiæ testimonio. Ex quo honorabilis fa-

Tolct.

251.

Plusquã propheta, eo quod exercuit apostolicum munus conuertendi animas.

Isai. 43. n. 4.

Etus es, in oculis meis, & gloriosus, ego dilexi te. Isaię 43. n. 4. Nam eo loco suos Christus amicos affatur, in eisq; prefertim concionatores, qui lustrato orbe Evangelij facibus devios populos ad veritatis lumen reuocare non cessant. Quasi dicat, inquit ad eum locum Procopius, me igitur imitatus, qui sanguinem meum redemptionis tue propitiationem, esse volui:

Procop. 252.

Qui student animarum salutem, Christi imitantur, qui pro animis sanguinem sudant.

Et tu impiorum propitiatio: qui per te vocati ad extremas orbis partes propagantur. Vbi advertere est, gloriosum appellari eum, qui animas a gehennę barathro abducit ad Christum. Adde quod istius modi hominibus hominũ salutem sitienter amantibus glorię suę titulos Deus, & honores communicet, quemadmodum enim Deus Salvatoris sibi nomen adsumpsit; ita hos saluatores appellari voluit: iuxta illud. Ascendent saluatores in montem Sion. Abdię num. 21. Quem locum cum mentistrutina pependisset Diuus Basilus, homilia. 24. de penitentia. Admiratus Deũ suę glorię titulos hominibus communicare voluisse, ita conficit, & conclusit sententiam. Etiam axiomata sua largitur alijs.

Abdias n. 21.

D. Basi.

253. Concionatores D. 9 suis titulis, & axiomatis ornant.

Ad hæc, non in hoc tam exiguo solũ vitę curriculo, sed in superũ sedibus perbeatis concionatores etiam hunc titulum gloriosi a Deo participant. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen novum. Apocalip. 2. n. 17. Vbi Cardinalis Hugo. In patria, inquit, a Iesu, vocantur Iesuanus. Iesuanos autem Hugo inter-

Apoc. 2. n. 17. Hugo Cardin.

pretatur saluatos. Ego potius dicere saluatores, quandoquidem aliorum salutem noctes, atq; dies, ritę procurarunt: quin etiam concionatorij functionibus distentos homines, Deos appellare Deus non dedignatur. Ostendo id exemplo Moyse. Per quem (inquit Lyranus in cap. 6. Exod. initio) figuratur predicator Evangelij. Hunc Deus operi Augusto asserendi in libertatem captivum populum vix prefererat, cum Dei titulo honorificentissimę condecoravit. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Exod. 7. num. 1. Vt videlicet ostenderet concionatorem, quem Deus instituit, vt captivas animas a potestate diaboli reuocet ad Christi libertatem, Dei vices gerere, Christi nomen, & eterni Patris autoritatem: quod vt intelligas, excipe auribus aureum Chrysostomum expendentem illum locum. Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. 2. Corint. 5. nu. 20. Nos enim, inquit, ipsius muneri successimus: quid si hoc magnificentiũ aliquanto tibi dictum videtur, audi quę sequuntur, ex quibus Apostolus perspicuum illud facit, quod non Christo dumtaxat, sed Patri quoq; in hac re vicariam operam nauent. Nam ob id etiam adiunxit. Tamquam Deo per nos exhortante. Non enim per filium tantum suum, sed etiam per nos quoq; , qui ipsius muneri vicarij successimus, exhortatur. Quamobrem ne existimetis, vos a nobis rogari: Christus ipse vos rogat. Pater ipse per nos vos orat, atq; obsecrat. Ita ille. Si igitur concionator Dei vices ge-

Lyran.

Exod. 7. n. 1.

Chryso.

2. Cori. 5. n. 20

254.

Concionator vices Dei agit.

rit

rit in terris, quid mirum, quod Deus dicat ad Moysen, qui ipsum representabat. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Qua propter Cardinalis Caietanus somnolentos excitat, & socordes ad perpendendam hanc dignitatę. Vide (inquit) attende, & perpende, in quali, quantoq; gradu constitui te. Nam dedi te, vt officio Dei fungaris, magnanimus esto, quia loco mei constitui te. Non ibis tanquam inferior, sed tanquam superior. Nec sanę minor a Deo honos impertitur Ioanni, dum ei concedit, vt multos ex filijs Israel ad Christi cognitionem reuocet. Ea enim via ad Messię æstimationem attolitur. Cogitationibus omnibus, inquit Lucas, ne forte ipse esset Christus. Luc. 3. num. 15. Et meritõ nam ex mente Tertulliani animas a tenebris ad veritatis lumen abducere, diuinũ est, Deoq; dignum, nihil, inquit lib. 2. contra Marc. cap. 27. tam Deo dignũ, quam salus hominis.

Luc. 3. nu. 15. Tertul.

Est porro munus hoc excelsum ad eũ, ad eũ sublime, vt illud paucis Christus ante se donauerit. Pende quęso mecum recondite eruditionis locũ. Filij Aaron, cum non, nisi pro Hebræis ex proprio munere iuberentur orare; acerras tamen, & thuribula incensa pro extraneis gentibus obtulerunt, quod illis culpe vertit sacra pagina; quę ita habet. Imposuerunt ignem, & incensum de super, offerentes coram Domino ignem alienum. Leuitici. 10. n. 1. Quid inde? Egressusq; est ignis a Domino, & deuorauit eos, num. 2. Quorsum tanta seueritas? Ref-

Leuit. 10. n. 1. & 2.

pondet Venetus, tom. 2. sect. 4. quęst. 206. Attensarunt offerre pro alienis: quos Deus seruauerat, purificandos a filio suo omnium Redemptore. Quasi Deus eam gloriam purificandi, ac seruandi an imas sibi soli destinarit, ac seruauerit. Hinc est, quod Moyses, percussis fratris Aaronis filijs, diuino afflatus spiritu Aaronem ita monuit. Hoc est, quod loquutus est Dominus, Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Ibi num. 3. Scilicet (addit Venetus) in filio meo, & in eius membris, qui in omnibus gentibus predicarunt salutem, quem Redemptor operatus est; quod cum audisset Aaron tacuit, consentiens, quod Deus eos iustę puniret; qui volebant sibi vindicare illud, quod Christo erat seruatum. Ecce quanta sit authoritas, quantę glorię, proximorum salutem, quã exemplis, quã exhortationibus, indagare. Quod Ioannes Baptista tanta felicitate peregit, vt præter alios Iudeorum greges, Apostolos aliquid, imò ipsum Apostolorũ caput, ac verticem Petrum ad Christum pertraxerit. Subpono verba Cardinalis Toleti, commentario huius loci. Propter testimonium (inquit) Ioannis omni fide dignissimi, multi crediderunt in Christo; de quorum numero fuerunt ipsius Ioannis discipuli, quos ad Christum conuertit, e quibus non nulli discipuli Christi, & Apostoli facti sunt, sicut Petrus & Andreas. Hęc ille.

V. net.

255. Nouissimũ munus animas ad Deũ reuocandi, propriũ filij Dei era.

Leuit. 10. n. 3. Venet.

Toleti.

256.

Petrus, & Andreas propter testimonium Ioannis facti sunt Christi discipuli.

Proptereaq; Hugo de Sancto Victore in speculo de specialibus Missarum obseruationibus, lib. 3. cap. 6. Inter tres Ioannis

H 3

Baptiste

Baptistæ celebres triumphos hunc primum memorat., quo ille sue conuersionis exemplo mortales direxit ad Christum. *Beatus* (inquit) *Ioannes Baptista tribus insignibus triumphis excellenter refulsit. Ad-oc enim venit, ut viam Domino prepararet exemplo sua conuersionis; qui triumphus celebratur in vigilia. Per baptismi ministerium claruit insignis: huius ministerij triumphus, recolitur in prima Missa Nazareus vero permansit ex utero matris; hoc donum recolitur in Missa secunda in die.* Hactenus Hugo. Ex quibus etiam cum eodem Doctore colliges in festo beati Ioannis Baptistæ duas olim Missas, non tres, in quibusdam Ecclesijs celebrari solitas; gloriosum hoc studium dirigendi animas in cælum Ecclesiæ præfules a Ioanne Baptista discere debuissent, ad quod exhortans D. Bernardus, ferm. 76. in Cantic. *Audite* (inquit) *hæc amici sponsi: si tamen amici: at parum dixi, amici: amicissimi sint, oportet, qui privilegio tante familiaritatis donantur.*

IPSE PRÆCEDET.
Luc. I. n. 17.

LAVREA XXXXII.

Ioannes Christum multa cum laude præit, & præcurrit, vnde etiam Præcursor appellatus est.

Hugo Card.

D. Ber.

- 257. *Christum antegraditur, & se ipsum.*
- 258. *Ioannes citius erupit ex utero, quam Christus, & cur?*
- 259. *Exiit in utero, & gessit præcurrere.*
- 260. *Spiritus Sanctus moras non fert.*
- 261. *Ioannes cursu Deo similis, imo prior.*
- 262. *Particeps sit redemptionis humana.*
- 263. *Ioannes Christum magna præit prerogatiua.*
- 264. *Inter, reliquos Sanctos solus Ioannes præcursor.*
- 265. *Baptista præit, Euangelista subsequitur.*
- 266. *Moses faciem Dei non videt, quamuis illi carus.*
- 267. *Soli Ioanni concessum, ire proximis ante Dei faciem.*
- 268. *Ioannis cum Elia similitudo.*

HOc ipsum magnifico cætu cecinit Zacharias. *Præibis enim antefaciem Domini.* Lucæ 1. num. 76. Quid ergo mirum præiuisse Christum Ioannem, qui se ipsum quoq; præiuit? Hæc erat illa admiratio, quæ ad Ioannis amorem rapiēbat Augustinum ita scribentē, ferm. 22, de Sanctis. *Ioannes antequam Christum præcederet, se ipsum præcessit.* Enim vero antequam cōmuni luce potiretur, fruebatur æterna; quæ illum experge faciebat ad eum, ut non easdem in utero moras, quas Christus, habuerit; computatis enim à momento generationis diebus Natiuitatis vtriusq;, Christus duos ultra dies commoratus est, vt

osten-

Luc. 1. n. 76.

D. Aug.

257. *Et Christum præit, & se ipsum.*

258. *Ioannes citius erupit ex utero: quam Christus, & cur?*

D. Pet. Dam.

ostendit D. Petrus Damianus, tom. Epist. lib. 4. Epist. 16. sub finem. *Quod autem* (inquit) *inter materna viscera Dominus diuinius mansit Ioannes celerius prodiet, non casus est accidentium, sed dispensatio personarum: ille nimirum, tanquam metator hospitij domo maturius exiit, vt subsequenti mox Imperatori viam sterneret, aduentum eius, regnis, prouincijs, & urbibus nuntiaret, confluentium populorum agmina tanta maiestati obuiatura dirigeret, eiusq; receptui, quæq; necessaria quantocius præpararet.* Hæc Damianus.

D. Pet. Dam.

Et vero quem admodum Ioannes, vt obsequiosus æconomus, & hospitij regij preparator industrius venturi regis præuenit aduentum; ita rex ipse præcursoris fretus industria subsedit parum per inuia, vt spatium faceret præeunti. *Imperator* (addit citatus Damianus) *in Virginalis palatij thalamo residens, aliquantulum subsedit: & qui metatorem, æconomum præmiserat, procedere morosus iudicauit.* Rursus æconomus, ac præcursor ipse, ne imperator iusto plus moraretur; ipse præfestinus exultat, & insurgit præproperus. *Non fert* (inquit Chrysofostomus, apud Metaphrastem. *Ioannes presente Domino contineri: non fert natura expectare terminos, sed contendit rumpere carcerem ventris, & studet præsignificare saluatore.* Porro Ioannes erat Sancto plenus, ac potens spiritu, qui eos, quibus inhabitat, actionibus veloces reddit, ac præfestinos, teste Ambrosio, lib. 2. in Lucam. *Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* Hæc vero tanta velocitate

Chrysofost.

259. *Exiit in utero, & gessit præcurrere.*

Ambro. 260. *Moras Spiritus Sanctus non patitur.*

Ioannē impulit, vt ipsum Christum festinanter euntē præiret, ac præcurreret.

Afflatus diuino Spiritu Rex olim Dauid Christum viderat more gigantis collustratē viā nostræ mortalitatis, imo currentem cursu velocissimo, ac robustissimo. *Exultauit, vt gigas ad currendam viam suam.* Psal. 18. nu. 6. vtq; hoc robur; hanc velocitatem 70. interpretes exprimerent, pro robusto, transtulerūt gigantem, vt tempestiuè animaduertit Philastrius Brigiensis de heresibus cap. 59. *Gigas* (inquit) *in bono accipitur virtutis causa: exultauit enim, vt Gigas, quod in Christi diuina presentia probatur, ostenditurq; consummatum.* Et vero in hoc cursu erupit Ioannes Deo par, imo prior, nascendo, prædicando, moriendo; quo circa Chrysofostomus, orat. 1. de S. Præcursore apud Lipomanum. tom. 3. *Ante quem, inquit, præcedet? ante Christum Dominum, & ideo appellatur etiam Præcursor, vt licet audire ipsum Ioannem dicentem, venit post me vir, qui ante me factus est, post me propter tempus, ante me propter thronum.* Hinc dictus est Præcursor: quia eandem viam, & eundem cursum peruolabat ante Christum: qua propter Diuus Petrus Damianus, ferm. 3. de Sancto Ioanne. psalmistę locum affert, vt ineffabili encomio Ioannem attollat, & conuiatorem, participemq; efficiat operis nostræ redemptionis: hæc fatus. *Hunc unum, atq; egregium totius humani generis virum, ad currendam, vt Gigas, mortalitatis nostræ*

Psal. 18. nu. 6.

Philast.

261. *Ioannes cursu Deo par, imo prior.*

Chryso.

262. *Electus, vt particeps, & collaborator redemptionis humana.*

D. Pet. Dam.

viam, quasi consiliatorem sibi saluator
asciuit, & ad peragendum redemptionis
nostrae negotium quodammodo, ut
esset particeps, & collaborator, elegit.

Exemplo res patefiat egregio, ac regio. Fingite animo festi-
uissimas nuptias, aliamue ali-
quam solemnitatem apud Hispaniarum
Regem, aut Galliarum: egrediantur
ipsimet Reges, Principes, ac Dynastae
generosissimi, & ornatissimi in equis
sublimes, bini, & bini: huc il-
luc discursuri. Ecquis est clientibus
erit ille ad deo felix, quem Rex cum
magna ceterorum inuidia, suum ad-
mittat ad latus, quanta porro erit
illius clientis, & quam attenta cogi-
tatio, ne laxato parumper equo, Regem
praeeat: hanc verò excellentiam
Deus etiam suo contulit Prae-
cursori, ut se Regem praeriret:
quod simul exemplum arripuit
Chrysostomus hom. 38. in Mat. vt
Ioannis ostenderet excellen-

Chryso.

263.

Ioannes
magna
Christum
praerit
praerogativa.

Theod.
studites.

264.

Ceteri
Sancti
viatores:
Ioannes
Præ-
cursor.

tem praerogativam. Cur (inquit)
maior prophetis Ioannes? Quoniam
propinquior erat Christo vetero. Mit-
tam enim (inquit) Angelum meum
ante faciem tuam, qui verò ante faci-
em tuam, proximus est. Nam quem admodum
maioris dignitatis sunt, qui proxi-
mi Regibus ordinantur, sic & Ioan-
nes in ipso adventu constitutus, maio-
ri gratia fuit. Eodem Theodoretus
stud. exemplo Ioannem extollit
subsydera. De quo alibi.

Ceteri omnes Sancti viatores
dicti sunt, solus Baptista Prae-
cursor nominatur; non quod alij
Sancti non cucurrerint, de
singulis enim martyribus canit
Ecclesia. Penas cucurrit fortiter:

sed quia ceteri diuini ita cucur-
rissent dicuntur, propterea, quod
martyrij tempore per exiguo cu-
currerunt; at Ioannes Prae-
cursor nominatur, quia toto vitae
suae tempore agilimum cursum
peregit. Eaque velocitate, qua a-
quilinum volatū exsuperavit: aquila
erat Ioannes Euangelista, & in
virtutis cursu alis festinabat
ocysimis, nec tamen aequabat
cursu, sed sequebatur Christum.
Iuxta illud. Conuersus Petrus,
vidit illum discipulum, quem
diligebat Iesus sequentem; qui & re-
cubuit. Ioan. 21. nu. 20. sed Ioan-
nes Baptista tanta felicitate cu-
currit, vt Christum non seque-
retur, sed praeriret. Adde insu-
per non sanctos alios modo vir-
tutum cumulo; sed Deum ipsum
cursu anteuissit; Deum, inquam,
qui. Exultauit, vt gigas ad curren-
dam viam suam. Psal. 18. num. 6.
Deum, cui a celeritate nomen
est iuxta illud. Voca nomen eius,
accelera. Isaia 8. num. 3. Ideoque;
praerire dicitur ante faciem Dei;
quod tantopere Moyses optans
repetebat, & ingeminabat. Osten-
de mihi faciem tuam, Exod. 33. n.
13. ad quem Deus. Non poteris
videre faciem meam. Ibi num. 20.
Et rursus. Videbis posteriora mea,
faciem autem meam videre non po-
teris. Ibi num. 23. In quem locum
praclare D. Petrus Chrysologus
serm. 131. Moyses (inquit) qui de
seruo in amicum, de homine promou-
tur in Deum, Dei faciem querit, sed
non inuenit; petit, sed non accipit.
Mimirum non accipit Moyses,
quia hoc priuilegium videndi,
& eundi ante faciem Dei non

265.

Baptista
praerit, Eu-
angelista
sequitur.

Ioan. 21
nu. 20.

Psal. 18.
nu. 6.

Isai. 18.
nu. 3.

Exod
33. n. 13
ibi n. 20

ibi n. 23
D. Petrus
Chryso.

266.
Moyses,
quatinus
amicus
Dei faciem
videre non
impetrat.

amico

amico Moyfi concessum, sed Ioan-
ni amicissimo reseruatam fuit;
homo erat Moyses, ideoque; Deum
a tergo sequi debuerat: Ioannes
hominum opinione erat plusquam
homo, & ideo poterat cum
Deo par ire: audi ulterius D. Pe-
trum Chrysologum, serm. cita-
to, de Moyse loquentem. Vt po-
steriora tantum Dei videat, admo-
netur: quatenus homo Deum querat se-
qui, non praecedere. Haec enim pre-
rogatiua non alterius erat, quam
Ioannis, cui soli datum est ire
proximus ante Dei faciem. Vnde
Chrysostomus, homil. 27. ope-
ris imperfecti. Solus (inquit) Ioan-
nes sic missus est ante faciem Christi,
vt penè cum ipso Christo veniret.
Quantum praeter ceteris prophetis Ioan-
nes in tempore iuxta Christum, tan-
tum iustitia praeter illis proximior erat
Christo. Itaque; Ioannes ideo Prae-
cursoris nomen obtinuit, quia
virtutum stadio, ac studio festinan-
ter ad deo cucurrit, vt non solum
ceteros omnes anteiret, sed ad
Deum proximius accederet, il-
lumque; ceteris ostendere digito,
& manu attingere meruerit. So-
lus Ioannes (inquit proxime cita-
tus Chrysostomus) Praecursor est
appellatus; quia non solum aduentum
eius annuntiat, sed ipsum illum digi-
to suo ostendit. Ideoque; Chryso-
stomus hom. 27. operis imperfecti solu
Ioannem contendit appellan-
dum Praecursorem. Sic (inquit)
omnes Prophetae ante faciem Christi
praecedunt, nuntiantes aduentum eius:
solus autem Ioannes Praecursor est ap-
pellatus.

Chryso-
logus.

Chryso-
stomus

267.

Soli Ioan-
ni datum
est, ire pro-
ximius
ante Dei
faciem.

Idem.
Idem.

Chryso.

Chryso-
stomus.

Ceterum ad hanc praerogandi
excellenciam adnecto eam ad

mores ethologiam, quam incul-
cauit Diuus Bernardus, hom. 1. super
Missusest, in eos, qui alijs
praerire ac praesse desiderant.
Deus (inquit) se hominibus subdit,
& tu Dominari gestiens hominibus,
tuo te praeripis auctori: utinam mihi ali-
quando tale aliquid cogitanti Deus
respondere dignetur, quod & suo in-
crepando respondet Apostolo. Matth.
16. num. 13. Vade, inquit, post me
Satanas, quia non sapias ea, quae Dei
sunt, quoties enim hominibus praesse
desidero, toties Deum meum praerire
contendo. Haec ibi Bernardus.

Bernar.

Mat. 16
nu. 13.

PRÆCEDET ANTE
illum in spiritu, & virtu-
te Eliæ. Luc. 1. n. 17.

LAVREA XXXXIII.

Ioannes plusquam Eliæ robur
inuietum.

- 268. Quanta sit Ioannis cum Eliæ si-
militudo.
- 269. Calum petit Eliæ Iesabelle fu-
rorem vitans.
- 270. Ioannis etiam in celo zelus.
- 271. Quae nam impatientia lau-
dem mereat?
- 272. Quem zelus Dei exurat.
- 273. Phinees zelus.
- 274. Quod zelo Dei fit, ad Deum
pertinet.
- 275. Patientia totius rationis ex-
pers, quae sit?

NON abs re pronuntiat Ar-
changelus Ioannem praer-
iterum in spiritu, & vir-
tute Eliæ, nam vt hoc loco pen-
dit

268.

Ioannis cum
Eliæ simili-
tudo.

dit

Beda.

dit Beda. Sicut Elias praeo iudicis, sic Ioannes praeo redemptoris; ambo in deserto, ambo victu parci, vestitu inculti; ambo regum insaniam tolerant. Ille Iordanem diuisit calum petiturus, hic ad lauacrum salutare, quo calum petitur, conuertit: hic cum Domino conuersatur in terris, ille cum eo manifestatur in gloria: Hæc ille, quibus æquat vtrumque; & alterum alteri æquiparat. Verum enim verò elucet Ioannis inuicta fortitudo plusquã Eliæ. Hic enim Iezabellæ formidine tremefactus in auia sylvarum profugit, & in tesqua montium se meticulousè pròripuit. *Timuit, & surgens abiit, quocumque, eum ferebat voluntas.* 3. Reg. 19. num. 3. Imò nec terris securè se viuere posse putauit, nisi cum Deo transigaret, & ignea quadriga abitum pararet in caelum. Testem appello Diuum Fulgētium, sermone de Ioānis decollatione in hæc verba scribentem. *Elias Iesabel reginam passus est inimicam, quam dum fugit, totam vitam suam in fuga contriuit. Cuius tantum timuit gladium, ut viuus fugisset in caelum. Pròhi, quã generosior, & quam admirabilior extitit Ioannes, quam celo etiam num descendere voluisset, ut illatas per reges, ac reginas castitati iniurias vindicaret? Audi in hanc sententiã Diuum Basilium ad Virginem lapsam. Ioannes verò Baptista, inquit, suspiria duxit, quod non potest relictis supernis conuersationibus, quem admodum tunc solitudine, ad redarguendam iniquitatem præcurrere: & si quid pati oporteret, caput potius, quam dicendi libertatem amittere:*

3. Reg. 19. n. 3.

D. Fulgent.

269.

Elias Iesabellæ timore perculsus abiit in caelum.

D. Basil.

270.

Ioannis etiam in celo zelus.

imo ad beati Abel similitudinem, etiã ipse mortuus adhuc loquitur; clamat adhuc altius, quã de Herodiade vociferatur illud. *Non licet tibi.* Hactenus Basilium, sed inter hæc vereor, ne qui hoc ipsum attentè legerit, per exaggerationem, & hyperbolem scriptum putet. Videntur enim, tum illa prædicta Diui Basilij verba, tum illa Eliæ (in cuius spiritu Ioannes dicitur aduenire) ad Achab. *Tu es qui conturbas Israel.* 3. Reg. 18. n. 17. tum denique illa Ioānis ad Herodem. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Marc. 6. n. 18. Regis præsertim nomine suppresso, videntur inquam, ea verba præ se ferre impatientiam; quasi Diuus Bernardus non dixerit ad Eugenium scribens. *Interdum impatientem esse probabilis.* Quasi Christus, visis in templo mundanis, non fecerit, quasi flagellum, de funiculis: vendentesque non disiecerit. Ioan. 2. n. 15. Quasi discipuli spectata illa sancti furoris iracundia non meminerint locum Psalms 68. *Recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est; zelus domus tuæ comedit me.* Ioan. 2. n. 17 de quo zelo Sanctus Augustinus tract. 10. in Ioannem. *Ab eo (inquit) comeditur, qui qualibet praua, quæ viderit corrigere satagit.* Quasi Phinees Dei instinctu, euaginato pugione, iratus non irruerit in adulteros, eosque occidens iratum numen sibi amicum non fecerit. Phinees (inquit Gregorius part. 3. pastor. curæ. admon. 23.) *coocentes cum Madianitis perculit, & iram Dei iratus placauit.* Quasi Leuitica Tribus im-

D Basil

3. Reg. 18. n. 17

Marc. 6 n. 18.

D. Ber

271.

Quæ sit laudabilis impatientia.

Ioan. 2. n. 15.

Ibi n. 17

S. Aug. tract. 10

272.

Quæ comedit zelus Dei.

D Greg.

273.

Phinees zelus.

piorum

Exod 32 n. 20 Grego.

Matth. 5. n. 22

Ansel. Laudu.

Author Ordina

riae.

Iudicium 21. n. 5.

274.

Dei est, quod zelo Dei sit.

Chryso. hom. 11

275.

Patientia irrationabilis.

D. Aug. tom. 3. tract. 10

piorum sanguine cruentas manus, eas non dicatur consecrasse. *Consecratis manus vestras hodie Domino.* Exod. 32. num. 20. Tribus Leui (inquit citatus Greg. assumptis gladijs per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manus, dicta est, consecrasse. Quasi idem fit, iuuehi in scelera, ac fratri suo irasci: contra illud Euangelicum. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Matth. 5. num. 22. Nam, vt ibi notat author Interlinealis. *Non fratri irascitur: qui peccato irascitur.* Imò, vt animaduertit author Ordinariae. *Iusta ira, mater est disciplina, ira cum causa iudicium est, non ira.* Quasi ij, qui pro tuenda Dei causa furætes in arma ruunt, non signatè dicantur exercitus Dei. Quo sensu aiunt Israelitæ conuenientes in Maspha. *Quis non ascendit in exercitu Domini, de vniuersis tribubus Israel.* Iudicum 21. n. 5. ad quem locum Abulès. notat, appellatum fuisse exercitum Dei, quia Dei causa conuenerant. *Quando (inquit) aliquid fit zelo Dei, illud dicitur esse Dei, & multitudo illi dicitur multitudo Dei.* Oportet igitur, vt exèplo Ioānis hoc Dei zelo armemur in scelera. *Patientia enim irrationabilis (ait Chryso. hom. 11. operis imperfecti) vitia seminat, negligentiam nutrit, & ad malum etiã bonos inuitat.* Contra quam armari oportet eo zelo, de quo August. tom. 3. tract. 10. in Ioānem. *Bonus (inquit) zelus est feror animi, quo mens, abiecto humano timore, pro defensione virtutis accenditur.* Hoc Sanctus Ioānes

Baptista armatus processit in campum, & in aciem, cum impurissimo Hero de certaturus: quam verò id strenuè exegerit, vt Eliæ robur animi inuicti nõ æquauerit modo, sed superauerit, dicam latius Curru 5. Laureis 37. 38. 39. 40. & Curru 6. Laureis 34.

MULTOS FILIORUM Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.

Luc. 1. n. 16.

LAVREA XXXXIII.

Ioannis Discipuli ad Christum transeunt.

- 276. Primus Ecclesie catechistes, primus ad penitentiam viam muniens Ioannes est.
- 277. Novi testamenti fundamenta iacit.
- 278. Andreas prius Ioannis, deinde Christi alumnus.
- 279. Andream sequitur Petrus.
- 280. Qui vera Religione alios informat, patris nomen sortitur.

Ioannes Baptista primus Ecclesie catechistes extitit, unde dicitur à Tertulliano, lib. 4. contra Marcionem capit. 11. *Vociferator in solitudine, & preparator viarum Dominicarum per denuntiationem, & laudationem penitentiae.* Dicitur etiam primus penitentiae, & baptismi instructor:

Tertul. lib. 4.

276.

Primus Ecclesie catechistes: primus penitentiae instructor.

primus

Guerri.

primus tum modestę vitę doctor, tum mortis eruditor constantissimę. Excipit Guerri- cum sermone 1. de Ioanne Baptista ita loquentem. *Qui Ecclesiam primus catechizat, per penitentiam inchoat, per baptismum preparat, & quem ad viuendum temperanter informat, ad moriendum fortiter propria morte confirmat.* Et verò quę admodum spiritualis pędagogus, & catechistes prauarum femina doctrinarũ disperdit, noua inserens; ita Ioannes perditissima ea tempestate reipublicę vitia, quoad fieri poterat, eradicabat, & virtutum femina, penitentia duce, superinducebat; ad quem Deus figuratę. *Ecce constitui te ut euellas, & destruas, & disperdas, & disipes, & edificet, & plantes.* Jerem. 1. num. 11. in quem locum audi Guerri- cum Abbatem, serm. 1. de Sãcto Ioanne, ita scribentem. *Si recordari volumus, fratres, lectionis hęsterne, ad dignos fructus penitentię pertinet, quod Hieremię aut certę Ioanni sub typo Hieremię dictum est, ut euellas, & disperdas, & disipes, ad fructus iustitię, ut edifices, & plantes.* Qua de causa scitę D. Petrus Damianus, sermone 1. de Sãcto Ioanne docet, ipsum prima Euangelicę doctrinę fundamenta iecisse. *Qui primus (inquit) noui testamenti posuit fundamenta:*

Jerem 1 n. 11. Guerri. Abba.

D. Petr Damia.

277. Noui testamenti fundamenta collocat.

Huic studiosę Ioannis sollicitudini primus, qui a mundo ad Christum se recepit, Andreas debetur. Item Petrus auditor Andreę: debetur (inquam) Andreas, qui cum esset Discipulus

Ioannis Baptistę, & vnus illorum, qui Christi laudes disseminantem Ioannem cum aliquando audiissent, dilaudati Christi vestigia sunt secuti. Ait enim Euangelista. *Audierunt enī duo discipuli loquentem: & secuti sunt Iesum.* Ioannis. 1. num. 17. ac, ne de Andrea dubitare potuisses, explicite subdidit Euangelista. *Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant a Ioanne.* Ibi num. 40. Hunc ergo Ioannes Discipulum Christo peperit; hic autem discipulus fratrem suum Petrum, futurum Ecclesię caput, post modũ allexit ad Christum. Testatur id Chrysostomus apud Abul. in caput 8. Matthęi, quęf. 35. in hęc verba. *Credidit Andreas; sed Ioanne dicente, Ecce agnus Dei: credidit Petrus, sed Euangelizante sibi Andrea, credidit Philippus, &c.* Vndę Ammonius Alexã. in harmonia Euangeliorũ in eum locũ. *Ioannes (inquit) exinde, viso Iesu, agnum Dei hunc esse aperte predicat, qui totius mundi auferat delicta. atq; eo testimonio primum illechi Bariona cũ fratre Andrea, & Iesum sequitur.* Fuitq; adẽo validũ Ioannis testimonium, vt illum pręceptorem vocare non recusauerint: nam Iesus. *Videns eos sequentes se, dicit eis, quid queritis? dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas.* Ioann. 1. num. 38. Obseruat. id sanctus Epiphanius, lib. 2. aduersus Hęreses, tom. 1. Hęresi 51. *Petrus (inquit) & Ioannes dixerunt, pręceptor; iam enim propter Ioannis testimonium, pręceptorem*

Ioan. 1. n. 17.

278.

Andreas prius Ioannis, deinde Christi discipulus. Nu. 40.

D Chry

279.

Andrę Petrus secutus.

Ammo.

Ioan 1. n 38.

Epipha.

ipsum

Rupert.

ipsum vocabant. Quia videlicet de ipso prius audierant. *Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.* Ad horum duorum conuersionem alludit Abbas Rupertus, lib. 2. in Matthæum his verbis. *Hoc voluit magnitudo, siue autoritas illius amici testis, vt reciperent tunc filium Deum, saltem parui, saltem duo incipientes ab ista voce, que dixit. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Nec Andream, & Petrum solũ idem Baptista optimis instructos consilijs pręmisit ad Christum, sed cęteros etiam qui postea Christo adheferunt, ex Baptistę fontibus antea ebibisse, par est credere. Exemplo fit illud, quod habetur Genesis 12. vbi de egressione Abrahę ita loquitur diuinus textus. *Tulit vniuersam substantiam, quam possederant, & animas quas fecerant in Aran.* Ibi num. 5. vbi iuxta aliquorum interpretationem, animę factę in Aran intelliguntur eę, quas Abraham, vel ad fidę pellegerat ex vefano deorum cultu, vel iam fideles excoluerat diuiniõ doctrina, hoc indicat trãslatio Chaldaica, quę sic habet. *Et omnes animas, quas subiecerant legi in Aran: hoc explanatius indicat Lipomanus eo loco in hęc verba. Seruos scilicet vernaculos proculdubio instituebat in veritate fidei vnus Dei.* Hoc modo, moreq; locutus est Rex Tyri Hiram, qui vulgarem hominem, eo quod se Dei legem, timoremq; docuisset, patrem suum appellauit, dum ita Salomonem alloqueretur per Epif-

Gen. 12 n. 5.

Caldai.

280.

Pater quisq; dicitur eam animam, quas instituit vera fide. Lipom.

tolam. *Misergeto tibi Hiram patrem meum.* 2. Paralip. 2. cap. 2. n. 13. Notauit id per diligentem Diuus Hieronymus in quęstionibus hebraicis. *Vocat (inquit) illum patrem suum, quia ad eum de terra Israel ad peregrinandum profectus, docuit eum timorem Dei, & adduxit eum ad cognitionem Dei.* Hęc ille. Quod si Doctores, ac Magistri parentum loco habentur: habendus profectõ erit Baptista eorum Apostolorum parens, quos & prius instruxit diligenter, & postea peramanter ad Christum direxit.

2 Paral. 2 c 2 n. 13 D Hier.

LAVREA XXXV.

Non solum Petrus, & Andreas, sed etiam Ioannes Euangelista Baptistę fuit Discipulus: in eundem locum. *Multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deũ ipsorum.* Luc. 1. n. 16.

- 281. Ioannis ductu ad Christum insigne par venit.
- 282. Ioannes Euangelista sub Baptista Discipulum egit.
- 283. Opinio hęc probabilis est.
- 284. Honoris fugiendi causa nomen tacet Euangelista.
- 285. Iacobus frater Ioannis etiam Discipulus Baptistę.
- 286. Ioannes Euangelista, & frater eius fastigium apostolicum nanciscuntur.
- 287. Ioannes fratre maior erat.

Hunc titulum rursus exor-
no dissimili tamen or-
natu, atq; paulò ante fe-
ceram, ex quo precedens do-
ctrina amplius illustrabitur: ergo
Iohannes Baptista Iudeorum
complures ad Christum pertra-
xit luculentissimo testimonio:
inter eos autem, quos sua præ-
dicatione piè, & religiosè in-
structos ad Christum traduxit,
Petrus, & Andreas, insigne par-
fratrum, sunt imprimis nume-
randi; testatur id Cardinalis To-
letus his verbis. *Propter testimo-
nium Iohannis omni fide dignissimum
multi crediderunt in Christum; de
quorum numero fuerunt ipsius Iohan-
nis Discipuli; quos ad Christum con-
uertit: e quibus nonnulli Discipuli
Christi, & Apostoli facti sunt, sicut
Petrus, & Andreas.*

Valdè etiam verisimile est
Iohannem Euangelistam vnum
discipulorum Iohannis Baptistæ
fuisse; Euthymius ad illa verba.
*Andreas frater Simonis Petri erat
vnus è duobus, qui audierant à Iohan-
ne.* Ioan. 1. num. 40. putat, pro-
pterea dictum fuisse à Ioanne
Euangelista. *Andreas erat vnus è
duobus.* Suppresso altero è duo-
bus nomine, quòd alter erat ip-
semet Iohannes, qui hæc refere-
bat: Euthymij verba hæc sunt.
*Alterius siluit vocabulum, siue quia
insignis non erat, vel cognitus; siue
ipse, qui hæc scribit, erat, ut quidam
dicunt.* Hæc verò, quæ sequun-
tur, sunt Theophylacti eodem
loco. *Andreas quidem nomen profert
nobis, sed non alterius, quidam au-
tem dicunt illum esse Iohannem, qui
hæc scribit.* Diuus item Epipha-

nus Herculi 51. in animum in-
ducit suum, hunc fuisse, aut ip-
sum Iohannem, aut Iacobum fra-
trem; quasi vterque frater pro
sua pietate, ac religione singu-
lari, eiusdem magistri scholam
adire, & frequentare debuisset.
Refero verba S. Epiphaniij. *Et
vides (inquit) quod nobis cogitan-
dum dat: ex eo quod ex duobus, qui
secuti sunt, & Iohannis quidem disci-
puli fuerunt, vnus nomen dixit, quod
videlicet Andreas erat, alterius au-
tem non dixit: hunc esse, cuius no-
men non dixit, propter eandem pa-
triam, propter idem contubernium,
propter eandem artem, propter idem
opus, aut Iohannem, aut Iacobum,
vnum ex filijs Zebedei: oportebat
enim hos primum vocari.* Ita ille.

Adijcio Maldonatum ita ad
hunc locum scribentem. *Cur al-
terius nomen, non expresserit con-
trarijs rationibus factum creditur, si-
ue quia necesse non erat; cum nihil de
eo post fuisset agendum; siue, ut Epi-
phanus heresi 51. & Cyrillus in ea-
dem Catena, & Euthymius, & Theo-
phylactus, tamquam multorum, & pro-
babilem opinionem referunt, quia al-
ter ipse Iohannes erat, qui scribebat, qui
solet, ut alibi saepe diximus, modestia
causa suppressere nomen suum.* Hæc
Maldonatus.

Itaq; Iohannes Euangelista
verus Baptistæ discipulus, qua
erat humilitate à magistro suo
sibi sæpè commendata, & hoc,
& alijs sæpè locis, vt puta, cap.
18. num. 15. & cap. 19. num. 26.
27. & cap. 20. num. 2. 3. 4. 8. &
cap. 21. num. 7. Suum nomen
substituit, vt ex animo humilis
suiq; magistri Iohannis Baptistæ

imita-

Tolet.

281.

Insigne par fra-
trum per
Iohannem
ad Chri-
stū venit.

Ioā. i. n.
40.

Eutym.

282.

Ioānes E-
uangelista
prius dis-
cipulus
Baptistæ.

Theop.

D. Epip

Maldo.

D. Epip
D. Cyr.
Euthy.
Theop.

283.

Opinio
hæc pro-
babilis.

Maldo.
Ioā. 18.
n 15. &
19 n 26
& 27. &
20 n. 2.
3. 4. 8. &
c. 21. n. 8

284.

Ioānes E-
uangelista
modestia
causa suū
nomē sup-
primere
assoluit.

imitator appareret: vtq; de se
ipso honorificè loqui haud qua-
quam videretur. Ita Chryso-
stomus, homilia 82. in Ioannē. Au-
gustin. lib. 17. contra Faustum,
cap. 4. Gregorius in proëmio in
Iob, cap. 2. Beda. 2. Corinth. 12.
De quo argumento cum de ip-
somet Euangelista seorsim tra-
ctauero, sermo iterum recurret.
Nunc illud animis hæreat, ac
memorijs, esse verosimile valdè,
præter alios, ipsum etiam
Iohannem Euangelistam à Iohan-
nis Baptistæ schola, ad Christi
cælestis magistri exedram tran-
sualasse.

Nec omnino improbabile
est, eius fratrem Iacobum vna
cum Ioanne fratre eandem fan-
cti Ioānis Baptistæ scholam fre-
quentauisse, nec suspitioni de-
sunt probabiles coniecturæ: im-
primis illa, quod Iohannes Bapti-
sta venerat, vt pararet Domino
plebem perfectam; huius autē
perfectæ plebis, quam parauit,
perfectiorem partem fuisse: Pe-
trum, & Andream, Iacobumq;
& Iohannem, quis addubitet: illos
ergo Iohannes doctrina, & con-
silijs Christo præformauit. Ad
hanc illa alia coniectura acce-
dit, quod nullus penè sit pater-
nobilis, cui, si detur optio eli-
gendi filijs magistrum, non eli-
gat potius nobiliorem, modo is
non desideretur in republica,
quam ignobiliorem: sed Iohan-
nes Baptista erat ad eum nobilis, vt
omnes ad se se traheret, ideoq;
Hebræa respublica eum tanto-
perè optauit habere Messiam:
ad eumq;, ea de causa publicos,

& grauissimos misit legatos, vt
videbimus Curru 4. Laurea 12.
Ergo verisimile apparet Zebe-
dæum virum nobilem hunc no-
bilissimum magistrum, vnā cū
filijs, vt eos illi traderet edo-
cendos, conuenisse: nam si He-
rodes Iohannis fama commotus
ad oram Iordanis ibat, vt illum
audiret, vt author est noster
Barradas, tom. 1. Concordiæ, c.
2. Si illum plurimi estimabat,
& consilijs suis admiscebat iux-
ta illud: *Herodes audito eo multa fa-
ciebat, & libenter eū audiebat.* Marc.
6. num. 20. Quis dubitat; præ-
nobile hoc par fratrum, insti-
gante patre, nouis exarsisse de-
siderijs audiendi talem, & tam
diuinum præceptorem, eiq; tan-
dem adhesisse. Certè id suadent
paulò ante citata verba sancti
Epiphaniij inuestigantis, quare
vnus è duobus Baptistæ discipu-
lis non nominatur. *Nobis, in-
quit, cogitandum dat, hunc esse, cu-
ius nomen non dixit, aut Ioanem, aut
Iacobum vnum ex filijs Zebedei.*

Porro, vt opinor, vterq; Ioā-
nis Baptistæ doctrina penitus
exculti ad Christum postea tran-
sierunt; in eamq; inter ceteros
Apostolos, Christi familiarita-
tem ascenderunt, vt Chryso-
stomus in Matth. homil. 33. eos apicem
Apostolatus obtinuisse, in-
dubitante asserat his verbis.
*Marcus quidem ex dignitate ipsos or-
dine collocauit. Post duos enim, qui
apicem Apostolatus tenuerunt, An-
dreæ posuit.* Illi verò duo erant
hi duo fratres Iacobus, & Iohan-
nes, ait enim textus. *Iacobum
Zebedei, & Iohannem fratrem Iac-*

Barrad.

Marc. 6.
n. 20.

Chryso.

286.

Ioannes
Euange-
lista, & fra-
ter eius
Iacobus te-
nuerunt a-
picem Apo-
stolatus.

Marc. 3. n. 17.

bi, & Andream. Marc. 3. num. 17. nota ergo in magnum laudis incrementum duorum fratrum illa verba. Qui apicem Apostolatus tenuerunt. Adde in maiorem Ioannis excellentiam, quod notat idem Chryso. Chryso. eadem homilia: Euangelistam, dum dicit. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Matth. 10. num. 3. non seruare ordinem dignitatis, postponit enim narrationis ordine, qui meritorum pondere erat anteponendus. Vides (inquit Chryso. Chryso.) non ex dignitate ipsos numerari, nam mea quidem sententia Ioannes, non solum illis, qui post illum numerantur, verum etiam fratre maior erat.

Chryso.

Mat. 10. n. 3.

287.

Ioannes fratre maior erat,

LAVREA XXXXVI.

Illustratur idem argumentum super eadem verba. Multos filiorum Israel conuertet. Luc. 1. n. 16.

288. Christus se conuertit, ut à Ioanne, & Andream videatur.

289. Res condita conditorum declarant.

290. Clarius se numen per humanitatem manifestat.

291. Grauius discipuli à Christi societate auelluntur.

292. Christus unico intuitu ad se homines rapiebat.

Verba Ioannis claritatis gratia, lectoris oculis subijcio: ait enim. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & respiciens Iesum ambulantiem dixit. Ecce Agnus Dei, & audierunt duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Ioannis 1. num. 36. qui nam fuerint ij duo, qui Christi vestigijs adhæserunt, ex proximè dictis cæpit inclarescere. Ioannes enim fuisse videtur, & Andreas, qui Christum sequebantur eius amore successi, eiusq; videndi faciem avidissimi; quam spectabilem Christus obuersus illis obiecit. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se. Ibidem, num. 36. Cur Christus oculos cum vultu inflexit amantè: ut duorum corda medullitus exhilararet. Andream, qui letabundus ascensus erat in Crucem: Ioannis, cui vni amoris sui thesauros aperire festinabat. Albinus verba in hunc locum sunt aurea, aurea in Catena relata. Ergo (inquit) illi discipuli à tergo ipsius sequebantur, ut viderent, & faciem Domini videre non poterant, ideo conuertit se, & quodammodo de sua maiestate descendit, ut possint faciem illius discipuli contemplari.

Ioan. 1. n. 36.

Ibid. n. 36.

Albinus.

288.

Christus respexit caput in Ioannem, & Andream se quætes ut, ab illis videri possent.

Hinc credo Ioannes Euangelista à magistro suo Ioanne Baptista primum digressus, & in Christi faciem, fontem omnium felicitatum incurrens, tanto ipsius amore captus est, ut ab eius latere, ac pectore nunquam postea discedere potuerit. Christus enim semel conspectus pul-

Ioan. 16 n. 22.

Venet.

289.

Res condita conditorum declarant. Ad Rom. 1. n. 20.

Tertul. Idem. Idem.

290.

Clarius se numen per humanitatem declarat.

so omni merore animas diuinis pertentat gaudijs, & sinceris demulcet voluptatibus: quo illud spectat. Videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Ioan. 16. num. 22. Dum enim Deus videt, ac vicissim videtur, insolitis cor intus micat motibus, & inundat gaudijs. Quærit Venetus, tomo 6. quæst. 78. qui fieri possit, ut oculus tantum paruus vno intuitu montes mirra cum voluptate capiat ingentes, & cælum vsurpet immeasum? Respondet istius modi verbis. Quia anima per oculos videns, sentit immensitatem quandam parentis, ac primi fontis, unde emanat. Ac si diceret: maius planè miraculum videri debet, quod nostra anima, (quæ respectu Dei minor est, quam oculus montium, ac cælorum magnitudini comparatus) Deum ex rerum creaturarum conspectu magna cum voluptate cognoscat. Porro conditione creature factorem suum manifestè declarant. Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur, ad Rom. 1. num. 20. hoc est, ex rerum aspectabilium cognitione earum auctor Deus cognoscitur. Unde Tertul. lib. de anima, cap. 18. Inuisibilia eius a conditione mundi de factis instrumentis intellecta visuntur. Et lib. de Trin. cap. 3. (si eius est ille liber). Quem (inquit) quoniam obtutu oculorum videre non possumus, de operum magnitudine, virtute, & maiestate condiscimus. Quod si in rebus conditis latens Dei numen se per opera ipsa publicat, & manifestat, eo modo quo per eximiam pi-

cturam se prodit aliquis insignis pictor, quo etiam exemplo (licet in contrario sensu id fecerit) vsus est Tertullianus, lib. aduersus Hermog. cap. 45. Documentum (inquit) artis suæ, dum ostendit ipse, se pinxit. per nullam certè rem creatam se diuinitas manifestauit vsquam dilucidius, quam per eam, quam sibi Diuinum Verbum adsumpsit humanitatem rerum omnium conditarum longè nobilissimam, per hanc enim sepe translucens tanta vi, ac potentia pulchritudinis eximie radios euibrabat occultos in oculos intuentium: ut eorum repente prædaretur affectus; tantaq; felicitate cordium & prædo erat, & præda, ut, qui eum semel intuerentur, egrè ab eius conspectu discederent. Ideoq; discipuli, qui illius ori, vultuiq; contemplando affueuerant, ratem conscendere enixè detrectabant. Matthæi 14. nimirum, qui à Christo terris remorato separari cogebantur. Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec demitteret turbas. Matth. 14. num. 22. Ut significaret (inquit ibi Theophylactus) quæ indiuisi essent à Domino discipuli, dixit, coegit; semper enim ei adesse volebant. Eandem rationem in eundem locum reddidit etiam Diuus Hieronymus his verbis. Ostenditur discipulos inuitos recessisse, dum amore præceptoris, nec punctum, quidem temporis, ab eo volunt separari. Facit in eandem sententiam id, quod idem Doctor maximus Hieronymus, in cap. 9.

Tertul.

Mat. 14

291.

Discipuli difficulter à Christi presentia diuelluntur. Matth. 14 n. 22 Theop.

D. Hier

292.

Christus primo intuitu atrahabat intuentes.

Tertul.

Matthæi. scriptum reliquit his verbis. *Certè fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu.* Quod etiam notauit Abulensis. ibi quæst. 42. Quo pacto se in Ioannem habuisse, credere est. Ex aspectu enim eum, & allexit extrinsecus, & intrinsecus, quæ maximè dilexit. Nec tamen illius mentis oculis diuinitatem clarè proposuit intuemdam. Nā teste Tertulliano, lib. de Trinitate, cap. 26. sub finem tomi. 3. *Gradatum, & per incrementa fragilitas humana nutriri debuit, periculosa sunt enim, quæ magna sunt, si repentina sunt.* Cæterum si tot Apostolos Ioannes Baptista Christo peperit, iure meritissimo Clemens Alexandrinus in orat. Exhortat. ad gentes ita loquitur. *Illa quoque vox præcurrebat Dominum, de sterili muliere Euangelium, id est bonum afferens nuntium. Hoc est Ioannes de deserto; per hanc ergo Verbi vocem sterilis multos habet filios:*

EGO SVM GABRIEL,
qui adsto ante Deum.
Luc. 1. n. 19.

LAVREA XXXXVII.

Idem Archægelus Gabriel, missus est ad Zachariam Ioannis causa, qui ad Virginem sanctissimam Christi ergo legatus aduenit.

293. *Communes cum Christo habet prerogatiuas.*

294. *Angelico testimonio Christus, ac Ioannes annuntiantur.*

295. *Nullus, nisi Angelus, auderet Ioannis laudes publicare.*

296. *Per eundem Archangelum Ioannis, & Christi natiuitas diuulgatur.*

297. *Gabriel Historicus, & Christi, & Ioannis.*

298. *Maiestas, qua excellit Archangelus Gabriel.*

CUm hæc, in quibus hactenus immorati fuimus, Archangelus Gabriel, ex Dei mandato Zachariæ renuntiasset, hæsitauit Sacerdos, & dubia mente paululum moratus interrogauit. *Vnde hoc sciam, & respondens Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te; & hæc tibi Euangelizare.* Luc. 1. nu. 19. Ego quoque; in præsentiarum hereo, & præmysterij huius reuerentia prorsus obstuereo, dum tacitè mecum ipse contemplor eundem Angelorum principem Gabrielem legatum ad Zachariam Ioannis patrem, atque Dei matrem futuram transmitti: videlicet ad celsa est Ioannis dignitas, vt cum Christo communes habeat prerogatiuas. Excipe Chrysostrum, hom. 3. operis imperf. *Sicut Christi conceptionem ante Angelus nuntiauit; sic & istius; sicut illius nomen, antequam conciperetur, auditum est; sic & istius: sicut illius potestas antequam nasceretur, ostensa est, sic & istius virtus, antequam nas-*

Luc. 1. n. 19.

293.

Communes cum Christo habet prerogatiuas

Chryso.

cere-

ceretur, manifestata est. Ecce vt Ioannes Christi participat excellentias.

Diuus Ambrosius natiuitatem Filij Dei commendat ex eo, quod non alterius, quam Angeli ore, oraculoque denuntiari debuisset, qua legatione exultat, & superintonat de nube Angelus. *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Luc. 2. num. 10. Notatque id Diuus Ambrosius, lib. 2. in Lucam, in initio, his verbis. *Tanti enim mandati mysterium, non hominis fuit sed Angeli ore promendum.* Porro hanc etiam commendationem Ioannis natiuitati Deus impertit, hoc illi etiam largitur encomium, subnotat id Diuus Petrus Chrysologus, serm. 91. *Angelico (inquit) preconio Ioannis profertur gloria, virtus insonat.* Vt in hoc etiam filius Zachariæ similis euaderet filio Dei, & filius Elisabethæ; hac etiam parte par esset filio Virginis. Querit item admirandus Diuus Petrus Chrysologus, sermone 91. quare Angelus Gabriel Baptistæ laudes suscipit promulgandas? Eas enim deprædicans, ait. *Erit magnus coram Domino.* Luc. 1. num. 15. idque factum docet, quia Ioannis Baptistæ laudes homines comprehendere non valebant. *Quia (inquit) quod supra homines est homo referre non sufficit, virtutes nascentis Angeli Angelus iam loquatur.* Neque enim alius, qui angelica non polleret eloquentia Ioannis ornamenta laudum, aut sepire memoria, aut periodis concludere potuisset.

Luc. 2. n. 10. D. Amb

294.

Angeli ore Christus, & Ioannes annuntiantur

Chryso.

D. Petr.

Idem.

Luc. 1. n. 15.

295.

Ioannis laudes non nisi Angelus posset referre.

Certè hanc laudem, quod ore angelico promittatur, vt memori mente reponamus; admonet Hugo Cardinalis adhuc locum. *Nota, inquit, quod idem Angelus Gabriel nuntiauit conceptionem Præcursoris, & conceptionem saluatoris.* Meminit hanc excellentiam Guericus Abbas, serm. 3. de S. Ioanne. *A Prophetis (inquit) prænuntiatus, ab Archangelo promissus, & eodem, quo Christus.* Suspicit eandem Diuus Ambrosius, sermone 63. his verbis. *Illud autem quam mirandum, quod idem Gabriel Archangelus utriusque Natiuitatis officium representet.* Eandem Ioannis gloriam admiratur Ecclesiæ lumen August. sermone 20. de sanctis his verbis. *Iam illud, quantum gloriæ est, quod Zachariæ Sacerdoti seni, & Elisabeth sterili à Gabriele, id est, ab illo Angelo promittitur à quo Mariæ Natiuitas Domini nuntiat, & quasi ex aliquo simili Domini promittitur filius sterili, ante filium Virginis, nescio quod maius miraculum ipsa Natiuitate declarans.* Eandem denique notat Origenes homil. 4. in Luc. *Natiuitas (inquit) Ioannis plena miraculo est; quomodo enim Domini nostri, ac saluatoris aduentum Archangelus nuntiauit; ita & Ioannis ortum Archangelus nuntiat.*

Ad hæc, Antipater oratione de Ioanne Baptista, eiusdem laudes protendit ulterius: scribit enim Archangelum Gabrielem, cum Ioannis arcana mysteria apud superos legisset in libro vitæ, excellentiasque varias, & multiformes prerogatiuas agnouisset, sponte in eius obse-

Hugo Cardin.

Gnerri.

D. Amb

296.

Per eundem Archangelum Christi, & Ioannis natiuitas annuntiat.

D. Aug.

Antip.

quium e summo cali vertice ocysimo volatu descendisse: sic enim cum Zacharia loquentem inducit Archangelum. Ad te veni de calo, non solum portans filium, sed etiam veni, cum ex libro superno didicissem nomen eius, qui nascitur, in civium caelestium numerum eum adscripsit Deus, non tale mortalis produxit uterus. Ac si diceret. Tantum, ac tale cum considerassem, vltro veni, vt magni Præcursoris exordia mortalibus panderem. Ad te magni Præcursoris parentem futurum libens, ac volens properavi legatus, quia parens eris, dubio procul, illius, qui Christus in terris, & Messias, alter æstimabitur. Ideoq; idem cali Princeps, & Archangelus ad te descendendi; idem, qui pauld post ad denuntiandũ Dei in terras aduentum rursus excendam: hãc Ioannis gloriam scite subinsinuat Gregorius Magnus, homil. 34. in Euãgel. ante med. his verbis. *Qui minima nuntiant, Angeli, qui vero summa Archangeli vocantur. Hinc est enim, quod ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat.*

Cum autem Ioãnis, & Christi natiuitas ordinentur ad idẽ quoad hoc pares censentur. Vnde etiam idem Archangelus Gabriel utriusq; Christi, & Ioannis multo antè, quam nascerentur, factus est historiographus, vt aurea notula signatum reliquit Cardin. Petrus Damianus.

Gregor

297.

Gabriel historiographus, & Christi, & Ioãnis.

Damianus.

nus, ferm. 2. de Sancto Ioanne. *Eius (inquit) incomparabilis vite seriem, non historiographus quispiã, post eius obitum, texuit, sed Archangelus ille præcipuus, antequam conceptus esset in utero, sicut Domini, sic & huius gesta miranda narravit. Hec ille.*

Vt verò hæc laus amplius eluceat, vide qualis, & quantus sit hãc Archangelus, erat enim ordinis, & muneris sui dignitate clarissimus: erat secretissimorum Dei consiliorum internuntius, atque interpret: erat maximarum Dei legationũ fũctione nobilissimus. Erat vel supremus Seraphinorum: vel Archangelus adẽo Deo charus, vt ei vni Deus Incarnationis mysterium, quoad circumstantias, priusquam cæteris Angelis, imo priusquam Virgini reuelauerit: vt probabile censet Soarius, tom. de Angelis, lib. 6. cap. 15. num. 16. Ideo enim dicitur. *Missus est Angelus Gabriel à Deo. Luc. 1. num. 26. vt ostendatur à Deo immediatè fuisse illuminatum, non ab aliquo superiore Angelo, contra communem ordinem, quo supremi intermedios, hi infimos illuminant: colligiturq; ex Diuo Bernard. Epist. 77. sub finem, vbi ita concludit. Hoc responde fratribus, qui me reprehendunt, quod dixerim ad laudem Virginis, idẽo positum esse à Deo, ne cui forte beatorum Angelorum suum consilium Deus priusquam Virgini reuelasse putetur, excepto duntaxat Archangelo Gabriele. Ita ille. Tandem pro Gabrielis Archangeli dignitate, scire est*

Luc. 1. n. 26.

298.

Dignitas, & excellentia Archangeli Gabrielis D. Ber.

hoc

hoc nomen (Gabriel) componi ex duobus nominibus hebræis; altero גַּבְרִיאֵל gueber, quod virum significat altero, אֵל, el, quod est Dei nomen; atque ita sanctum Archangelum suo nomine inclusum portauisse id, quod denuntiabat, absconditum a seculis mysteriũ Incarnationis, hominis videlicet Dei, Deiq; simul hominis futuri.

EGRESSVS NON poterat loqui.
Luc. 1. n. 22.

LAVREA XXXXVIII.

Silentio magno decorantur res magnæ.

- 299. *Magna mysteria silentio inuolunda.*
- 300. *Voces diuini amoris silentium cupiunt.*
- 301. *Silentium nascitur ex admiratione.*
- 302. *Dei generatio silentio decoranda.*
- 303. *Conceptio, & natiuitas Ioannis silentio comendabilis fuit.*

Quemadmodum natalitia Aeterni Verbi mysteria, silentium excepit admirabile. Canit enim in eius celebritate exultabunda Ecclesia. *Cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus venit. Ita sanctissi-*

mi Præcursoris arcana mysteria Zacharię præsertim silentio decorantur, causa verò utriusq; silentij illa erat, quam velut e tenebris educit in lucem Diuus Hieronymus, quæst. 10. Epist. ad Algasiam. *Profundos (inquit) sensus lingua non explicat. Ideoq; in vno, & altero, prætermisso linguæ vsu, ad arcanos cordis affatus confugiendum; exemplo Virginis, de qua ita Diuus Lucas. Maria autem conseruabat omnia verba hæc cõferens in corde suo. Luc. 2. num. 19. Non utiq; tractabat ore, sed corde conferebat. Nec non eorum ritu, qui domũ Zacharię cõuenerant; ij enim euẽtis prodigiosis obitupefacti frenato repentè oris eloquio, disertissimam cordis facundiam cæpti sunt exercere. Posuerunt omnes in corde suo dicentes, quis putas puer iste erit. Luc. 1. n. 66.*

Certè res magnæ, magno oris silentio occultari amant: afferro in medium Eliæ testimonium, ex 3. lib. Reg. cap. 19. n. 12. Vbi sibilus auræ tenuis; iuxta mentem Abbatis Ruperti. lib. 5. in Reges, cap. 11. designat Incarnationis mysterium. Ea verò, quæ hunc sibilum anteibãt, illa mysteria significabant, quæ Incarnationem proximè præiuere. Quid verò post hæc subsequatur, exponit textus. *Et post ignem, sibilus auræ tenuis. Quæ verba Hebraice sic sonãt קול דממהא idest vox silentij, seu ita, vt hãc reddatur sensus. Et post ignem vox tacita: vel, vt enucleatius exponit Ionathas Chaldæus. Et post exercitus*

299.

Magna mysteria silentio decorantur. D. Hier.

Luc. 2. n. 19.

Luc. 1. n. 66.

3. lib. Reg. 19. n. 12. Rupert.

3 Reg. 19 n. 12

Angelorum,

Angelorum, vox canentium in silentio, Vbi sciscitanti, qui conuenire possint cantus, & silentium? Facio satis animaduertēs in hiscē mysterijs silentium linguæ, cantum verò mentis ex intimis cordis suspirijs formatum esse debere. Nam teste Diuo Bern. ferm. 67, in Cant. *Amor nec verba requirit interdum, nec voces vllas, solis ad hoc contentus suspirijs.* Itaq; Deus, & arcana numinis sacratoria, silentium sibi vëdicant haud vulgare, iuxta illud. *Te decet hymnus Deus in Sion.* Psal. 64. num. 2. in hebraico fonte, legendum erit. *לך להללך* lecha du mijah, id est. *Tibi silētij laus.* Quibus verbi innuitur, Dei laudes esse tantas, eas vt nemo possit dignè verbis explicare, sitq; multò laudabilius eas silentio venerari. Nam teste D. Bern. Epist. 312. *Superbis velle addere laudibus, detrabere est.* Nec non Arsenius Philosophus, apud Aulum Gellium. lib. 4. cap. 21. *Admiratio (inquit) cum maxima est, non parit verba, sed silentium.*

Vix Moyses rubum mysticam igne flagrantē vsurpat oculis, cum lingua cæpit hæsitare. *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es, ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris lingua sum.* Exod. 4. num. 10. *Adimit* (inquit Alexandrinus Philo, lib. Quis rerum diuinarum hærcs) *vocem, aut vehemens dolor, aut nimia letitia.* Quamobrem, & Moyses fatetur se parum vocalem, & lingua tardum, ex quo cæpit habere cum Deo colloquia. Hæc rubus Incarnationis arcanum mysterium re-

presentabat, ideoq; ad primum illius intuitum, lingua Moysis obmutescere cepta est. Equum enim erat, vt vel umbra tati mysterij, silentij honore condecoraretur. Cui doctrine applaudit Diuus Gregorius Nazianzenus. Orat. 11. de Theologia, vbi sic loquitur. *Dei generatio silentij honore decoratur, abundè tibi magnum est scire, Deum genitum esse.* Proh, quàm magna hinc oritur Ioannis Baptistæ laus, cuius Natiuitas, vt Natiuitati Christi assimiletur, Zachariæ sacro silentio colitur, & honoratur. Vnde Diuus Petrus Chrysol. ferm. 86. *Non est mirum (inquit) si turbatur Sacerdos, si stupet doctor, si paucescit antistes, si tacet minima, cum videt maxima.* Videt utiq; venturum in orbem terrarum aduentantis Dei Præcursores, cuius laudes Dei ipsius ore postea celebrabuntur: ideoq; *Egressus non poterat loqui.* Deserit verba (inquit Chrysol. ferm. 86.) *cum signa conspicit.* Lingua enim, vt signa declaret, & sacramenta penitissima diuulget, rudis habetur, & impolita. Et iterum eodem sermone Chrysol. *Zacharias (inquit) summi Sacerdotij splendor dum exorat, obmutuit, tacet pater vocis, genitor clamoris obmutuit, & egressus silentium retulit, qui responsa relaturus intravit.* Porro simul ac mysteria diuina docetur, silentium, quod illa comitari solet, ab eodem cælinuntio arctè didicit amplecti. Ille (addit idem Chrysol.) *vbi sentit lingue sue vincula, sui ianuam clausisse sermonis, imperant nutu: ne quis causas taciturnitatis inquireret,*

quia

D. Greg. Nazien.

302.

Dei generatio silentio decoranda.

D. Petr. Chryso.

303.

Coeptio, & natiuitas Ioannis magno etiam silentio venerabilis, Idem.

Idem.

D. Petr. Chryso.

quia caeleste mysterium dicere, non didicerat, qui didicerat scire. Hæc ille.

LAVREA XXXIX.

Christi aduentus, aduentante Ioanne Præcurfore, silentio colendus, in eundem locum. *Egressus non poterat loqui.* Luc. 1. n. 22.

304. *Diuini Verbi incarnatio, vt enigma intellectum humanum subterfugit.*

305. *Angelos etiam stupor tenet.*

306. *Ex hoc silentio summa letitia deriuatur, & nulla tristitia.*

307. *Cum de filio dubitaret Zacharias, non de mysterio Incarnationis potuit dubitare.*

308. *Silentium Prophetarum Ioannes dicitur.*

Aduentabat iam tempus silentio dignum, quo, silente Dei Verbo, cætera omnia filere debuissent. Ideoq; iam Zacharias interrogatus non poterat loqui præ mysterij futuri magnitudine penitus obstupefactus. Aduentauerant iam sacrosancta mysteria nostræ Redemptionis, adeoq; sublimia, vt ad eorum intuitum non Prophetarum modo, sed cæterorū omniū ora obmutescerent. Quapropter Cyrillus Alexandr. ad Reginas appellat enigma venerandum, non disputandum. *Enigma*, inquit, *sacratissimum*

D. Cyr. Alex.

quod summa potius veneratione suscipiendum est, quàm humana iudicij trutina subiendum. Id suo Zacharias silentio significantè expressit. Quis enim ad Sacramentum ineffabile fandi facultatem non amitteret? Verum est enim illud Diui Bernardi, ferm. 2. de Incarnatione. *Abyssus imperscrutabilis est, & in quo hauriam, non est mihi, alta profunditas, ait Salomon, quis inueniet eam.* Et quidem meritissimo iure mysterium illud Zachariæ factum est inenarrabile, quod ipsis etiam cælitibus erat impenetrabile. Pende illa verba sancti Dionysij de diuinis nominibus, cap. 2. *Iesu in carne apparitio ineffabilis est sermone, & omni ignota intelligentia, ipsisq; antiquissimorum Angelorum, non satis perspecta.* Cõsidera illa Diui Ambrosij, lib. 1. de fide ad Gratianū, cap. 3. *Mihi quidem impossibile est, generationis scire secretum, mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & Angelorum.*

Hinc fit, vt in celebratissimo suo cantico Habacuh ingenuè fateatur de se ipso. *Domine audiui auditionem tuam, & timui*, cap. 3. num. 2. seu vt Interpretes 70. transtulerunt. *Consideraui opera tua & ex pau.* Cur arrectis comis, & pressa lingua vates expauescit? Quia nimirum videbat opus, supra quam dici queat, admirabile. Quia mentis oculis lustrabat ab origine inauditum Sacramentum: quod vndequaq; diuinitatē spirabat, quod non verba poscebat, sed pauorē sibi vëdicabat, & silentium. Locuples testis esto Hieronymus,

304. Incarnatio enigma veneratione, non disputatione amplectendum. Bernar. Ecclesi. 18.

D. Dyo.

D. Amb.

305.

Hic etiam Angeli silentio de fixi stupet Habac. 3 n. 2.

D. Hier.

tom.

300.

Voces diuinitatis silentio amant.

D. Bern.

Psal. 64. n. 2.

D. Bern.

Arsen. Philof.

301.

Admiratio generat silentium.

Exod. 4 n. 10. Philo.

tom.4. in serm. de Assumptione. Ignorat, inquit, ratio, mens non concipit humana, pauet calum, stupet terra, creatura etiam celestis miratur; hoc totum est, quod per Gabrielem Maria promittitur, & per Spiritum Sanctum adimpletur.

Illud tamen hic aduertat, necesse est; id quod Zacharias pre mysterij magnitudine vnionis hypostaticæ filere compellitur, nullam ipsius cordi mestitiam attulisse; sed inexplicabile gaudium potius peperisse. Audi sanctum Iustinum, lib. de confessione Trinitatis. Non pudebit me, inquit, fateri huius vnitionis ignorantiam habere, imo gloriabor potius, quod credam arcana, quæ nec ratio, nec mens valet percipere. Et verò licet Zacharias de suscipiendo filio addubitauerit, non tamen hæsitasse de futuro proximè Incarnationis mysterio, par est credere. Imò verò, crediderim, illum eo tempore, quo mutus, & fortè surdus etiã permansit (tempus autem, id, ad nouem se menses protendit) dū de Incarnationis mysterio celestis lumine afflaretur, dicere iam tunc potuisse, id quod postea D.

Leo, serm. de Christi passione exscripsit his verbis. Gaudendum nobis potius, quàm erubescendum, quod tanta superamur materia dignitate. Hac propius aduentante vnionis hypostaticæ ineffabili maiestate obmutuerunt eatenus resonantia vaticinia; & prophetarum oracula siluerunt. Vndè cū Ioannes Christo proximus aduenisset, visus est cæteris omnibus indixisse silentium, qua-

propter Diuus petrus Chrysologus, serm. 127. ita loquitur. Ioannes maior homine, par Angelis, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium prophetarum. Non aliter, ac si quis Regem magnum templum ingressurum præiens admoneat hinc inde vario murmure perstreptentes, filete, quia Rex adest. Pro huius Laureæ argumento vide, quæ paulò post dicā hoc ipso Curru. Laureæ 51.

D. Petr. Chrysol

308.

Ioannes silentium prophetarum.

LAUREA XXXXX.

Ioannis Baptistæ conceptio Christi conceptionē adumbrat.

309. Ioannis generatio, Christi generationem adumbrat.

310. Mortalem habitum excedit.

311. Ante venit, ut nasciturū Christum predicaret.

312. Illum non natura, sed gratia progeniuit.

313. Quomodo partu prior quam generatiue.

Sacer Textus ita narrat. Egressus non poterat loqui ad illos; & cognouerunt, quod visionem vidisset in templo: & ipse erat innuēs illis, & permansit mutus, & factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domū suam: post hos autē dies concepit Elisabeth uxor eius. Luc. 1. nu. 24.

Luc. 1. nu. 24.

Porro cū Ioānes gratiā significet, cūq; integritate sit Angelus (id infra liquebit) meritò

illius

S. Iusti

306.

Silentium hoc gaudium afferebat, nō tristitia.

307.

Et si Zacharias de filio, nō tamen de mysterio Incarnationis dubitauit.

D. Leo.

illius conceptio maior æstimatur humana. Rursus, cum in ceteris multis Christum delineauerit, eundem in sui etiam generatione, quoad fieri potuit, effigiat: vndè Theophylactus in Luc. c. 1. Quia (inquit) Virgo partura erat, præordinauit Deus: ut vetula pareret; non secundum legem nature, tamen ex viro. Et Sanctus Gregor. Nyssenus in orat. de sancta Christi natiuitate. Elisabeth, quæ sterilis ad senectutem peruenerat, non potestate natura sit mater, sed diuino consilio filius nascitur. Et paulò post. Viam hominibus munens diuina gratia, ne Virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis fidelium assensu sic exercuit, ut femina sterilis, & vir iam atate confectus filium susciperet.

Theop.

S. Greg. Nyss.

Idem.

Beda homil. in.

Rupert.

Beda.

D. Amb.

Eodem respexit Beda homil. in vigilia natiuitatis Baptistæ. Diuinitus (inquit) est procuratum, ut sterili matre, & utroq; parente prouectioris ætatis Ioannes nasceretur, quatenus etiã ipse ortus miraculo patesceret. Nec non Rupert. Abbas lib. 1. Comment. in Ioann. Deinde hic missus est, ut supra naturam veniret, natus ex utero senectutis, & sterili, quod non natura usus, sed solius Dei est opus. Et rursus Beda in cap. 1. Luc. apud Ordinariam. Diuinitus (inquit) procuratum fuit, ut de prouectis, diuq; fructu coniugij priuatis Ioannes nasceretur, ut inopinato ortu proles, & ipsos donum Dei gratius afficeret: & cæteros stupor miraculi pararet auditui future prophetie. Diuus Ambrosius, serm. de Ioanne. Debit (inquit) Precursor Christi aliquid simile habere natiuitati Saluatoris, si-

quidem Dominus de Virgine gignitur: Ioannes de sterili procreatur, sicut Mariam, quod Virgo peperit; ita Elisabeth miramur, quod ancilla procreauerit. Vbi ex æqualitate admirationis generationis utriusq; Christi scilicet ac Ioannis, facile erit intelligere, censuisse Diuum Ambrosium Baptistæ generationem generationi Christi fuisse similem. Grauius, & his similia verba scribit Augustinus serm. 20. de sanctis; vbi Præcursoris gloriam colligit ex eius cū Christo similitudine natiuitatis. Iam illud (inquit) quanta gloria est, quod Zacharia Sacerdoti seni, & Elisabeth sterili à Gabriele promittitur, à quo Mariæ natiuitas Domini nuntiatur; & quasi ex aliquo similis Domini promittitur filius sterili, ante filium Virginis: nescio, quod mais miraculum, (sunt hæc Augustini verba admodum sententiosa) Ipsa natiuitate declarans; insperata prole sterilitas muneratur, quia nouo partu erat muneranda, & ditanda Virginitas. Hæc Augustinus. Ecce quanta sit inter Christi, & Ioannis natiuitatē similitudo. Ecce causam, ob quam Diuus Lucas hoc capite, latè memorat parentum Baptistæ sanctimoniam. Vt (inquit Diuus Petrus Chrysologus sermone 91.) probaretur maior homine, qui introitu suo excedebat legē natiuitatis humane.

D Aug.

D Petr. Chryso.

310.

Vnde probetur maior homine,

311.

Vt generationē diuinā ostenderet, antequam ueniret.

D Max.

Nec mirū videri debet, humanā excessisse generationē, qui, ut diuinam ostenderet, antequam ueniret. In quam sententiam exclamat Diuus Maximus sermone de Ioāne Baptista. Quæ decuit

K

[inquit]

(inquit) ut de Matre sterili nasceretur, qui fecunditatem Virginis reuelabat, quatenus mirabilem partum, mirabiliter natus ostenderet. Quod fuit in causa, ut Guericus Abbas, ferm. de Ioanne Baptista, assereret, Ioannis generationem soli gratiae esse tribuendam. Ioannis natiuitatem (inquit) gratia operatur, natura miratur. Addit Ambrosius, ferm. 63. Praeclarum huic sententiae suffragium his verbis: *Ioanem concepit non natura, sed gratia. Et Chrysofostomus, hom. 3. operis imperfecti. Natus ex gratia, non ex natura: Et S. Dionysius Areopagita Angelic. Hierarch. c. 4. Sic igitur diuinitissimus Gabriel Zachariam quidem summum Sacerdotem edocuit mysteria, hoc est, prophetam fore ex ipso, contra spem, gratia diuina nasciturum puerum. Hunc vero diuinum puerum, ut non natura, sed gratia procrearet, cauit diuina Dei sapientia prouectis ad ultimam senectutem parentibus, quod perpensens D. Petrus Chrysofologus, ser. 89. calamum mouet in haec verba. In Zacharia, & Elisabeth stupet sexus, frigescit caro, membra sopiuntur, tempus praeteriit, etas transiit, abolescit totum, quidquid est, & humani ordinis, & negotij coniugalis: ut diuino munere, non partu, ex hominibus Angelus nasceretur. Et iterum idem S. Petrus Chrysofologus in sermone de S. Ioanne Baptista, qui etiam reperitur inter sermones S. Augustini in appendice, ser. 77. ubi ita. Elisabeth partus non ablatu est, sed dilatatus, donec pertransiret tempus carnis, passio corporis, voluptatis causa, & totum quod humanam confundit, grauat, onerat conscientiam, mundatur enim longo tempore sacrificij do-*

Guerri. Abbas.

D. Amb.

D. Ioan. Chryso. S. Dion.

312.

Illud uocatur non natura, sed gratia. D. Petr. Ch. yfo.

Idem.

mus, sanctitatis hospitium, Angeli domicilium. Nec rursus deest locuples autoritas eiusdem D. Petri Chrysofologi ferm. 61. *Fides (inquit) concipit, castitas parit, nascitur maior homine, par Angelis: ita ille.*

Diserte notauit hoc mysterium Chrysofostomus in encomio venerandi Praecursoris, quod habetur apud Surium, to. 3. mense Iunio fol. 902. expensens illa uerba. *Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1, n. 57. ubi ita legit. Impletum est tempus pariendi, & genuit filium. Vbi merito haeret Chrysofostomus ad uerbum (genuit) nam generatio anteit partum, non sequitur. At id quidem uerum est humanis in generationibus: Ioannis autem generatio non tam erat humana quam diuina. Illud quidem (inquit Chrysofostomus) est opus naturae, hoc uero supra naturam, quandoquidem peperit quidem, ut mulier: sed superuenit gratia Sancti Spiritus, & genuit supra naturam. Aliud enim est natura opus, aliud gratia: erat enim miraculum, quod fiebat ab Ioanne, & non tantum habebat paterni generis, quantum Dei Verbi. Indeque ducunt exordium mutuae illae admirationes cognatorum in Ioannis natiuitate exultantium, uicissimque iterantium. *Quis putas, puer iste erit. Luc. 1. num. 66. Hinc stupor ille mirificus, quo parens Zacharias in templo corripitur: ut nimirum ex parte saltem adumbraret futuram paulo post, Sanctissimae Virginis trepidationem ad Angeli denuntiatum oraculum.**

Idem.

313.

Quomodo prius paritur, deinde gignitur.

Luc. 1. n. 57.

Chryso.

Luc. 1. n. 66.

Turbata

Luc. 1. n. 29. D. Cyr. Hierol.

Luc. 1. n. 34.

Psal. 138 n. 14.

Beda.

*Turbata est (inquit Textus) in sermone eius Luc. 1. n. 29. De qua commotione animi praecclare. D. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 13. ubi sic loquitur. De Virgine natus est, Virgines efficiens animas, sed miraris, quod dictum est, mirabatur & ipsa, que peperit, dicit enim ad Gabrielem. Quomodo fiet istud. Luc. 1. n. 34. Ex his iam liquet, quanta inter utramque; Christi scilicet, & Ioannis generationem, & quam diuina, ac prodigiosa fuerit similitudo: ob quam praesertim similitudinem uidetur exclamare potuisse Ioannes. *Cogitebor tibi Domine, quia terribiliter magnificatus es. Psal. 138. n. 14. ubi Tigurina editio ita habet. Cogitebor tibi, quod miris, & stupedis modis productus sum. Nec abs re, nam & id in Ioanem mire quadrat: & Beda huius psalmi magnam partem explicat de Ioane.**

CELABAT SE MEMBRIS quinque.

Luc. 1. n. 16.

LAVREA XXXXI.

Ioannis uterque; parens silentio mirabili admirabile Dei uocem efformant.

314. Alto patrum silentio Ioannis uox grandis exprimitur.

315. Silentio sanctorum festiuitates celebriores.

316. Silentium praesire uocem constat.

317. Deus tacet Iobus silentio loquitur.

338. Roboratur exemplis.

Querere est ad hunc locum, quare Zacharias pariter, & Elisabeth in explicabile nouae generationis letitia, uelut ex eodem concorditer occultetur? Ut nimirum ex magno silentio uox magna formaretur: quod mysterium D. Petrus Chrysol. ser. 92. non satis demiratur. *O quanto silentio (inquit) uox nascitur. O quanta taciturnitate tuba seculis inclamatur a generatur. O quod secretum diuini iudicis dat praecognitionem!* Quod respexit os aureum Chrysofostomus in encomio Natalis uenerandi Praecursoris apud Surium, to. 3. mense Iunio fol. 902. ad illa uerba. *Et ipse erat inuens illis, & permansit mutus. Luc. 1. n. 22. Vbi Chrysofostomus ponderat illud (Permansit.) Pulchre (inquit) Euangelista conscripsit illud (permansit) permansit enim silentium expectans uocem, quae nascebatur, Zacharias Ioannem. Nec uox a deo sancta sine sancto silentio genitari poterat.*

Certe silentium a deo sanctum habetur, a deo solenne, ut ethnicorum etiam solemnitates, non nisi silentij ornatu decorari solerent; quas eatenus tantum ueneratur (caeteroquin ridens) Tertullianus. lib. contra Valentin. c. 1. ubi festa appellat. *Sancta silentio magno. sola taciturnitate caelestia. Quasi diceret, quoad caetera, quidem impiissimae sunt ex gentium festiuitates, & irreligiosissimae; at solo silentio spirare pietatem, anhelare sanctimoniam uidentur. Tantum enim est silentij decus, tanta silentium Sacerdotum grauitas, ac maiestas, ut eo uelut sacro uelamine se tueantur impij ritus, ac nefariae caeremoniae. Quod si*

D. Petr. Chryso.

314.

Pariter silentio magno formatur magna Ioannis uox.

Luc. 1. n. 22. Chryso.

Tertul.

315.

Quomodo silentio honoret, & Sanctas reddat festiuitates.

silentium in rebus sacris vasa-
nis etiam gētium ritibus deco-
rem affert. Quidni multū deco-
ris, & ornamentū addat sacris
Christianorū locis, ac mysterijs?
Chrysoſtomus hom. 1. in 1. Tim.
refert, olim ſuperne inſcriptam
in tēplis ſilētium fuiſſe. S. Gre-
gorius Nazianzenus orat. 19. in
laudē patris, hoc matris ſuæ en-
comiū memorat. *Cur nō illi quoq;
ad laudē p̄ſclarū ſit: quod ſilentij ho-
nore ſancta coluerit. Quod nunquā in
ſacris locis illius vox audita ſit. Quod
veneranda menſe nunquā terga ver-
terit: nec diuinū ſolū conſputando in-
quinauerit.* Porro in Eccleſijs ſilē-
tiū Patres ſeridē cōmendāt: Am-
broſius lib. 3. de Virgin. Auguſt.
ſer. 271. de tēpore. Baſilius hom.
in pſal. 18: Chryſoſtomus hom.
38. ad popul. Iſidorus Peluſiota.
lib. 1. Epīſt. 45. Qua in re ruborē
nobis ingerere debuiffent exē-
pla, que cōmemorāt, tū D. Am-
broſius citato lib. tū Quintilia-
nus declamatione 365.

Et verò, quia ſilentium magnā
addit rebus ſacris authoritatē,
ac maiestatem: future filij ſancti
tati mirabili, admirabilis ſilētij
ſanctitatē adnectit vterq; parēs,
vt, vtriuſq; geminato ſilētio, my-
ſterij geminetur authoritas, &
maieſtas. Decebat quippe, vt v-
terq; parēs viciffim conticeſce-
ret, certaretq; mutudē de arcano
ſilētio, cui inſolēs gloria de fu-
tura filij voce inaudito fauore
promittebatur. *Tēpus tacēdi, tēpus
loquēdi.* Eccleſiaſtes 3. n. 7. Nō de
nihilō prius Salomō mentionē
facit ſilentij, quam eloquij, vt
oſtendat ſpiritum Sanctū, dum

ex alicuius ore præſtātes, ac di-
uinas voces ſtudet efformare,
prius in eius pectus, atq; animū
immittere ſolere ſilētium. In quā
ſententiā S. Gregorius Nyſſenus
hom. 8. in Eccleſiaſtē. *Priori loco,*
inquit, *collocatū eſt tēpus tacēdi; &
poſt ſilentium, dedit tēpus loquēdi.* Fir-
mat idē Cardinalis Hugonis Cō-
mētarius in hūc locū. *Tēpus (in-
quit) tacēdi ante acquisitionē ſciētiae
per doctrinā: de hoc Hieronymus. Nihil
nobis videtur eſſe rectū, niſi quod diſci-
pulis efficiamur magiſtri. Prius enim
debet homo eſſe cōcha, quā canalis; diſ-
ciplina pythagorica eſt; per quinquen-
niū tacere, & poſtea eruditos loqui.*
Vt enim præclare dixit S. Gre-
gorius c. 30. in c. 11. Iob. *Ille ſcit
rectē dicere, qui & ordinatē nonit ta-
cere.* Hoc ipſū applico ſanctiſſi-
mis Iohannis parētibus Zacharię,
& Eliſabeth, prophetādi ſpiritu
paulō poſt afflādis; quorū corda
diuinus ſpiritus prius mouet, vt
taceāt, qui nō ita poſt mouebit,
vt & per ſe, & per filiū in omnes
orbis oras doctrinæ voces edāt
admirabiles.

Solet porro ſilentium efficaciffi-
mas voces, & ſonos præſtātiffi-
mos emittere. Ideoq; hoc ſermo-
nis genere, vt potē graui, ſepe re-
ges vtūtur, vt cernere eſt in Iob
Rege quondā Oriētaliū pa-
tiētiffimo. De quo ſacer textus,
preclarū illud exhibet testimo-
niū. *Finita ſunt verba Iob.* Iob. 31. n.
40. Vbi trāſlatio ſeptuaginta in
terpretum ſic habet *καὶ ἐταύσατο
ἰὼβ ἐν ἡσυχίᾳ*, id eſt, ceſſauit Iob ver-
bis. Notādūq; emphaticē dictū
fuiſſe, ceſſauiffe Iobū loqui verbis.

Nam

Chryſo.

S. Greg
Nazia.

Exēplū
ſilentij ma-
tris.

Ambrō.
Auguſt.
Baſilius.
Chryſo.
Iſidorus
Peluſio.

Eccleſ.
3 n. 7.

Grego.
Nyſſ.

Hugo
Card.

316.

Vocē pra-
ire debet
ſilentium

Iob 31.
n. 40.

317.

Iob ceſſas
verbis lo-
quitur ſi-
lentiō.
Origen.

Nam etſi verbis loqui deſtitit,
perrexit tamen loqui mirifico
ſilentio. Ita grauitè ponderauit
Origenes in Catena Græcorum
Patrum in Iob. *Nō ſimpli-iter (in-
quit) ceſſauit, ſed verbis, cor enim
eius in diuinarum rerum cogitatione
non ceſſauit.* Ita planē Zacharias,
ita Eliſabetha ē regali proſapia,
& ſi verbis loqui ceſſauerunt, ſi-
lentio tamen magna iam myſte-
ria perſonabant: magna diuini
numinis arcana corde intimo, &
cogitatione pertractabāt. Quo
etiam loquendi genere celebris
extitit nobilis Suſanna Danie-
lis 13. de cuius facundo, & elo-
quente ſilentio ita ſcripſit Di-
uus Ambroſius tom. 5. lib. 1. of-
fic. cap. 3. *Eſt magnum, & negotio-
ſum ſilentium, vt erat Suſanna, que
plus egit tacendo, quam ſi eſſet locuta,
taceudo enim apud homines, loquuta
eſt Deo; conſcientia loquebatur, vbi
vox non audiebatur.* Hoc erat no-
biliffimum loquēdi genus, quo
nobilis Suſanna, quo Rex Iob
loquebatur: hoc voces ef-
formantur grauiore, & facun-
dia gignitur vberior. Nec diſſen-
tit exemplum Maximiliani filij
Friderici tertij imperatoris, ac
Leonore Eduardi Regis Portu-
gallię filię in Noua ciuitate Au-
ſtrię geniti, ab infantia in no-
num penē etatis annū elinguis,

vt plerisq; mutus iudicaretur.
Sed, vt difficultas illa loquendi
in pueritia fuit plerisq; mole-
ſta, ita in perfecta eius etate fa-
cundia omnibus etiam externis
fuit admirabilis, quippe, qui
ſupra patriam linguam Latinē,
Gallicē, & Italicē eleganter
loqueretur. Cumq; Franco-
fordiæ in Regem Romanorum
eligeretur, collaudantibus eum
certatim principibus corā Fri-
derico Imperatore, & potiffi-
mum, quod expedite Latinē lo-
queretur, & legeret: reſpondit
Fridericus aſtantibus, neſcio,
quopacto loquatur: hoc mihi
certē conſtat; quod cum aduo-
decimum etatis ageret annum,
ſubuerebar ipſum mutum futu-
rum, ita Cuſpinianus in Thea-
tro vitæ humanæ volumine 2.
lib. 5. vt vel hinc colligas, ore
muto eloquentiam generari, &
ſilentio diuturno gigni facun-
diam perpetuam. Et verò nos
etiam hīc ſilentium indicamus
ijs, qui coronati laureis, Sancti
Iohannis laudes hoc primo Cur-
ru inuecti canunt, vt voce pa-
rum per preſſa, ad mouendum
concentu ſuauiore ſecū-
dum Currum ala-
criores exur-
gant.





CVRRVS SECVNDVS

IIS ADORNATVS

LAVREIS, QVÆ S^{MÆ.}

VIRGINIS VISITATIONEM, IOAN-
NISQ; NATIVITATEM, ACCIR-
CVMCISIONEM REDIMIVNT.

EXVRGENS AVTEM MARIA IN
diebus illis abiit in montana cū festinatione in Ciuitatē Iudæ,
& intravit in domū Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

Luc. i. num. 29.

LAVREA I.

De loco, distātiaq; & antiquita-
te Motanæ ciuitatis, in qua
Ioānis parēs Zacharias, habi-
tabat.

1. Absolvitur Evangelista à calūnia.
2. Tribus Leuitica 48. ciuitatibus do-
natur.
3. Hebron Ciuitas nobilissima varijs
de causis.
4. Illius antiquitas.
5. Quondam ab Abrahamo habitata.
6. Quo pacto illā Euāgelista inculcat.

I.
Evangelista
sua calūnia
liberatus.



EMO sibi quam-
tumuis videatur fa-
piens, diuinum hi-
storicum sanctum
Lucam Evangelistā
negligentiæ redarguat, quod no-

men ciuitatis, quam Zachari as
incolebat, & ad quam sanctissi-
ma Virgo festinās accessit, haud
exprimat. Nam satis expressit,
dum ciuitatem Iudæ in monta-
nis positam, ibiq; Zachariam
habitare, scripturæ mandauit,
tradiditq; posteritati.

Sed, vt hæc clariora reddā-
tur, altius necesse est antiquita-
tis euoluere monumenta. Igitur
ex instituto Moyſis legislatoris
diuisit Iosue Tribui Leuiticæ,
filijs Aaron, quadraginta octo
ciuitates. Iosue 21. Easdemq; nō
simul positas; sed, quod ē ceteris
tribubus essent acceptæ, ex di-
uersis Palestine locis, vbi singu-
læ degerent; ab inuicem longio-
ribus interdū spatijs separatas.
Porro, cum prædictæ ciuitates
fortibus diuiderentur, prima,
quæ egressa est, fortitō data fuit

2.

Tribui
Leuiticæ
ciuitates
48. attri-
buita.
Iosue 21

familię

familię Caath Leuitici generis
ex filijs Aaron, ciuitas nimirū
ex tribu Iuda, quę Cariatharbe,
alio nomine Hebron, siue Che-
bron est nominata: quæ, vt di-
uina scriptura testatur, posita,
& collocata fuit in monte Iuda;
in qua quidem regione nulla
alia erat ciuitas Sacerdotalis.
Eratq; hæc vrbs, Hierosolymis
exceptis, ceteris Palestinæ ciui-
tatibus multo clarior, ac nobi-
lior: tum ob insignem antiqui-
tatem; tum ob egregia rerum
gestarum monumenta: quan-
doquidem ibi habitauit Abra-
ham; ibi vnctus est Dauid ibiq;
extiterūt patriarchatum sepul-
chra celeberrima: vt, post diui-
nam scripturam, testatur etiā Io-
sephus antiquitatis libro quin-
to capite 2. vbi de eius antiqui-
tate hæc insuper addit. *Hebron
septem annis est antiquius, quā vrbs
Ægypti Tanis.* Et rursus idem Io-
sephus de bello Iudaico, lib. 5. c.
7. *Hebron autem (inquit) indigenæ
ferunt, non eius terræ modo ciuitati-
bus, verum etiam Ægypti Memphij
antiquiorem; deniq; duo millia & tre-
centi eius connumerantur anni. Hoc
autem narrant, Abraham quoq; paren-
ti Iudeorum fuisse domicilium, postea
quā Mesopotamiæ sedes reliquit, eiusq;
posteris hinc ad Ægyptum esse profe-
ctos: quorum nunc etiam monumenta
extant in eadem ciuitate peroptimo
marmore liberaliter fabricata. Cerni-
tur autem sexto ab oppido stadio ar-
bor maxima terebythus, eaq; memo-
rant ab initio mundi creati nunc vsq;
durare.* Hactenus Iosuephus.

3.
Hebron
vrbs cla-
rissima
mulis de
causis.

Iosueph.

4.

Eius an-
tiquitas.

5.

Olim A-
braha se-
des.

D. Hier.

De eadem ciuitate scribit
D. Hieronymus Epil. 27. his ver-

bis. *Ascendit Chebron, hæc est Caria-
tharbe, idest oppidum virorum qua-
tuor, Abraham, Isaac Iacob; & Adam
magni, quem ibi conditum iuxta li-
brum Iesum Naue, hebræi autumant:
licet plerique Caleb quartum putent,
cuius ex latere memoria monstratur.*
Et rursus idem Hieronymus de
locis hebraicis. *Est, inquit, quer-
cus Mambre iuxta Chebron, in qua
vsq; ad etatem infantie mee, & Con-
stantij Regis imperium terebythus
monstratur peruetus, & annos magni-
tudine indicans; sub qua habitauit
Abraham miro enim cultu ab ethnicis
habita est, & velut quodam insigni no-
mine consecrata.* Hæc Hierony-
mus: & rursus, lib. de locis he-
braicis, post initium, tom. 3. red-
dens causam ob quam Caria-
tharbe appelletur. *Eo quod (in-
quit) ibi quatuor Patriarchæ Abrahā,
Isaac, & Iacob sepulti sunt; & Adam
magnus, vt in Iosue libro scriptū est,
licet eum quidam conditum in loco
Caluarie suspicentur: hæc est autem
eadem Chebron, olim metropolis Phi-
listinorum, & habitaculum gigantum:
regnumq; postea Dauid in Tribu Iu-
da ciuitas Sacerdotalis, & fugitiuo-
rum; distat ad meridianam plagam
ab Ælia millibus circiter viginti duo-
bus.*

Nec dissentiunt scriptores
alij, qui regionis illius loca des-
cripserūt. Hi enim viginti duo-
bus milliaribus Chebrō ab Hiero-
solymis distare testantur, vt
videre est apud Bedam de locis
sanctis, cap. 9. Concordat etiā id
quod multi scribunt, Hebrō leu-
cis octo distare, Hierosolymis.
Quomodo autem idem locus
(eo quod ibi fuisset quercus Mā-

Idem.

Idem.

Olim me-
tropolis
Philistino-
rum, & in
ea Dauid
primo re-
gnauit,

Beda.

K 4

bre,

bre, quoddam; tres ibi visi sunt Abrahamæ Angeli, ubi unum tantum adoravit) summa veneratione a Christianis Iudeis, pariterq; gentilibus haberetur, pluribus scripsit Sozomenus historiae lib. 2. cap. 3. Ex his colligi potest diuinum historicum, & Euangelistam Lucam non arguendum fore negligentiae, quod hanc urbem adæo antiquam, adæo nobilem videatur inuoluisse silentio: satis enim eam videtur expressisse: dum enim scribit, in ea Zachariam habitasse, per consequens apparet, eam sacerdotalem fuisse ciuitatem: cum vero insuper adijcit, illam sitam fuisse in Montanis Iuda, Chebron esse demonstrat. Unde etiam certum est, ab scopo eos aberrasse, qui huius nomine ciuitatis, Hierosolymam intelligendam fore putarunt: Hierosolyma enim non numeratur Iosue 21. inter vrbes sacerdotales: sed potius regia erat ciuitas: quod, tantum tempore vicis suae, Sacerdotes eius sedibus, ac urbibus, accedere consueuerant. Et verò Borhardus in descriptione terrae sanctae, parte 2. cap. 7. 68. domum Zachariae sic collocat in Montanis Iudae, ut tamen ab Hebron, seu Chebron nouem leucis distare, eandemq; non in ciuitate, sed in campestribus sitam dicat: at certe authore Diuo Luca Euangelista intra ciuitatem Iudae positam fuisse Zachariae domum, non in campestribus, constat. Huc se tulit Angelorum Regina, & Deiparens Sanctissima Virgo: de cuius accessu, proximi

Sozomē

6.

Quomodo ca factis Euangelista de claret.

Iosue 21

Hac de re videndus Cardialis Baronius 1. to. in apparatu ad annales, fol 37 s. Iam vero, Sabastianus Barro ad 9. c. 1. lib 7. c. 12. Tolutus in Luc. c. 1. anno 115.

me post dicendum.

LAVREA II.

Quam celebris olim fuerit Hebron Ioanis patria propter sacros primorum parentum cineres, ossaq; & cadauera Patriarcharum ibi condita. Super eadem verba. *Abijt in montana, cum festinatione.* Luc. 1. n. 39.

- 7. Sanctissimi 3. Patriarchae in Hebron tumulati.
- 8. Ibidem consepulti iacent Adam, & Eua.
- 9. Secundum alios Hierosolymis sepelitur.
- 10. Concordatur utraq; opinio.
- 11. Noe Caluariam Adami natomajoti legauit.
- 12. Qua auctoritate polleret Iacobus Orrhobita.
- 13. In Hebron sepeliri exoptabant posteri Patriarchae, quia ibi iacebant primi.
- 14. Isaac ultimam vitam periodum in paterni tumuli meditatione consumpsit.
- 15. Quantam de sepulchris curam veteres habuerint.
- 16. Idem in 12. Patriarchis videre licet.
- 17. Omnes, praeter Iosephum in Hebron translati.
- 18. Simul cum vxoribus tumulantur in Hebron 4. praecipui Patriarchae.

19. Ex-

- 19. Exceptio firmat regulam.
- 20. Oritur difficultas, an fuerint illi Patriarchae sepulti in Sichem.
- 21. Primo in Sichem, hinc postea in Hebron transferuntur.
- 22. Melius id per synecdochem explicatur.
- 23. Fit satis D. Hieronymo.
- 24. Aliqua, quae probant, non fuisse prius in Sichem.
- 25. Ob caeli temperiem in Hebron multi confluunt.
- 26. Huc etiam Principes, & Christus cum matre proficiscitur.
- 27. Deipera a uorum etiam cineribus religiose parentabat.
- 28. Tunc Christus imperator, quando amicis fauet.
- 29. Quid mystice Cariatharbe significet.
- 30. Verosimilius una cum Christo iam nato Virginem Hebron uenisse.

D. Hier

7.

In ea consepulti quatuor nobilissimi Patriarchae.

8.

Ibi Adā, & Eua. Geneb.

Verba D. Hieronymi, tomo 3. de locis Hebraicis ita habent. *Arbee* (haec, ut supra diximus, erat Hebron) id est quatuor, eo quod ibi quatuor patriarchae Abraham, Isaac, & Iob, sepulti sunt, & Adam magnus, ut in Iosue libro scriptum est. Haec est autem eadem Chebron. Fuisse ergo in hac vrbe primos humani generis parentes, ac principes Adamum, & Eua consepultos, certior affirmat opinio: eaq; firmatur imprimis ex antiqua Hebraeorum traditione apud Genebrardum. lib. 1. Chronologiae, folio 16. *Sepultus* (inquit) est (ut constans est Hebraeorum traditio) in terra Israel prope agrum Damascenum. Et paulo post. *In Hebron, siue Kiriath Arbee ciuitate Enachim* (id est Gigantum)

sepultum est Iosue. 14. *Bereit*, Ribbat, & Medras Cantici cantic. affirmat, nempe in valle Mambre Hierosolymis distante viginti duobus millibus passuum versus Australem plagam, ut proinde tam sedulo illius locis speluncam a Chananeo, & Abraham emerit in eius rei memoriam. *Vnus Adam* de illis de quibus Hebraei in officio mortuorum canunt. *Patres, qui dormitis in Hebron, portas paradisi Eden huic aperite.*

Certe diligens Abraham cura, & sedulitas, qua hoc sepulchrum alienatum ab Ephron recuperauit. Genes. 23. nu. 17. Haud obscure probat, inibi venerabiles primorum parentum cineres, & ossa sacra condita fuisse. Iam uero doctor maximus Hieronymus multis in locis hoc confirmat. lib. de locis hebraicis ad initium, tom. 3. & in Epitaphio Sanctae Paulae: & lib. 3. Commentariorum, in Epist. ad Ephes. cap. 5. & super Matth. cap. 27. *Audiu* (inquit) quemdam, exposuisse Caluarie locum, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput; & hoc esse, quod Apostolus dicit: *surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus* fauorabilis interpretatio, & mulcens aures populi, nec tamen uera. Et paulo post subiungit. *Adam uero sepultum iuxta Hebron, & Arbee in Iesu Iulij Nane volumine legimus.*

Porro propter luculentum adæo Hieronymi testimonium, probationesq; adæo uerosimiles huic opinioni multi adhaeserunt. Sanctus Isidorus imprimis id constanter afferit, lib. de ortu, &

Gen 25 n 17.

D Hier

S. Isido.

obitu

obitu Patrum cap. i. his verbis. *Sepultus est autem in loco Arbee, qui locus nomen à numero sumpsit, hoc est quatuor: nam tres Patriarche ibidem sunt sepulti, & hic quartus Adam.* Accedit Sanctus Thomas 3. p. q. 46. art. 10. ad 3. his verbis. *Adam vero sepultum iuxta Hebron Arbee, in Iesu filij Nave volumine legimus.* In eandem sententiam pedibus it Beda venerabilis, & lib. de locis sanctis, cap. 9. & in cap. 7. Super Acta Apostolorum, ubi ita scribit. *In quo ipse Abraham, Isaac, & Jacob, & Adam protoplastus sepulti.* Nec non Alcuinus eius auditor lib. quæst. in Genes. interrog. 210. tom. 3. bibl. SS. Patrū. *Ibi (inquit) quatuor Patriarche sepulti sunt, Adam magnus humani generis pater, Abraham, Isaac Jacob.* Et Marianus Scotus author, & antiquus, & locuples in Chron. 1. p. ætate 1. *Adam (inquit) pater generis humani Dei manibus ex terra creatus vixit annis nonagētis triginta, & obiit, & sepultus est in Cariath Arbee, quæ distat ab Hierusalem viginti duobus millibus ad Australē plagam.* Eandem amplectitur Hugo Cardinalis in cap. 23. Genes. & historia Scholastica cap. 59. super Genes. & Nicolaus de Lyra in cap. 14. Iosue, & Brocardus in descriptione terre sancte cap. 52. apud Enricum Canisiū, to. 6. lectionis antique; & Thomas Anglicus in cap. 23. Genes. & Abulensis tum in cap. 14. Iosue, tum lib. de optima politica. Eidem hærent ex neotericis, præter alios complures, Ioannes etiam arborens, lib. 1. teosophie; Sixtis Senensis lib. 6. Bibliot.

D. Tho.

Beda.

Alcuin.

Marian. Scotus.

Hugo Cardin. Histor. Schol. Lyran. Brocar. Thom. Anglico Abulens. Ioannes Arbore. Sixtus Senensis Genebr Iansenius D. Sæct. D. Auila

annot. 122. Genebrardus lib. 1. Chronol. fol. 5. Cornelius Iansenius in sua concordia Euang. 143. Eandem sua autoritate firmat, ac roborat Illustrissimus D. D. Sanctius, de Auila Episcopus Mentifensis, lib. 1. de veneratione Sanctarum reliquiarū, ubi hoc argumentum docte, & luculentè pertractat.

Neq; officit, vt ille sapienter animaduertit, eorum opinio, qui autumant, sepulchrum primorum parentum situm fuisse Hierosolymis in Caluarie loco, ubi postea Christus humani generis assertor est crucifixus, quæ tuetur Cardinalis Baronius, to. 1. Annal. anno Christi 34. a nu. 112. Origenes, Tertullianus, S. Basilius, S. Athanasius, S. Epiphanius, S. Ioannes Chrysofostomus, S. Ambrosius, S. Augustinus, quorum loca citat idem Cardinalis; Eandem defendit S. Cyprianus, serm. de resurrectione S. Anastasius Antiochenus, lib. 7. in Examer, tom. 1. Bibliot. SS. Patrum, Theophylactus super cap. 27. Matth. Euthymius ibidem, Germanus Constantinopolitanus in Theorica rerum Ecclesiasticarum post initiū, to. 1. Bibli. SS. Patrum, Georgius Cedrenus in compendio histor. fol. 353. inter quos cōuenit, Adamū, aut saltè eius caput in Caluarie loco fuisse humatum: nō, inquam, officit horum opinio nostræ sententiæ: tametsi enim hi Patres non sine magno fundamento videantur id asserere potuisse: contraria tamen, quæ sequimur, opinio, & Patrum au-

9.

Multi autumant, sepulchrum fuisse Hierosolymis.

Baroni. Origen. Tertull. Basilius Athan. Epiph. Chryso. Ambro. August. Cypria. Anasta. Antiq. Theop. Euthy. German. Cōstati. Cedre.

thoritate

thoritate nititur, & veritate: qua in re, vt aperiatur, quod censeo, & duas prima specie inter se pugnantem Patrum acies componam.

10. Concordia utriusq; sententiæ

Pro certò statuendum est, Adami reliquias, & ossa, diuersis temporibus his duobus tumulis, primò videlicet in Hebron, secundò in Caluarie monte conqueuisse: atque hoc pacto vtraq; sententiæ federata apparet: fuit ergo antiquior tumulus Adami in Hebron, quod cū Noe ex aorum traditione accepisset, ossa inde plenus spei accepit in arcam: aquarum deinde inundatione cessante præcipuas orbis terrarū partes, nec non Adami ossa filijs partitus, Caluariam, partem corporis nobiliorem, filio sem natu maiori dedit. Is Asiam, in eaq; Palestinam fortitus, & Hierosolymam primò inhabitans primæ parentis venerabile caput sepulchro locat honorificentissimo. Ità scribit antiquissimus author Iacobus Orrhohita, quem refert Andreas Mafius, in caput 24. Iosue ita scribentem, *Noam ossa primæ parentis Adami religiose in arcam ad se recepisse, & post siccatum à diluuiio terrarum orbem, illa inter suos tres liberos, cum orbe ipso destruitur, semoq; quem anteferebat ceteris, caluariam donasse: & cum ea regionem illam, quam modo Iudæam appellamus. Vtq; videamus huius, Iacobi Orrhohitæ autoritas quanta sit, sciendum est, hunc illum fuisse magistrum Sancti Ephrem Syri, atque ad eum hunc eundem esse illum magnum Ia-*

11. Noe Caluarie Adami semo natu maiori dedit: is autem Iacobus Orrhohita

Iacobus Orrhohita Mafius.

12.

Iacobus Orrhohita, qui fuit, & quæ autoritate.

cobum Nisibeno Episcopum in Persia, Doctoremq; Syrum toto orbe nominatum: quem cū magna honoris præfatione meminit Gennadius in Catalogo virorum illustrium, cap. 1. apud Hieronymum. tom. 1.

Nec absunt memorabiles eius rei coniecturæ. Altera est, hunc esse illum, quem omnes veteres vocabant Doctorem Syrum Iacobum nomine; altera est, quia de eodem Iacobo Nisibeno affirmat Cardinalis Baronius, to. 3. Annaliū, anno Christi 338. num. 26. Magistrū fuisse Sancti Ephræ: quo pacto duo Iacobi nomina, Orrhohita, & Nisibenus in vnum re ipsa cōueniunt, qui floruit magni Constantiniani temporibus. Ad auctoritatem huius Iacobi Orrhohitæ accedit auctoritas Moyse Barcephæ Episcopi Syri, lib. de paradiso, p. 1. cap. 14. tom. 1. Biblioth. Sanctoꝝ P. P. in hæc verba scribentis. *Verum est, Ada Caluarie in Iebus, hoc est, Hierusalem sepultam, & Christi crucem in eam defixam fuisse. Certum quoque erit, Noam essetasse ossa Adami ex altera illa terra, eamq; in hanc nostram traieciisse; filio suo primogenito Sem caput dedisse, huiusq; posteritatem illud in Iebus (vt pote sua ipsorū posse sione) sepeluisse. Noster etiam Ioannes Baptista Villalpandus, tom. 3. in Ezechielem in apparatu vrbs, & templi 1. p. cap. 9. in fine nixus auctoritate prædicti Iacobi Nisibeni, hanc earum opinionum concordiam veram adiudicat, eamq; sequitur, & firmat Rabbi Simeonis Hefraie*

Gennadius.

Baroni.

Moyse Barcephas.

Villalp.

Rabbi Simeon Hefrai.

testimonio

Iij, & nepotes in Hebron relata sepeliverunt. Iosephi autē ossa postea trāsata (sunt in Ghananzā per Hebræos, dñ ex Ægypto popularitèr migrarent.

Omnes itaq; ardētī desiderio flagrabāt eo loco conquescedi post mortē. Locus enim ille (inquit Lyranus super cap. 15. lib. 2. Reg. n. 7.) Sāctus reputabatur eo quod quatuor patriarchæ principales sunt ibi sepulti cū suis cōiugibus. scilicet. Adā, & Eua; Abrahā, & Sara, Isaac, & Rebecca, Iacob & Lia; sicut dictū fuit. Gen. 23. Et ideo Absalō sigebat illuc ire ex devotione. Et verò quia ibi omnes singulari religione cōsepeliebātur notat Iosephus, lib. 1. antiq; uitatis, cap. 19. ad finē. Solā Rachelē ibi nō fuisse sepultā, sic enim ait, sermonē texēs de Iacob. Rachelē ibi ex partu mortuā sepelit, solā monumēto cognatorū in Hebrone nō illatā. Cū autē exceptio firmet regulā reliquos omnes ibi fuisse sepultos manifestè colligitur.

Restat difficultas expediēda. Nā D. Hieronymus aperte docet, ossa patriarcharū esse sepulta in Sichē: enim verò in Epitaphio S. Paulæ. ep. 27. ante mediū tom. 1. Ita loquitur. Inde divites vidit duodecim patriarcharum sepulchra, & Sebastē, id est, Samariā. Quibus verbis ostēdit duodecim patriarchas in Sichē, quæ est pars Samariæ, fuisse sepultos. Et epif. 101. ad Pamachiū antē finē, to. 2. Duodecim autē Patriarchæ nō sunt sepulti in Arboch, sed in Sichē, qui ager nō est emptus ab Abrahā, sed a Iacob. Impulit Hieronymū in eā sententiā locus ille admodū difficilis. Et descēdit Iacob in Ægyptū, & defūctus est ipse, & patres nostri, & trāslati

sunt in Sichē, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abrahā pretio argētī a filijs Sichē. Acto. 7. n. 15. & 16. Qui locus videtur omnino probare patriarchas in Sichē fuisse trāsatos: apertè enim dicitur. Et trāslati sunt in Sichem. Ideoq; Beda, & alij eo loco in Diui Hieronymi sententiam pedibus eunt.

Verum enim verò licet verosimilitèr dicere potuissē, eos in Sichē primò, indè in Hebrō fuisse trāsatos: puto tamē magis cōsentaneū, affirmare hoc esse dictū per Synodochē; vt notat Rabbanus apud Lyranū, in cap. 7. Actorū, qua figura nō semel in sacra pagina dicitur id aliquos fecisse, quod nō nisi vnus egit: exempli gratia. Vnus tātū latro blasphemus extitit in Cruce, & tamē dicitur in sacro Textu. Id ipsum autē, & latrones, qui crucifixi erāt cū eo, improperebāt ei. Math. 27 n. 44. Qua re animaduersa pellitur nebula, & inclarescit veritas: de Iosepho enim singularitèr explicabitur id, quod de omnibus patriarchis collectiue videtur affirmari. Ad Iosephū enim referēda erit illa pars Textus. Et trāslati sunt in Sichē. Ad cæteros verò illa alia. Et positi sunt in sepulchro, quod emit Abrahā pretio argētī. Qua etiā animaduersione declarant hūc locū noster Benedictus Pereira, disp. 2. in c. Geneseos 23. & Iohānes Lorinus super caput Actorum 7. vbi etiam Lyranus in nostram sententiam ita scribit. Et trāslati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro. Partim (inquit) hic partim ibi (hoc est partim in Sichem partim in Hebron) qui

Ioseph

Act. 7. n. 15.

Beda.

21.

Dici potest, fuisse primò in Sichem, indeque trāsatos in Hebrō Rabba.

22.

Melius, illud dictū fuisse per Synodochem. Matth. 27. n. 44

Benedicti Pereira Lorini Lyran.

Lyran.

18.

In Hebrō sepulti quatuor patriarchæ cum suis coniugibus. Genes.

23.

Ioseph.

19.

Exceptio firmat regulam.

D. Hier.

20.

Occurrit difficultas, an fuerint in Sichem sepulti.

Idem.

Ioseph certum est, quod sepultus fuit in Sichem, de Iacob verò certum est, quod sepultus fuit in Hebron, de alijs patriarchis dubiū est. Vtrū hic, vel ibi sint sepulti; licet mihi probabilius videatur, quod in Hebron sicut dictum est. In eādē sententiam inclinatum cum Rabano proximè citato Hugo Cardinalis in eum locum. Erasmi etiam paraphrasis eundem reddit sensum.

Hugo. Cardin.

D. Hier.

23.

Respondeatur Hieronymo.

Histor. Scholast.

Carthu. Gagnæ.

24.

Quæ videtur sua d' re non fuisse prig in Sichē.

aduētū accreuit ad eò, vt egregia propterea fuerit in patriarcharū nepotibus eius vrbs religio, magnaq; in ea sepulchra, quod sanctitatē spirarēt, animorū profectio, magna deniq; pròptitudo nū cupādis votis eò eundi, & peregrinādi. Nec religionis causa in Hebrō vulgares solū homines, sed magnates etiā, ac principes perigrinabatur: quā cōsuetudinē pręferunt illa verba principis Absalonis ad patrē Regē Dauid. Vādā, & reddā vota mea, qua vobis Domino in Hebrō. 2. Reg. 15. n. 7. vbi Abulēsis, q. 14. Alia (inquit) causa poterat esse efficacior, scilicet, quod moueretur Absalō deuotione quadam propter sanctitatē loci, quia in Hebron sunt sepulti quatuor Patriarchæ cū vxoribus suis; scilicet Adā cū Eua; Abrahā cū Sara; Isaac cū Rebecca; Iacob cum Lia. Simularat porrò Absalō hęc profectiōne eius causa pietatis, quā sanctitas loci exigebat: quāq; sepissimè veneratū ire solebāt nō vulgares solū homines, sed etiā principes, qualis erat Absalō. Quin etiā cęlitū Reginā Sāctissimā Virgīnē Mariā, ac Regē Regū Christū Dominū Iohāne etiā tūc vtero septū causā vidēdi, ac visitādi has aūtorū reliquias huè festinasse, nō erit abs re dicere, Si enim piū est, credere, ac ratio ni cōsentaneū, Sāctissimā Virgīnē domo egressā, vt inuisceret S. Iohānis matrem, viā obiter inflexisse in templum Hierosolymitanū acturam Deo opt. Max. gratias ob inenarrabile incarnationis mysteriū, vt scribit Chlouæus lib. de visitatione Virgīnis capit. 2. cuius verba refert.

25.

Hebrō religionis causa multū veniebāt. 2. Reg. 15. n. 7. Abulēsis.

26.

Huc etiā principes profecti, nec non, & Christus cum matre.

Chlouæus

S. Iren.

in utero erat virginis, festinabat adhuc in ventre matris Iohannem positum sanctificare. Idem sentit S. Irenaeus lib. 3. cap. 18. ubi ita loquitur. Festinabat Christus in utero matris suae sanare Iohannem ab infirmitate animae medicina salutari gratiae suae, & suscitare illum a morte originalis peccati, in quo conceperat eum mater sua Elisabeth. Ad quam sententiam alludit his verbis Salmeron, tom. 2. in Euangeliam historiam tract. 10.

Salmer.

Alij meditantur beatam Virginem ad sanctificandum praecursorem surrexisse; atq. profectiorem instituisse. Videlicet, ita uicem Deus amauit Baptistam, ut antequam nasceretur, quod illum sanctum faceret, praefestinaret. O admirabile Iohannis encomium, & nullis unquam exaggerationibus explicandum satis. Ne dicas amico tuo uade, & reuertere, & cras dabo tibi. Prouerb. 3. nu. 28. Ecquis fuit Christo Iohanne amicior? Nonne solus ille antonomasticè dicitur. Amicus sponsi. Ioan. 3. num. 29. ergo ad eius beneficia Christus preuolat, eumq. etiam antequam nascatur, irrorat ubere gratia, qua ille perfusus exultat. Exultauit infans in utero. Luc. 1. num. 41. Senserat enim (inquit Origenes homil. 7. in Lucam) uenisse Dominum suum, ut sanctificaret seruum, antequam de matris utero procederet.

Prou 3. n. 28.

Ioan 3. n. 29.

Luc. 1. n. 41.

Origen.

33.

2. Causa, ut Dei mater conciperet consanguineo. Beda.

Secunda causa huius festinationis eo tendit, ut sanctissima Virgo congratuletur consanguinea. Ita Beda hom. de uisitatione. *Intrat, inquit, Virgo domum Zachariae ut congratularetur de dono, quod conseruam Elisabetham accep-*

se, didicerat. Idem autumat Anselmus Laudunensis. Gratulans, inquit, de dono, quod eam accepisse didicerat. Idem Simeon Metaphrastes oratione de Iohanne Baptista. Festinanit, inquit, Virgo, ut gratularetur Elisabethae de bono nuntio noua conceptionis. Et hoc erat perfectissimae charitatis indicium. Enim uero charitas exhilarari solet non minus alienis commotis, quam propriis utilitatibus exultare; indeque non mediocre sibi lucrum nanciscitur, teste Diuo Leone ferm. 10. de qua dragemsima ita scribebat. Incremento ditescunt proprio, qui profecti betantur alieno. Illustre huiuscè rei habes testimonium Apocal. 6. ubi martyribus, interim dum non impletur praefinitus à Deo martyrum numerus, quorum societas plene latentur; simplices dantur stolae; postea uero adueniente mutua, ac reciproca omnium congratulatione geminabuntur stolae congratulationis merito. Et datae sunt illis singulae stolae albae, & dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conferui eorum, qui interficiendi sunt, sic ut, & illi. Ibi num. 11. Notat id Isidorus Clarius his verbis. Singulas quippe stolas albas nunc habent animae, cum sola sua felicitate fruuntur, binas tunc accipiunt, cum in fine impleto numero fratrum letantur.

Anselm Laudu.

Simeon Metap.

D. Leo.

Apocal. 6.

Isidorus

34.

3. Causa, ut cognata Domini, multa dona, quae celerissime afferat. Card. Hugo.

Tertiam causam primae ex parte similem aperit Cardinalis Toletus ad hunc locum. *Stimulabat (inquit) illam feruens, & ardens desiderium maximae utilitatis, quam Elisabethae, & Iohanni hoc iter*

diuina

diuina uoluntate susceptum, allaturum non dubitabat. Hoc Deus uolenter optat, hoc imprimis habet uotis, ac desiderijs, ut charitatis opera non lentè, non somnolentè exequamur, sed celeriter, ac festinanter. Undè Christus ait. Zachae festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Luc. 19. num. 6. Non tam Christus uidetur optasse Zachaei hospes fieri, quam Zachaeus ardentè optat Christum habere conuiuam. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Ibidem, n. 7. Porro propter hanc festinationem meruit Dei gratiam, ut in eum locum notat Diuus Ambrosius his verbis. Ideo probauit Dominus eius affectum, & eum celeri remuneratione donauit. Ecquid est, quo tantoperè Abraham Deo placuit? Celeritas nimirum, & effusa charitas excipiendis hospitis prompta. Apparuerunt ei tres uiri stantes propè eum, quos cum uidisset cucurrit in occursum eorum.

Luc. 19 n. 6.

Ibidem n. 17.

D. Amb.

Gen. 18 n. 2.

Gen. 18. num. 2. *Quare senex cucurrit, nisi quia proximos eque, ac se ipsum amabat, quos inuitare uolebat: quapropter Ambr. in eum locum. Festinauit (inquit) occurrere, quia non satis est recta facere, nisi etiā matures, quod facies, uberores fructus habet celeritate deuotio.*

35.

4. Causa, ut cognata pro uocata à matre in seruire. Beda D. Ant.

Quarta causa uirginis festinationis hæc redditur à uenerabili Beda hoc loco. *Intrat Virgo domum Zachariae, ut mulieri pro uocata à matre in seruire. Beda D. Ant. quit) cum Elisabetha tribus mensibus*

stetit, ut in partu tunc futuro ei seruiret; & quis unquam audiuisset talia, ut regina grauidæ pergat ad seruanam suam, administrandam ei in partu. Tātus uidelicet futurus erat Iohannes, & tā Christo filio Virginis utilis, ut ei, etiā priusquam nasceretur, seruitum ueniret Virgo superum, ac mortalium regina constituta.

36.

Quintam adiungo causam ex Sancto Cyrillo Alexandrino, lib. 2. in Iohannem cap. 1. ita loquente. *Breui admodum tempore Prophetas simul, & Apostolus Baptista effectus est, quem enim uenturum praedicabat, hunc iam monstrat presentem, propterea prophetarum mensuram excessit. Festinat ergo Christus, & Depara, ut Iohannem miraculo magno Prophetam instituam, antequam nascatur; in quam sententiam audiendus erit Chrysostr. hom. 77. operis imperfecti. Vbi ita loquitur. Quoniam Christus in utero constitutus, Iohannem in utero constitutum ordinare non poterat Praecursorem, & si poterat, non tamen sic poterat, ut omnes audirent: ideo fecit Mariam salutare Elisabeth, ut sermo procedens ex utero matris ubi habitabat Dominus, & per aures Elisabeth ingressus descenderet ad Iohannem, & illic uideret eum Prophetam. Planius id asserit Origenes hom. 7. in Luc. Exultauit, inquit, infans in gaudio, & tunc primum Praecursorem suum Prophetam fecit Iesus. Adde quod omnes, ad quos Deus accedit, expergescunt, & ad opera charitatis mox assurgunt, ut Abraham ad primum Dei aspectum celer, & impiger. Apparuerunt ei tres uiri stantes propè*

5. Causa, ut Iohannes etiam in utero Propheta institueretur. Cyrillo Alexan.

Chrysostr. hom. 77.

Origen. hom. 7. in Luc.

Gen. 18
n. 2.
Chryso-

Origen

Beda.

Luc. I.
n. 39.

Exemplo
Deipare
docetur
ad subli-
mia san-
ctitatis
cacumi-
na anhe-
lare.

currat, quos curre vidisset, ecurrat in occursum eorum. Genes. 18. num. 2. ad quem locum Chrysostomus. Currit, inquit, & volat senex. Vidit enim predam, quam venabatur, & nulla infirmitatis sue ratione habitam ad venationem cucurrit, & non vocavit famulos, neq[ue] imperavit puero, nihilq[ue] rusticitatis, neq[ue] desidia prestatulit, sed ipse cucurrit. Nec satis, omnes insuper domesticos, & currere, & preestinare copulit ad exercenda charitatis officia in novos hospites; in quam sententiam preclare admodum Origenes, hom. 4. in Genes. Abraham, inquit, currit, uxor festinat, puer accelerat, nullus piger est in domo sapientis. Huius impigri, sanctiq[ue] muneris exercendi dux olim fuit Abraham. In lege gratiae ductricem habemus Deiparentem: que nos suo exemplo docet, cum festinatione virtutis iter peragere. Docet etiam eos, quorum corda Christus ingreditur, ad celsa virtutum vestigia gradum dirigere. Excipe Bedam in predicta verba. Abijt in montana cum festinatione, Luc. I. num. 39. Typicum, inquit, exemplum Virgo tribuit, quod omnis anima, que Verbum Dei mente conceperit, virtutum statim celsa cacumina gressu concendat amoris. In eandemq[ue] sententiam loquitur Ambrosius in eum locum titulo de abitu Marię in montana. Religiosa, inquit, pro officio, festina pre gaudio in montana perrexit. Quod enim iam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione conscenderet.

LAVREA III.

Non solum, antequam in lucem Ioannes ederetur, eum Christus honorat visitando; sed aliis invitę progressus sapere inuicit ad eundem locum. *Abijt in montana cum festinatione.* Luc. I. n. 19.

- 37. Ioannem eiusq[ue] speluncam in eremo Christus sapius inuisebat.
- 38. Verus amicus portus tuissimus.
- 39. Vinus thesaurus.
- 40. Charus, ut oculus.
- 41. Etiam Diuinus spiritus non dum in lucem editum Ioannem inuiscit.

PRÆTER quam, quod in presentiarum magnę autoritatis loco ponendum reor, quod ad Baptistam inuiscendum vna cum matre Christus prior accedat; hunc honorem pretereã in progressu statis multis partibus cumlatum extitisse vido; neq[ue] enim solū antequam Ioannes nasceretur, eum Christus hoc honore affecit, sed perrexit vlteriús cumulare eiusdem coloris officijs alijs; ac beneficijs. Cum enim iuueniles annos vastissima postea solitudine agitaret, eundem Christus non semel inuiscit, & amicę salatauit. Ita colligo ex lectione Prati spiritualis inserti tom. 2. Bibliothecę Patrum, huius verò libri autoritas tanta est, vt

Prat. spir.

eius

Concil.
Nycen.

Phocion.

Damas.

Ioannes
Diacon.

Baptist.

37.

Christus
ad Ioanem
sape ve-
niebat, &
eius speluncam
intra-
bat.

S Greg.
Nazian.

38.

Amicus
fidelis re-
frigerij
portus.

eius testimonio Greci patres non fecus vtantur, ac cuiuslibet alterius Ecclesię doctoris autoritate, approbatusq[ue] fuit in Concilio Nyceno 2. actione 4. eius author fuit S. Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus: eum laudant Phocion Patriarcha Constantinopolitanus, S. Ioanes Damascenus, lib. 3. de imagin. Ioannes Diaconus Ecclesię Romanę, postea Pontifex Maximus Ioannes eius nominis nonus, hic lib. I. titulo, quomodo Deus diligit loca sancta, cap. I. ita narrat; Monacho discedere cogitati ab spelunca in qua diu propę Iordanem vixerat, caelestibus diuine dulcedinis liquoribus soporatus, Baptista e celo lapsus profatur in hæc verba. *Ego sum Ioannes Baptista, & ideo tibi inbeo, vt nusquam recedas: nam spelunca ista breuis maior est Monte Sinai, quippe in hac sapius dominus noster Iesus, cum me visitaret, ingressus est.* Ecce, vt se tollit sub astra Ioannis dignitas, & autoritas; quę tanta erat, vt ad illum Christus e Iudæa, velut e mari æstuoso, ac turbulento, se sapere audissimę reciperet, tamquam ad portum, & stationem tranquillissimam. Verę enim dixit S. Gregorius Nazian. orat. ad Nyssen. *Amicus fidelis refrigerij portus.* Tanta porrõ erat Ioannis Sanctitas, tanta morum amenitas, vt Christum peccatorum conuersatione fatigatum aspectu suo mirifice recrearet, & mirabiliter exhilararet.

Inuiscit ergo Christus Ioannem ex animo amicum: qui hunc

titulum habere meruit in Euangelio. *Amicus sponsi, qui stat, & audit eum.* Ioan: 3. num. 19. Hunc antonomasticę amicum in solitudine habitantę conuenit Christus, qui continuo versatus inter inuidiam phariseorum, amicum adit, cum quo familiarissimę sua consilia conferat, apud quem prouocatum iniurijs, & lacesitum odijs animum relaxet; cui se tamquam alteri sibi committat. Vt enim loquitur egregie D. Hieronymus, Epist. ad August. *Omnis tollenda suspicio est, & sic cum amico, quasi cum alio se loquedum.* Ita planę eueniebat: tam liberę, tam secure Christus loquebatur cum amico Ioanney, ac si secum tantum loqueretur: Sic ad illum ibat in solitudinę, vt ad abditum siluis thesaurum; nam vt ait Diuus Gregorius Nazian. orat. ad S. Gregor. Nyssen. *Amicus fidelis vinus thesaurus.* Quod si Ioannes Christi ditissimus thesaurus erat, consequens illud est, vt Christi memoria, & amor ab illo numquam recederet, ex doctrina ipsius Christi. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum.* Matth. 6. num. 21. Rursum ad illū Christus ibat, vt ad dextrum oculum; nam anticus amico est pro oculo, quare cum quidam aliquando somniasset, Petrus Damianum amisisse oculum; Hildebrandus verę interpretatus est somnium, amisisse illum amicum, quem vt oculum charum habebat. Quo etiam sensu Chrysostomus, hom. 60. in Matthæum declarat illum locum. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &*

Ioan.
19.

D Hier.

D. Greg.
Nazian.

39.

Amicus
fidelis
thesauri.

Matth.
6. n. 21.

40.

Amicus
charus,
ut oculus.

Mat. 18.
n. 9.

projice

Matth. 18. n. 5.

proijce abs te. Matth. 16. num. 9. Nō de membris (inquit) corporalibus dicit, sed de amicis, quos in ordine necessariorum membrorum habemus.

Tandem dum Christus vrbes deserit, & Ioannem inquirat, videtur hominem quærere in solitudine, qui non nisi hominum simulacra videbat in vrbibus, eodem modo, quo accessit lucerna Diogeni in hominē quærebat in medio foro, ut inter eius aphorismata refertur: querit ergo Deus solatij causa illum hominem de quo Evangelista. Fuit homo missus à Deo. Ioan. 1. num. 6. De quo item Rupertus in cap. 1. Ioannis ita dignè loquitur. Videlicet tali in loco sic nominatus homo fuit, multum suspiciendus, longè dissimilis hominibus multis, homo igitur excellens, & inclutus, ore rotundo, pleneque Evangelij voce in omnium cōtentione hominum meritò pronuntiandus. Quia aspice, & admirare, ut non Ioannem Dei mater inuifit solum: ut non Christus illum tantum visitauit, antequam ex utero communē ederetur in lucem; sed ut vnā cum Christo illum etiam visitatione primitiua Spiritus Sanctus honorat, & cōsecrat. Id planè colligitur ex Beda venerabili homilia de Decollatione Baptistæ, vbi ita scribit. Quis in eius precordijs peccato poterat esse locus, quem & ante natiuitatem Spiritus Sancti consecrauit aduentus. Et rursum ad hunc locū apud ordinariam. Intrante (inquit) Beata Maria in utero genitricis exultauit, & præcursionis sue officium, quoad potuit, impleuit: nec dum erat illi spiritus vitæ, & iā erat

Ioan. 1. n. 6. Rupertus in cap. 1.

Beda.

Ar.

Eum etiā Spiritus Sanctus quā primū conuenit.

spiritus gratie. Quo sensu accipiendum etiam est illud Augustini ser. ordine 22. Ante accepit diuinū Spiritum, quam humanum; ante diuina munera, quam corporis membra. Ne videlicet Spiritus nequā illius cor vnquam ingredi tentaret, anteuertit hospitium Spiritus Sanctus, & eius antequam nascatur, adit possessionem: quā obrem letus exclamat, D. Petrus Chrysologus, serm. 88. Beatus Ioannes, qui ante Dei spiritu meruit intonare, quam hominis vagiret in fletu; beatus, qui ante Deum capere potuit, quam suo ipse caperetur à corpore. Nota illa verba. Ante Dei spiritu meruit intonare, quam hominis vagiret in fletu. Eius enim cor, ac pectus Sāctus Dei Spiritus præoccupauerat, inflammauerat, & donis, ac muneribus innumeris iam tunc opleuerat. Pro pleniore intelligentia profectiois Christi ad Iordanem, causa visitandi Ioannem: vide quæ dicā Curru 4. Laurea 50. sub finem.

August. serm.

D. Petr. Chryso.

SALVTAVIT Elisabeth. Luc. 1. n. 40.

LAVREA V.

Per sancta Christus in Ioannē vititur vrbantate, illū prius quodam modo visitando.

- 42. Erga Ioannem Christus vititur vrbantate.
- 43. Quomodo faciendæ sunt visitationes.
- 44. Osculandi manus consuetudo.
- 45. Hic mos primus inter seruos visitatus.

ILLA in primis se se mihi offert dubitatio, quare Aeternum Verbum humanos artus indutum ad Ioannē; quare Maria ad Elisabetham veniat? Cur Rex, ac Regina parens suos ad se se famulos vocari non iubeant? Similifq; fieri posset interrogatio, quare Rex Syriæ Benadab suam in regiā non imperet accersiri Helisæum prophetam; sed ad illum demittat aulicum Hazaelem? Iuit igitur Hazael in occursum eius habens secū munera. 4. Reg. 8. num. 9. Et ex alterius solutio- ne nodi, nodus alter enodabitur facillimè. Igitur Abulens. ad eū locū hanc expedit responsionem. Respondendum, inquit, quod fecit ex quādam vrbantate, quia vrbantius, & honestius erat; quod ipse mitteret ad cōsultandum eum: quam quod rogaret; ut veniret ad ipsum. Ita ille: præstantiore verò vrbantate videtur Christus vti voluisse in Ioannem; præstantiore mater Dei vititur in matrē Ioannis, nō illos per internā inspirationem ad se perliciunt; sed ad illos potius vltro venientes sanctas, & vrbantas, visitationes edocent, in quibus exhibendis debemus alijs alijs præuenire; & religiosi officijs certantes alios anteuertere: de quo arguēto dicemus Curru 4. Laurea 7.

4. Reg. 8. n. 9. Abulens.

42.

Christus maior vrbantate vititur in Ioannem, quā Rex Syriæ in Helisæum.

Nec abs re est exēpli pars illa muneraria. Iuit Hazael in occursum eius, habens secum munera. 4. Reg. 8. num. 9. Erat porro vetus illa cōsuetudo, ut qui alios inuiferent, munera ferrent, ideoq; tres Magi Christo Regi munera tulerūt, Aurum, Thus, & Myrrhā. Matt. 2. num. 11. Vt eō loci, Deo dante; ostendemus. Cum in præsentiarum Christus Ioannem visitet, quæ, obsecro, illi munera; quæ sanctitudinis pignora primo intuitu non contulit? Quas coram amico Ioanni cælestes diuitias, eius amicissimus nō profudit? Quæ innocētis, quæ gratiæ, constantiæque donā nō impertiuit? Sed de his donis, ac muneribus infra hoc Curru a Laureæ 11. dicendum erit. Nunc de Christianis visitationibus sanū cape consilium; quod inculcat Spiritus Sanctus in hæc verba. Mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi, ne fortè satiatus enemas illud. Proverbiorum 15. num. 16. In quē locū Rabbanus ita explicat. Si cuiuslibet visitationem melle dulciorem inueneris, melius est tamen, vrbantius veniendo facias eum diligere aduentum tuum, quam vel vna vice tandem eum illo maneat; vel toties ad illum venias, ut fastidiat. Quæ, quam verè dicta; & quam sint ad economicæ rationis ornatum accommodatè scripta; is solus assequetur, qui ea semel, & iterum tum vltimum cogitatione pertractauerit. Illud verò dolendum erit hac nostra tempestate, quod scilicet in quotidianis visitationibus nihil huius; de quā agimus simile appareat; nihil ce-

4. Reg. 8. n. 9.

Matth. 2. n. 11.

43. 11.

Visitationes qualiter faciendæ. Prover. 15 n 16 Rabba.

44.

Mos osculandi manus in visitationibus.

Ecli. 29. n. 5.

Valer.

Seneca epist. 114.

Plutar.

Sueton. in Tiberio.

Tacitus 1. histor.

45.

Hac consuetudo prima ferriori fuit

lestis dulcedinis, aut vtilitatis animæ hauriatur: sed tantū vana foris vltro, citroq. iactantur, & inania verba personant: osculatum se venisse manus alij aliorū vicis im profitentur hinc indē. Qui mos iam olim in sacra pagina notatur. *Donec accipiant, osculantur manus dantis.* Eccles. 29. num. 5. Quæ consuetudo nata fuit à blanditijs candidatorum, prestantium, rogantiū, & alienas manus osculantium, de qua Valerius in Scipione Nazica. *Cum adlitate curulem adolescens peteret, manumque cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogavit eum, num manibus solitus esset ambulare?* Seneca epist. 114. *Alius (inquit) eorum manum osculis terit, quibus designatus contingendam manum negaturus est.* Plutarchus de Catone. *Postquam finit Catonis militia, non votis, neque laudationibus, quod translaticium est, eum demiseret, sed cum lacrymis multis, & complexibus vestes pedibus eius subternentes, qua incederet, & manus eius deosculantes, quæ paucis omnino imperatorum eius sui Romani tribuebant.* Et Suetonius in Tiberio, cap. 72. *Charidem medicum, quod manum sibi osculandi causa apprehendisset, Tacitus 1. histor. Rurè cuncti in castra, laudare militū iudicium, exosculari Othonis manum. Idem 15. Annalium. Agere grates dīs, genua ipsius aduolui, & dexteram osculis fatigare.*

Hæc ab Ethnicis ad nostrates consuetudo ex parte deriuata est, eaque si rectè, riteq; angur, non libertorum hominum,

fed feruorum erat. Quod videtur alluisse Arrianus lib. 11. dissertationum cap. 20. *Tribunatum (inquit) adeptus est, en obuij cuncti gratulantur, alius oculos osculatur, alius collum, serui manus.* Quod etiam indicat Tacitus 1. Histor. & Homerus Odisea 16. alijsq. passim. Ab hac se feruitute deberet abducere Christiani in quotidianis visitationibus, & occuribus. Hunc ritum alij indicant illa dicendi forma nouiore. *Ad manus accedere.* Quod videre est in Vopisci Aureliano. *Post hac dicta surrexit Aurelianus, atq. ad manus accessit, agens gratias militariis verbis.* In Capitolini Maximino. *Fuit Maximinus sub homine impurissimo tanto honore præditus tribunatus, sed nunquam ad manum eius accessit, nunquam illum salutauit.* Hæc quoq; cæremonia hac nostra tempestate vulgò nota, cultaque: nã præterquam, quod Regum manum, qui inuisunt re ipsa osculantur, reliquorum etiã, dextra extensa propria, ac mox contracta, manus osculari dicunt. *Qui etiã cum se mutuò visitant, addunt, osculor mi Domine tuas manus.* Et hūc referenda est origo illius ritus; quem colit seruilis adulatio huius temporis, quæ dū potentiores salutat, vestem corporis e parte aliquam tangit, mox cum veneratione ad os reportat.

Istius modi adulationibus, manuumque deosculationibus Christianæ visitationes hac tempestate magnoperè dedecorantur. Hæc verò de qua agimus sanctissimæ Virginis ad Elisabethã,

pueri

Arrian.

Tacitus 1. Homer. Odisea

Salmer.

Christus præcurforis præcurfor.

4 Reg. 5. n. 8.

pueri Iesu ad puerum Ioannem nobilis, & insignis extitit sanctitatis admirabili commercio. Nobilis illa Dicitur Antonij ad S. Paulum Eremitam cuius alloquijs, sic incensus repente fuit Sanctus Senex, vt reliquum vite tempus ex ipsa Pauli memoria incredibili animi dulcedine solueretur in lacrymas. Nobilis illa Magorum Matt. 2. qui Christi recens nati nō manus modo, sed & pedes humo procumbentes sunt asculati, ad extremum nota cū Salmerone, to. 2. Euag. histor. tract. 34. Christū pro eximia, qua Ioannem prosequabatur, beneuolentia, se in hac præmatura, ac præfestina visitatione ostendere voluisse Præcurforis sui: vt in hoc etiam illi honorem deferret, vide, quæ dicā Curru 5. Laur. 29.

LAVREA VI.

Honorat Christus visitatione sua Ioannem. Ad eadem verba. *Salutauit Elisabeth.* Luc. 1. n. 40.

46. *Mon per legatum, sed ipse Christus Ioannem alloquitur.*

47. *Cur seruum misit Centurio ad Christum.*

A dnecto in eandem sententiã alia Abulēsis verba, & similem adiungo causam, obquã prædictus Rex Syriæ Benadab, nō accersuerit Helisum ad se se, sed ipsum per alicum heroem inuiserit, dato illo mandato. *Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei.* 4. Reg.

8. n. 8. ad quem locum Abul. *Voluit (inquit) Benadab, honorare nimis Helisum. & ob hoc nō misit pro eo, sed ipse misit in occursum eius. & etiã misit magna munera.* Proh quantus hinc assurgit honos; quanta dignitas, ac reuerētia Baptiste, eū quō Deus, vt honorificētissimè agat, non illū ad se se festinare iubet, sed ad ipsum Deus ipse festinatō properat. Iuxta illud: *Exurgēs autē Maria abiit cū festinatione.* Luc. 1. n. 39. *Age sis, cōparationē adhibe prophete ad prophetã, Helisem ad Baptistã.* Illū vt honoret Rex Syriæ, quid agit? nō ad se vocat. Hūc vt honore maximo Deus Optimus Maximus afficiat, non itē accersit. Rursū ad illū Rex Syriæ honoris causa legatū mittit: adhūc maioris honoris ergò nō legato Deus vtitur, sed ipse venit, vt egregiè notauit S. Ioannes Chrysostr. in Encomio Natalis venerandi Præcurforis, quod est apud Metaphrastē, & refertur à Surio, to. 3. mense Iunio, fol. 902. vbi ita loquitur. *Cū ad nos aduenisset, sicut modo audiisti venit protinus ad suū amicū Ioannem, dū adhuc esset in utero, & licebat videre figulū lutū salutātē, regē habitantē in tabernaculo militis; Dominum, qui venerat in serui domunculam.*

Vtq; honos Ioāni impēsus duplicetur, nō Deus solus venit ad Ioānē; sed matrē suã fert secum Angelorū reginã celitū agminibus stipatā: cuius ille salutationē vix agnouit, cū præingēti letitia exultauit. *Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infās in utero.* Luc. 1. n. 41. Et hinc colligit D. Ambros. eo loci, audijsse illū etiã

Abul.

Luc. 1. n. 39.

46.

Nō legato Deus vtitur, sed ipse venit ad Ioannem.

Chryso. Metaphraste apud Surium.

Luc. 1. n. 41.

M

patrem

patrem dum se recens natus alloqueretur, quandoquidem Dei matrem audiit, antequam nasceretur. Potuit (inquit): vocem patris natus audire, qui Maria salutationem, antequam nasceretur, audiuit. Certe equidem Centurio ille Euangelicus, de quo D. Matthaeus agit cap. 8. legatos transmisit ad Christum per quos famuli vitam; & obsecravit; & exoravit: cum non ipse veniret? Nonne urbane ageret, ac politius, si ipse sedulus a duenisset? Planè id videretur modestius; at non esset à Christi re, & beneficentia: ut egregie perpendit Ambrosius, serm. 89. reddens hanc causam, ob quam Centurio non accesserit. *Ne praesentia sua gravare Domini verendam videretur, & officium officio pro vocasse.* Probè enim nouerat Romanus Centurio, quanta Christi esset clementia, & quam pronam ad beneficentiam naturam haberet. Intellexerat, si accederet; iniuriam Christi clementiae praestitutum se potius, quam obsequium: ut enim praclare notat Diuus Basilius in illum locum. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi.* Psa. 115. num. 12. Nullus est, qui Deo queat primò aliquid tribuere; nullus qui eius possit anticipare beneficentiam; gratiarum actione subsequi possumus, praere meritis, aut praenire non possumus; quo sensu ait citatus Basilius. *Deo retribuere possumus, tribuere numquam possumus.*

Matt. c. 8.

D. Amb.

47.

Cur centurio ad Christum non uenit, sed famulos misit?

D. Basil.

Psal. 115. n. 12.

D. Basil.

ECCE ENIM UT facta est vox saluationis tua exultauit infans in utero. Luc. 1. n. 44.

LAVREA VII.

Ioannes adhuc ex utero accedentem Christum, & Virginem matrem se ominatorum salutantes urbanè resalutat.

- 48. Ioannes ex utero Christum consalutat.
- 49. Abraham senex, & infans adhuc Ioannes maiora aetate obsequia praestant.
- 50. Praecursoris cito munus exequitur.
- 51. Quid in puellulis anticipata locutio portendat?

Vide sis, & mecum, quaeso perpende quam maturè, quam tempestiue aulicum se Ioannes praebuit; & per urbanum resalutatione praestitina qua Deum in utero ex utero resalutauit. Quod in haec verba expendit Dionysius Carthusianus, to. de sanctis. ser. 3. *Ioannes (inquit) in ventre matris etiam corporali quadam motione, & inclinatione reuerentiam Regi altissimo Iesu Christo exhibuit; sicut, & postmodum in Baptismo.* Et August. to. 10. ser. 23. *Ioannes Dominum Christum ipsa natiuitate prophetauit, quae conceptum ex utero salutauit.* Et sermone 13. de tempore,

Carthu.

48.

Ex utero Christum resalutat. D. Aug. Idem.

cap.

Idem.

cap. 3. praemysterij admirabilitate ita cogitur exclamare. *O omnipotentia nascens, à magnificentia de caelo ad terram descendens, adhuc in utero portabatur, & ex utero matris à Ioanne Baptista salutabatur. salutauit Ioannes ex utero in utero saluatorem.* Deo semet obsequentissimum praestitit olim Abraham senio iam grauis, & multò maturus aetate; utque; perpendit Ambrosius apud Lippomanum ad illa verba. *Igitur Abraham de nocte consurgens.* Gen. 22. n. 3. *Senex Abraham obsequia maiora viribus suis non intermisit.* Quod si maiora viribus officia, & obsequia Abraham coluit, quia senilem iam, & grandaeuam agebat aetatem, quanto quaeso iure potiore dicam, Baptistam obseptum adhuc in utero maiora viribus, atque; addeò gratiora Deo obsequia praestitisse. De quo D. Bonauentura ad hunc locum. *Ad praesentiam (inquit) Domini saluatoris, quasi gestiens salutare, & absurgere iam incepit Dominum suo, cuius erat praecursor.* Non potuit diuinus puer, ac praecursor Ioannes etiam ante natiuitatem se continere, quin ad Domini sui conspectum exaltaret ad obsequium; & qui verbis sua praoptitudinè adhuc non poterat ostentare, insolitis eam motibus, & prodigiosis saltibus manifestabat. Ita Glossa apud Bedam ad hunc locum. *Quia (inquit) lingua non poterat, animo exultante salutem, & sua praecursionis officium inchoat.* Certe Cræsi filius locutus est semestris in crepandis, quo prodigio totum concidit Lydorum Regnum teste Plinio, lib. 11. c. 51. Zacharie verò filius maiori eluxit prodigio dum non

D. Amb.

Gen. 22. n. 3.

49.

Abraham senex, Ioannes recēs genitus maiora viribus obsequia praestant. D. Bon.

Glossa, Beda.

50.

Quae cito praecursoris officium inchoat.

Plinius.

a natiuitate, ut Cræsi filius, sed a generatione Semestris eloquitur, nec lingua, sed rationalibus iam motibus, ac festiuis saltibus excipit aduentantem Deum, quo prodigio Hebræorum regnum nutare cepit, & tremefieri: & ceremonialis subinde lex euauit.

51.

Praecoci loquela, quid portendat.

LAVREA VIII.

- Præmaturus in Ioanne affectus ad obediendum praoptissimus. In eadem verba. *Exultauit infans in utero.* n. 44.
- 52. Prius quam nasceretur, Ioannes obediuit.
 - 53. Terra Deo promptissima obtemperat.
 - 54. Praestat quoque mare obedientiam,
 - 55. Ioannes caelo perquam simillimus.
 - 56. Obedientia caelum circumrotat.
 - 57. Vera obedientis expressio.
 - 58. Ioannes obedientiam sonat.
 - 59. Nutui obediens obtemperat.
 - 60. Deus Ioanni obediuit.

VT præproperam Sanctissimi Ioannis obedientiam videamus, afferò in medium Ambrosij verba lib. de institutis. Virg. cap. 7. vbi de Sancto Ioanne ita loquitur. *In utero matris, priusquam nasceretur, exultauit in fatulus, obsecutus, antequam genitus.* Hoc est, ante obsecutus, quam natus; idem est enim nonnumquam apud aliquos patres genitus, atque natus.

D. Amb.

52.

Prius obediens quam natus.

D. Amb.

Mira verba, & obedientię cōmēdationi ex D. Ambrosij ore, velutē cælo lapsa; vide, quam mēdullitus amet obedientiā Iōānes, quā cæptus est exequi, ante quam vitæ dies cæptus sit enumerare. Porro vbi Deus adest, annuitq; vel ipsa naturā prodigiosē superāt elementa, obediēdi cupida: quid ni Iōānes eam viuacat? Quid terra infēcundius in mūdi pręfertim nascētis exordio, vbi propter sterilitatē appellatur arida: adest Deus, præcipitq; vt sterilitatē transferat in fēcunditatē. *Germinet terra herbā virentē.* Genes. 1. n. 11. obedit illa momento. *Et factū est ita, & protulit terra herbā virentē,* ibidē. Excipe D. Basiliū, hom. 4. Hexamerō. *Tēporis (inquit) puncto, vt creatoris imperijs obtēperaret, per omnē creationis formā discurre.* Notū per omnē creationis formā discursisse; vt ample, largēq; & liberaliter obediret: nā Dei quidem mandato faceret satis producēdo species aliquot herbarū. Subinde etiā adnotabis, terræ naturam tardā, ac rusticam ad breuissimā obedientię formā se excitasse, & per diligentē obtēperasse: audi eūdem D. Basiliū, hom. 5. Hexam. de germinatione terræ. *Animaduertitas velim, hac voce parua, præceptio neq; adēo breui terram ipsam in fecundā parturientē prorsus, ac infinita stirpinum genera procreantem.* Quasi nō semel, sed millies, sed infinities vellet obedire. Vt non mirere Iōānē in vtero se maturē cientes, & obedire gestientem.

Iam verō aquarū natura sic Dei mandato obediuit, vt, post-

quam Deus illis dedit in mādati, vt mouerētur, & cōgregarētur in locū vnū. *Cōgregētur aquæ, quæ sub celo sunt in locū vnū.* Gene. 1. n. 9. Ad hanc vsq; horam numquam amplius cōquieuerint ad cæli nutum noctes, atq; dies huc, illuc volitantes. Eum dē Basiliū, hom. 4. Hexameron appello testem. *Iussit. (inquit) Deus currere naturā aquarū. & nūquam ipsa defatigatur, illo perpetuō compellente ipsam præcepto.* Sed Iōānes obedientiæ merito præit aquas: hæ namq; præceptum, Iōānes Dei nutū sequutus est. Sed nec tellus quā tumuis ad Dei nutum geminet omnifariam dignam præstat obedientiæ formam: nō item aqua, quæ secundum aliās sui partes mobilis, secundum aliās perstat immobilis: tarda itaque aqua, tarda tellus apparet, & indigna: quæ, vt obedientiæ typus, mētis oculis sit obijcienda: cælum verō peruelox; parq; adēo obedientiæ forma, ac figura proponenda; cum quo Iōānes natiuam habet congruentiā: quipè, qui cælo prius sit natus, quā terris, iuxta illud Diui Petri Chrysologi, serm. 91. *Iōānes antè peruenit ad cælum: quam tangeret terram.* Ecquis illud librat, quis mira velocitate circumrotat, nisi obedientia? Habe fidem Diuo Petro Chrysologo, sermone. 101. *Sola (inquit) illud appendit iussio, sola sustinet vis præcepti.* Hoc est: sola illud continuum agitat in orbem obedientia præcipiens, sola item exequens circumrotat, & circumuoluit: & verō nisi ad obedientiæ Dei nu-

Gen. 1. n. 9.

D. Basil.

54.

Vs item aquæ obedientiam præstent.

55.

Iōānes cū celo conuenientiā habet.

Chryso.

D. Petr. Chryso.

56.

Obedientia celū continuo circumuoluit.

tum

tum perpetuū volaret ingyrū, & cursu pareret ocysimo, ex abrupto rueret, ac præcipitaret. Non secūs Iōānes Baptista, ceu cælum varijs virtutum luminibus distinctum, vt æternum dureret, a prima origine condiscit obedire, apparat ab vtero obsequi. Hoc planè erat Dauidis effatum. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Psal. 118. n. 32. Hoc erat, inquam, Regij vatis eloquium, sed non nisi grandæua iam ætate. Hoc idem in desiderijs videtur esse Baptiste, non primæua modo, sed ante numeratæ diem ætatis: adhuc in vtero parētis: vbi iā exilit, & currere se velle significat in obsequiū, & obedientiā saluatoris. Quare D. Augustinus, serm. ordine 22. *Feruēs (inquit) nūtius, qui ante gestiuu nuntiare, quā viuere; antequā Christum præcederet, se ipsum præcessit.* Nimirū iā illā abediētiæ formā videtur implere, de qua D. Bernardus, ser. de virtute obedientiæ. *Fidelis (inquit) obediēs nescit moras, fugit crastinū, ignorat tarditatem, præcipit præcipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguā voci, manus operi, itinere pedes, totū se colligit, vt imperantis colligat voluntatē.* Hæc D. Bern. Quæ de Iōāne adhuc in vtero dicta esse videbūtur ei, qui eius exultationem in vtero, ex gratia ad obediedum, & Christū præcundū impertita, accuratē considerauerit: ad hæc porro parendi promptissimā volūtatē, amplius explicandā, subiijcio verba D. Hieronymi to. 4. in regulis Monach. c. 10. *Subditi (inquit) ante a conabatur iussa imple-*

Psal. 118 n. 32.

D. Aug.

D. Bern.

57.

Veriobediētis ex pressio.

D. Hier.

re, quā foret emissa. & quibusdam quodammodo indicijs nitebantur prophetare de voluntate mendantis. Ita ille. Is se se mihi obijcit Iōānes, dū matris in vtero exilit; dū ante Dei mādata exequi festinat, quā ea Deus proferat, & vt Christo incūctātē obediat, exultat, vt eius diuinet voluntatē. Nec mirū, si, antequā nascatur, obedire gestit ille, cui nomē obedientiæ, antequā conciperetur, ore angelico fuerat destinatum. *Vocabis nomen eius Iōānē.* Luc. 1. n. 14. hoc nomē obedientiā sonat S. Anastasio Sinitæ Patriarchæ Antiocheno, to. 1. Bibliot. Anagog. contēplat. lib. 8. sub extremū, vbi hæc verba: *Iōānes quidē interpretatur obediens Domino.* Adeoq; prōptē, & in cunctanter obediēs, vt vocem nō expectet, signo cōtētus, & nutu: prematurā testor exultationē in vtero, de qua Chrysostom. in encomio Natalis venerandī Præcursoris apud Metaphrastē, & Suriū, to. 3. mense Iunio, fol. 902. *Nō fert (inquit) presente Domino cōtinere, nō sustinet natura expectare terminos: sed contendit rumpere carcerem.*

Hæc est vera obediētia, nō expectare verba, sed nutui obedire, ac sibilo. *Sibilabo eis, & cōgregabo eos, quia redemi eos.* Zacharię 10. n. 8. perindē atq; vt suos Christus in hæc partē ducat, & mox in illā reducat, nō opus sit voce, sed solo sibilo, vt egregiē notauit Stephanus Cātuariēsis in allegor. Gotfridi Tilmāni. *Quasi (inquit) solo sibilo opus sit, nō prædicationis tuba.* Quod si quis obediēdo sit refractarius: expectetq; verba nō cōtēt, nutu

58.

Iōānis nomē obedientiā sonat.

Luc. 1.

59.

Verus obediētis nutui obedit Zacharię 10. n. 8.

2. Ad
Thefes.
3. n. 14.
Tit. 3. n.
1.

is vno contentus sit verbulo, ne inobedientis notâ incurrat, præcipit enim Apostolus. *Siquis non obedierit verbo nostro, hunc notate.* 2. ad Thef. 3. num. 14. Olet eâdem obediendi promptitudinem illud eiusdem Apostoli ad Tit. *Ad mone illos dicto obedire,* cap. 3. num. 1. Pende dixisse dicto, non dictis obedire, quemadmodum Christus ait. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Ioann. 10. num. 27. Præscilicet voci promptè obtemperabant, non alias, atq; alias voces desidiôsè expectabant. Sed hanc, & similes in obtemperando præfestinationes, nondum natus Ioannes longè superat: nec mirum si Deo obedire festinat is, cui (o honorem, o prærogativam nullis vnquam fatis exaggerationibus explicâdam) Deus ipse erat obtemperaturus. Excipe Eliam Cretensem commentar. in oratione 1. S. Greg. Nazian. super illa verba (Baptismi aqua tingitur) *Iustitia porro, in hoc sita erat, ut etiam Propheta obediret. Quemadmodum ergo circumcisus est, ut sacrificium obtulit, & Sabbathum observavit, sic etiam hoc quoque reliquum adiecit, nempe ut baptizanti propheta pareret.*

LAVREA IX.

Ioannis in vtero oratio reuerentiæ doctrix. In eadè verba. *Exultavit infans.* Luc. 1. n. 44.

60.
Deus Ioã
ni obedit.

- 61. Deo in orando displicet irreuerentia.
- 62. Flexo poplite orare, Deum fletit.
- 63. Maternis adhuc visceribus orabat Ioannes.
- 64. Christum ex vtero veneratur.

SVnt qui putent, hanc Ioannis exultationem ortâ inde, quod puer Ioannes ad pueri Iesu aspectum, euolutus sit in genua, vt reuerentius Christum ex vtero in vtero adoraret; ita refert Salmeron, tom. 3. tract. 10 cuius verba sub huius Laureæ finem citabo. Est quippè oratio flexo poplite, gestuq; habita reuerente Christo gratissima. Nā in oratione sedere, aut vtî alia corporis positione minus apta; id verò ex mente Tertulliani, lib. de oratione cap. 12. irreligiosum est. *Siquidem (inquit) irreuerens est, a sidere sub cōspectu, contraq; cōspectum eius, quem cum maxime reuereris, ac venereris: quanto magis sub cōspectu Dei viui, angelo adhuc orationis stante, factum istud irreligiosissimū, nisi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit.*

Vndè fit, vt oratio genuflexo habita, facilius exoret, impetret, & obtineat, quod optat. Testatur id Diuus Ioannes Chrysostomus, tom. 6. lib. 2. cap. 3. in Epistolam ad Ephes. Exponens illud. *Cuius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini mei,* cap. 3. n. 14. *Deum (inquit) genu posito supplices adoramus, & fixo in terram poplite, magis, quod ab eo poscimus, impetramus. Iam verò Ioannes, quàm intentus, quàm reuerēs*

61.
In oratione irreuerentia quæ tum Deo displiceat Tertull.

D. Chry
Ephes.
3. n. 14.

62.
Oratio flexis genibus facile impetrat.

triginta

63.
Iam inde ab vtero assuevit orationi. Abuléf.

D. Amb

64.
Christum ex vtero veneratur.

triginta annos orauerit, si antequam natus esset, ad deo reuerentè flexis, vt cumq; genibus orabat; quàm pronus, quàm ad orationem procliuis fuerit reliquâ vitæ partem, si primulam sic no uuit orationi consecrare? affuevit porro antequam nasceretur orationi, eamq; ideo reliquum vitæ tēpus pro cibo, pro potu, pro somno, & pro omnibus vitæ cōmodis habuit. Hinc Abul. in c. 3. Matth. q. 28. *Habebat (inquit) Ioannes præter istam austeritatē magnam excellentiam orationis, & contemplationis, quia cum in deserto semper mansisset usq; ad annum trigessimū, & non conuersaretur cum hominibus, non erat otiosus, sed necesse erat eum esse orationi, & cōtemplationi deditum.*

Nec aliud credere par est de eo, qui ab vtero matris Christū venerari cepit, & adorare: subijcio D. Ambrosium, lib. 4. de fide cap. 4. *Presentiam (inquit) Domini, spiritu cognouit, exultatione signauit. Erat igitur, qui prophetabat, an non erat? At certe erat. Erat enim qui venerabatur auctorem, erat, qui loquebatur in matre. Pondera illud (qui venerabatur auctore) quod & Sancti Patres Concilij Basiliensis sessione 43. meminerūt. Maximum (inquit) letitiam fidelium mentibus debet ingerere excellens illud mysterium, quo matres illæ gloriosæ totius salutis nostræ ferentes primordia, tam familiariter inter se exultarunt: Felix quidem illa conuentio, & magis diuine gratiæ splendoribus illustrata, qua tales, & tante in unum matres pariter affuerunt, quarum altera Virgo ex Spiritu Sancto: altera ste-*

rilis, & in senectute conceperat, & utriusq; partum celestis Angelus prænuntiavit, qua Ioannes adhuc maternis reclusus claustris venientem ad se Dominū Maria vtero veneratur. Vbi hæc vltima verba. quæ rem conficiant, ponderentur.

Cæterum in huius excursus finem, ac locupletationem refero prædicti Salmeronis verba, tom. 3. in Euang. Histor. tract. 10. quæ miram Ioannis in Christum reuerentiā præferūt. *Tradunt (inquit) nonnulli in amplexu Mariae, & Elisabeth, Mariam in spiritu vidisse Ioannem genuflexo coram Christo, & se mutuo oculis mentis respexisse, & Christum sedentem illi benedixisse, atq; ita sanctificasse, & Spiritu Sancto repleuisse, ac Præcursorē instituisse, eiq; nomen Ioannis indidisse, Ioannem verò lingua angelica Christo canticum cecinisse, tuncq; tripudiasse, saltumq; exultationis edidisse. Atq; hæc quidem dum fierent, matres erant in mutuo amplexu, linguaq; propemodum angelica ad se inuicem loquebantur. Elisabeth quidem Mariam interrogans, Maria verò illam de Angeli annuntiatione, & Filij Dei conceptione instruens: at illa angelico more, à matre Dei instructa, & edocta prorupit exclamando in vocem magnam, vt testatur Euangelium. Ade rant istis mysterijs Ioseph, & Zacharias: sed neq; illi, quæ fiebant, neq; verba, quæ angelica penè lingua loquebatur, inter se capiebant: quemadmodū in Pauli conuersione dicitur. Viri autem illi, qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti audientes quidem vocem, neminem autē videntes. Hæc quidem non videntur vsquequaq; aspernanda, vt pia tamen admittenda,*

M 4 cum

cum Evangelio uulla in re repugnare uideantur; deuotionem uero, pietatemq; promoueat. Haec Salmeron.

LAVREA X.

Ioannes exultat ad praesentiam Christi. Exemplo Abrahamae propter promissionem ridentis: & Dauidis ante arcam exilentis. In eadem uerba. Exultauit in gaudio. Luc. 1. nu. 44.

- 65. *Risus Abrahamae non erat ex diffidentia.*
- 66. *Christi gaudio praelibato exultat Ioannes.*
- 67. *Dauid etiam praeuolato hoc gaudio saltauit.*
- 68. *Saltat Ioannes in utero, ut diabolus saltus comprimat in mundo.*
- 69. *Primus omnium Ioannes Christum agnouit.*

Deo iteranti pollicitationes magno Patriarchae Abrahamae, ille gratulabundus flexo primùm poplite, curuato dein pectore, ruit in faciem. *Cecidit Abraham in facie sua, & risit. Genes 17: num. 17.* Certè non risit Abraham, quod diffideret; id enim refutat Apostolus, qui scribès ad Romanos, ita ait. *Non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum mortuum, cum ferè centum esset annorum in promissio-*

Genes 18. n. 17

ne etiam Dei non hesitant diffidentia, sed confortatus est fide. Ad Romanos 4. nu. 19. Quibus uerbis inclarescit teste Diuo Ambrosio, lib. 1. de Abraham, cap. 4. & Diuo Augustino, lib. 16. de Ciuitate, cap. 16. Nec non Ruperto, lib. 5. in Genes. caput. 35. risum illum non diffidentiae momentum, sed exultationis argumentum extitisse. Quo omne filio a risu nomen deriuauit. Quapropter Rupertus citato loco. *Quo nomine (inquit) rectè seminis Abrahamae, quod est Christus, felix natiuitas significatur, qui uinuersitati sanctorum, quorum ex carne uera caro, & uerus ipse homo est, sempiterni risus, & interminabilis gaudij, causa est. Quod gaudium unus sanctorum praeuolauit clausus adhuc in utero matris suae.*

Eoq; praelibato, ac praeuolato gaudio, tripudiat in utero, triumphat, & exultat Ioannes, quod olim grandaeuus, & maturus Rex Dauid exegerat in frequentissimo suorum conuentu, & celebritate omnium longè maxima. *Cumq; transcendissent, qui portabant arcam Domini sex passus, Dauid percutiebat in Organis armigatis, & saltabat totis uiribus ante Dominum. 2. Reg. 6. num. 13.* Audi quae Dio Ambrosio, ferm. 16. de octaua Epiphaniae, sermonem faciente de Christi Natali. *Propter has ergo nuptias (inquit) saltare nos conuenit, siquidem & Dauid Rex pariter, & propheta, cum multa cecinerit, & ante arcam saltasse dicatur: elatus enim gaudio in saltatione prorupit: prauidebat enim in spiritu per Mariam de germine suo Ecclesiam*

ad Rom 4 n. 19. D. Amb D Aug.

Ruper.

65.

Risus Abrahamae non ex diffidentia ortus.

66.

Christi gaudium Ioannes praeuolauit exultat in utero.

2 Reg 6 n 13. D. Amb

67.

Dauid praelibato Christi gaudio saltat.

Christi

Christi thalamo sociandam: atq; ideo praeceteris plus prophetarum catauit, quia letior cunctis per haec gaudia suos posterorū coniungebat, & ad propria uota omnes gentes solito dulcius inuitabat. Haec Ambrosius.

Quod si Dauid longissimè distans ab hisce mysterijs, ea tamen tato ante subodoratus, crebris, ac festiuis adorat exultationibus, quid non faceret Ioannes ad Mariae, ac Iesus praesentiam. Certè exiliret, & pro uiribus tripudiat: causamq; si roges?

Reddit ille apud Chrysoctomum oratione de Natali Sancti Praecursoris, quam refert Surius to. 3. mense Iunio, fol. 905. His uerbis inter alia. *Propterea ego in utero exilij in exultatione, ut non amplius saltet in mundo diabolus. Et rursum ibidem. Saliebat simul chorū duccens, & agrè ferens, quod teneretur in utero. Quod si Dauid, laetior cunctis per haec gaudia suos posterorū coniungebat, & ad propria uota omnes gentes solito dulcius inuitabat: iure meritissimo Ioannes internis exundat gaudijs, & mirificis se non capit exultationibus; quod si tandem Dauid insolitis adèo plausibus exit eoquod Christus Rex omnium longè felicissimus ex suis posteris esset nasciturus, cur hilarius non exiliat Ioannes, qui ipsi, & confanguineus, & praecursor erat futurus; quiq; primus illum meruit, & agnoscere, & credere: Nam Ioannes (ut hoc addam) in omnibus primas tulit, quod primus Christum agnouit, & credidit, testem habeo locupletem sanctum Iulianum*

Chryso.

68.

Saltat Ioannes in utero, ut iam diabolus non saltet in mundo

69.

Ioannes Christum primus agnouit, & credit.

Archyprefulem Toletanum; is lib. contra Iudaeos ita scribit. *Primus Ioannes fide Christum agnoscit, & primus agnouit, & solus ostendit. Idemq; rursus, hom. 3. de Sancto Ioane. Ob hoc [inquit] Redemptorem mundi, nouissimus prophetauit, ut ostenderet primus.*

LAVREA XI.

Ioannes in utero exultat ad beneficia: super eadem uerba. Exultauit infans in utero. Luc. 1. n. 44.

- 70. *Sola praesentia Deus mundum exornat.*
- 71. *Solo aspectu Christus Petrum felicitat.*
- 72. *Ioanne maior laus ex Isaiæ laude accrescit.*

Ad tacitum conspectum Iesu Ioannes exultat, quasi praeficiens, quanta sibi Iesus apportet augmenta gratiarum. Vix dum introspexit Iesus Ioannem utero sublatum, cum beuit, cum innumeris donis largissimè locupletauit. Notat Tertullianus, lib. 2. aduersus Marc. cap. 4. Deum non hunc modo mundum efforma-

S Iulian

S Maxi

Idem.

Tertull.

uiffe

70.
Deus suis aspectu mundum condiderat.
Genes. 1 n. 31. Idem.

Luc. 19. n. 5. Chryso.

71.
Solo intuitu Christus Petrus felicitat. Ioan. 1. Origen.

uisse mira varietate pulcherrimum: sed honorem magnum in super addidisse, ipsum videndo, & quasi contemplando. Vidit Deus cuncta, quae fecerat, & erant valde bona. Genes. 1. num. 31. Quia bonum, (inquit Tertullianus) ideo videns, honorans, & consignans, & dispungens (id est, supputans, vel examinans) bonitatem operum dignatione conspexit. Idemq; notat in eundem locum his verbis, lib. de fuga in persecutione cap. 4. Numquid ideo in genesi sic positum est. Et vidit Deus, quia bonum est, non quod ignoraret bonum esse, nisi vidisset, sed ut hoc sermo portenderet, bonum esse, quod Deo visum est? Itaq; quod in primo rerum molimine Deus effecerat, id ipsum in orbis institutione praestat; parauerat caelum novum, & terram novam; ad novum noui caeli luciferum reflectit oculos, ut venisset, ac condecoraret fausto intuitu. Et quem admodum Zacharum felicissime vidit, illi intuitu ipso felicitate destinans sempiternam. Cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum. Luc. 19. num. 5. Quod notans D. Petrus Chrysologus, ser. 54. Deus (inquit) quem videt, non ut ignorans agnoscere cupit: sed ut scies ad gloriam vult videre.
Adiungo aliud exemplum. Vidit aliquando Iesus Simonem (id Petro nomen erat) hoc intuitu illum felicitauit, adeoque firmavit, ut Petra continuè nominaretur. Intuitus cum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iona. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Ioan. 5. num. 42. Quae de re audiendus Origenes in caput 1. Ioan-

nis. Potuit [inquit] Simon eo quod Iesus in eum intuitus est, eo usq; stabiliri, ut ab opere stabili, firmoq; cognomen traheret, & Petrus vocaretur. Ecce qualiter unico aspectu Iesus Petrum firmauerit, fortunaueritq;. Cerne nunc Ioannis omen insolitum, & inauditam felicitatem.
Festinat diuinus sol, Luciferum ut irradiet: lustrat Christus montana spatia, ut Ioannem prope videat: quid inde? Nomen illi, non Zachariam vetus, sed Ioannem [quod Angelus praedixerat] nomen nouum communicat; nomen diuinum, ac diuini nominis Tetragrammaton particeps; nomen, quod ideo gratia significat, quia erat velut argumentum omnium, quae in Ioanne postea visae sunt, gratiarum. Et verò quia Iesus arcano intuitu ingentia illi gratiarum incrementa impertit, exiit Ioannes, exultat, & quodammodo triumphat. Exultauit infans. Luc. 1. num. 41. quasi se se offerret cum Isai. Ecce ego, mitte me. Isai. 6. n. 8. Quae verba D. Basilii sic eo loco vertit. Ecce ego sum, mitte me. Vbi mirari est, & suspicere mysterium: percontor enim, quis Isai hanc tantam indidit felicitatem, quis tantam dedit confidentiam, quis hanc tam sublimem mortali homini mentem iniicit, ut Deitatis insigne sibi arrogaret? Ego sum qui sum, ait Dominus. Exod. 3. num. 14. Quid tu puluis, & cinis exclamas. Ecce ego sum? Pulchre Diuus Basilii. Fiducia [inquit] iam fretus, quasi particeps illius essentiae, se ipsum annumerat his, qui

Luc. 1. n. 41. Isai. 6. n. 8.

Exod. 3. n. 14.

D. Basil. 72.

Ex Isai. laude magna, maior alia Ioannis in fertur.

incon-

inconsortium venerant illius essentiae. Perinde atq; ipsum prophetam Dei secum loquentis praesentia in eam subueheret dignitatem. In ea ex Christi praesentia euctum Ioannem potiore iure confidero.

LAVREA. XII.

Ioannis exultatio declaratur ex Memnonis statuae similitudine. In eadem verba. Exultauit infans. Luc. 1. num. 44.

- 73. Procera Memnonis statua.
- 74. Loquentis statuae Solisq; assurgentis miraculum.
- 75. Christo vero Soli Ioannes assurgit.
- 76. Ioannem Christus amando praenuntiat.

Memorable ostentum scribitur apud Philostratum, aliosque, non vulgares historiographos de Memnonis statua ab Appollonio artificiosissime efficta, & efformata. Quod siue hominis, siue maioris potestatis ingenium praeferrat mirificam certè Ioannis exultationem ad primum Christi diuini solis accessum luculentè exponit. De hac admirabili statua Plinius naturali hist. lib. 35. cap. 7. multa praefatus de quodam lapide. Non absimilis (inquit) illi narratur Thebis de libro Serapis, ut pu-

Plinius.

tant, Memnonis statua dicitur: quem quotidiano solis ortu contactum radijs crepare dicunt. Philostratus etiam in Iconibus, Memnon (inquit) in Aethiopia deformatus est in lapidem nigrum sedentis habitum. Solaribus radijs statua, ubi contingitur, velut plerum incidens sol in Memnonis os, elicit inde vocem. De hoc etiam mirabili ostento ita scribit Celsus Rhodiginus. lect. Antiq. lib. 22. cap. 5. Legimus Memnonis statuam adolescentis impubris imaginem referre: esse autem ex nigro lapide compositam, & ad solis radios conuersam, viroq; pede solum attingentem, erectas autem manus sedi inniti: hominis surgere volentis similitudine quadam; at oculorum, & totius oris habitum, quasi loquentis esse hominis. Vbi verò solis radio percutitur, quod matutino euenit, tum utiq; summam parere admirationem, loqui enim turbant perhibent, ubi primum ad illius os radius peruenit.
Quin etiam in eadem sententiam refero verba Aldi Manutij ex epistola data ad Zenobium Florentinum; is enim de ea statua ingeniosissime fabricata sermonem instituens, haec adiecit. Alio quidem tempore minus eos admiratos dicunt, quod nihil quidquam agere videretur, ac cum solis radius statua tetigit, quod fiebat oriente sole, non potuisse [aiunt] non demerari. Nam cum primum solis radius ad illius os peruenit, locutam memorant, hilaresq; oculos, non ut puros hominum, visos stetit ad lucem. Tunc (aiunt) intellexisse nascenti soli, quemadmodum, qui Deum recti adorant, statua videri assurgere. Haec ibi Aldius, quae Ioanni Baptiste non ex parte

Philost.

Celsus Rhodi.

73.
Mirabilis Memnonis statua.

74.
Mirum artificium loquentis statuae, & appropinquanti soli assurgentis.

solum

folium conuenire videntur, sed omnibus numeris ac lineis ipsum effigiare. Qui ad diuini Solis Christi accessum hilaris affurere, & exultare cepit in vtero. Excipe verba Salmeronis, tom. 2. in Euangelicâ historâ, tract. 10. Agnito Domino presente, & eius matre, pr. gaudio exultare, & in occursu eius exiliens gestiuit erumpere ad honorandum eum. Ita ille.

Nec mirum est, salutare, & vicisim honorare voluisse Ioanem Dominum suum, qui se prius feruum, & honorauerat extero originali scelere, & salutauerat, vberem illi gratiâ, ac ipsius gratiæ appendices dotes cumulatè infundens. Sed quare Christus illum prior inuifit, quare prior salutatur? Ego ita existimo; hunc ex tot hominum millibus Christus elegerat amicū, vt ipse met amicus de se ipso publicat. Amicus sponsi, qui stat, & audit eum. Ioan. 3. num. 19. Huius amici Christus voluit amicitiam, more cæterorum hominum, demerere. Nam vt notat August. de catechizandis rudibus, cap. 4. Nulla maior ad amorem inuitatio, quã prouenire amâdo. Hoc modo Deus Iohannis animus, dum prouenit salutando, deuinxit amicitiae vinculis atctissimis. Nec modo longè diffimili mulieribus se querentibus in sepulchro obuiam veniēs salutem primus dicit. Occurrit illis dicens auete. Matth. 28. nu. 9. Quare prior ipse salutatur? Quorsum non, vt salutetur, expectatur? Respondeat Diuus Petrus Chryfologus, serm. 76. Dixerat discipulis suis ipse: neminem salutaueritis

in via, & quid est, quod hic in via rā festiuus salutatur? Occurrit, non expectat cognosci, intelligi non requirit, non, vt interrogetur, admittit: sed in salutationem vadit totus, vadit feruens, & suum soluit ipse salutatione. mandatum? fecit, fecit, quia totum vincit, & exuperat vis amoris. Hoc ipsum potiore iure de Ioanne proferes, quem Deus prior inuifit: prior salutatur, prior officijs, ac beneficijs ornatur: causam si queras, eandem reddo. Fecit, fecit, quia totum vincit, & exuperat vis amoris.

LAVREA. XIII.

Messia aduentu Iohannes lætabundus exultat. Super eadem verba. Exultauit in gaudio infans. Luc. 1. n. 44.

- 77. Pre desiderio Christi exultat Ioannes.
- 78. Christi desiderijs Psalmi finiuntur.
- 79. Davidis desideria eius posterij sequuntur.
- 80. Daniel a desiderijs Christi, vir desideriorum appellatur.
- 81. Morientis Iacobi desideria.

D Bona

77.

Sub hac, exultat Iohannes ad optatissimū expectati diuini Messia aduentum, vt egregiè pendit hoc loco Diuus Bonaventura his verbis. Exultat pre desiderio sicut etiam patres, vt Ioanis octauo Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit, &

Exultat pre desiderio Christi, quē Patres maxime desiderauerunt.

gausis

gausis est. Quãtis autē suspirijs, ac desiderijs flagrarent olim patres videndi corā Regē Messia, nō est huius loci exponere latè, sed quã breuissimè prestringere. Ergo Dauid vltimū, quod paxit; carmē, his ardētissimis Messie desiderijs cōsecrauit. Consultamus Psal. 71. cōsideremus titulū, qui est istiusmodi. In Salomonē, hoc est vt notat Genebrardus, nec inficiatur Rabbini; In Regē Messia ex Salomonis profapia venturum. Ideoq; Psalmus ipse vehemētissima terminatur in desideria: quæ Dauid, futuri p̄scius, loco hereditatis Salomoni filio reliquit. Repletur (inquit) inuestate eius omnis terra, Fiat, Fiat. Num. 19. In quē locū Genebrardus. Hic Psalmus (inquit) quasi testamēto Salomoni filio relictus, vt sūmē, & expectationē Messie ei cōmōdaret. Eāq; aliā nouissimā clausulā. Defecerūt laudes Dauid, si ly. Iesse. Ibidē; sic transfert Rabbi Ioseph. Cōsumate sūt preces Dauid. Nihil enim aliud precabatur, nihil dies, ac noctes aliud orabat impensius. Vnde Genebrardus eā ipsā lectionē expēdēs, ita profequitur. Quando ista fuerint impleta, tūc perficietur vaticinia, vota, & optata Dauid, hac vt euenirēt; sūma fuit viorū ip̄sus: fuit hic finis, quē in omnibus suis psalmis Dauid concupierat.

Hec Davidis desideria cū regno pariter eius pronepotes cōseruarunt: quo sensu multò antè cecinit ipsemet rex. Sitiuit in anima mea, quã multipliciter tibi caro mea. In quē locū Lyranus ad rē. Desideras (inquit) cōsolationē tuā, maxime de Christo, quia Dauid sūmē desiderabat Christū, de suo semine nasciturū.

Cōsequētia deinde verba. Quam multipliciter tibi caro mea. Mēte trutinās, & calamo multiplicis fitis rationē reddit istiusmodi. Quia multi de Dauid carnaliter descēdētes, vt Ezechias, Iosias, Isaias, & Daniel, multi alij sancti, qui fuerūt de semine regio, hoc desiderauerūt; vnde dicit saluator. Luc. 10. n. 24. Multi Reges, & prophetae, desiderauerūt videre, que vos videtis. Eoq; mysterio Daniel, vir desideriorū sep̄ dicitur, vt cernerē est Danielis. c. 9. n. 23. & c. 10. n. 11. & n. 19. Rationēq; assignat August. hom. 5. de quadagesima. Ideo, inquit, vir desideriorū appellatus est, quia panē desiderij nō comedit, quia magis Christū, quã epulas desiderabat. Lege (si lubet) historiam ipsius Danielis, capite potissimè 10. Eūq; ad Angeli aspectū ad eoperterefactū videbis, vt interclusa voce, & halitu penè obstu puerit. Cū protēta repētē manus hominis illū tāgit, demulcet, & exhilarat. Sola enim Dei hominis species merorē omnē amouebat; vt egregiè adnotauit S. Cyrillus Hierosolymitanus catechisti 12. hisic itbis. Donec dicit scriptura tetigit mentē quam manus hominis, nō potuit iei. Mari Daniel. Mirificè autē recreatus est, vbi Dei hominis vmbra coram aspectauit. Hec illos Sanctos Patres ūbra, hec cogitatio eorū spes sustētabat.

Qua propter Iohannes, simul ac illum ex vtero vidit in vtero, nō potuit, nō exilire. Nā videbat, & antiqua Patrū, & Iacobi moriētis ad impleta illa desideria. Salutare tuum expectabo Domine. Gen. 49. n. 18. hoc est, vt Hebræa verba sonant, eaq; exponit D. Gregorius

Pfal. 71

Pfal. 71 n. 19. Genebr

Rabbi Ioseph.

78.

In Christi d. fide via finiuntur Psal. mi David

Pfal. 62. n. 2. Lyran.

79.

Hæc Davidis desideria eius successores sunt profecturi

Luc. 10. n. 24.

Dan. c. 9. n. 23. Dan. c. 10. n. 11 & 19. August.

80.

A Christi d. desiderijs Daniel appellatus est vir desideriorū

D. Cyr. Hieroso

Gen 49 n. 18

D. Greg

N cognos-

81. Iacobi moriatis d. sideria

cognomento Magnus, hom. 8. in Ezech. Iesu tuu expectabo Domine, in quo verbo, inquit, B. Iacob mens osteditur, quomodo Iesus desiderio ardebat, quese mories expectare perhibebat. Que vero Iacob mories infatibilitate expectabat, Ioanes videre meruit, atequa nascererur; hinc precox illa letitia, & exultatio antelucana, de qua noster textus. Exultavit in gaudio infans in ptero.

LAVREA. XIII.

Ioanes originali macula elutus antequa nascatur. Super ea verba. Et factu est, ut audivit salutatione Maria Elisabeth, exultavit infans in utero eius. Luc. I. n. 41.

- 82. Ad primu Virginis aspectu originali culpa Ioannes liberatur.
- 83. Abunde Spiritu Sancto repletur.
- 84. Natiuitas potest dici generatio intra materna viscera.
- 85. Christi eiusq; Matris presentia presens Ioannis peccato medicina fuit.
- 86. Quose plus cor exat plus accipit
- 87. Celestis dulced de castilla cor inebriat.

82. Ioanes ad primum Deipare accessum liberatus originali lu. D. Atha

AD Sanctissimae Virginis salutatione, ac primum Christi ingredientis accessu Ioane Baptista elutu fuisse ab originali noxa, pleneq; sanctificatu, non est quod dubitem: nam D. Athanasius, serm. 4. contra Arianos. Permulti, inquit, fuerunt sancti, puri omnis criminis siquide Ieremias ex utero sanctificatus fuit, & Ioanes du adhuc a gravida matre gestaretur, exultavit in gaudio ad vocem

Deipare Virginis. Ia vero D. Ambrosius hoc loco clamat in Ioane prius gratie, qua vite spiritum viguisse. Appellat autem spiritum vite aerem ipsum comune, que, & exeiimus, & respiramus: D. Cyrilianus episcopus. 73. cu de Ioane loqueretur, addidit insuper haec. Gratia divina in utero matris est impletus, quod si gratia cumulate imbuitur, profecto neuo sceleris exiuit. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. multa disputas de Ioane illud adiecit. Qui, in utero matris cu gestaretur, ab Spiritu Sancto sanctificatus est. D. Bernardus, ser. de S. Ioane Baptista sic scribit. Neminem unquam mortaliu intra materna viscera sanctificatu legimus, prater Ieremiam; & Ioane Baptista; sed longe minor Ieremia sanctificatio, qua Ioannis; ille quide in utero matris sanctificatus est: hic repletus Spiritu Sancto fuisse cognoscitur. Multo quippe excellentius est Spiritu Sancto repleti, qua sanctificari: ibi enim sanctificatio emundatione; hic repletio inundatione significat; hec Bernardus. Et rursus eode loco. Ieremia, inquit, admiranda sanctificatio. quia etia in peccato conceptus est; nascitur tamen sine peccato. Antequa enim exiret de utero sanctificatus est, nec poterat nasci non sanctus, qui in utero matris est sanctificatus: mirum est; etia a tractis seculis non audita; hominem conceptu in peccatis, nasci sine peccato. Ioane vero longe gloriosior virtus implevit, qui sanctificatus est a peccato. & ita dominante spiritu superfus, ut & purgatus exeat, & repletus. Ita Ber.

Hanc etiam parte corroborant omnes illi, qui afferunt, eam exultatione ad introitu Christi argumentu fuisse, & contestatione ad

D. Amb

D. Cyp.

D. Cyr. Hieroso

D. Bern

83.

Non sanctificatus solum, sed Spiritu Sancto abunde repletus.

D. Ber.

D. Ber.

modum

Hugo de S. Victor.

Theop.

D. Aug.

August. sententia. D. Hier. Ierem. I

Ad Galat. I. n. 15.

D. Aug.

D. Aug.

modu luculentu internae ab originali culpa extersionis. A quibus etia stat Hugo de S. Victore lib. Inst. monast. cap. 74. illis verbis. Qui praenatis mulieru in gratia claruit, que in utero gratia sanctificavit, qui ad vocem Beatae Mariae, ac praesentia Christi per gratia exultavit, qui adhuc puer per gratia confortatus seculo abrenuntiauit. Et Theophylactus in Luc. c. 3. his verbis. Vox itaq; Virginis, vox erat incarnati in illa Dei, & idcirco etiam Praecursoru in utero gratia profecutus est. & prophetia fecit. Et si Augustinus, episcopus. 57. ad Dardanum aliud sentire videtur, du eam sanctificatione non pro eo tempore, sed pro futuro accipit: Augustini vestigijs videtur insisteret Hieronymus. Ieremie. I. Vbi tum ipsius Ieremiae, tu Ioannis Baptistae sanctificatione iudicat explicanda eo ore, atq; tempore, quo Apostolus ad Galat. I. n. 15. de se loquutus ait. Tu placuit ei, qui me segregavit ab utero matris meae. Non quod Sancti Spiritus gratia Paulus hauserit in utero matris, sed quod inde fuerit destinatus ad Apostolatu. Augustinus vero ideo hac sibi sententia persuasit, quia illi, qui sanctificante gratia accipiunt, suntq; Christi viva membra, ij sunt vere renati: ne mo tamen dicitur renatus, nisi ille, qui prius natus fuerat: cu ergo Ioanes, & Ieremias du intra matris uteru sunt, nati non sunt, consequens esse videtur, ut nullatenus renati esse dicatur: nam conceptio, qua intra uteru est, natiuitas dici nequit, ne cogamur dicere hominem bis nasci.

Mirum plane est, in ea Augusti-

nu opinionem deuenisse, cui antiquiores Patres aduersantur vna nimitet, ex quoru doctrina respodeo natiuitate accipi posse bifariam: primo pro generatione, etia intra matris uteru, qua homo dicitur filius Adae; quaq; contrahit originale noxa: quo sensu dicitur Mat. I. Quod in ea natu est, de Spiritu Sancto est. n. 20. Porro hec natiuitas satis est, ut homo renascatur in Christo, utq; & infusione gratiae, & ablutione culpe feliciter regeneretur, & hac natiuitate dubio procul habebat Ioannes, quando renatus est infusione gratiae, ac regeneratus.

Secundo accipiturnatiuitas pro completo antedictae natiuitatis, hoc est, pro exitu in hac comune luce. Hec vero natiuitas, necessaria non est, nec ut filius Adami aliquis nominetur, ei usq; culpa contrahat; nec ut renascatur in Christo. Porro natiuitas substantia liter accepta est generatio viuens, estq; ante egressu ab utero; & hec necessaria est, non alia, ut homo renatus, ac regeneratus dicatur, atq; hinc liquidu patet, quo pacto argumentu Augustini debeat enodari.

Ad haec, Ioane in utero elutu, emaculatuq; fuisse originali neuo probat Card. Toletus annot. 23. Ex augustissima Christi, & Virginis Deipare visitatione. Non enim (inquit Toletus) inficiandu est tam miru Christi, & matris visitatione attulisse Ioani peccati medicina. Eudq; copioso gratiaru flumine animi tus exhilarauisse, & ad noua, precelesti letitia, exultatione diuinitus impulisse, haud erit diffitendu.

84.

natiuitas accipi potest pro generatione etia intra matris uteru. Matt. I. n. 20.

Tolet.

85.

August.issima Christi, & matris visitatione attulisse Ioani peccati medicina.

Nec desunt, qui dicunt, tantum Spiritus Sancti dulcedinem ex Christi, eiusque; matris accessu Ioanem per-

Card. Tolet.

Pfal. 80. n. 11.

Richar. Victori.

86.

Quo se plus cor extendit ad desideria, eo plus accipit.

Richar. Victori.

87.

Celestis dulcedinis gutta cor inebriat.

LAVREA XV.

An aliquis praeter Ioanem in lege vel noua, vel veteri matris in utero originali nauo fuerit ablutus?

- 88. An in utero sanctificetur Ieremias?
89. Qui, & quot id autumant.
90. Qui, & quot negant.
91. An Iacobus patriarcha fuerit sanctificatus.
92. An Moyses?
93. An D. Ioseph?
94. An D. Iacobus minor?
95. An D. Nicolaus?
96. Ieremiam & demus, reliqui sanctificati non sunt.

AN Ieremie extersa fit in utero matris originalis macula, quaestio est verosimilis in utraque; partem: ita Abul. Commet. lib. Iudic. c. 13. q. 17. parte afferente hec argumeta fulciunt. Antequam exires de vulua sanctificauit te. Ierem. 1. n. 5. hoc est sub lata culpa te gratia decorauit. Na verbum Hebreum kadash, sanctificare significat, eoque; sensu Patres acceperunt. Hieronymus Ierem. 23. Ieremias, inquit, Virgo, propheta, sanctificatusque; in utero, ipso nomine praefigurat Salvatorem. Et lib. 1. aduersus Iouinianum. Ieremias, inquit, qui in utero sanctificatus est, & cognitus in vulua matris, ideo hoc privilegio fruitur, quia virginis erat beatitudini destinatus. D. Athanasius ser. 4. contra Arianos. Per multi, inquit, fuerunt viri sancti, puri omnis criminis; siquidem Ieremias ex utero sanctificatus; & Ioannes dum adhuc a grauida matre gestaretur, exultauit in gaudio. Rupert. in Commet. Ieremie ita loquitur. In typum eius, qui antequam ex utero virginis

Abuléf.

Ierem. 1. n. 5.

Hieron

D. Hier

88.

Ieremias in utero sanctificatus.

D. Atha

89.

Qui, & quot id asserant.

Rupert.

homo

homo conciperetur, apud Deum erat Deus; Ieremias in utero matris sanctificatur. Et Cardinalis Petrus Damian. in ser. de Baptista. Ieremias (inquit) admirandi fuit sanctificatio: quia & si in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato.

Pet. Damianus.

Lyran. Carthu. Hugo Cardin. D. Bonaventura. Durad. D. Tho.

Gregor. Nazian. D. Ambrosius. D. Bern. epif. 174. Et D. Isidorus in lib. de vita & morte sanctorum; & Ioannes Maxentius in Dialogo contra Nestorianos, lib. 1. Nec non Origenes, hom. 1. in Ierem. hac pro parte afferente, sint breuiter annotata.

90. Pars negatiua.

Ierem. 1. n. 5.

Isai. 13. n. 3.

Ierem. 6. n. 4. Ierem. 12. n. 3.

tequam exires de vulua sanctificauit te in biblijs Regijs ita interpretatur. Antequam venires in mundum parauit te, & Pagninus in lexico. Sanctificauit, inquit, te, vel parauit te secundum Thargum. Porro verbum sanctificare, & preparare, & sanctificare. Huc inclinatur etiam Chrysostomus in Commetarijs epif. 1. ad Rom. ad illa verba. Segregatus in Euangelium Dei, huc Theophylactus eodem loco, huc Theodoretus Ieremie 1. & Commet. Psal. 57. nec non Elias Cretensis in Commet. orationis 1. Gregorij. Naz. fauet etiam Augustinus epif. 58. ad Dardanum: Hinc apparet hac questione in utraque; parte posse defendi.

An vero alius fuerit hoc privilegium impertitum, siue in veteri, siue in nouo testamento, tango breuissimè. Pro Iacobo Patriarcha pugnant aliqui. Creditur (ait Comestor, c. 66. historiae in Genes) in utero sanctificatus fuisse Iacob, & in colissione infantium praefiguratum, quod non esset consensus Christi ad Belial. Et Dionysius Carthusianus, ad illa verba Geneleos. Ego custos tuus, quocumque; perrexeris. 28. n. 15. Magna (inquit) promissio, ex qua sequi videtur, quod Deus in omnibus praeseruant Iacob deinceps a culpa mortali forsitum, & ante. Maxime cum credatur sanctificatus in utero. In eadem opinione est Ambrosius, lib. 4. de fide c. 4. Ad hec, S. Ephrem in oratione de Transfiguratione Christi credit, etiam Moysem fuisse in utero sanctificatum; ita enim loquitur. Sursum discipulos ducit in montem, & ostendit eis se non esse Eliam nec Moysen sed Deum Eliam, & qui sanctificauit Moysen in utero matris.

Biblia Regia. Pagnin.

ad Rom. 1.

Theod. Theod. Psal. 57. Elias Cretens.

August.

91.

An Iacobus Patriarcha fuerit sanctificatus?

Dionys. Carthu. Genes. 28. n. 15

Ambros. S. Ephr.

92. An Moyses?

Gerfon.

93.

An. D. I. s. pb. D. Antoninus.

94.

An. D. I. s. pb. D. Antoninus. Hegeſippus.

95.

An. D. I. s. pb. D. Antoninus.

96.

Excepto Hieremia reliqui non fuerunt sanctificati.

In noua quoq; lege sanctifica-
 ti aliqui existimantur Gerſon
 in ſermone de Natiuitate Dei-
 paræ autumat Diuum Iosephū
 Virginis ſponſum matris in vte-
 ro Originali macula fuiſſe libe-
 ratum. Diuus Antoninus. 3. par-
 te, titulo 31. cap. 8. Diuum Iaco-
 bum minorem hoc priuilegio
 putat adornatum fuiſſe. *Iacobus*
(inquit) Alphai, ut quidam dicunt,
eſt ſanctificatus in utero matris. Idē
 ſentit Hegeſippus apud Diuum
 Hieronymū in Catalogo ſcript.
 Eccleſiaſt. *Iacobus (inquit) de vte-*
ro matris ſanctus fuit; vinum, & ſi-
ceram non bibit. His annumerat
 Diuus Antonin. 3. p. ſummæ, tit.
 18. cap. 5. 6. D. Nicolaum, &
 D. Dominicum; *legimus (inquit)*
Ieremiam ſanctificatum; aliqui hoc
etiam credunt de Diuo Nicolao, qui na-
tus ſtetit reſtus, & de Beato Domini-
co, quia iam in cunis egrediens lectū
iacebat in terra. Verū enim verò,
 quam certum eſt, vnum Ioannē
 Baptiſtam hac prærogatiua fuiſ-
 ſe honorificentiffimè adorna-
 tum; tam eſt incertum, reliquos
 vtriuſq; teſtamenti commemo-
 ratos, hoc inſigni honore fuiſſe
 affectos: imo (vno excepto Ie-
 remia) probabilius æſtimo, non
 fuiſſe in vtero ſanctificatos;
 nulla enim firma ratione
 huiuſmodi dicta ſul-
 ciuntur.

(.)



LAVREA. XVI.

Oſtenditur rurfum Ioannes ab
 originali noxa proſus ad-
 huc in vtero liberatus. Su-
 per eadem verba. *Vt audi-*
uit ſalutationem Mariæ Eli-
ſabeth, exultauit infans in
utero. Luc. 1. n. 43.

- 97. *Ioannes prius natus gratia, quā naturæ.*
- 98. *Eius natiuitas celebratur.*

ERat adhuc in vtero Ioan-
 nes, cum aduentate Deo,
 originali macula felicifsi-
 mē liberatus exultat. Qua de
 cauſa Diuus Greg. Mag. in cap.
 2. Iob, Ioannem appellat natū
 ante natiuitatem, natus enim
 fuerat gratiæ prius, quā na-
 turæ: cælo, antequam terre. Vn-
 de Diuus Petrus Chryſologus,
 ſerm. 19. *Prius (inquit) peruenit*
ad cælum, quam tangeret terram: prius
cepit viuere Deo, quā ſibi. Qua in
 re ſi quis addubitet, quī fieri poſ-
 ſit, vt prius cæli, quam terræ
 Ioannes incola foret, priuſque
 Deo, quam terræ viueret, cum
 in peccato prius, quam in gratia
 fuerit? Hac in re liceat mihi phi-
 loſophari, & colludere cū Chry-
 ſologo, cui in mentem veniſſe
 videtur id, quod nobiles philo-
 ſophi perhibent, euenire in pri-
 ma hominis cōſtitutione ex ma-
 teria, & forma: vnāquamq; mi-

mirum

D. Greg.

97.

Prius natus gratia quā naturæ.

D. Petr. Chryſol.

Quomodo prius Deo vixerit, quā terræ

mirum earum partium in hoc;
 vel illo genere eſſe priorem, vel
 poſtერიorem. Ita dicerem, præ-
 curſorem Domini præcurrente,
 ac præuolante gratia antequam
 naſceretur, in eam dignitatem
 fuiſſe cooptatum, fuiſſeque perfe-
 ctè conſtitutum præcurſorem,
 tum ex gratia, tum ex animato
 eō corpufculo. Et vtrumq; in
 ſuo genere præuiſſe: præuiſ-
 enim corpus, & anima rationa-
 lis tāquam materia ſubiecta in
 quam gratia eſſet excipiēda: ac
 rurfus præuiſit natiuitatem gra-
 tia gratum faciens, & conſtituēs
 præcurſorem, quo ſenſu acci-
 pio ea verba Chryſologi. *Prius*
peruenit ad cælum, quam tangeret ter-
ram, prius cepit viuere Deo, quam
ſibi.

Certè par erat, vt præco re-
 mittendorum peccatorum, ori-
 ginalis culpæ ablutionem etiā
 in vtero, & expiationē nanciſce-
 retur: qua ſingulari benificen-
 tia diuinitus factū eſt, vt ocuus
 Ioannes diuino iubare aſtutus
 exiliret: quod cum Diuus Ber-
 nardus in ſerm. de Ioanne Ba-
 ptiſta, mentis trutina perpende-
 ret, rupit hæc verba. *Ioannem ſic*
præoccupauit flamma cæleſtis, ut iam
Chriſti ſentiret aduentum, qui non
dum ſentire poterat ſe ipſum. Ac rur-
 ſus trutina eadem eandem præ-
 cocis gratiæ prærogatiuam per-
 pendens Chryſologus ſermone
 88. exclamauit. *Beatus Ioannes,*
qui ante Dei ſpiritu meruit intona-
re: quā hominis vagiret in ſtetu.
Beatus, qui ante diuina poſſidere me-
ruit, quā ſortiretur humana. Beatus,
qui ante meruit cælum ſcire, quā ter-

D. Ber.

D. Petr. Chryſol.

ram: Beatus, qui ante Deum capere po-
tuit, quā ſuo iſe caperetur à corpo-
re. Et ſimilia multa in eandē ibi
ſententiam proſequitur. Nec
imparia ſcripſit ſermone 91. vbi
ita ſatur. Ioannes ante peruenit ad
cælum, quā tangeret terram, ante ac-
cepit diuinum ſpiritum, quā habe-
ret humanum; ante cepit viuere Deo,
quā ſibi, & ut vinceret mundum, vi-
cit ante naturam. Nec mirum vide-
 ri debet, ſanctum Ioannem ab
 Æterno Verbo fuiſſe ſanctifica-
 tū, qui ab eodē Æterno Verbo
 ante cæteros eſſet baptizandus,
 & in ſpiritualem filium accipiē-
 dus, vt poſtea dicemus cum de
 Chriſti baptiſmo ſermonem fe-
 cerimus. Et verò ſanctus Illeſō-
 ſus, animum inducit ſuum, pro-
 pterea (excepto cælorum Rege,
 ac regina) ſolius Ioannis natiui-
 tatem ab Eccleſia celebrari; quia
 ipſe ab originalis ſcleris næuo
 ante fuit ablutus, quam natus.
 Eius verba ita habent in lib. de
 Virg. & parturitione Beatę Ma-
 riæ. *Nullius igitur natiuitas celebra-*
tur in mundo niſi Chriſti, & eius ma-
tris, atq; beati Ioannis; Ioannis au-
tem, quia ipſe in vtero ſanctificatus le-
gitur.

98.

Eius natiuitas celebratur, quia ante fuit ablutus, quā natus.

LAVREA XVII.

Locupletatur idem argumen-
 tum in eadem verba. *Vt audi-*
uit ſalutationem Mariæ Eli-
ſabeth, exultauit infans
in vtero eius. Luc. 1. n. 41.

N 4

99. Exul-

- 99. Exultat Ioannes quia se exoneratum culpa presentit.
- 100. Deipara visitatio Sanctificatio fuit Ioannis.
- 101. Triumphat diabolus, cum nos originali labe videt inquinatos.
- 102. Purificato Ioanne de Diabolo virgo triumphat.
- 103. Deiparæ Sacramentorum scriptum.

Non sine mysterio ad salutationem Sanctissimæ Mariæ exultat infans. Pado adyta mysterij. Inter alias plâtas odoriferas, quibus se Deipara confert, Galbanus non infimum locum tenet. Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis: quasi Galbanus, & ungula. Eccl. capite 24. n. 21. Notandum verò erit ex Plinio, lib. 4. cap. 50. eam esse Galbani naturam; vt aduersus læthiferi scorpionis ictum præsentissima habeatur antidotus. Venenifero maculæ originalis scorpione fauciatus erat Ioannes Baptista: accedit igitur Sanctissima Virgo instar salutiferæ Galbani, Ioannemq; ab scorpionis ictu læthifero eximit: eoq; sceleris veneno, vt se liberatum Ioannes sensit, exultat. Vndè mater Elisabeth exclamans ait. *Vt facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultauit infans in utero meo.* Luc. 1. num. 44. quo motu, vt patres aduertunt, se originali crimine liberatum gaudentè Ioannes, & exultantè significauit.

Eccl. c. 24 n. 21. Plin.

99.

Vt se sensit liberum Ioannes exultat.

Luc. 1. n. 44.

Fuit igitur Sanctissimæ Virginis visitatio causa sanctificationis Ioannis Baptistæ, vt pendit eruditus Salmeron, tom. 2. in Euâgelicam historiam tract. 10. his verbis. *Vera causa visitandi fuit, vt perficeret mysteria: sua salutatione sanctificationi Ioannis cooperando, ad eum scilicet Spiritu Sancto replendum.* Porro communè originalis noxæ causam rex, ac propheta Dauid præsignificans ait. *Posuerunt signa sua, signa: sicut in exitu super summum.* Psal. 73, num. 4. aliqui hunc locum exponunt de dæmonibus in primo conceptionis aditu ad vitam, vbi naturam nostram originalis maculæ neuo vitiatam cum videant, victricia attollunt vexilla. Quod clariùs ostendit periphrasis Theodoret, quæ sic habet. *Trophæa, quæ signa, & indicia victorie sunt, locarunt super portas nostras.* Quibus ad vitam venimus, portis, ijs ipsis trophæa dæmones erigunt. Consonat doctor maximus Hieronymus locum transferens istiusmodi, *Posuerunt signa sua trophæum manifesta in introitum desuper.* Hoc extulerant vexillum, hoc erexerant trophæum dæmones concepto Ioanne: iacebatq; puerulus vtero semimortuus: a Luciferis, maligna luce regnante, syderatus: & sub trucis adæo, & atrocis hostis vexillo captiuus: cum subito Dei mater pedem inferens vexillum deiecit, trophæum proterit, & hostilia signa proculcat, aliudq; nouæ gratiæ vexillum effert noua Bellona, illa addita epigraphe. *Ipsa conteret caput tuum.* Genes. 3. nu. 15.

100.

Visitatio Deiparæ causa sanctificationis Ioannis Salmer.

Psal. 73. n. 4.

Theod.

101.

Trophæa diabolus, & vexilla atollit, vbi nos videt originali labe contaminatos.

D. Hier.

Genes. 3. n. 15.

Allu-

Albinus

102.

Deipara liberato Ioanne diabolo, eiusq; vexilla proculcat

D. Ildephonf.

103.

Deiparæ arca Sacramentorum.

D. Epip

Alludit Albinus, serm. de natiuitate Virginis, vbi ita loquitur. *Tu bellatrix egregia primo eum, qui primus Eum supplantauit, expugnare viriliter aggressa es.* Tanta quippe erat Mariæ gratia, vt nihil æquè esset exosa, ac peccatum originale: ideoq; in domum Elisabethæ veniens illud eliminat; & procul expellit à Ioannis animo. In hanc sententiam expendo verba illa Diui Ildefonsi, serm. de Assump. Virginis. *Rectè (inquit) arca Sacramentorum Virgo Maria fuit, supra quam sanè propitiatorium, & Cherubim hinc inde obumbrantia figurantur: quia Maria nullum obrepit peccati contagium, sed intus omnis custodia legis, & Maria fuit: quod est mirabile Sacramentum, & propitiatio salutis humana.* Quibus verbis explicat præsul sanctissimus Deiparæ sanctitas quanta sit, & quam ad tollendam originalem maculam præsentissima medicina: quæ more Sacramentorum scelerum maculas videtur extergere. Nam si Sacramenti verba gratiam conferunt, itidem Maria loquente fugatur culpa, irrorat gratia, & desuper infuso iuhare Ioannes ex improviso sceleris integer, & innocentie purus inuenitur. Vt iure optimo Virginem sanctissimam appellare possis cum præsule Ildephonso. *Arca Sacramentorum.* Vide an eò respexerit Epiphanius lib. 3. hæres. cap. 79. vbi sic loquitur. *Non permisit Deus beatæ Mariæ dare baptismum; non benedicere discipulos, non imperare in terra iussit; sed solam ipsam sanctificationem esse voluit.* Quod quam verum sit ho-

die præsertim ex sanctificatione Ioannis inclarescit. Notandumq; insuper, hæc Deiparæ verba ad sacramentalium verborum similitudinem se habuisse. Nam, vt verba Sacramentorum non solum sunt significatiua, sed etiam effectiua, vt in 3. p. Theologi docent, ita verba Dei matris fuerunt quodammodo ex parte significatiua, & omnino effectiua spiritualis salutis in Ioanne, vt proximè post, ostendam.

L A V R E A. XVIII.

Illustratur idem argumentum. In eadem verba. *Factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero.* Luc. 1. n. 41.

- 104. Deiparæ saluatio quanta fuerit efficacia.
- 105. Non solum fuit significatiua, sed etiam effectiua.
- 106. Probatur ratione.
- 107. Firmatur auctoritate.

Imprimis attende animū ad illud. *Factum est vt audiuit salutationem.* Luc. 1. n. 41. Quæ admodum acutè attendit Cardinalis Toletus. *Quanta, inquit, efficacia, & virtutis saluatio Beatæ Virginis fuerit, ex ijs, quæ per eam Deus effecit Euangelista describit: verbum illud (factum est) opus insigne, & mirabile, & à consilio, non casu factum indicat. Non enim dictum est: vt au-*

Luc. 1. n. 41. Card. Tolet.

140.

Saluatio Deiparæ quanta efficacia, & virtutis.

diuit-

Tolet.

105.

Non solè
significatiua
fuit, sed etiam
effectiua.

106.

Probat
ratione.

Iosu 10.
n. 12.

Acto. 3.
n. 6.

diuit salutationem, sed factum est, ut
audiuit, quasi opus diuina providen-
tia dispositū, ac quid excellens. Enim
verò, vt expendit idemmet Car-
dinalis annotatione eius capituli
17. salutatio Beatę Virginis nõ
tātum significatiua fuit, sed etiã
effectiua, & illius verba, velut
instrumenta fuerunt, per quæ
diuina omnipotentia in Ioanne
pariter, & Elisabeta prodigiosa
eduxit ostēta. Quemadmodum
enim eorum hominum verba,
per quos Deus edidit aliquãdo
miracula, tū significatiua erāt,
tum effectiua: quale fuit illud
verbum Imperatoris Iosue.
*Sol contra Gabaon ne mouearis, & Lu-
na contra vallem Ayalon.* Iosue 10.
num. 12. hoc enim verbum solē
stetit, & frænauit, non Hæbrei
ducis vi, sed Dei virtute coope-
rantis. *Steteruntq; Sol, & Luna, do-
nec videretur se gens de inimicis
suis,* ibi nu. 13. Rursus, quemad-
modū illa verba Diui Petri Ac-
torum 3. num. 6. *Surge, & ambula,*
extitere numinis instrumenta:
immo quemadmodum verba Sa-
cerdotis (ego te absoluo; ego te
Baptizo) non significant modò,
sed operantur etiam: ita verba
Beatę Virginis non significati-
ua solū, sed fuerunt etiam effe-
ctiua, quibus, vt instrumentis,
Deus & Ioannem Originali ma-
cula eluit, & matrem vnã cum
ipso Ioanne Spiritu Sancto cu-
mulatè repleuit. Cū enim Chri-
stus Beatissimę Virginis Spiri-
tu Sancto plene vterum, quasi
nouus hospes, incoheret, voce ma-
tris, loco vocis proprię, vti vo-
luit, vt salutem Ioanni confer-

ret: quod subindicans Euange-
lista. *Factum est, inquit, vt audiuit
salutationem Marię Elisabeth.* Luc.
1. num. 41. ac si diceret, hæc sa-
lutatio sono vocis aures attigit
exteriores, sed diuina virtus ea
voce subintravit, & mirabilia in
Ioanne pariter, & Elisabeta est
operata.

Hanc doctrinã ante nos tra-
didit Sanctus Cyrillus, lib. de re-
cta fide ad Reginas, cap. *Ex Euan-
gelio secundum Lucam*, vbi recita-
tis his verbis, & illis, quæ Elifa-
beth protulit, *vt facta est vox salu-
tationis tue in auribus meis.* Luc. 1.
num. 44. sic addidit. *Salutatio San-
ctę Virginis Marię adhuc secum Ie-
sum ferentis in utero, mouit Ioannem
ad prophetiam: quo modo non Deus
Christus etiam in utero Virginis di-
uino more Baptistam ad prophetie vir-
tutem moueret?* Hęc Cyrillus. Pro-
bat enim, Christum etiã in vte-
ro esse Deum: quia per vocem
Virginis Ioanni prophetiæ in-
fudit spiritum; quod enim voce
Christus, & salutatione effecit-
set, si extra vterum foret: hoc idē
per matris vocem effecit. Id D.
Ambrosii. *stabilit, lib. de Institu-
Virg. cap. 7. Tanta (inquit) erat
gratia Marię, vt etiam ihs, quos dise-
ret, integritatis insigne conferret.
Visitauit Ioannem Baptistam, & in
utero matris, priusquam nasceretur,
exultauit. Ad vocem Marię exultauit
infantulus, obsecutus antequam geni-
tus. Nec immeritò mansit integer cor-
pore, quem tribus mensibus, oleo quo-
dam sue presentie, & integritatis
unguento Domini mater exercuit.*
Ita Ambr.

Itaq; quemadmodum verba

Luc 1.
n. 41.

107.

Firma-
tur autho-
ritate.
D. Cyr.

Luc. 1.
n. 44.

D. Cyr.

D. Amb

Christi

Christi Domini, cum Apostolos
à Piscatorijs negotiationibus ad
Euangelicam lucem toto orbe
disseminandã auocabat illis ver-
bis. *Venite post me, & faciam vos fieri
piscatores hominum.* Marci 1. num.
17. Quemadmodum, inquam,
ea Christi, verba non solum erāt
significatiua, sed etiam effecti-
ua, eius festinationis, quæ mox
fuit consecuta: quamq; Euange-
lista declarans. *Protinus, inquit,
relictis retibus, secuti sunt eum.* Ibi-
dem, num. 18. Et rursus de alio
pari fratrum ad Christi vocem
præfestinantium. *Relicto patre suo
Zebedæo in navi cum mercenarijs, se-
cuti sunt eum.* Ibidem num. 20. In
quem locum Chrysosto. tom. 2.
hom. 4. in Marcum. *Sermo ipse Do-
mini (inquit) operatorius erat, &
quodcumq; dicebat, opere efficiebat.*
Ita verba sanctissimę Virginis
in hac salutatione fuerunt gra-
tię operatoria in anima Ioannis;
Deus enim matris suę verbis
vsus, vt instrumentis, fugato
scelere Ioannis animam infusa
gratia venustauit: factumq; id
fuit repente, & ad primam Vir-
ginis Salutationem: vt vel inde
colligi facile potuerit, illud o-
pus fuisse diuinum, ac supra na-
turam. Collige ab exemplo. *Mansit
arca Dei (clarissima erat Deipa-
rę figura) in domo Obededom tribus
mensibus, & benedixit Dominus Do-
mum eius, & omnibus quę habebat.* 1.
Paralip. 13. nu. 14. Quærent in-
terpretes ex quonam maximè
apparuerit, illam prosperitatē à
Deo prouenisse? respondet Abu-
lensis, ibi q. 41. inclaruisse id præ-
fertim ex repentina fælicitate,

quam Arca Dei cõtulit Domui
Obededom. *Obededom (inquit) di-
tatus est subito; quia in tribus mensi-
bus ditatus fuit tantum, quod omnes
inuidebant ei, ideo apparebat manife-
stè, quod illud non proueniebat natura-
liter: sed à Deo.* Vera arca testamē-
ti, Dei mater maiori celeritate
ditauit domum Zacharię, quam
vetus arca domum Obededom:
hec ad tres menses: illa ad pri-
mam Salutationem, & parentes
cumulatis fælicitatibus adim-
plet; & filium Ioannem origina-
li culpa liberat, & celesti gratia
beat. An vero, hoc priuilegium
alij quoq; sancti nacti fuerint?
Rem magna dignam tractatio-
ne præstixi breuiter, Laureæ 15
huius Currus.

LAUREA. XVIII.

An Ioannes confirmatus fue-
rit in gratia?

- 108. Gratia perseuerantia, & confir-
matio accidentaliter differunt.
- 109. Refellitur predicta opinio.
- 110. Qui dicendi sunt confirmati in
gratia:
- 111. Proponitur Soarij sententia.
- 112. Confirmatur exemplo, & exclu-
sione aliorum fundamentorum.
- 113. Ioannes Baptista fuit confirma-
tus in gratia.
- 114. Probat, habuisse reuelatio-
nem.
- 115. Confirmatus in materno utero.
- 116. Qualis, & quanta eius gratia.

Dicen-

Mar. 1.
n. 17.

Mar. 1.
n. 18.

Mar. 1.
n. 20.

D. Chr.

1. Paral
13. n. 14

Abulēf.

Dicendum prius est, quid sit esse confirmatum in gratia. Quæ cōtrouersia grauiſſimorū Theologorū torquet ingenia: Soarez, to. 3. de gratia, lib. 10. cap. 8. propositas aliorū hac de re sententias tandē reijcit; alias, quia libertatem in aliquibus occasionibus auferunt à confirmatis in gratia, ne peccēt: quāuis enim Deus eo modo cōfirmare hominem posset, vt indicat, ibi citato cap. 8. s. mihi ergo dubium esse non potest. Non est tamē ille modus ordinatus: aliās, quia permiscere videntur cōfirmationem in gratia cū dono perseuerantiæ in gratia: suam deniq; proponit, sed parum, aut nihil distantem ab ijs, quæ hoc, & illud donum non satis distinguunt: docet enim donum perseuerantiæ, & donum confirmationis in gratia accidentaliter tantum distingui, in eo videlicet, quod habētibus donum perseuerantiæ datur in tentationibus auxilia efficacia ad vincendas tentationes. Cōfirmatis vero in gratia datur auxilia vberiora, vt leuior sit pugna, & facilior victoria. Subijcio Soarij verba. *Licet (inquit) omnibus perseuerantibus detur auxilium simpliciter efficax, nihilominus quibusdam datur efficacius, quam alijs, & aliquibus datur efficacissimum, nimirum per illustriores illuminationes intellectus, & ardentiores affectus voluntatis, & cum maiori protectione, & providentia, quam ad efficaciam perseuerandi esset necessaria. Hinc ergo licet omnes, qui saluantur, habeant perseuerantiæ donum absolute loquendo, vt omnia di-*

Soarius.

108.

Donū perseuerantiæ & confirmatio in gratia accidentaliter solum differunt.

Et conuincunt. Nihilominus in latitudine illius doni possunt quasi duo gradus distingui, unus quasi ordinaria, & communis protectionis, ac efficaciam. Alius singularis excellentiam, & efficaciam, quæ ibi magis relucet, vbi maiores difficultates, & spirituales pugnae occurrunt, & victoria facilior, & suauior sit. Quæ distinctio non est formalis, vel essentialis, sed tantum accidentaliter, & secundum magis, & minus, & ideo satis esse non potest, vt dicamus, dona confirmationis, & perseuerantiæ esse diuersarum rationum, sicut non dicimus gratiā intensam, & remissā esse diuersæ rationis. Nihilominus potuerunt voces ita accommodari, vt licet omnis perpetua cōseruatio in gratia verè sit, & dicatur perseuerantiæ, nihilominus confirmationis vox sit accommodata ad significandam illam solā perseuerantiā, quæ cum singulari excellentia, & copia auxiliorum datur: & hoc ad summum ostendit communis loquendi modus: & licet compendiosius, hoc ipsum dixi in lib. 3. de prædestinatione, cap. ultimo in fine.

Sed à Soarez, quem plerūq; sequor, hac in re dissentio. Non enim satis intelligo, quomodo confirmatio in gratia in hac opinione distinguatur à dono perseuerantiæ. Potest facilè ostendi, nam si confirmati in gratia re nulla alia differunt ab ijs, qui habent donū perseuerantiæ, nisi quia illis in superandis tentationibus auxilia dantur vberiora, his vero minora licet efficaciam. Planè sequitur, omnes penè, qui decedunt in gratia, esse in eadē cōfirmatos: patet sequela. Nam si eos omnes comparemus

109,

reijcit prædicta opinio.

Nec

inter se, reperiemus dubio procul esse multos, quibus vberiora data fuerunt auxilia ad vincendas facile tentationes; ergo hi respectu aliorū dicuntur in gratia cōfirmati: & ita discurrere poterimus per alios, atq; alios, quorū minora auxilia, intra numerū tamen efficacium, vberiora fuerunt respectu aliorū. Neq; dicas cum ijs minoribus auxilijs tentationes reddi necessariò difficiles ad vincendū. Nā ea auxilia in entitate minora, possunt moraliter esse maiora comparata cū varijs circumstantijs tēporis, cōplexionis, & affectus maioris, aut minoris, vt colligitur ex eodē Soario in opusculis in breui resolutione de auxilio efficaci, n. 48.

Quare dicendum videtur, cōfirmatos in gratia solum esse dicendos eos, quos Deus facta reuelatione cōfirmat in dono perseuerantiæ finalis. Hæc enim cōfirmatio propriè desumenda est per ordinē ad subiectum: vt si quis cum alijs sit facturus iter per solitudinē latrocinij infestatā, illiq; Deus reuelat futurum se tutò. Comites, quidem & si illesi transeant, formidolosi necessariò ibunt: ille verò, qui reuelationem habuit, securus ibit viam, spe erectus, & animo confirmatus: hanc dicendi viam sequitur Vasques in 1. p. disput. 90. cap. 2. & 2. 2. disput. 200. cap. 5. docens confirmatum in gratia tantum differre a prædestinato perseuerante, quia confirmatus habet suæ perseuerantiæ reuelationem; quam prædestinati communiter non habent.

110.

Cōfirmatio in gratia, quina dicendi sunt?

Vasqu.

Hanc opinionē Soarius citatus fatetur, esse probabilē, & pro illa ita ratiocinatur. *Quod posita illa reuelatione sufficiens constituitur differentia inter utrumq; donū, potest in huc modum probari. Quia non oportet, vt confirmatus ab alijs distinguatur in virtute, seu efficacia perseuerantiæ: hæc enim equalis esse potest in utroq; satis ergo est, quod differat in securitate perseuerandi, quæ habet confirmatus ex reuelatione; & inde etiā maiori pace, vt sic dicā, seu cū minori animi sollicitudine, & anxietate timoris, & tremoris perseuerat, quod totū ad maius donū, & beneficium gratiæ spectat, licet ad maius auxiliū non pertineat: quāquā vix etiā fieri potest, quin reuelatio, si adsit eius memoria, magis excitet, maioresq; animos ad perseuerandū præstet. Hæc sententiā probabilis est.* Ita ille. Hæc etiā docuit opinionem in materia de gratia Doctor Balthasar Aluarez, in Eboresensi academia primarius Magister eiusdemq; postea cācellarius, & cū vix vnquā a Soario discederet, in hac re dissentit; cuius hæc sunt verba, & rationes, pūcto 58. *De distinctione perseuerantiæ finalis, & confirmationis egimus in materia de prædestinatione pūcto 25. dicentes cū Molina 1. p. q. 14. ar. 13. d. 18. membro 4. s. ad hoc argumētū, & cū Vasques disp. 90. n. 7. cōfirmationē supra perseuerantiā finalē addere tantū certitudinē ex reuelatione; vt exēpli gratia, beneficium aliquod confirmatū, supra non confirmatū, addit tantū certitudinē cōtētā in literis beneficij de non amplius a monēdo iure illo percipiēdi fructus. Suaderi etiā potest hæc opinio. Primò excludendo modos alios. Nam dici non potest, confirmationem esse decretū Dei de ma-*

111.

Hæc etiā Soarius fertur, esse probabilem.

112.

Explicatur exēplo beneficij confirmati, deinde exclusionem aliorum modorum.

O

nute.

intendēdo iustum finaliter; quia hoc decretum cadit super omnes adultos prædestinatos; cum tamen non omnes dicantur confirmati. Item dici non potest, confirmationem esse perseverantiam finale à prima iustificatione: nam D. Petrus, primam interrupit: & tamen fuit confirmatus: & de multis creditur, nunquam interrupisse, sed tota vita conservasse gratiam: qui non censentur confirmati.

Ac deniq; cōtra cōmunē sententiā est, teste Valētia statim citādo, omnes, qui diu, atq; finaliter perseverāt, cōfirmatos vocare. Præterea, dici nō potest, perseverantiā finale esse, quæ durat brevi tēpore, cōfirmationē autē, quæ durat lōgō tēpore. Hęc enim differētia accidētaria est, & volūtaria: quia nō assignabitur, quāta lōgitudō plus minusuē requiratur; vt de perseverantiā fiat trāsitus ad cōfirmationē: præterquā quod eo melius vocatur perseverantiā, quo lōgius protēditur. Ad hęc, dici nō potest cū Valētia disput. 8. q. 3. p. 3. versu. Quare rectē, cōfirmationē cōsistere in necessitate nō peccādi mortaliter, relicta libertate benē agēdi, ac etiā peccādi venialiter: perseverantiā verò totā relinquere libertatē, tū, quia hoc est cōtra D. Th. q. 24 de verit. arti. 9. tū, quia nō cōsonat Paulo cōfirmato in gratia, & tamē dicēti 1. Corin. 9. *Castigo corpus meū.* Quia licet certus esset de perseverantiā finali, vt Salmeron ibi notat, & Vega lib. 12. in Trid. c. 1. attamē in se donū necessitās ad nō peccādū minimē agnosce

Valent.

D. Tho.

Salmer. Vega.

bat: ideoq; spectata sua libertate ad peccādū etiā graviter ad corporis diuerberationē impigrē recurrebat. Tū deniq; qui si peccātū omissionis occurrat: quo, quæso modo liberē vitabitur ab eo, qui necessitatē habet nō peccādi.

Secūdo suadet ex Cōc. Trid. ses. 6. Can. 16. vbi perseverantiā appellat magnū donū: deinde addit, neminē certū esse posse de illo citra reuelationē: vnde reuelatio illa aliquid addit ad tantū beneficiū: quis hoc neget? ergo rectē dici potest tūc cōfirmatio, quia supremū beneficiū viē non aliud potest excogitari. Tertio cōfirmatio non videtur esse aliquid influēs ad salutē: sed potius fauor, & honor iusti, vt in hac vita participet quodāmodo statū beatitudinis, qui firmissimus est. Ergo rectē cōfirmatio cōpletur per fauorē reuelationis: neq; est opus, vt sit maius additamentū ipsius gratiæ, vel auxiliij cōgrui, sicut cōfirmatio amoris patrię per solā reuelationē visionis beatę perficitur. Quarto cōfirmatio dicit immobilitatē in statu gratiæ: cū ergo non sit immobilitas intrinseca, id est, necessitas in voluntate, vt contra Valentiam dixi, erit in intellectu, quæ est certitudo reuelationis.

Soariustamē, tū in fine, lib. 3. de prædest. tū in materia de gratia probabilē putat hęc sententiā, sed incertā, eo quod, inquit, stare posse videatur cōfirmatio absq; reuelatione: siquidē cōmuniter recipitur, Baptistā, & omnes Apostolos fuisse cōfirmatos, quos reuelationē habuisse, nō cōstat.

Triden.

Ad

Ad hoc verò respondeo, satis esse, quod constet de aliquibus: vt idem ad reliquos extendamus; sicut in alijs plerisq; euentis facere solemus: ne nobis dicatur. Adhuc, & vos sine intellectu estis. Rursum allegat pro se Salmeronem tom. 1. in Epist. Pauli, disp. 14. dicentem in scriptura modo vsurpari perseverantiā, modo confirmationem. Sed hoc nihil conficit, dum non probat vsurpari pro eodē dono. Iam verò pro Valentia contra nos sic argui potest. Dicere solemus Paulum, vel Baptistam agnouisse, quod fuerint in gratia confirmati, ergo scientia supponit confirmationem, & non cōstituit. Sed hęc etiam neganda est consequentia, quia cum aliquid per notitiam constituitur, per ipsam intrinsecè sciri, & cognosci potest.

Ad titulum igitur respondēs statuo primò, Sanctum Ioannem Baptistam fuisse in gratia confirmatum, quia non solum donum perseverantię, sed eius doni reuelationem habuit. Id probo in primis autoritate Andree Cretensis, qui oratione de Amputatione capitis Præcursoris asserit, Ioannem suam mortem præcognitam, ac mentis oculis præuisam non extimuisse: dum enim illi alios cōparat, addit. *Illi quidem impreuisam, hic verò manifestam, & ante oculos mortem habebat.* Sed qui nouerat, se moriturum pro Christo, de gratia finali certus erat: firmo deinde nomine Sancti Gregorij Nazianzeni orat. 39. Ita

113.

Ioannes Baptista fuit in gratia confirmatus.

Nazian.

scribentis. *Ego à te debeo baptizari: addo, & pro te. Exploratum enim habebat, fore, vt martyrio baptizaretur, & tu venis ad me: hoc quoque propheticum: futurum enim nōrat, vt quemadmodum post Herodem Pilatus fureret; ita quoque eum prius vita functum Christus sequeretur.* Ita ille. Ergo reuelationem habuit, & quod martyrio esset coronandus; & quod eum morte præeuntem Christus esset subsequiturus. Tertium testimonium sit Sancti Cyrilli Alexandrini, lib. 2. Thesauri, cap. 4. *Quando (inquit) Ioannes prophético spiritu, quo repletus erat ex utero matris sue, nudum iam immere sibi gladium vidit; voluit discipulos suos in fide Christi confirmare, apertēq; docere, vt scirent ipsum esse, qui ad salutem omnium expectabatur.* Neque hi tantum, sed omnes fere Patres vel aperte, vel insinuando docent, Sanctum Ioannem; ideo Discipulos ad Christum transmisisse; quia nouerat, Herodianum gladium suo iugulo impendere: perfunctumq; fuisse munus patris familias sapientissimi, qui si certo sciat se paulo post acturum animam, consulit filijs, prouideq; ijs, quos amat, famulis. Non secus egit Ioannes, dum tam sollicitē prospexit æternæ salutis Discipulorum, eos eo animo legatos ad Christum instituens, vt visis eius miraculis eiusdem simul amore raperentur. Non potest ergo negari, Ioannem Baptistam, qui tot alias habuit, hanc etiam habuisse reuelationem.

ad huc

Cyrrill. Alexā.

114.

probat. habuisse reuelationem.

O 2

Addo

Carthu

Addo verba Dionysij Carthufiani tom, de Sanctis, ferm. 5. de S. Ioanne, vbi de eius altissima contemplatione ita loquitur. Quotidie, imo omni hora sapissimè desuper implebatur, ac frequenter rapiebatur in Deum, & absorbebatur in diuitias gloria eius, & inopinatis excessibus ferebatur in principem luminum. Inter has verò tam continuas, ac sublimes rerum diuinarum visiones, quis non videat, illum, qui cætera spiritu prophetico vidit, mor tē quoq; suam vidisse.

Soarius

115.

Confirmatus in utero matris

Satuo secundo, in vtero matris fuisse confirmatum in gratia: nec abnuuit Soarius, dum aliud agens, tom. 3. de gratia, lib. 10. cap. 8. s. Vndè facile, ita loquitur. Sic enim dicunt Sancti Patres, Apostolos fuisse confirmatos in gratia in die Pentecostes; & multi dicunt, Ioannem Baptistam fuisse confirmatum in gratia, in prima sanctificatione in vtero matris. Quo videtur collimare verba S. Cyrilli Alexandrini, lib. 2. Thesauri, cap. 3. quæ Superiori conclusione citauit, quibus docet S. Ioannem mortem pro Christo futuram præcognouisse spiritu prophetico, quem iam inde ab vtero matris, acceperat. Adde Tertullianum, lib. de Carne Christi cap. 21. ita fantem. Tacebit igitur Elisabeth prophetam portans, iam Domini sui conscium infantem. Nimirum prophetam gestabat Elisabeth non futurum tantum, sed præsentem; quem Spiritus Sanctus etiam in vtero clausum insigni vaticinandi dono ditauit. Iam Domini sui conscium infantem. Hoc

Cyrill. Alexan.

Tertull

est, perspicue videntem, qualiter Christus esset nasciturus; qualiter victurus: qualiter moriturus; & per consequens qualiter ipse per martirium eundem Christum foret præcessurus. Quod si quis Soarij vestigijs in herens confirmationem in gratia dicat, esse vberem auxiliij gratiam, qua pugna fit leuior, & victoria faciliior, is potiore iure fateatur, oportet, S. Ioannem in gratia fuisse confirmatum: cuius anima a prima pueritia tanta restagnauit gratia, vt omnes tum spirituales potentia, tum corporeæ cælesti dulcedine soporata abhumanis voluptatibus sponte sua auocarentur ad diuinas, excipite testes vberissimi auxiliij Carthufiani voces, ac sententias tom 5. ferm. 2. in solennitate S. Ioannes Baptistæ. Ab exordio pueritiae suæ solus soli Deo vacauit in eremo, in qua die, ac nocte intentus fuit supra humanas vires Summo, & incommutabili bono, Deo sublimi, & Benedicto, ipsum Syncerissimè contemplando; ardentissimè diligendo; deuotissimè collaudando; affectuosissimè exorando. Hæc fuit vita, & occupatio, & delectatio eius die ac nocte. Proinde de cibo, ac potu modicissimum, quid accipit: nec cibum, & potum sumendo à Dei laude, & oratione cessauit. Nec ita somno fuit oppressus, quin in ipso mens eius frequenter intenderet Deo, ita quod dicere poterat illud Canticorum. Ego dormio, & Cor meum vigilat. Etenim quia purissimam habuit mentem omni humilitate, virtute, pietate, ceterisq; virtutibus, secundum supremum eorum gradum, repletam: æternus Sol

Qualis, & quantitas Ioannis gratia.

116.

Sapien-

Sapientia Deus omnipotens, ac liberalissimus fons totius bonitatis, ac gratia indefinenter, ac copiosissimè splenduit ei, illuminauit, inflammauitq; eum, & suorum infusionibus luminu tenuit eum in se erectum; sicq; quotidie ineffabiliter creuit in omni gratia, virtute, ac dono Spiritus Sancti; in splendore contemplationis, in seruire sancti amoris, in vigore stabilitatis interne in Deo. O excellentissimum, ac præclarissimum virum; o Deificatum, califormemq; hominem; o amantissimum Dei; in quo Deus ipse quasi in thabamo requieuit Die, ac nocte, & tamquam in throno. Hactenus Dionysius Carthufianus. Ex quibus satis inclaret, & liquet, quam vberes ille continuè gratias; quam copiosa, & supra reliquos Sanctos abundantia auxilia a liberalissima Dei manu hauserit. Nequè enim ille sublimem ad eum sanctitatis viam inierit, nisi inuitatis gratijs, & insolentibus auxilijs eò etiam puer ascenderit perfectionis, ad quam alij etiam senes accedere desperarunt; fuit ergo Sanctissimus Ioannes excellenti gratiarum largitate confirmatus in gratia.



LAUREA. XX.

Ioannes rationis vsum in fuper adeptus adhuc in vtero positus. In eadem verba. Exultauit infans in vtero. Luc. 1. n. 41.

- 117. Rationis vsum fruitur adhuc in vtero.
118. Id exultatio in gaudio significauit.
119. Probatu autoritate.
120. Ab eo momento rationis vsum conseruauit.

Præter alias Ioannis prærogatiuas, ad hanc regis, ac reginæ cælorum salutationem Ioani communicatas, non hæc fuit modica; quod in vtero matris rationis vsum, atq; ad eum merito fuerit donatus: quod probatur imprimis ex hoc ipso loco. Exultauit infans. Lucæ 1. nu. 4. vbi non est, cur à proprietate verborum ad improprium sensum, ac metaphoricum declinemus; quod fecit adhuc locum Iansenius in concordia. Certum enim est ex communi Patrum interpretamento exultationem, & gaudiu illud vitale actionem significare, quæ cognitio præuerit: & huc significatum admittit Græca vox ευαλλιαστω atq; hoc modo sensus perfectior redditur, & absolutior: præsertim quia, vt animaduertit Origenes hom. 1. in Lucã. (Exultare in gaudio) nuquam inuenitur in sacra pagina Metaphorico, sed verò semper, ac proprio sensu dictum.

117. In vtero rationis vsum fruitur.
Luc. 1. n. 4.
Iansen.
118. Exultatio in gaudio ratio nis vsum adsignificat.
Origen.

119.

Authori-
tate pro-
bat.

D. Amb.

D. Leo.

D. Aug.

Author
de mira-
bilibus
facræ
scriptu.
D. Hier.

D. Petr.
Chryso-
Origen.

Ioan. 1.
n. 15.
Origen

Origen

Et in hanc sententiam conf-
pirant ynanimes tunc græci, tū
latini Patres; vnde Diuus Am-
brōsius, lib. 1. in Lucam. *Habe-
bat, inquit, intelligendi sensum, qui
exultandi habebat effectum.* Idemq;
stabilit lib. de Inffit. Virg. cap. 13
& lib. 2. de Virgin. in principio.
Et lib. 4. de fide ad Gratianum,
cap. 4. munit D. Leo, se. m. 10. de
natiuit. his verbis. *Præcursor Chri-
sti spiritum prophetia intra viscera
matris accepit: & non dum editus ge-
nitrici Dei signa exultationis ostēdit.*
Roborat Augustinus, lib. 2. de
consensu Euāg. cap. 15. & in ora-
tione de quinq; hæresibus, cap.
14. & quisquis est author, lib. 3.
de mirabilibus Sacræ Scriptu-
ræ, cap. 1. Vim addit D. Hierony-
mus Epist. 7. ad Lætā, & Beda,
Luc. 1. *Prior, inquit, Elisabeth vo-
cem audiuit, sed Ioannes prius gratiā
sensit; illa Maria, iste Domini sensit
aduentum.* Confirmat D. Petrus
Chryfologus, ferm. 88. & Orige-
nes, hom. 4. in Luc. & hom. 7. nec
non hom. 2. ex varijs enucleans
illud. *Qui post me venit, ante me fa-
ctus est.* Ioan. 1. num. 15. *Qui, in-
quit, ordine temporum post natiuita-
tem meam factus est in carnem, ante
conspēctum, dum adhuc essem in vis-
ceribus matris prophetico spiritu vidi
illum coram me conceptum in utero
Virginis.* Et rursus hom. 7. *Sancta
erat, inquit, anima Ioannis, & ad-
huc in matris utero clausa, venturaq;
in mundum, quasi per experientia
sensum, sciebat que Israel ignora-
bat, & non simpliciter exiliuit, sed in
gaudio: senserat enim venisse Domi-
num suum, antequam de matris ute-
ro procederet.*

Accedit pro maiore stabili-
mento Sanctus Cyrillus Hiēro-
folymitanus Catechesi 3. & Si-
meon Metaphrastes, orat. de vi-
ta & dormitione Deiparæ apud
Surium, tom. 5. & Chryfostomus
hom. 1. in Luc. eiusq; imitator
Theophylactus Lucæ 1. Adde
Concil. Basiliense, sess. 43. In du-
bitatam reddit hanc opinionem
Ecclesia Orthodoxa, dum canit
in Ioannis anniuersaria celebri-
tate. *Senserat Regem thalamo manen-
tem.*

Itaq; authorum solus Au-
gustinus Epist. 57. ad Dardanū,
& D. Thom. in 3. partem, quæst.
27. art. 3. de hoc placito viden-
tur ambigere: verum enim ve-
rō D. Augustinus aliam ibi quæ-
stionē agit, vt videre est apud
Soar. tom. 2. in 3. partem sec. 7.
Iam verō D. Thom. exponitur à
Caietano, quasi non assertiuè,
sed aduersatiuè loquutus fuerit,
quamuis nimirum non adhuc
frueretur vsu rationis, non idcir-
co colligi, non fuisse sanctifica-
tum. Videndus de hac re Maldo-
nat. ad hunc locum, D. Barra-
das, tom. 1. lib. 7. cap. 12. Quod si
rogaueris, an hunc rationis vsū
Ioannes ab eo momento conser-
uarit in posterum, & si aliqui
magni nominis authores perne-
gent, affirmo tamen cum Maldo-
nato ad hunc locum, cum Barra-
da, tom. 1. lib. 7. cap. 12. cū Car-
dinalē Toletō, Luc. 1. annot. 123.
Cum Origene, hom. 10. in Luc.
vbi ita loquitur. *Si adhuc in v̄tre
matris inclusus audit Iesum, & au-
diens exilit, atq; latatus est, quam nō
credas eum iam genitum prophetiam*

D. Cyr.
Hierof.
Simeon
Metaph.
D. Chry-
sof.
Concil.
Basiliens.

D. Aug.

D. Tho.

Soar.

Caiet.

Maldo.
Barrad.

Maldo.
Barrad.
Tolet.

120.

Ab eo mo-
mento ra-
tionis vsū
conserua-
uit.
Origen.

patris

Titus
Bostréf.

Luc. 2.
n. 40.

Soarius.

Vasq.

patris audire, & intelligere potuisse?
Cum Tito Bostrēsi Episcopō
in Luc. cap. 1. ad illa verba: *& tu
puer propheta altissimi vocaberis. Hic
(inquit) Sanctus pater planè assene-
rat, iam tunc admirabiliter præter cō-
muniem rerum ordinem, iam tunc ple-
num rationis, sensuumq; usum sortitū
fuisse.* Potestq; amplius probari
ex illis verbis. *Puer autem cresce-
bat, & confortabatur.* Luc. 2. nu. 40.
vbi illud verbū (*confortabatur*) spi-
ritualem mentis illuminationē
significat, habitumq; denotat.
Nec illud conuenienter affirmā-
ueris, in utero matris modo ra-
tionis competentem fuisse, modo
eodem rationis vsu fraudatum.
Probariq; potest vltērius ex re-
gulis iuris in sexto, quibus sta-
tuitur, principis gratiam, ac be-
neficium perduraturum. *Decet
enim beneficium principis esse mansu-
rum.* Probari tandem, & firmari
amplius potest, ex eo quod Deus
dona sua non dicit ad pœnitentiā,
hoc est: non pœniter ea dedisse,
non ea vltro donata rursus au-
fert, vt anim aduertit Soarius de
Trinit. lib. 12. cap. 4. sub finem,
& tom. de Euchar. disput. 2. sect.
2. §. Dico 2.

Ex hætenus dictis infertur.
S. Ioannem Baptistam iustifica-
tum fuisse non more cæterorū
paruulorum, sed instar adulti:
hoc est, non sola receptione gra-
tiæ habitualis, sed proprio actū
conuersionis in Deum: probat
id docte Vasquez tom. 2. in 3. p.
disput. 119. cap. 3. à num. 17. sub-
iungo eius verba, quæ hanc do-
ctrinam roborant multifariam.
Ille igitur ita scribit. *Constat*

Ioannem Baptistam in utero ma-
tris sanctificatum fuisse proprio
actū, & cōuersione ad Deum ex
auxilio gratiæ: ergo idē de Bea-
ta Virgine asserere debemus.
Porro autem Ioannem Baptistā
hoc modo iustificatum fuisse,
colligitur ex illo Lucæ 1. *Exul-
tauit in gaudio infans in utero meo.*
Nempe Ioannes infans in utero
Elisabeth exultauit, quod qui-
dem de eodem Ioanne adhuc in
utero existente dixit mater ip-
sius Elisabeth Beatę Virgini. Fa-
teor quidem controuersiam esse
etiam inter catholicos de signi-
ficatione verbi exultauit, Græ-
cè ἐκίηται, quod vtrōque
ponitur. Verum hic sensus me-
ritō à plerisque probatur. Calui-
nus, quidem ita hunc locum ex-
plicat, vt Ioāni in utero matris,
non solum nullum sensum, &
gaudium, sed nequē vllum mo-
tum supra naturam instar gau-
dentis tribuat: sed gaudium tā-
tum matris naturalem; motum
in eo subsequutum fuisse affir-
mat. Verū Augustinus in Epist.
tol. 57. quæ est ad Dardanum in
mediō illius expressè inquit, mo-
tum illum exultationis Ioannis
in utero, diuinitus factū fuisse:
ait enim. *Sed hæc (nempe exulta-
tio Ioannis) planè inusitata, & nō-
ua extitit, quia in utero, & ad eius ad-
uentum, qua hominum Saluatorē fue-
rat paritura, ideò mira, ideò magnis
signis deputanda, ideò hæc exultatio
tanquam Matri Domini reddita re-
salutatio, tamquam solent miracula
fieri, facta est diuinitus in infante non
humanitus ab infante.* Nam eo loco
Augustinus numquam in con-

Luc. 1.

August.

proverbia reuocauit, an illa exultatio, & motus infantis in utero ex gaudio matris naturaliter, sicut contendit Calvinus, sed utrum ex gaudio, & fide ipsius infantis, an ex solo Deo processerit. Et quis obsecro non videat verba illa. *In gaudio*, ad gaudium matris, non autem ipsius infantis, qui gaudio exultasse dicitur, perperam detorqueri? Nullus enim apte dicitur exultare gaudio, nisi proprio. Ceterum inter catholicos in questione est utrum Ioannes sensu proprio, & fide Christi existentis in utero matris gauisus fuerit, & gaudio proprio exultauerit, an solum diuina virtute motum exultantis habuerit, ut eo motu indicaret Dominus a maioribus, & parentibus paruuli, non autem ab ipso infante cognitum fuisse Saluatorem. Augustinus in Epistola citata expressè sentit, Ioannē non exultasse ex gaudio proprio, quod ex fide Christi haberet, in cuius rei confirmationem expendit verba ipsa Euangelij Luc. 1. quod in ea nō dicatur. *Exultauit in fide infans in utero meo, sed exultauit in gaudio. Videmus autem* (inquit ille) *exultationem non solum paruulorū, sed etiā pecorum, non utique de aliqua fide, vel religione, vel quacūque rationali cognitione venientem. Quasi dicat, cum exultatio possit etiam esse in anima ratione carentium, in quibus gaudium etiam esse solet, ac proinde, & ipsa gaudio exultare sine fide alicuius rei spiritualis, & diuinæ: satis est si prædicta verba ita interprete-*

Quid significet
verbum
exultauit
Luc. 1.

August.

mur, ut Ioāni gaudium, & exultationem sine fide tribuamus, ne in eo aliquem rationis usum ante tempus fuisse pronuntiemus. Aliquibus verò interpositis idē confirmat exemplo duorum fratrum Iacob, & Esau: qui in utero matris luctati sunt, quā quidem luctam in prodigium, & miraculum accidisse testatur; siquidem mater eorum inde oraculum quæsiuit, & responsum accepit, eos tamē nullius rei diuinæ tūc fidem habuisse, planē affirmat, ne contra ipsam euentiam veritatis aliquid dicere videatur. Eandem opinionem sequutus est Eucherius, q. 3. in Lucam, & recentiores nonnulli cum Iansenio cap. 4. concordia Evangelicæ, quæ eam confirmat ex verbo Græco *ἐκίτησε*, latinē exultauit, quod brutis etiam animantibus conuenire dicunt.

Vera tamen, & communis sententia est, Ioannē in utero matris ratione anticipata ad Christi aduentum fidem illius habuisse, & spirituali gaudio exultasse. Quam sententiā ex patribus plures expresse tradiderunt, Irenæus lib. 3. aduersus hereses, cap. 17. num. 6, cum ait. *Quē* (scilicet Christum) *Ioannes enim adhuc in ventre matris sue esset, & ille in vulua Marie Dominum cognoscens salutabat.* Origenes hom. 10. in Lucā, non multum ante finem his verbis. *Si enim adhuc in ventre matris conclusus audit Iesum, & audiens exiliuit, atque letatus est.* Et hom. 7. vbi de eodem Ioāne post mediū inquit. *Vnde exiliuit, & non simpliciter exiliuit, sed in gaudio: sen-*

Eucher.
Iansen.

Ioānes in
utero ma-
tris ex fide
de Christi
exultauit.
Irenæus

Origen.

serat

serat enim venisse Dominum suū, ut sanctificaret seruum suum, antequam de matris utero procederet. Cyrilus Hierosolymitanus catechesi 3. communi. 8. *Quod si quis.* Sub finē, vbi ita scribit. *Solum autem Ioannes in utero existens exultauit in gaudio, & corporeis oculis nihil videns, spiritu Dominum cognouit.* His etiā adde Ambrosium, lib. 4. de fide cap. 4. parum ante finē, & lib. 1. in Lucam, capite de turbati Zacharię cōfirmatione, lib. 2. in Lucam, cap. de Ioannis in utero exultatione, & lib. 3. de Virginibus; aliquātulum à principio, & lib. de Institutione Virginis, cap. 13. parum à principio, & serm. 63. in fine. Hieronymū in dialogo aduersus Luciferianos, num. 12. circa finē, & Epist. 7. quæ est ad Letam. nu. 9. Chrysostomum, homil. 1. in Lucam post medium, quæ est, sermo de natiuitate Ioānis Baptistæ in 2. tomo. Imperfectum apud eundem Chrysostomum, hom. 27. in Mattheum parum ante finē. Maximum homil. 1. de natiuitate Ioannis Baptistæ. Cyrillum Alexandrinum, lib. de recta fide ad Reginas, cap. cui titulus est. *Ex Euangelio secundum Lucam.* Leonē 1. sermone 10. de natiuitate Domini, cap. 4. & serm. 5. de Epiphania, cap. 1. Chrysologum serm. 24. Bernardū in sermone de natiuitate Sancti Ioannis, Bedam, Theophylactum, & Euthymiū in prædictum locū Lucæ 1. Autorem sermonis 20. de Sanctis apud Augustinum in 10. tomo cap. 1. Autorem de mirabilibus sacrae scripturæ apud eundē in

Cyri-
l. Hieroso-

Ambro.

Hieron.

Chryso.

Imperf.

Maxim.
Cyri-
Alexad.

Leo.

Chrysol.

Bernar-
Beda.
Theop.
Euthy.

3. tomo, lib. 3. cap. 1. in fine. Gregorium Magnum, lib. 3. Moralium, cap. 5. parum à principio, aliàs cap. 4. Quinimo, & ipsum Augustinum, lib. 2. de consensu Euangelistarū cap. 15. vbi Christum cognitum fuisse à Ioanne Baptista, antequam columba super eū in Iordane descenderet, & ideo Ioannē dixisse. *Ego à te de beo baptizari.* Ex eo probat, quod Ioannes in aduentu Christi in utero matris exultauit, nempe quod tunc eum agnouerit. Ceterorum autem verba consultò prætermitto, quod vsque ad eò perspicua sunt pro hac sententia, ut de illis nihil omnino dubitari possit. Deniq; citari possunt Nicephorus lib. 1. historie, cap. 8. Metaphrastes oratione de vita, & dormitione Deiparæ apud Surium in 5. tomo. Patres Concilij Basiliensis Sessione 43. & Paulus Diaconus, in hymno, quem canit Ecclesia in festo Sancti Ioannis Baptistæ ad vesperū, qui expresse etiam idem dicunt.

Ratione verò ducta ex verbis Euangelij, hic sensus facile confirmari poterit, & in primis illud contra Augustinum in prædicta Epistola præmittendū est, impossibile etiam esse secundū naturam paruulum in utero matris gaudere, sicut vituli, & agni, & pulli equorum gaudere, & exultare solent, nam & hi non, nisi ab aliquam cognitionē sensus gaudent, & exultant: impossibile autem est secundum naturam paruulum in utero matris aliquem sensum habere, ut gaudere possit, sicut etiam habere

Gregor.
M. G.

August.

Niceph.
Metaph.

Cōciliū
Basiliæ.
Paulus
Diacon.

Ratione
id ipsum
de gaudio
Baptista
probat.

fidem.

fidem. Quo circa valde mirandum est, quod Augustinus in ea Epistola gaudium ex aliquo sensu Ioanni concesserit, ex fide autem negauerit: nam si vi naturae, neque gaudium ex sensu habere potuit, sed sola diuina virtute fieri debuit, ut hoc modo gauderet; cur etiā non concederet, eadem diuina virtute effectum fuisse, ut gaudio ex fide profecto etiam exultaret?

At respondent aliqui, exultare, eo loco sumi metaphoricè, sicut de inanimatis etiā dici solet. Nam & Psalm, 113. dicitur. *Montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium.* Verūm, ut rectè notat interpretes, verbum exultauerunt Græcè *εκκρίνωσαν*, ibi non denotat exultationē gaudij, sed exultationem, quæ solet esse effectus gaudij, & lætitiæ, & interdum sine illa reperitur; dicuntur autem montes, & colles exultasse, hoc est subsilisse, sicut arietes, & agni subsilire solent. Tametsi hi non nisi ex gaudio aliquo subsiliant, montes autem non item; quia montana Synai, cum in ea Dominus descendisset, presentia Dei ita tremebant, & agitabantur, ut subsilire viderentur, sicut arietes, & agni, & hac de causa Exod. 19. ubi vulgatus noster dicit. *Erantque omnis mons terribilis valde, in Hebræo legitur. Et omnis mons valde tremebat, & commouebatur, dicitur autem eo loco omnis mons.* Et in Psalmo dicuntur. *Montes, & colles*, eo quod Synai diuisus sit in varias partes, ut plures montes, & colles esse videantur. Et

Psal. 113.

Exod. 19.

sanè verbum Græcum *εκκρίνωσαν* quod in Psalmo, & Lucæ 1. ponitur, denotat idem, quod latine. *Exulto, salio, salto*: quæ verba externum motum, qui solet esse indicium lætitiæ, & gaudij propriè significant, non autem lætitiā ipsam. Porro autem Lucæ 1. non tantum dicitur Ioannes in vtero matris exultasse, (hoc enim de solo motu exultationis verè dici posset) sed etiā in gaudio exultasse. Habuit igitur in ventre matris aliquā cognitionem, qua ad gaudium, & lætitiā excitaretur, ac proinde fidem, ut supra ex verbis Augustini contra ipsum inferebamus.

Verūm respondet Iansenius cap. illo 4, concordie Euangelicæ vocē Græcā *εγαλλιασει*, quam vulgatus noster conuertit, *in gaudio*, denotare gestulationem potius, quam gaudium. *κατα* verò, qua non fuit vsus Euangelista, significare tantum gaudium, & lætitiā. Verum hoc responsum friuolū esse, & inane, facilè ostendemus. Primum, quia cum vulgatus noster interpres, quinimo, & ceteri omnes transferant, in gaudio, & vox ipsa gaudium denotet, temere sanè, & sine fundamento dicit Iansenius, hoc loco significare gestulationem, quæ est effectus, vel indicium gaudij. Deinde, quia dici non potest aliam gestulationem Ioannis, quæ esset effectus, aut indicium gaudij, sensisse Elisabeth, nisi motum, & exultationem: hanc autem rectè expresserat Euan-

Ratio de
ducta ex
contextu
capitis.

Iansenij

Iansenij
solutio.Reijcitur
primo.

Secundo

gelista

Tertio.

gelista per verbum *εκκρίνωσαν* latine, exultauit, seu exiliit, quorsum igitur addidisset deinde gestulationem? Postremò, quia præpositio, qua vtitur Euangelista, latine denotat in Scriptura causam, sicut 1. part. disp. 94. cap. 2. obseruauimus, atque in hoc loco idem significari manifestum est: gaudium autem potuit esse causa exiliendi, & exultandi, gestulatio verò non item, ut patet. Ergo dicere non potuit Euangelista exultasse Ioannem in gestulatione, hoc est vi gestulationis, sed in gaudio, hoc est vi gaudij, & lætitiæ. Et quidem nisi præpositio in eo loco denotaret causam, & vox Græca *εγαλλιασει* gaudium, ineptus planè redderetur sensus Euangelij, hoc modo. *Exultauit infans in gestulatione.* Mitto rationes alias, quibus recentiores aliqui hoc ipsum probant, eo quod minus efficaces sint, illud tamē addam, ea quæ pro sua sententia Augustinus adduxit, non multū momenti, & ponderis habere. Nam quod scriptura non dixerit, exultauit in fide, parum refert; cum enim dicat in gaudio, & gaudium in eo non fuerit de re sensibili, ut diximus, restat, ut fuerit de re spirituali, ac proinde per fidem. Exemplum autem filiorum Rebecæ, qui in vtero rixati sunt, simile non est; nam illi sine sensu aliquo, aut fide, solo motu naturali rixari potuerunt ex diuina dispensatione, ut per rixam eorum Dominus indicaret diuisionem duorum populorum, qui ex duobus illis fi-

ad ratio-
nem Au-
gustini
respon-
detur.

lijs propagandi erant. Scriptura autem non dixit, eos ex ira aliqua rixatos fuisse, at de Ioanne Baptista inquit, in gaudio exultasse, simul atque vox salutationis Mariæ in auribus Elisabeth insonuit; plus ergo aliquid Ioanni in vtero matris, quam duobus filijs Rebecæ Scriptura tribuit. Hactenus Vasquez, citatus.

LAVREA. XXI.

Quanta Ioannis ex hac visitatione felicitas affulgeat. Super eadem verba. Exultauit infans. Luc. 1. n. 44.

121. Ioannis felix presagium.
122. Natiuitas illius ex principijs astronomie felix.
123. Virginis auspicio fauente delineatus.
114. Terram prius floribus, quam sideribus calum Deus exornauit.

Claudius Cæsar Imperator hoc magnum habuit felicitatis augurium, quod ortus fuerit, ortu solis appropinquante, ut scribit Suetonius in eius vita cap. 6. verbis. *Natus est iam tum quidem ex oriente sole, ponè ut radijs prius, quam terra, contingeretur.* Quasi Sol, ut eius principis adesset exordio; effusis habenis cæli spatia decurreret; sed hoc felix augurium præfagia alia, & plurima, & infelicissima obscurarunt. Illud porro fortunatissi-

mum)

121. *Ioannis presagium felix.*
 Luc. I. n. 39. mum, & ad omne vite spatium extentum Ioannis Baptiste presagium fuit, quod verus Sol Christus, ut illius natiuitati presens adesset, adproperauerit: ideo enim: *exurgens Maria abiit cum festinatione.* Luc. I. n. 39. Ad felicissimam alicuius natiuitatem duo concurrere, docent periti Astronomiae, planetam scilicet propitium, & domum, in qua planeta regnat, fortunatam: id si verum foret, ex utroq; felix Ioannis ortus appareret. ex sole, & ex Virgine in qua sol tunc erat, tamquam in signo magno, de quo in Apocalypsi. *Signum magnum apparuit in celo.* cap. 12. num. 1. tam fausti planetae afflatu exultat puer. *Quid mirum* (inquit Bernard. fer. de priuilegijs Ioanis) *si miratur puer, & exultat a tactu tam proxima diuinitatis, & afflatu.*

122. *Ioanis natiuitas ex principijs Astronomia felix.*
 Apocal. 12 n. 1. D. Bern. A signo autem Virginis in fluente delineatur puer, & insignitur, quod notat D. Bernard. citatus. *Muret* (inquit) *cum Elisabetha uirginis integritas, & Ioanem puerum consecrat.* Vnde Ioannis modestiam, ac integritatem merito diceres uirginalem; quem admodum ij, quos adflat Mercurius, dici solent Mercuriales; & eos, queis Iuppiter adspirat, Iouiales solemus appellare. Hinc illa coniectura magna cum admiratione coniuncta. *Quis putas puer iste erit?* Luc. I. num. 66. hinc rursus domi Zachariae felicitatum omnium cepti cumuli apparere. Et exorsu caelestium virtutum flores aduentu noui solis purpurascere. Indagat Anastasius Sinaita Patriarcha Antio-

chenus, lib: 1. Hexameron, tom. 1. Bibliot. causam, ob quam rerum molitor, & creator Deus Tellurem prius florum varietate picturare; quam celum sideribus illuminare maluerit, quandoquidem flores die tertia: sidera non, nisi quarta produxerit? Anastasij verba subiungo. *Ante calum terra ornatur, quia ante Angelos terra: & terra geniti hominis Deum per incarnationem vidimus.* Hoc est, antequam celum sideribus adornetur, terra vestitur floribus, quia prius tellus, ac telluris incolae Deum coram se hominem factum viderant, quam caelicolae eodem apud se regnante fruerentur. Hinc ita colligo, si Deus, quia tertis prius erat, artus indutas humanos, aliquando appariturus, terras omnes iam tot, ac tali florum varietate condecorauit; qua quaeuo virtutum plenitudine, qua donorum caelestium varietate domum Zachariae ditauisse, par est, ut credamus: quam Deus homo iam factus prius, quam aliam festina bundus intrauit. Reges quas in eunt domos, ditant, opulentat, inaurant: Deus ad Ioannis Baptistae domum veniens ipsam optet, inaurat, ac beat omnibus felicitatibus; & optima illi in posterum portendit auguria. Vnde Ioannes dicere merito potuit illud Psalmi 138. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* Ibi nu. 5. ubi alij ita transferunt. *Tu inaugurasti me in utero matris meae.* Quis enim tam feliciter vnquam fuit inauguratus, atque diuinus puer Ioannes in annu-

124.

Terram Deus prius floribus sorsit, aut quam caelum stellis.

Sinaita.

Psalm. 138. n. 5 Ibi. n. 14

tiatio-

125. *Optimis auspicijs, & honoribus insignitus.*
 tiatione enim caelestibus augurijs felicitatur ore Archangeli, in visitatione Regis, ac Reginae caelorum fortunatur, ac propere beatur admirandis prognosticis. Quapropter semel, & iterum potuit ingeminare. *Tu inaugurasti me in utero matris meae.* Potuit, & addere illud eiusdem Psalmi. *Confitebor tibi Domine, quoniam terribiliter magnificatus es.* Ibidem nu. 14. ubi aliorum translatio haec est. *Confitebor tibi, quoniam honorasti me.* Proh quanti, & quam geminati honores!

**ET REPLETA EST
 Spiritu Sancto Elisabeth.**
 Luc. I. n. 41.

LAVREA XXII.

Dona sua Ioannes in matrem deriuat.

- 126. *Patris testimonij id confirmatur.*
- 127. *Præterita, presentia, & futura antenuntiat Elisabeth.*
- 128. *Fit etiam Zacharias propheta.*

Innumeræ sunt Ioannis prerogatiuae, extra ordinariae excellentiae. Ille enim, etiam antequam nascatur addo innundat Sancti Spiritus Oceano plenissimo, ut exundantem affluentiam deriuat in matrem. Quod, ne quis dubitandi locus subfit, luculentis testimonijs patres comprobant. Loca aliquot nobilio-

ra excipe. In primis Guericci Abbatis, ferm. 1. de S. Ioanne. *Qui enim propheta, & plusquam propheta futurus erat, imo ante prophetare, quam profari, prius Deum, quam se ipsum sentire caperat, parentes quoque suos prophetas faciebat.* Sancti deinde Paulini in carmine de S. Ioanne Baptista. *Mouet materna Ioannes. viscera, & implevit diuino pectora sensu. Nec non Ecclesiae ira canentis. Hinc parens nati meritis uterq; abaua pandit.*

& S. Laurëtij Iustiniani in ferm. de S. Ioanne. *Quamobrem de ipsius plenitudine mater accipiens spiritu fecundata prophetico, incarnationis Verbi sacramentum in utero Mariae consummatum agnouit.* In eandem sententiam pedibus it Beda venerabilis hoc loco. *Non prius (inquit) mater repleta, quam filius; sed cum filius esset, repletus spiritu Sancto, repleuit & matrem.*

Quid clarius, quid filij erga matrem honorificentius dici posset? Cōcinit Theophylactus his verbis. *Sicut dicunt, Prophetas primum mente excedere, & diuinum, quid pati, ac tunc denique prophetizare, ita & Ioannes forte prius saltauit, ut diuinum quiddam patiens: postea per os matris prophetizauit.*

Illum porro Spiritus Sanctus prius exilientē afflauit: ille matrem, ut prophetizaret, excitauit. Qua de re amouēda esse omnem dubitationē contendit Origenes, hom. 7. in Lucā his verbis. *Nō est dubium quin, quae tūc repleta est Spiritu Sancto per filium sit repleta: neque enim mater primum Spiritum Sanctum meruit, sed cum Ioannes adhuc clausus in utero Spiritum San-*

Guerri. Abbas.

S Pauli. Ecclef.

S. Laur.

Beda.

126.

Patris testimonij id probantia. Theop.

Origen.

D. Amb

Sanctum recepit: tunc & illa post sanctificationem filij repleta est Spiritu Sancto. Accedit Ecclesie lumen Ambrosius sparso doctrinae iubare fugans omnem nebulam, Christi; cum Ioanne, Mariae cum Elisabetha mysteria conferens lib. 2. in Lucam, in haec verba. Duplici miraculo prophetant matres Spiritu paruulorum. Exultauit infans, repleta mater est: non prius mater repleta, quam filius: sed cum filius esset repletus Spiritu Sancto, repleuit & matrem: exultante Ioanne, repletur Elisabeth. Consonat os aureum Chrysof. hom. 3. & 27. operis imperfecti.

D. Chry

Ioanne s (inquit) exultatione spirituali matrem suam fecit, esse Prophetam. Adde Eucherium, hom. feriae 5. quatuor temporum, ita loquentem. Prius filius, deinde mater per filium repletur Spiritu Sancto, filius intus latens docet, quid mater exterius agere debeat. Super haec Episcopus Titus Bostrensis ita scribit.

Eucher.

Titus Bostref.

Elisabeth, propter infantem, quem intra viscera gestabat, spiritu afflata prophetica verba detulit. Nec non S. Laurentius Iustinianus ser. de S. Ioanne Baptista. Quam ob rem (inquit) de ipsius plenitudine mater accipiens spiritu fecundata prophetico, incarnationis Verbi Sacramentum in utero Mariae consummatum agnouit. Illud insuper admirare, Ioannem matri suae non commune aliquod, & vulgare prophetiae donum, sed illustre, sed insigni communicauisse. Prophetauit enim de praeterito, de praesenti, & de futuro: nam ut notat egregie D. Gregor. hom. 1. in Ezechielem.

S. Laur. Iustin.

D. Greg

Aliquando ex praeterito, ex praesenti, atq; ex futuro paritur animus tangitur prophetantis. Et paulo post, re-

nostram concludens, & concludens. Elisabeth, inquit, simul de praeterito, futuro, & praesenti per prophetiam spiritum tacta est. Idemque notauit Bedaeo, quem paulo ante laudauimus, loco.

127.

Elisabeth simul praeterita, praesentia & futura propheta do denuntiat.

Ceterum memineris, Ioannem non in sola matrem, sed in patrem etiam eiusdem communicationis extitisse liberalem, idque canit Ecclesia. Hinc parens nati meritis uterque abditam parit. Additur enim paulo post. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu. S. & prophetauit dicens Benedictus Dominus. Luc. 1. n. 68. Quapropter de eius iam in utrumque; pariter beneficentia dicere aggrediamur.

128.

patrem etiam prophetiam dono participauit. Luc. 1. n. 68.

LAVREA. XXIII.

Ioannis merito Spiritus Sanctus omnem Zachariae domum intus agebat. Ad eadem verba. Repleta est Spiritu Sancto. n. 41.

129. In omnium ore loquitur Spiritus Sanctus.

130. Deipara non se Domini matrem dicit.

131. Salus hominis est Christi festiuitas.

132. A quibus praenuntietur nomen Ioannes, antequam imponeretur.

Ecquis ad hoc a verferit ab omni intelligendi ratione, ut in magna non rapiatur admiratione, cum videat diuinum spiritum, primum in Ioannem, in utrumque deinde parentem plenè delapsum? Nam & mater, & pater diuino spiritu afflata ora in diuina cantica, salutariaque

vaticin-

D. Bern.

Cantic. 2. n. 12.

vaticinia soluerunt. Vnusque; & idem spiritus mouit utrumque. Rimatur D. Bernardus serm. 59. in Cantica cur dictum sit in cantico millibus mysteriorum pleno. Vox turturis audita est in terra nostra. Cantorum 2. n. 12. Non ne significantius diceretur (vox turturum) quandoquidem multi sunt, qui se dedunt gemitibus, & planctibus? Ita forte videbitur non introspectanti mysterium, & rem non altè consideranti: longe tamen aliter arbitrabitur is, qui cognouerit omnes gementes moueri ab uno, eodemque; diuino spiritu, qui uno eodemque, turture effigiatur: ebiibe auribus Diuini Bernardi verba. Si, inquit, multi gementes, quid sibi vult unius expressio? Vox turturis, inquit, quare non turturum? Forte Apostolus id soluit ubi ait, quia ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus: ita est, ipse inducitur gemens, quia gemetes facit, & quamlibet multi sint, quos ita gemere audias, unius per omnium labia vox sonat.

D. Bern

129.

Vnus in omnium ore loquitur Spiritus Sanctus.

Cyrrill.

Quemadmodum celestis pluuia, una cum sit, diuersis tanquam infusa radicibus multiplices induit colores. Vna pluuia (inquit) Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 16. in uniuersum descendit mundum, quae alba quidem sit in spinis, rubra in rosas, purpurea in hyacinthis, & in diuersis speciebus diuersa: & in omnibus sit omnia, cum nihilominus eadem sit, eiusdemque, speciei. Ita plane accidit in illa sancta domo: vnus, & idem erat in omnibus spiritus, exultabat in Ioanne, loquebatur in patre, vaticinabatur in matre, & in ceteris omnibus suo singulis modo diuersa munia, ac munera

obibat. Itaque; ut in singulis hominibus potestiarum, organorum, & sensuum omnium sociata congeries, tota denique; suppositi cuiusque; natura in ipso met supposito, tanquam in basi subsistit, & ut in Christo non diuina tantum, sed humana etiam natura diuinae subsistentiae innixa operabatur: ita (liceat hoc morali, ac doctrinali more loqui) tota Zachariae domus Sancto Spiritui, tanquam diuinae subsistentiae innixa diuersa ab eodem tamen principio, hoc est, ab Spiritu Sancto munera fortiebatur: nam actiones, ut loquuntur Scholastici, sunt suppositorum. Neque; haec loquendi forma a Patribus est prorsus aliena. Nam S. Basilus, lib. 5. contra Eunomium. Datur, inquit, Spiritus Sanctus ad subsistentiam creaturae. Licet ergo Spiritus Sanctus non assumpserit sibi aliquam praesentium naturam, sicut Verbum diuinum assumpsit humanam: at totam Zachariae domum sic arcte, sic amice amplexus est, effusus abunde donis, ac muneribus, ut omnes illius vi, ac vigore subsistere: neque; a se, sed ab Spiritu Sancto huc illuc inflecti viderentur. Omnium ille ora, omnium corda mouebat.

S. Basil.

Erat porro Spiritus Sanctus quasi domus illius economus, vnus omnibus rite consulens, ac prospiciens. Monet (inquit Bernardus, serm. 1. de Pentecoste) mouet, & docet: mouet memoriam, docet rationem, mouet voluntatem. Memento diuae Elisabethae mentem illustrabat. Mox enim, (ait Greg. hom. 30. in Euaag.) ut tetigerit mentem

Bernard.

Gregor.

docet; solumq; tetigisse, docuisse est. Virginemq; proinde sanctissimā Dei matrem esse declarabat exclamans præ hospitij in dignitate. *Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me.* Luc. 1. n. 43. Tanta enim fuerat animi submissio in Virgine, ut in matrem Dei se euectā nō declararet vlli, nisi Elisabētha Spiritus Sācti in stinctu mota: id prius ageret vel, ut clariūs dicā, nisi Spiritus Sāctus domus illius rector eā Dei matrem esse, declararet. Excipe Rupertū Abbatē lib. 1. in Cātic. ad illa verba. *Introduxit me Rex in cellam vinariā.* Cantic. 1. n. 14. vbi docet, prius Elisabēthā ab Spiritu Sancto intūs afflante, quā à Beata Virgine exteriūs eloquēte edoctam fuisse huius mysterij sublimitatem. *Verē, inquit Rupertus, pulcherrimus, & optimus explanationis modus, vbi verecūde puelle prolocutor fuit ipse Deus.* Et rursus ibidem. *Tu (inquit) Beata Virgo verē fidelis fuisti, non solum, quia credidisti Angelo euangelizanti: verū etiā, quia secretū istud custodisti, neq; properasti aliquando cuiquā tue admirationē facere felicitatis, ut diceres, quia fecisset tibi Deus, nisi cui prior ipse Deus, vel Spiritus. S. reuelauit.* Reuelerat autē id Spiritus. S. Elisabēthæ; quēadmodū, & Zachariam de eodem docuerat, & in ceberimum cāticum impulerat. Imo quia totam eam domum cælesti flamme ciebat; postquam natus est Ioānes, omnes idem Spiritus Sāctus in admirationē incitabat. *Mirati sunt uniuersi.* Luc. 1. n. 64. Zachariæ linguam expe diebat. *Apertum est autem ilico os*

eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Luc. 1. n. 64. nec non omnes finitimos ex noui fama mysterij ad Dei timorem, ac reuerentiam suscitabat. *Et factus est timor super omnes vicinos eorum.* Ibidem n. 65. ad auide inquirendum, & conijciendū felicissimē de eo puero, & domesticorū, & exterorum acuebat ingenia. *Et super omnia montana Indæe diuulgabantur omnia verba hac: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit?* Ibi num. 66. Quod si foris omnium animos Spiritus Sanctus sic excitabat ad reuerentiam, ad admirationem, ad letitiam; quid Zachariæ domi non ageret? Vbi potentia Patris, Sapientia filij, ac bonitas ipsius Spiritus Sancti colletari videntur magnis mysterijs; vbi repletus Spiritu Sancto exultat vterquē parens, vbi Spiritus Sancti inundatione *Exultauit infans in gaudio,* Ibi dem num. 44. & Dei matris Spiritus solito lætior exultat, ait enim, *Exultauit Spiritus meus in Deo salutarī meo.* Ibi num. 47. Sed cur Spiritus Sanctus tot, ac tales gaudiorum motus excitat? Cur tam festiuos applausus ingerit? Nimirum, vt Christo cōgaudeat gaudenti, ac salutem animæ Præcurforis sui afferenti, nam vt ait Origenes homil. 23. Numer. *Est festiuitas magna Christi Dei nostri humana salus.* Notat tandem Diuus Bonauentura ex eiusdem Spiritus Sancti instinctu, Ioannis nomen, antequam puero imponeretur, a tribus, ijsq; verissimis

ibi. n. 65

ibi. n. 66

ibi. n. 44

ibi. n. 47

Origen.

131.

Salus hominis est Christi festiuitas.

132.

nomen Ioannis a tribus præntiati. antequā in vniuersum

vati-

Luc 1. n. 43.

130.

Deipara se Dei matrem nō declarabat donec Spiritus Sāctus eam declarauit.

Cant. 1. n. 4.

Rupert.

Luc 1. n. 64.

Luc 1. n. 14.

ibi. n. 60

ibi n 63 D Bon.

vaticibus fuisse prænuntiatum: ab Angelo scilicet dicente. *Et vocabis nomen eius Ioannem.* Luc. 1. num. 14. A matre vaticinante, ac monente. *Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* num. 60. A patre deniq; ita prophetante, & scribente. *Ioannes est nomen eius.* num. 63. A tribus (inquit D. Bonauent. ferm. 2. de Sancto Ioanne) Spiritu Sancto dictante prius est appellatus, vt ex ore trium testium tam veracium eius meritum probaretur esse perquam maximum. Quod si roges, cur inspirante diuino spiritu nō ab vno tantum, non a duobus, sed a tribus amplissimis testibus sanctissimus puer Ioannes nominatur? Causam esse reor, vt eius plenitudo gratiæ declaratur. Nam nomen Ioannes gratiam significat: dum verò Spiritus. S. tot ora mouet, & talia, vt hoc nomen repetant, & ingeminēt, repetitam haud dubiē, & ingeminatam gratiā demonstrat; vt citatus Bonauentura. ponderat his verbis. *Dum ergo toties eū asserunt, esse Ioannem, ostendūt in eo plenitudinem gratiæ.*

LA VREA. XXIII.

Ioannis exemplo, & parentum, & aliorum saluticonfulendum. In eadem verba. *Repleta est Spiritu Sancto Elisabēth.* Luc. n. 41.

133. Parentes non honorandi solum, sed & muneribus onerandi.

134. Filij premio inuitantur; vt pa-

rentes honorent.

135. Parentum honorē suo Deus præponit.

136. Quare præceptum honorandi parentes dicitur primum?

137. Deo, & parentibus par referre non possumus.

138. Christus emoriens docet parētib; consulendum.

139. Concinator prius debet doctrina affluere, quā in alios effluat.

DOcet Ioannes, omnes filios, & in parentes esse grātos; & in ceteros omnes, postquā saluti proprię prouiderint, cælestia dona per quā liberaliter effundere. Quoad primum ait Deus. *Honora patrem tuū, & matrem tuam.* Exod. 20. num. 12 ad quem locum Oleaster. *Significantius (inquit) interpretabimur, onera patrem tuum, quā honorā; quoniam verbum Chabad. non solum ostendit honorandum, sed onerandum donis, & muneribus, vt sciat filius non solum se teneri ad honorem præstandū patri, sed etiam omnia alia necessaria.*

Quod vt filij exequantur, vide quātis Deus prouidit modis, ac medijs. Imprimis parentū curam gerentibus pollicetur præmium, quod est in rerum natura omnium lōgē præstātissimū; vitę scilicet diurnitatem: vita enim anteponitur omnibus alijs vitę cōmodis. Cūq; præceptis ante latis nullum Deus præmium posuerit; hic solūmodo proposuit. *Honora (inquit) patrē tuū, & matrē tuā; vt sis longæuit super terrā.* Exod. 20. n. 12. Notat id Apostolus his verbis. *Honora Patrē tuū, & matrē tuā, quod est mandatū primum.*

Exod. 20. n. 12 Oleastr.

133.

Parentes nō honorandi solum, sed onerandi muneribus.

134.

Filij premio inuitantur, vt parētes honorent. Exod. 20. n. 12

Ephes. 6 n. 3. Exod. 20. n. 12 Deuter 5. n. 16

Oleaster.

135.

Parentum honorum Deus pro ponere suo videtur. Rabbi Simeon

Prover. 3 n. 9.

1 Reg. 2 n. 30.

in promissione ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. Ephes. 6. nu. 2. Cur primū m appellat, quod in ordine quartum est, vt cerne re est. Exod. 20. num. 12. & Deuteron. 5. nu. 16? Illa placet in pri mis prædicta responsio, quia cū alijs decalogi præceptis premiū non promiserit, huic primum promisit. Nequē valet ratio D. Hieronymi in contrarium, vt videre est apud nostrum Iustinianū adhūc locum: qnapropter Oleaster. Exod. 20. num. 12. Vides (inquit) quanto pluris facit Deus parentum honorē, quam suum, vt quasi voluerit, te potius parentes, quam se honorare. Quod etiam ante notat eo loco Rabbi Simeon nimirum, scripturam pluris pependit se parentum honorem, quā honorem Dei. Iubet enim, vt Deū honoremus offerēdo ea, quę pos sidemus. Honora Dominum de tua substantia. Proverb. 3. num. 9. Parentibus verò præcipit, vt opem feramus ex quotidiano etiā ma nuum labore. Rursus Deus honorem impēdit ijs, qui se hono rāt iuxta illud. Quicumq; honorifi caueris me, glorificabo eum. Vel vt alij legunt. Honorabo eum. 1. Reg. 2. num. 30. is verò, qui parenti bus auxiliatur, vitæ longæui tatem promittit. Quis autem non videat, pluris vitam æstima ri, quam honorem: ac etiā mul to esse honorificentius, multoq; æstimabilius parentibus opē fer re ex continuo sudore manuum, quam Deo ex locupleti possessio ne aliquid immolare: tantum videlicet Deus commendare vo luit parentum curam, & hono-

rem, vt eum honori suo præfer ret.

Arridet deinde illa D. Hie ronymi responsio ad eum locū. Alijs omisissis, dicit, esse primū, quia scilicet est primum man datum in secunda tabula, sicut præceptū colendi Deum est pri mum in prima: ita enim dispo sitæ sunt duæ tabulæ decalogi, vt in paribus pariq; materia, ac nobilitate tabulis pares essent Deus, & parens alteruter. Vt enim in altera tabula Dei, ita in altera patris, & matris honor po nitur in primo loco: vt vel inde colligas, quantum honorē Deus optet, a filijs deferri parentibus. Nam præterquam, quod erant eæ tabulæ æquales, erant etiam saphirinæ, vt tuentur aliqui apud Abulensem in caput, Exod. 24. q. 16.

Quia verò sunt, qui putāt, hoc præceptum de honorandis parentibus ad primam tabulam pertinere, interquos est Philo. lib. quis rerum diuinarum hæ res, de quibus Abulen. in caput 32. Exod. q. 24. Scias, in ea etiam opinione magnopere commen datam fuisse parentum dignita tem, quippe, qui in eodem or dine cum Deo, vel proximè se cundū Deum, collocantur: quia scilicet esse patrem est quid di uinum: vnde Deo tantum, ac pa rentibus par referre non possu mus. Ita Arist. lib. 8. Eth. cap. vlti mo. Deo (inquit) & parentibus pa rem honorem habere non possumus: sed qui, quod potest obsequitur, bonus, & æquus esse videtur.

Filijs Deus exemplo hac in

136

Quare n. a. latū honorā li parentes, dicitur primum madatū.

Abulēf.

Philo.

Abulēf.

137.

Deo, & parentibus par refer re: nō pos sumus.

Aristot.

re

Ioan 19 n. 26. Chryso.

138.

Christus emoriens docet, pa rentibus consulendum.

Theop.

re præluet, nam Christus iam iā moriturus curam gerit etiam inter extremos angores matris suæ. Ait enim Euangelista. Cum vidisset matrem, & discipulum stan tem, quem diligebat, dicit matri suæ; Mulier ecce filius tuus: deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Ioan. 19. num. 26. Vbi extremam matris suę curam notat Chrysostomus his verbis. hom. 84. in Ioannem. Ipse autem crucifixus matrem suam discipulo commendat, erudiens nos, ad vltimum usq; spiritum parentum curam habendam. Quærit deinde cur mulieris alius non memine rit; cum ibi simul aliæ piæ mu lieres interfuerint? Respōdetq; istius modi. Ad monens, quiddam amplius matribus tribuendum, cum enim parentes nihil spiritualia impe diunt, merito omnia his sunt tribuē da; & omnibus præferēdi. Audien dus etiam Theophylactus eodē loco. Matrī (inquit) curam habet, docens nos, vsq; ad extremum spiri tum omnem habere debere curam eor um, qui nos genuerunt; & vide, quo modo, cum essen alię mulieres, solius matris curam habeat, nam oportet pa rentibus ad pietatem non obstānti bus omni cura seruire. Et verò cum parentes Ioānis bonis non ege rent tēporalibus, spiritualibusq; largiūs abundarent, eos Ioānes cumulat, & coronat eximio va tinandi dono; alijsq; diuinis in super exornat muneribus; quæ tam insolentem copiosæ infu sionis gratiam comitari debue runt: vt iam inde a visceribus matris in parentes, & gratus sit, & beneficus.

Quoad secundū obserua

mentis acie peruigili, Ioannem concionatorum exemplar futu rum, non nisi postquam se ple num vidit gratiarum, Spiritus Sancti flumen in matrem deri uasse, singulos diuini Verbi præ cones hoc exemplo monens, do ctrinæ quidem celestis largita tem perliberalē auditoribus esse cōmunicandā; sed nō nisi post quā ea, is, qui cōmunicat, affluat, & abundet: ne illud Diui Bern ardi, ferm. 18. in Cantica in in cautum, & imprudentem aliquē cadat. Quod tuum est spargis, & perdis, si priusquam effundaris, tu totus semiplenus festinas effundere. Quam obrem si sapis, concham te exhibebis, & non canalem: hic siquidem penè simul, & recipit, & refundit: illa verò donec impleatur, expectat, & sic quod super abundat, sine suo damno com munit. Pulchrum est hoc exem plum, quo te Bernardus admo net, quoq; etiam Ioannes, ante quā nasceretur, edocuit. Rur sūs illud in eodem argumento attende, vt ne, postquam repletus fueris cælestium gratiarum cursum velis accumulare, contra ac concha dilaudata facit, quæ vt primum roribus, aut aquis impletur, restagnat effusione libe rali; hoc tu, nisi feceris, illam de mer eberis reprehensionem. Noli esse exasperans, sicut domus Israel exas peratrix est. Ezechiel 2. num. 8. in quem locum D. Gregorius ita loquitur. Sicut mali ideo Deū exas perant quia loquuntur mala: ita boni exasperant, quia reticent aliquando bona. Cuius criminis nulla Ioā nem vnquam consequens ætas redarguet.

D Ber.

139.

Cōciona tor prius doctrinā affluere debet in se, quā in alios ef fundat.

Ezech. 2 n. 8.

EXCLAMAVIT

voce magna. Luc.

I. n. 42.

LAVREA XXV.

Vocis magnæ haud exigua my-
stera.

- 140. Magni Verbi vox debet etiam esse magna.
- 141. Quomodo quisquis Deum possit magnum efficere?
- 142. Vnde vox Elisabetha magna dicitur?
- 143. Christus Deus agnoscitur, ex voce magna, qua expiravit.
- 144. Ioannes, antequam nascatur, vox magna.

NON frustra Spiritus Sãctus, qui hanc vocẽ magnã formavit, de hac ipsa magnitudine posteros certiores facere voluit: vt intelligeremus, omnia, quæ ad Christi mysteria attinent, (eaverõ cum Joannis mysterijs mirè concordant.) Verè magna esse dicenda. Quid verò magis ad Christum spectat, quàm Ioannes? Quid Verbo proximius, quàm vox? Si Verbum est magnum, qui vox poterit esse tenuis? Quam ergo sint vtraque magna ex simillimis magnificisq; scripturæ testimonijs, patet, vt colligamus. Etenim de Christo dicitur. *Hic erit magnus.* Luc. 1. num. 32. de Ioanne simi-

140.
Magni
verbi vox
debet etiã
esse ma-
gna.
Luc. 1
n. 32.

liter scribitur. *Erit enim magnus.* Ibidem num. 15. Dei mater suã fatetur magnitudinem. *Fecit mihi magna, qui potens est.* Ibidem 49. Ioãnis itidem mater præ magni doni admiratione, *Exclamat voce magna.* Ibi nu. 42. Rursus Dei mater ait, se Deum magnum effecisse. *Magnificat anima mea Dominum,* Ibi num. 46. Quomodo autem magnũ facere potuerit, explicat D. Bonaventura eo loci in hæc verba, *Tunc anima nostra verè Dominum magnificat, quando sub ipso se ipsam captivat, & humiliat.* Et hoc planè modo Ioannes Deum pluriès, ac milliès fecit magnum. Quemadmodum verò illa verba Beatę Virginis. *Fecit mihi magna,* ad incarnationem referantur, ait D. Bonaven. *Hoc (inquit) refertur ad incarnationis mysterium, quod est magnum, & incomprehensibile, & ideo admirabile.* Pari concordia illa Ioannis vox magna matris in ore formata ad incarnationem respicit, recte eodem D. Bonaven. *Ideo, inquit eo loco) voce magna clamabat, quia illum continebat in utero, qui erat vox Verbi.*

Vox autem cum Verbo, & Verbũ cum voce natura sua necessariò coniunguntur; vnde cũ Verbum humanos artus iã indutum magnum foret, vox & si matris adhuc in utero contenta magnitudine iam sua aures omnium personabat, ideoq; prædoctus Salmeron, tom. 3. in hist. Euang. tract. 10. *Dicitur (inquit) exclamasse voce magna, quia mater erat eius, qui de se ipso dicturus erat, ego vox clamantis in deserto. Qui enim ad eò magnum, quid ma-*

Ibi. n. 15

ibi n. 49

ibi. u. 42

ibi. n. 46

D Bon.

141.

Quomo-
do quispiã
Deũ pos-
sit effice-
re magnũ

D Bon.

Salmer.

tris

142.

vnde vox
Elisabe-
the mag-
na dica-
tur.
Salmer.

tris ore tonabat, quid postea ore proprio crederes non soniturũ verè magnum, ac magnificentum? id mater præfagit: ideoq; attonita cogitur exclamare. *Elisabetha (inquit citatus Salmeron) de mysteriorum magnitudine attonita, vocem magnam edidit, dicens Benedicta tu inter mulieres.* Vocem, inquam, edit ex affectu magnam. Vnde citatus Salmeron, *Spiritus Sanctus (inquit) efficit vocem nõ exiguam, sed magnam, non tam mole corporis, quam affectus, & devotionis magnitudine.*

Quemadmodum vero Christus in exordio vitę suę sua omnia, suiq; vicissim Præcursoris fecit magna; ita in huius vitæ exitu, & suam, & sui Præcursoris vocem voluit efformare magnam: suam nimirũ cum è crucis tribunali orbem personuit, iuxta illud. *Clamãs voce magna emisit spiritum.* Matth. 27. n. 50. quod pensans Origenes, tom. 2. tract. 35. ita scribit. *Maiorem dico orationem Christi fuisse, quam Iona in utero ceti propter magnitudinem rerum, quæ demonstrantur ex ea, & propter magnum affectum passionis.* Vbi notanda sunt illa verba. *Propter magnitudinem rerum, quæ demonstrantur ex ea.* Enim verò demonstrantur multa, & magna quidẽ miracula: quę hanc vocem magnã sunt consecuta: ait enim textus. *Iesus autem emissa voce magna expiravit, & velum templi scissum est in duo, a summo vsq; deorsum, videns autem Centurio, quia sic clamans expirasset, ait. Verè hic homo filius Dei erat.* Matc. 15. num. 37. Meritoq; inter illius magnæ vocis mira-

Mat. 27
n. 50.
Origen.

Mar. 15
n. 37.

cula censetur conuersio Centurionis. Nam vt scitè notat Diuus Bernardus, ferm. 28. in Cãtica. *Extrema illa, & magna Christi vox fidei iubare Centurionẽ illuminavit.* Addo verba Bernardi. *Videns (inquit) Centurio, qui ex aduerso stabat, quod clamans expirasset, ait; verè hic homo filius Dei erat, ergo ad vocem credidit, ex voce agnouit filiũ Dei, & non ex facie.* Quẽ admodum ergo Christus in morte edita illa voce magna cognitus est filius Dei; ita Synagoga iam iam expiratura magnam vocem edidit Ioannem Baptistam: qui, vt animaduertit S. Theodoretus studites, fuit veteris legis vltimus. *Qui erat, inquit, vltimus ordine, maior dignitate extitit.* Eoq; vltimo adueniente, ac magna ea voce clamante. *Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, antè me factus est, quia prior me erat.* Ioan. 1. num. 15. Lex vetus animã exhalavit: vbi duo, par est, animaduertere. Alterum, quemadmodum Christus ex magna voce; quam moriturus edidit, cognitus est Dei filius: ita legem veterem ex Ioanne voce magna, quam moritura clamavit, agnosci potuisse non humanam legem fuisse, sed prorsus diuinam, quæ tã diuina voce moriens proclamavit. Alterum, quemadmodũ ad illam magnam, ac vltimã Christi vocem conuersus fuit Centurio; ita quoq; conuersos fuisse non Centuriones solũ, sed Ecclesię militantis duces & imperatores magnos Andreã, Petrũ, Iacobum, & Ioannem Euangelistam ad Baptistam morientis le-

Bernar.

Orat. de
Baptista

Ioan. 1.
n. 15.

143.

Ex voce
magna,
qua Chri-
stus expi-
rat, cogni-
tus est
Christus
filius Dei,
ex voce
magna,
qua lex
vetus ex-
pirat, ag-
noscitur
diuina.

gis

fore. Et hi amore firmati sempiternio statuunt, non ipsum orbem terrarum caelo, sed caelum terris omnibus iura daturum, cunctasq; vniuersim gentes, ac regiones. Ioanne, post Christum, ducem, Euangelio credituras. Fauet Ambrosius lib. 1. in Lucam dicto nobili, ac singulari expendens illa verba. *Vt omnes crederent per illum.* Ioannis 1. num. 7. *Præcurrit* (inquit) *anima nostrae quaedam virtus Ioannis, dum credere paramus in Christum: ut paret ad fidem animae nostrae vias.* Quae autem sit haec Ioannis virtus, aliqui de eius vel exemplo, vel impetratione explicant. Fauet insuper Origenes in eundem propè sensum exponendus: apud Catenam auream in caput primum Luce, his verbis, *Sacramentum autem Ioannis usque nunc expletur in mundo: quicumque enim crediturus est in Iesum, antea spiritus, & virtus Ioannis ad animam illius veniit.*

Et vero, quemadmodum athlete, quo fortius colluctentur in oculis omnium spectantium, se prius clandestinis luctis, accuratissime exercent, de quibus Tertull. lib. ad Martyres, cap. 13. *Athleta, inquit, segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori adificando vacent.* Ita Ioannes, ut submoueat orbe eos, aduersus quos luctamur, spiritus, de quibus Apostolus ad Ephes. 6. num. 12. Spiritus Sancti vnctione roboratur a Christo, quemadmodum, & illi Sancti martyres, de quibus Tertull. paulo ante laudatus. *Epistates vester, inquit, Christus Iesus, qui vas spiritu vnxit, & ad-*

hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis seponere, ut vires corroborarentur in vobis. Ita Ioannem exercitatissimum ducem futurum, præparandumq; postmodum in solitudine; iam nunc exercet in vtero. *Vngebatur itaq; (inquit Ambrosius in Luc. cap. 1.) & quasi bonus athleta exercebatur in vtero matris propheta: amplissimo enim virtus eius certaminis parabatur.* itaq; Ioannes iam solitarius, addictus castris Spiritus Sancti cepit eius audire lituos, & militares tibias, quae intus sonant, & animis canunt, cepitq; audire multo melius, quam Sanson eiusdem Spiritus Sancti castris militans. *Cepit Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan. Iudic. 13. nu. 25.* idest, cepit illius auribus classicum canere, & militares sonitus edere; vnde hebraicè legitur. *Cepit tinnire ei.* Proh quam generosiore tinnitu, quam clariore tuba pugnas alias atq; alias Ioannis auribus insonabat, quibus caelo ipsi ea vis esset inferenda, de qua infra dicam Cur. 3. Laureia 31.

V N D E M I H I,
ut veniat mater Domini mei ad me. Luc.

I. nu. 43.

LAVREA XXV II.
Et Ioannes, & Elisabeth huc grantantur aduentum, & suam tantorum hospitem profitentur indignitatem.

D. Amb.

Ioan. 1. n. 7.

Origen.

152.

Vt se pareret, & exerceat ad animarum conversionem.

Tertul.

Ephes. 6. n. 12.

D. Amb.

Iudic. 13. n. 25.

- 153. *Ioannes matris ore prophetizatus.*
- 154. *Ioannes, & illius parens Virgini hospitio designatur.*
- 155. *Regina ancillam inuisit prior, & salutavit.*
- 156. *Elisabetha agnoscit mysterium Incarnationis,*
- 157. *Indignitatem suam Elisabetha profitetur.*
- 158. *Miratur Elisabeth Virginis humilitatem.*

Magna Reginae aduentum affuit Elisabethe Spiritus Sancti flamen. *Et repleta est Spiritu Sancto.* Luc. 1. num. 45. ipsamq; Virgini oraculo eatenus inaudito Dei matrem pronuntiat, se interim reputans indignam, quae Dei parentem in domum suam hospitem recipiat, hoc tamen vaticinium Ioanni matris adhuc visceribus incluso potius, quam ipsi Elisabethe tribuendum reor. Vide, quae diximus Curru hoc Laureia 26. sentitq; mecum Nicephorus, lib. 4. cap. 8. *Ioannes, inquit, ore materno quasi mutuo sumpto supra naturam capti vaticinatus matrem Dei Virginem vocans simul inter mulieres benedictam.* Consentit Augustinus, aut quisquis est auctor de mirabilibus scripturae, lib. 3. cap. 1. in haec verba. *Ioannes spirituali flamine per os matris de nascituro ex Virgine Christo prophetavit, dum enim Moyses spiritus in 70. Consiliarios distribuitur, quid mirum si pueri adhuc in vtero manentis spiritus per matrem loque-*

Luc. 1. n. 45.

Niceph.

D. Aug.

153.

Ioannes matris ore prophetizatus.

retur. Ita Augustinus, adde Sanctum Isidorum Pelusiotam, lib. 1. Epist. 363. ita loquentem. *Quoniam temporis immaturitas Iesus, qui adhuc in materno utero suat, hoc minime dedit, ut loqui possint, idcirco Baptista redemptorem predicare maturanti, oris organum mater commoda uit.* Eodem sensu loquitur Diuus Hieronymus aduersus Luciferianos his verbis. *Ille qui ex matris utero clamabat: & vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Dumq; ita filius Matris ore loquitur, materq; filij item voce vititur; vterq; pariter Dei, & matris Dei geminata beneficia recognoscit; Ioannesq; se Dei praesentia salutari indignum, pariterque Elisabetha Deiparentis beneficentissimo aspectu frui immeritam se reputat, idcirco, credo, tam contenta voce exclamat vterq;, mater propria, filius comodata. Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me.* Luc. 1. n. 43. Ea enim causam exclamandi magna voce agnoscit Simon a Cassia, lib. 3. tract. de Ioanne Baptista vbi ita loquitur. *Prorumpit in vocem magnam, magnam consideratione sui; magnam existimatione matris omnium redemptoris ad eam venientis.* Venit enim prior Regina ad famulam, mater Regis ad matrem clientis, priorque salutavit, quae prior salutari, & reuerentissimis officijs prioris salutationis excipi deberat, quo circa admirandus Ambrosius, lib. 2. in Lucam: *Venit (inquit) inuicem ad seniores, nec solum venit, sed etiam prior salutavit.*

Pelusi.

D. Hier.

154.

Ita Ioannes, & eius patres se profuerunt indignos tamis hospitibus.

Luc. 1. n. 43.

Simon a Cassia.

155.

Regina famula visitat, & prior salutavit.

Q

magni

bat. Ab ea enim ocellis perbeat. Ab ea enim ocellis perbeat...
Idem.
Idem.
174. Ioani prima omnia debentur.

LAVREA XXXI.

Vtrum Deiparens re ipsa Ioannis natiuitati interfuerit, nec ne? Ad eundem locum.

- 175. Dicunt aliqui Deiparam non interfuisse natalitio Ioannis.
- 176. Rationes, quibus id videtur ostendere.
- 177. Virgines adesse partibus non solebant.
- 178. Contraria pars demonstratur.
- 179. Prius de Virginis discessu, quae

de Ioannis natiuitate Euangelista scriptum per anticipationem.

Meorum partium esse putauimus, monere hoc loco lectorem id, quod ex ante dictis probatum dare videmur. Nimirum B. Virginem domini Zachariae cum Elisabetha ad natiuitatem usque Ioannis permansisse, non ita certum haberi. Nam Virginem Sanctissimam appropinquante partu discessisse tuetur auctores egregij Theophylactus Luc. 1. Quia, inquit, paritura erat Elisabet, abcessit Virgo propter multitudinem eorum, qui ad partum conuenturi erant, indecens autem Virgini in talibus versari. Deinde Iäfenius, Caietanus, Euthymius Titus in Luc. Nicephorus, lib. 1. histor. caput 8. Graecus, & Theophylactus in catena D. Thomae, Rupertus lib. 1. in cätica, Metaphrastes orat. de vita, & dormitione S. Mariae, D. Thomas in catena, Petrus Canisius, & plures alij.

Nec leues sunt rationes, quae hanc partem muniunt, nam Virgo Santissima ad Elisabetham sexto mense a concepto Ioanne profecta fuit, mansitque ibi mensibus fere tribus, haud tamen expletis: ergo quo tempore domum suam repetiuit, plene exacti non erant menses nouem; totidem enim inter conceptum, & partum solent interponi: non igitur eo tempore Elisabetham Ioannem pepererat. Praeterea cum Maria sexto mense ad Elisabetham venisset dicatur, & apud eam non integro trimestri permansisse: pro

fecto

Theop.

175.

Qui afferunt, Deiparam non interfuisse natiuitati Ioannis.

Iansen. Caiet. Euthy. Titus. Niceph. Graec. Theop. D. Tho. Rupert. Sim. Metha.

176.

Rationes, quibus id ostendi videtur.

Luc. 1. n. 36.

177.

Virgines partibus adesse non solebant.

fecto ante finem noui mensis abijisse demonstratur. Nam quando Beatissima Virgo salutauit Elisabeth, sex fere menses conceptus infans agebat, dixerat enim paulo ante Angelus. *Hic mensis est sextus illi.* Luc. 1. nu. 36. quibus verbis indicatur, quod ille mensis ineptus esset, & non dum exactus: mansit autem Virgo Beatissima apud Elisabetham fere tribus mensibus; menses autem fere sex, & fere tres nouem non explent. Tempus vero naturalis partus ad exordium mensis decimi solet pertingere.

Ad hoc, parum honestum esset verecundae Virgini adesse parturienti, & cum obstetricantibus conuersari, ideoque Virgines olim partibus interesse non solebant: tum etiam, quia mulieres aliae ad proximum Elisabethae partum conueuerant, Quapropter Virginis obsequia non ita necessaria videbantur; tum demum propter domesticum tumultum nouamque; adeo perturbationem propinquorum Elisabetham visitatum. Hic enim concursus sanctissimam Virginem dedecere videbatur, ergo verisimile est, illam domum suam rediisse, antequam Ioannes ederetur in lucem.

Praeterea, si Maria praecursoris natiuitati, & circumcissioni interfuisset, qui fieri posset, ut id Euangelista non meminisset; cum id esset facillimum memoratum: poterat enim Euangelista satis commodè discessum Virginis narrare, post Ioannis circumcissionem, & canticum Zachariae. Tandem

si Beatissima Virgo Elisabethae partui interfuisset, faciens Euangelista mentionem laetitiae cognatorum, Virginem quoque meminisset: quod cum non fecerit, indicat, eam prius domum suam se contulisse. Ex his, alijsque, quae prudens omitto, fit verosimile, Mariam citra tempus pariendi Elisabethae à Zachariae domo discessisse.

Alij tamen, ijsque grauisimum Patres, tum scriptores, alia propugnant partem; inter quos est Ambrosius Luc. 1. *Tandiu, inquit, mansit Maria, quandiu Elisabetha pariendi tempus impleveret.* Cui ad de Bedam in eum locum ita loquentem. *Tandiu mansit Virgo donec praecursoris, propter quem maxime venerat, natiuitate videret.* Nec non Diuus Petrus Damianus, serm. 1. de S. Ioanne. Cui, inquit, etiam tanti honoris collata est gloria, ut natiuitati eius ipsa Dei Genitrix interesset. Accedit D. Antoninus 1. p. historiae tit. 5. cap. 1. Cardinalis Hugo, utraque; Glossa Interlinealis, & Ordinaria; Simon de Casia, Petrus Comesstor, D. Bonauentura vitae Christi, cap. 5. Lyranus, Cardinalis Toletus; Barradas hoc loco, & alij complures. Argumentorum verò in contrariam partem enodationes, si quis videre cupiat, reperiet apud Toletum, & apud Barradium: & ad illam quidem, quae deducebatur ex honestate Virginis, respondent illam eo tempore in alium locum potuisse se cedere. Illi verò argumento, quod maius pondus habere, ipsi

tebatur,

D. Amb.

178.

Contraria pars (uis) stabilitur argumentis.

Bed. D. Petr. Damia.

D. Ant. Cardin. Hugo. Glossa. Interli. & Ord. Casia. Pet. Comest. D. Bon. Lyran. Tolet. Barrad.

tebatur, temporis item computatione faciūt satis. Nam Deipara Christum concepit, die 25. Martij ad Elisabetham viā adorauit, non statim, sed aliqua interposita mora dierum, videlicet circiter decimā mensis Aprilis lucem; quod videtur Euangelista insinuare, cum ita scribit. *Exurgens autem Maria in diebus illis.* Luc. 1. num. 39. Vbi consideratē dixit in diebus illis, non autem in die illa: ac si diceret, non post vnam vel alteram, sed post aliquot dies: profecta igitur ex vrbe Nazareth, aliquot dierum spatium itinere cōsumpsit, apud Elisabetham cæteris diebus commorata est; qui ex mense Aprili supererant, toto præterea, mense Maio; Iunioq; extremo domum reuersa est: vnde inclarescit quasi tribus mensibus cum Elisabetha mansisse, vt ait Euangelista, id est tribus mensibus non expletis; Ioānisq; ad eōnatiuitati interfuisse, qui septimo Calendas Iulij natus est; præcursorēquē iam natum, rationēq; pollentem aspectu suo, ac præsentia perbeasse. Quod autem Euangelista de Virginis discessu, priusquam de natiuitate Ioannis scribat, id per anticipationem factum intelligere debemus.



Luc. 1. 39.

179.

Euangelista prius de Virginis discessu, quā de natiuitate Ioānis scripsit per anticipationem

ELISABETH

autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium suum.

Luc. 1. n. 57.

LAVREA XXXII.

Plenitudo meritorum, non ad peccatorum opera spectat.

- 180. *Dies iustorum pleni, inanes impiorum.*
- 181. *Mali dies suos non implent.*
- 182. *Abraham studijs pietatis omnē vitam impleuit.*
- 183. *Christus omnia impleuit pietate, & charitate.*
- 184. *Impleuit vacuas angelorū cathedras.*
- 185. *Præstantius est Spiritu Sancto repleri, quam Sanctificari.*

Considerandum est Verbum illud, quo haud inconsideratē vtitur Euangelista (impletum est tempus) Luc. 1. num. 57. quæ sanè consideratio non fugit Origenem, hom. 12. in Genesim, vbi sic scribit. *Hic sermo, id est, impleti sunt dies eius, vt pareret, numquam certè, nisi de sanctis mulieribus scribitur.* Non item latuit Ambrosium, lib. 2. in Lucam. *Si diligenter, inquit, animaduertas, inuenies, hoc numquam positum, nisi in generatione iustorum, plenitudinem iustæ vitæ habet, inanes autē dies sunt impiorum.* Locuples testimoniū

Luc. 1. n. 57. Origen.

D Amb 180.

dies iustorum pleni, inanes impiorum.

habes

Gen. 35 n. 28.

habes Genes. 35. vbi cum de S. Isaac scriptura loqueretur, signatē dixit. *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.* Ibi nu. 28. completos autem appellat dies: tum, quod multi fuerint; tum potissimè, quod illis Patriarcha Sanctus opera peregerit tot, ac talia: quot alij multi longiori annorum serie neutiquā fecerūt. Vel quia operum suorum sanctimonia ad destinatam vitæ metam feliciter peruenit: ad quam impij scelerum merito raro per tingunt. Ita ratiocinatur Abulensis eo loco Genesios subnotans illud idem verbum (*Completi sunt dies*) in quo, inquit, notatur, quia bonus erat Isaac, quia mali non diuidiant dies suos. In hanc sententiam quærit Legionensis in caput 2. Epistolæ ad Galatas. Quare dicatur Abraham mortē obijisse plenum dierum. *Mortuus est in senectute bona, prouecteq; atatis, & plenus dierum.* Genes. 25. nu. 8. Respondetq; his verbis, scribitur, *plenum dierum mortem obijisse, non quod diutissimè vixerit, sed quod omnem suam vitam in studijs pietatis consumpsit.*

Abulens.

181.

Mali non implent, iusti expleunt dies Legion.

Gen. 25 n. 7.

182.

Abraham omnē vitam studijs pietatis impleuit.

Vel potius dicamus idēd Euangelistam in magni præcursoris partu vsū fuisse eo verbo. *Impletum est tempus,* vt nimirum significaret; adesse iam propē Christum, qui non, vt legem veterem exinaniret, sed vt imple-ret, aduentabat. Vtq; eandē gratiæ, & sanctimoniæ egenam ad altiore gradum euocatam im-pleret vbertate celestium donorum, ac gratiarum. Quod Paulus alludit ad Galat. 4. his verbis. *Vbi*

Ad Gal. 4. n. 4.

venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Ibi. nu. 4. Illud enim tempus erat, quo Deus aggrediebatur cælestibus diuitijs terras opplere. Alludit rursus Apostolus Ephes. 1. his verbis. *Secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporū, in laudare omnia in Christo.* Ibi n. 10. vbi appellat Apostolus dispensationem plenitudinis temporum, quia tunc expletis patrum desiderijs implebantur vaticinia; & charitatis inauditæ thesauris omnia cumulatisimè inaurabantur: iuxta illud Augustini, lib. 7. contra Faustum, cap. 6. *Plenitudo* (inquit) *legis charitas, istam charitatem Dominus exhibere, & donare dignatus est.* Hac Dominus Iesus amissas olim præcipitantium cum Lucifero Angelorum sedes plenè instaurauit: tot illis destinatis iustis, quō Angelorum millia ceciderant: quō respexit diuinus psaltes. Psal. 109. illis verbis. *Implebit ruinas,* ibi nu. 6. hoc est, teste Hugone Cardinale. *Implebit ruinas Angelorum.* Et vero Christus, vt nihil inane, ac vacuum maneret. *Ascendit* (inquit Apostolus Ephes. 4. num. 9.) *super omnes celos, vt impleret omnia.* Vbi Anselmus Laudugnensis commēntatur. *Vt impleret omnia bonis.*

Ephes. 1. n. 10.

D Aug.

183.

Christus omnia impleuit charitate.

Psal. 109 n. 6.

184.

Impleuit vacuas angelorū cathedras. Ephes. 4 n. 9.

185.

multo est præstantius Spiritu S. repleti, quā sanctificari.

Luc. 1.

n. 15.

D Petr. Damian

nus

á me lustrandus, ac percurrendus, sed alijs post me indigitandus. Nam in cæterorum sanctorum solennitatibus laudum incrementa semper oportet adnectere: In Ioã ne tamen, tot, ac talia sūt ornamenta laudū, vt ea augere non oporteat, sed potius imminuere: vt puta Malachię 3. n. 1. dicitur Dei Angelus: eodēq; capite Christus dicitur Angelus hominum: hoc enim sonat. *Angelus testamenti, quē vos vultis.* Ibidē, n. 196. itē 1. Ille nāq; Angelus exposcebatur ab hominibus, eisdēq; dabatur, cui dono gratulabūdu exclamat Isaias. *Parvulus datus est nobis.* Isaię, 9. n. 6. In quem locū S. Ildephonus in lib. de Virginitate Marię, c. 3. *Parvulus* (inquit) *id est Christus, quia homo nō sibi, sed nobis est natus.* Oportet igitur Ioannis, Dei Angeli, (nequis effutiat, eūq; Christo velit anteferre) estimationē imminuere, & Angelo testamenti postponere. Hoc ipsum accuratē vidit Aquila cęlestis Ioannes Euangelista cum necessarium iudicavit astruere, illum non æternam lucem esse; sed hominem. *Fuit homo missus à Deo, & non erat ille lux.* Ioan. 1. n. 7. Et ipsemet Ioannes Baptista, cū omnium in se coniectos oculos videret, clamabat se non esse Regem. *Post me venit vir, qui ante me factus est.* Ioã. 1. n. 30. Et iterū. *Ego quidem baptizo vos aqua in penitentiam, qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.* Matth. 3. num. 11. Quod propterea dictum est, quia, vt notavit Chrysostomus, hom. 5. in Ioannem, apud homines, qui

Malach. 3. n. 1.

Ibidem.

196.

Tot sunt Joannis laudes, vt eas oporteat imminuere. Isaię 9. n. 6. Ildeph.

Ioan. 1. n. 8.

Ioan. 1. n. 30.

Mett 3. n. 11. Chryso.

testimoniū perhibet, maior esse solet eo, cui testimonium perhibetur. Qua propter Theophylactus in cap. 1. Ioannis eandem adducit in medium rationē his verbis. *Quandoquidem, vt saepe fieri solet, qui testatur, maior est illo, cui testimonium perhibetur.* Et Sanctus Thomas ibidem lectione 4. *Ne ergo* (inquit) *crederetur, Ioannem esse maioris authoritatis, quam Christus, dicit Euangelista, non erat ille lux.*

D. Tho.

Itaq; tantus erat Ioannes, vt necesse fuerit, eius in dies excrecentem famam amputari. Porro maximum id nominis, & opinionis augmentum debetur incomparabili submissioni, qua se Christus à suprema Dei maiestate in imam filij fabri æstimationē deiecit. Oportebat enim, vt Deo in tam obscuro loco latenti magna lux adveniret (Ioannes scilicet hominum opinione maior,) quæ latentem indicaret; ac manifestaret. Ego vero debeo hanc mentem, & hunc inuentū gratulor Abbati Ruperto, in Matth. lib. 2. vbi ita loquitur.

197.

Magnitudo Ioannis debetur humilitati Christi, Rupert.

Iste ergo Ioannes homo magnus, pro ipsa magnitudine sui, multum debet humilitati filij hominis. Quippe, qui propter indigentiam eiusdem pauperis, & egeni propter nos facti, propter nos testimonio magno indigentis, tam magnus, & talis venit, qui testimonium perhibens dignus esset audiri, imo non posset contemni. Ita ille. Vel fortè propterea dicitur Ioannes imminui; quia Ioannis vaticiniū terminatū, ac finitū erat. Hęc rationē præter ante commemoratas, assignat etiam

Augu-

August.

Augustinus, serm. 36. de Sancto Ioanne, his verbis. *Beatus Baptista pari humilitate pronuntiat: illum oportet crescere, me autem minui, Illū (inquit) oportet crescere, quia per omnem mundum Christi Evangelium dilatatur: me autem minui, quia Ioannis prophetia finitur.*

Guilel. Durat.

Sed quare in huius Sancti per uigilio in aliquibus regionibus rota circumuolui solet? Respondeat Guilelmus. Durantus, lib. 7. cap. 14. num. 13. *Rota*, inquit, *in quibusdam locis voluitur ad significandum, quod sicut sol ad altiora sui circuli peruenit; nec altius potest progredi; sed tunc sol descendit in circulo. Sic, & fama Ioannis, qui putabatur Christus, descendit, secundum quod ipse testimonium perhibet dicens. Me oportet minui, illum autem crescere.*

198.

Examinatur mēs & intolle Elus eius loci, illum oportet crescere, me autē minui.

Quod dicunt quidam, dictum esse, eo quod tunc dies incipiunt minui, & in Natiuitate Christi crescere. Sed quia ante festū Sancti Ioannis decrescunt: & ante Natale Domini crescunt: intelligēdū est de Natiuitate in matre: quādo scilicet cōceptus est vterq;: quoniā Ioannes cōceptus fuit decrescentibus diebus, vt in Septēbri; & Christus increscētib; vt in Aprili: vel die de morte utriusq;: nā Corpus Christi exaltatū est in Cruce: corpus Ioãnis capite minoratū.

Sed hæc Duranti subtilitas in arguendo, nostris etiā patet argutijs, ac inuectionibus; nam si ille reprehendit eos, qui dicūt, propterea à Ioanne dictum fuisse. *Illum oportet crescere, me autem minui; quia tunc incipiunt dies minui, & in Natiuitate Christi crescere; eo quod ante festum S. Ioãnis decrescāt, & ante Natale Domini crescant: eodem pror-*

fus modo redarguetur eius prima respōsio de Natiuitate in matre, quando videlicet conceptus est vterq;: nam dies non decrescunt tantum in mense Septembri, quo conceptus est Ioannes, sed iam ante decrescebant: neq; crescunt tantum a mense Aprili (vt eius hæream terminis) sed iam ante crescebant. Nisi fortè Durantus premat illud verbum (incipiunt) scrupulosè nimis, ac religiosè, quò aliqui Patres vsi sunt morali, non Mathematico modo loquentes, & docentes à natiuitate Sancti Ioannis incipi dies minui; & a Natiuitate Christi incipi crescere: hoc est, ab eo circiter tempore; duo enim, vel tres dies anteeūtes, quibus dies penē nihil, aut minuūtur, aut crescunt, reputātur pro nihilo: sed hoc satis in re tenui. Tenuia, & minima circūcidamus, vt ad Ioãnis circūcisionē, quò multi veniūt, veniamus.

199.

Refellitur Durantus.

LAVREA. XXXV.

Aliqua spectantia ad circumcisionem octauo die fieri solita. Super ea verba. *Et factū est in die 8. venerunt circumcidere puerum.* Luc. 1. n. 59.

- 200. *Quare octava die fieret circumcisio?*
- 201. *Tunc aliquis nascitur, cum magnum euadit periculum.*
- 202. *Ita Abram, cum ignem euasit Chaldaeorum.*
- 203. *Ioannes domi, nō in templo circumcisus.*

R 3

204. Ioan-

- 204. *Ioannes non egebat circumci- sione.*
- 205. *Octava die Circumcisionis im- ponebantur nomina.*
- 206. *Quare id fiebat.*
- 207. *Tunc imponuntur nomina, cum nos strenue pugnatos profitemur*
- 208. *Prima responsio 2. & 3.*
- 209. *Circumcidebantur pueri, ut af- fuescerent laborum patientia.*
- 210. *Mors Christi mouet efficaciter.*

DE Circumcisione lex hęc extat, *Filius octo dierū circumcidetur inter vos.* Genes. 17. num. 10. & illa. *Die octauo circumcidetur caro preputij vestri.* Leuit. 12. nu. 3. Circumcisio enim figura erat, & signaculum fidei Christi aduentum, & sanguinē representans, quo vitia ac peccata erant refecanda: quo posito. *Quæro in primis, quare nõ nisi octauo die pueri circumcidebantur? Reddõ causam: infãtium vita vsq; ad septimum diē inclusiue in magno periculo ver- fatur, tum propter causas particu- lãres, tum propter communes cœli impressiõnes, quæ in tene- ra corpuscula plurimum valent.* Defumitur hæc doctrina ex Ari- stotele, lib. 7. Histor. animal. cap. 12. Vbi de infantibus sermonem facit in hanc sententiam. *Plurimi ante septimum diem intereunt: unde fit vt nomina septimo die imponãtur, tamquam saluti iam pueri magis cre- damus.* Similē causam apud Ro- manos attulit Plutarchus in lib. quæstionum Centuriatarum Ro- manorum; nempe cur nono die nomē maribus imponeretur. *Dies enim septimus, inquit, anceps erat.*

Gen. 17 n. 10.

Leu. 12. n. 3.

200.

Quare octauo die fieret cir- cumcisio.

Aristot.

Octauus autem, quia feminis numerus par adhibebatur, relinquebatur, & ad nomum differebatur. Addit, vmbelicum die septimo resolui, & vsq; ad illam diem ancipitem esse vitam. Deus igitur noluit ante octauum, Circumcisionem fieri, ne periculum periculo adde- retur. Adde, cum non dum vita hominis certa esset, non compu- tari interim de numero populi Dei. Et his de causis dies octa- uus eligitur, quando vita infan- tium periculum illud effugit, vt eo pueri circumcidantur, & in cæterorum hominum numerū referantur.

Et hinc aperitur ratio pro- pterquam cum angelus dixerit ad Zachariam illum propter in- credulitatis vitium fore murum vsq; ad Ioannis natiuitatem; id enim sonant ea verba. *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diē quo hæc fient; pro eo quod non credidi- sti verbis meis, quæ implebantur tem- pore suo.* Lucæ 1. num. 20. Vbi ille terminus (vsquē in diem, quo hæc fient) idem valet, ac si dice- ret, vsquē in diem natiuitatis: ad quid enim aliud refertur il- lud (hæc fient) nisi ad genera- tionem natiuitatēq; talis, ac tanti filij, de quo Angelus dixe- rat. *Vxor tua Elisabeth pariet tibi fi- lium:* Ibidem num. 13. Cum er- go Ioanne nato parens eius, Za- charias nihilominus mutus per- manserit vsquē ad octauum diē, quo fuerat circumcisus: dicen- dum est, Ioannem non censi omnino natum, nisi octauo die, quo ille tenerē ætatis incertitu- dines, & aduersitates euitantur.

Luc. 1. n. 20.

Ibin. 13

Dici-

201.

Tunc ali- quis nas- citur, cū magna euadit pe- riculum.

D. Hier.

Gen. 11 n. 26.

Gen. 11 n. 31.

Gen. 12 n. 4.

Dicimus enim tunc aliquē naf- ci, cum magnum euadit pericu- lum: cū vero octauo die hoc pe- riculum Ioannes iam roboratus euaderet, merito tūc plenē naf- ci censebatur; quam integram, plenamq; , ac perfectam natiui- tatem respexit Angelus, cū Za- chariam affatus ait. *Et ecce eris ta- cens, & non poteris loqui vsq; in diē, quo hæc fient.*

Ex eodē principio soluo quæ- sitionem, quam D. Hieronymus in quæstionibus hebraicis appel- lat indisolubilem, quod vt cla- rius efficiam, animaduerto, Tha- re cū Abram filiū genuit septua- ginta annos iam expleuisse: ait enim sacra Historia. *Vixit Thare 70. annis, & genuit Abrã* Gen. 11. n. 26. Animaduerto secūdo Abrã cū Thare patre suo egressū primo fuisse ex Chaldea in Harã, quod patet ex illis verbis. *Venerūtq; vsq; in Haran, & habitauerunt ibi.* Genes. 11. num. 31. ibiq; mortuus fuit Thare annos natus quinque su- pra ducentos: subiungit enim Textus. *Et facti sunt dies Thare du- centorum, quinque annorum, & mor- tuus est in Haran.* Eodē cap. & n. 32. Animaduerto tertio Abrã mor- tuo iam patre, ex Dei mandato egressum fuisse ex Haran annos natum quinque; & septuaginta; ait enim Textus. *Septuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Genes. 12. n. 4. Hęc autem, vt expendit citatus Hie- ronymus contraria sibi sunt, & secum pugnantia. Si enim Thare pater Abræ, cum adhuc esset in regione Chaldea, septuaginta annorum genuit Abrã, & postea

in Haran mortuus est annos na- tus quintum supra ducentesi- mum, quo pacto nunc post mor- tē patris Thare egressus de Ha- ran septuaginta quinque; annorū fuisse memoratur; cum à nati- uitate Abræ vsq; ad mortem pa- tris eius centum triginta quinque; annorum fuisse dicantur? Vt hæc quæstio, alioqui, insolubilis, so- lubilis appareat, dicendum est, cum dicitur in Textu. *Septuagin- ta quinque; annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Genes. 12. n. 4. Numerari annos Abræ ab ea die, qua Abram magno Dei mi- raculo saluus, & incolumis eua- sit incendium in quod à Chal- deis fuisset iniectus, eo quod ig- nem adorare noluerit, & quia in eo magno vitæ periculo denuo censebatur natus, inde eius vi- tæ dies, & anni numerari capti sunt, nullo ad præteritum tem- pus respectu habito. Quapropter Hieronymus. *Vera est (inquit) illa Hebræorum traditio, quod egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldeo- rum, & quod Abram babylonio valla- tus incendio, quia illud adorare no- lebat, Dei sit auxilio liberatus, & ex illo tempore ei dies vitæ, & tempus re- putetur etatis.* Quod si Ioanni ac- commodas, dices, ex Circumaci- sionis die, quo iam maiora tene- re & tate pericula euaserat, eius dies computari captos; quia tūc plenē natus censebatur. Adde ex Turnebo aduersariorum lib. 22. cap. 4. etiam eos, qui ciuili- ter moriebantur, ab urbe in exi- lium depulsi; cum ab exilio re- dibant nasci dici solere, quocir- ca diem, qua redibant, natalē

202.

Abram tunc cense- tur natus fuisse cū Chaldeo- rum igne euasit, & inde eius anni nu- merantur.

Turne- bus.

R 4 reditus

Cicero.

reditus sui vocabant. Vnde Cicero lib. 3. ad Atticum. Ad qua recuperanda per fortunam incumbe, ut facis; denique natalem reditus mei cura, ut in tuis adibus amantissimis agam tecum, & cum meis.

203.

Ioannes domi, non in templo circumcisus.

Deinde inuestigandum est, ubi nam Ioannes fuerit circumcisus, domi ne, an in Templo? Respondeo domi paternae Ioannem fuisse Circumcisum. Nam olim non in Synagogis hoc fiebat, sed in domibus proprijs, aut ubi erant ipsi infantes. Praeterea dum dicitur. Venerunt circumcidere puerum. Luc. 1. num. 59. Non intelligitur venisse parentes Ioannis in templum: sed venisse illos, qui foris erant in domum Zachariae: nam de his subiungitur. Et vocabant nomine patris eius Zachariam. Ibidem. Quod verbum manifeste constat, non esse dictum de parentibus Ioannis. Qui igitur foris erant, ministri, amici, ac cognati in domum Zachariae venisse dicuntur.

Luc. 1. n. 59.

Ibidem.

Validiore deinde ratione firmatur argumentum. Nam mater Ioannis interfuit Circumcisioni, cum enim audivisset de Zachariae nomine imponendo recusans ait. Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Ibidem num. 60. Si igitur mater adfuit, domi suae circumcisus est Ioannes, ne violaretur legis praecipitum. Leuitici 4. quo Deus praecipit, ut matres quadraginta diebus maneant in sanguine purificationis, cui non licebat sanctum vllum tangere, nec sanctuarium ingredi. Haec dixerim propter aliquos, qui Ioannis circumcisionem non nisi

Ibidem, n. 60.

Leuit. 4.

in Synagoga fuisse dicant, eo freti argumento, quod Iudaei etiam in Synagogis circumcidunt; quibus ea in re nulla fides habenda est, hominibus utpote tenebris infidelitatis obsecatis: nam scriptura divina Circumcisionem non in Synagogis factam docet, sed domibus, aut locis alijs extra Synagogas exercitam esse commemorat: ideoque Gen. 17. n. 23. legitur Abraham se, Ismael, vernaculos, & cunctos domesticos suos circumcidisse, cum autem tunc Synagoga nulla foret, necessario dicendum erit, eos domi fuisse circumcisos; Sephorae dum iter ageret, in diversorio petra filium, ne occideretur ab angelo, circumcidit. Et Iosue in valle praeputorum circumcidit filios Israel Iosue 5. unde aperte colligitur, nullum circumcisioni locum fuisse praescriptum, sed in domo, in agro, & in quovis alio loco ubi parentes essent, solitos circumcidi. An vero aliqui circumciderentur in Synagogis, non ita clarum est, ut affirmare audeam, aut negare: hoc tamen affirmo, tunc necessarium id non fuisse, nec positum in consuetudine, & in usu communi: cum constet, Ioannem domi suae fuisse circumcisum

Gen. 17 n. 23.

Exod. 4 n. 25. Iosue 5. n. 3.

204.

Ioannes non egebat, circumcisione. D. Petr. Damia.

Illud vero sciendum, Ioannem circumcisionem non indignum, quae adhibebatur ad tollendum originale peccatum: Ioannes enim illius extersionem, antequam nasceretur, acceperat. Quod D. Petrus Damianus scriptum reliquit, serm. 2. de Sancto Ioanne his verbis. Et ideo, qui magna gra-

tia

tia, praeco, & magnificus annuntiator enituit ad evadendum originale peccatum circumcisione non equit, sed supra legem, supra humanae conditionis ordinem electio divina prouexit. Quae in re extitit Christi similis, utrumque enim circumcisus fuit, cum circumcidi non egeret, quemadmodum etiam sua circumcisione veterem circumcisionis legem terminavit, quod & Christus tandem paulo post effecit: notavitque idem Damianus eodem sermone, his verbis. Lex, & propheta usque ad Ioannem; Ioannes enim iste circumcisionem sua carne suscepit, sed suscipiens terminavit.

Idem.

205.

Octavo die circumcisionis imponerentur nomina.

Theop. Luc. 1.

206.

Quare non nisi post circumcisionem nomina imponuntur.

Rursus inquiri potest, an octavo die circumcisionis nomina iuderentur infantibus? Cui quaestioni affirmate erit respondendum, ita enim tunc octavo circumcisionis imponebantur, quemadmodum nunc octavo quoque baptismi die nomina imponuntur. Aequum enim erat, ut notavit Theophylactus, in cap. 1. Luc. ut quo die celo homines nascebantur; eodem nominarentur. Imo animadvertit author idem, prius circumcidi solitos infantulos, quam nomina acciperent: reddiditque moralem rationem in haec verba. Prius suscipiendum est signaculum Dei, & tunc humanum nomen, seu quia nullus, nisi prius abiciat carnalia, dignus est, ut nominetur miles Dei: & in libro calorum scribatur nomen eius. Hic etiam adnotandum est, in baptismo, in alium caelestis militiae referri primum pueros, quemadmodum etiam in circumcisione referebatur in numerum electorum Dei.

Et vero illi indigni nomine censendi sunt, qui ignavi ad bellum sonitum trepidant: nec infestissimos humani generis hostes daemones animose debellat. Horum figura fuisse videtur Saulis filius Isobeth, quem, quia imbellis erat, scriptura non nominat, cum caeterorum filiorum Saulis nomina signate recenseat. Fuerunt autem (inquit Textus) Filij Saul Ionathas, & Iosui, & Melchisua. 1. Reg. 14. num. 49. Cur caeteris fratribus nominatis vnum tantum relinquit ignominem? Respondet Lyranus. Non nominatur Isobeth, propter defectum magnanimitatis, quia fuit pusillanimis, & ineptus ad praelium. Ideo igitur in circumcisione olim, & nunc in baptismo, ubi Dei milites scribuntur infantuli, nomina accipiunt, quia ibi primum profitentur strenue se pugnuros, victoriamque, ac triumphos obtenturos nomine dignos sempiterno.

1 Reg. 14. n. 49 Lyran.

207.

Tunc imponuntur, cum profiteremur, nos strenue pugnuros.

Potest tamen contra hanc doctrinam objici, neque circumcisionem fieri semper octavo die; neque nomen in die circumcisionis imponi: quod ex eo probatur, quia filius primogenitus David ex Bersabee die septima mortuus est, adhuc sine nomine, ut patet ex lib. 2. Reg. cap. 2. nu. 18. Obijt tamen circumcisus, quod inde liquet, quia decessit innocens, & originali culpa extersa; ut affirmat D. Ambrosius orat. de obitu Valentiniani, his verbis. Incestum Amnon, filium fleuit occisum: parricidam Absalon doluit interemptum: Innocentem filium non putavit, esse legendum: quia illos sibi perijisse

2 Reg. c. 12. n. 18.

Ambro.

pro

pro scelere: hunc pro innocentia credit esse victurum. Idemq; testatur oratione de fide Resurrectionis. Ergo diem obiit circumcisus ante octauum: diem cū nemo masculus in lege veteri alio modo mundaretur originali culpa.

Ad hanc objectionem respondeo cum Abulense ibi, illū puerum mortuum fuisse non septimo à natiuitate, sed septimo ab ægritudine die; qui fuit post octauum à natiuitate, atque ad eum, & circumcisus; & nominatum diē suum obiisse. Secundo respondeo cum Caietano incircūcisus, & innominatum mortuū fuisse ante diem octauum, ablutum tamen, & mundum ab originali scelere per aliquod signū protestatiuum fidei, quale fuit in lege naturæ: idq; etiam in lege scripta, si quando necessitas urgebat, admouebatur: vt notat Suar. 3. tom. in 3. part. disp. 5. sect. 1. ex cōmuni doctrina Theologorum. Tertiō, respondeo cū Magistro in 4. dist. 1. fuisse quidē circumcisus ante octauum diē ex priuilegio, seu dispensatione legis, propter periculum mortis. Vtri verò, patri ne, an matri solemne fuerit, nomen filijs in circumcissione imponere diximus 1. Curru, Laurea 22.

Ad extremum nota circumcissionē Israelitis datam fuisse, vt a tenerrima etatula labori, sudori, sanguinis effusioni assuescerent. Esto testis huic firmandæ veritati D. Ambrosius Epist. 77. Vt (inquit) puderet vnumquemq; ætatis prouectioris, vel labori, vel dolori cedere: quorum vtrumq; tenera infan-

tia vicisset. Quid enim acriores stimulos subdere potuisset grædæuis hominibus, ad tolerandam sanguinis effusionem; quā cernere proprijs oculis recens natos puerulos, id quotidie ferentes? fortis est, & valde impellēs hæc ratio. Illa tamen fortior, ac præstantior, intueri Christum circumcissionis legi se subdentē, diuinumq; sanguinem liberaliter effundentem: non quod circumcissione Christus egeret: sed potius, quia lex circumcissionis egebat exēplo Christi, ne vana, ac nulla esse videretur; quod notauit S. Cyprianus, serm. de Circumcissione in hæc verba. Ne antiqua religio prorsus reproba videretur: in se voluit circumcissionis aptare signaculum. Quid si mente, & cogitatione altior eueharis, & ipsū humani generis assertorem extremo iam agone certantē multis sanguinis manantē riuus, multiq; vulneribus cruentatum intuearis, maiora iutus in pectore senties calcaria, maiore vim experire intrinsecus animam potenter agentem, & ad mortem ipsam pro Christo fortiter obeūdam incitantem. Iam (inquit citatus Ambrosius) leui circumcissionis dolore non opusest Christiano, qui mortem Domini circumferens per momenta singula fronti propriae mortis cōtemptum inscribit. Quis enim acuta tur ad præliandum, cū telis instructus sit validioribus. Validissima utiq; tela sunt exempla Christi extrema iam vitæ periodo sanguineo mari natantis, & in vltiore cæli ripam viam monstrantis.

S. Cyp.

210.

Mors Christi mouet efficiat.

Abulc.

208.

Prima responsio.

Secunda responsio. Caietan.

Suar.

Tertia responsio. Magist.

209.

Circūcībantur pueri, vt assuescerent labori patientie.

D. Amb.

VOCABITVR Ioannes. Luc. 1.

nu. 60.

LAVREA. XXXVI.

Incipiunt recludi mysteria huius nominis Ioannis: mysterium primum, quod sit diuinæ gratiæ monumentum. Quod illud ob innatam sanctitatem ante natiuitatem Ioannes obtineat.

211. Antiquorum nomina, aut futuram virtutem indicabant: aut præterita beneficia declarabant.

212. Christianis Christi nomen, Iehoua autē nomen soli Ioanni communicatur.

213. Cur Ioannis nomen tam cito donatur?

214. Alij nomina accipiunt, ex quo Deum audire, illiq; obaudire ceperunt.

Antiquissimè Ioanni Deus hoc nomen impertit: nā vt probè obseruat Diuus Ioannes Chrysostomus, homil. 18. in Ioannem. Ipse Deus est, qui nomina aptè imponit. Et verò Ioannes deriuat appellationem, & à diuina gratia, quæ suas in Ioanne adornando vires videtur effudisse: & ab eximijs ex eadē gratia deriuatis beneficijs. Nam vt elegantè exponit Chrysostomus in Genesim homilia 18. Mas-

D. Chry.

antiquitus erat à rebus nomina imponi, quod Elias fecit: hoc autem non temerè sit, sed vt ea appellatio imponatur, qua sit diuini beneficij perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina, auditorum animis imprimatur. Ita & Ioanni celitus nomen imposuit: qui enim debebant ab ineunte ætate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina: qui verò in ætatis progressu, profecturi erant, postmodum. Hæc ibi Chrysostomus. Vbi aliqua meo modo moreq; subnoto. Ac in primis illud. Quæ sit diuini beneficij perpetuum monumentum; summoq; exemplum ab Apostolo, cuius exordium Epistolæ ad Romanos hoc est. Paulus seruus Iesu Christi, ad Romanos 1. nu. 1. Vbi si quæsieris, quare Apostolus se sub introitum Epistolæ seruum nominet? Interlinealis author Anselmus Laudunensis, hoc reddit responsum. Nomen humilitatis, vt ad eam prouocet. Nominem scilicet gerebat animi submittendi argumenta. Quemadmodum Ioannes gratiæ excitantis, adiuuantis, & subsequenti stimulos ipso Ioannis nomine occultè monstrabat.

Illud verò vertitur eximiæ laudi, quod cum Deus Christi nomen partitus fuerit in Christianos omnes, Iehoua nomen ineffabile Ioanni communicauerit priuilegio admodum singulari: quod partim Diuus Cyrillus Hierosolymitanus adnotauit Catechesi 10. nimirū, Christum propter Deitatis thesaurū ineffabilem, & inexhaustum beneficentiæ pelagus sui nominis Christianos omnes participauit.

211.

Nomina antiquorū aut futuram virtutem indicabant, aut præterita beneficia declarabant.

ad Rom. 1. nu. 1.

Interlin. Aut. Laudu.

D. Cyri Hieroso.

212.

Christus Christi nomen omnibus Christianis impartitus est. Iehoua nomen ineffabile soli Ioanni communicatum.

se. Eius verba ita habent. Propter abundantiam Deitatis, omnibus nobis tradidit suam appellationem: Reges quidem inter homines, non commune cum alijs hominibus regium nomen habent; Iesus autē Christus Dei filius, Christianos nos vocari dignatus est. Sed enim hanc nominis Christiani cōmunicatōnem Christianis omnibus Christus indiuisim impertiuit; Ioanni autē singulariter impertit partē sui magni nominis Iehoua, quod est omnium fons gratiarum, vt ex Iansenio notauimus, Curru 1. Laureæ 23. n. 149.

D. Cyr.

D. Chry

213.

Ioānis nomen cur tam preperere datur.

Salmer.

214.

Alij nomina accipiunt, ex quo Deo obaudire ceperunt.

Illud item dignis imum est, quod, inter alia Chrysofomi pauld ante citati verba, asterisco notetur aureo (qui enim debebant, ab ineunte ætate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina) quia verò Ioannes nō ab ineunte ætate solum, sed antequam nasceretur, virtute potens, ac pollens fuit; ideo eius nomen, antequam nasceretur, ab angelo Zachariæ parenti in templo denuntiatur.

Concordat Salmeron, tom. 2. in Euangelicā historiā tract. 21. ad illa verba. (Cui nomen erat Ioannes.) Significatur (inquit) seruus dilectus. Eiusmodi namque imponere nomina soliti sumus, & quia ab ipsa vsq; infantia seruire Christo cepit, illumq; præcurrere: idcirco ab initio quoq; nomē accepit. Sciscitor enim cur Diuo Petro, Diuo Paulo, ac Diuo Mattheo non nisi adultam ætate imponuntur nomina? Faciat satis idemet Salmeron. Ideo (inquit) Petrus, & Paulus, & Matheus tardius, hoc est à tempore, quo seruire Christo ceperunt, nomina

sortiti sunt. At verò vni dilectissimo Ioanni, quia a natiuitate se Dei obsequijs impensè mancipauit, iam inde nomen imperit. Imo ante natiuitatem Ioānem hoc adornat nōmine, nam antequam ederetur in auras vitales Christū coluerat: albo calculo id notat D. Petrus Chryso- logus ad illa verba. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue Luc. 1. num. 15. Ante (inquit) peruenit ad calum, quam tangeret terrā: ante accepit diuinum spiritum, quam haberet humanum: ante suscepit diuina muerā, quam corporis membra: ante cepit viuere Deo, quam sibi.

D Petr. Chryso.

Luc. 1. n. 15.

Chryso.

Quin etiam os aureū Chrysofomus in serm. 1. de Præcurso- re apud Lipomanū, tom. 3. scribit ideo Spiritu Sancto cumulatē adēo fuisse repletum, quia nomen habebat in quo erat inclusum (vt pauld ante tetigimus) nomen Dei. Attentis auribus excipe S. Ioannem Chrysofomū. Quoniam ergo Ioānes Deum habebat in semetipso impletus est Spiritu Sancto ab utero matris. Spiritus autē Deus est, de eo autem multis ante annis dixit Dominus. Ecce ego mitto angelū antefaciam tuam. Pendē illa verba (Ioannes Deū habebat in se metipso) hoc est, vt ego pro loco interpretor) in suo nomine habebat inclusum Dei nomen, quod antequam conciperetur, Angelus attulerat, scilicet antequam Ioannes esset, erat eius nomen, nec sine magnō mysterio. Et enim nomina, vt notat Saluianus, lib. 4. de prouidentia, sine rebus nihil sunt, vnde etiam nomina earum rerum, quæ fuerūt,

obli-

Saluian

obliterantur obliuione obscurifima. Qui vult (inquit Saluianus tom. 5. Biblioth) scire plenius uocabula, nihil esse sine rebus respiciat, quomodo innumerabiles populi, cessantibus meritis, etiā nomina perdiderunt. Verū enim verò hæc de cæteris accipiantur nominibus, nō de Ioānis nomine, quod erat diuinius; quodq; partē nominis Dei inefabilis includebat. Ideoq; & antequam Ioānes esset, erat, & vbi conceptus fuit, illum miraculis, & prodigijs comitabatur.

IOANNES EST nomen eius. Luc. 1. n. 63.

LAVREA XXXVII.

Ioannes antonomasticè celebris.

215. Ioannes per antonomasiam intelligitur Baptista.

216. Vnde Iacob dicitur princeps cū Deo?

217. Sanctorum nomen, & honor cū Dei nomine, & honore cōiuncta.

218. Plures Pontifices Ioannes appellati.

Cum multi olim Ioānes nominaretur, nihilominus audito nomine Ioānis solum Baptista intelligebatur: propter celebritatē huius nominis è cælo delati; totq; miraculis comitati: nec nō maxima, omnium, qui circūcisioni aderant, admiratione communicati. Ita respondet Cardinalis Toletus ijs, qui interrogant, cur Ioānes Euange-

lista illud generatim protulit de Baptista. Fuit homo m. sus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Ioannis 1. n. 6. cur inquā, nō illū declarauit singulariter; cū nō vnstantum: sed multi Ioānes eo tēpore fuisse videantur? Responso Cardinalis Toleti hæc est. Erat enim nomen celebre, & propter quandā antonomasiam, nomen Ioannis illum magnū Baptistam significabat.

Rectè ergo accommodabimus Ioānis Baptistæ id, quod à Deo dicitur Moyfi. Noui te ex nomine, & inuenisti gratiā corā me. Exod. 33. num. 12. vbi septuaginta legunt, οὐδ' αὐτὸν ὠνόμαζον. Scio te præter omnes: vel præ omnibus: ac si dicat Deus. Ex nomine tuo patet, te lōgè omnibus alijs antecellere. Ad hæc, Ioānis nomē, nomē Iehoua in se claudit; & ob hæc diuini nominis cōiunctiōem, & Sanctius fit, & honorabilius. Querit Albinus Caroli magni Magister in Genesim, q. 242. no. 3. Biblioth. cur Iacob cū Israelis nomine nomē cōmutat? Respondetq; his verbis. Quia cū Deo luctauit, vocabitur Israel hoc est princeps cū Deo, & nō Iacob, id est supplantatus. Princeps nimirū cū Deo instituitur Iacob, quia Deo adhæsit luctādo. Quid ni Ioānes etiā princeps cum Deo, & habeatur, & nominetur in terris: quādo adhuc in utero matris felici Spiritus S. amplexu exultat. Hæret D. Basilius cōmēto in c. 2. Isaie ad illa verba. Venite ascedamus ad montē Domini, ad domū Dei Iacob. Isaie 2. n. 3. hæret, inquā, quia supra dicebatur domus Dei, quæ hoc loco depredecatur domus Dei Iacob? Quæ causa? Illi veniūt ad do-

Ioan. 1. n. 6.

Cardin. Toleti.

215.

Audito Ioāne per excellentiā Baptistam intelligebatur. Exo 33. n. 12.

Albinus

216.

Iacob vnde dicitur princeps cū Deo.

Isai 2. 3.

3.

S

num

D. Basi

mū Dei, qui fidē amplectūtur: ad domū verō Dei Iacob nō nisi illi accedūt, qui ad singularia Dei beneficia percipiēda pedē inferūt in interiorē domus aulā per mixtis prę amicitia suis, cū Dei nomine, nominibus: subijcio verba magni Ba filij. *His (inquit) qui deinceps iā sūt eruditi de Deo, adijciuntur nomē hoc Iacob, qui gratosus fuit Deo, & apprime familiaris; ait enim. Ego sū Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ut enim hos cō sanctos honore afficeret perpetuō memorabili, eorū dē seruatorū nomina suo ipsius nomini attextuit, ut quoties Dei memoria celebraretur, horū quoq; toties cōmemoraretur nomina. Nō secus cū Ioāne factū diuinitus crediderim: nomē suū Deus cū Ioānis nomine indulgētissimē permiscuit: vt quoties Dei nomē audiretur, toties Ioānis etiā nomē animas auditorū cęlesti dulcedine bearet. Vtq; intelligeremus, Ioānis sanctitatē vltra humanā sortē ascensurā, & ad Mēsiā, Deiq; ipsius reputationē, estimationēq; & nomē vēturā. Propterea, reor, ē Pōtificibus maximis, Dei vices in terris gerētibus, hoc nomē multo plures, quā aliquod aliud ominatō attipuisse, vt videre est in vitis Pōtificū apud Antoniū Cicoreliū, nam v igitū duo huius nominis auspicio Ecclesiā Dei feliciter administrarunt.*

LAVREA. XXXVIII.
Ioānis nomē futuram gratiam quodammodo vaticinatur. In eundem locum. *Vocabitur Ioānes. Luc. i. n. 60.*

217.
Sanctorū nomē, & honor cū Dei nomine, & honore coniuncta sunt

218.
Pōtificibus maximis plures hoc nomē Ioannis, quam aliud arripuerunt.

- 219. *Ioannes noua gratia non patitur mores antiquos.*
- 220. *Christi, & Apostolorum hospes non nominatur, dum illi nomen nouum non additur.*
- 221. *Zacharias, & Elisabeth in Ioannis nomine beneficij memoriā inscripserunt.*
- 222. *Heber prophetando filio nomen Phaleg imposuit.*
- 223. *Ioannis nomen aduenientē gratiam prædiuinavit.*

Cogitauerant aliqui de imponendo puero recens nato parentis Zacharię nomen, & reipsa illi Zacharię nomen imponebant, *Vocabant eū nomine Patris sui Zachariam. Luc. i. n. 59. cū mater instigata Numine. Nequaquam (inquit) sed vocabitur Ioannes, & dicebant ad illam, quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine: tangebant autē patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Luc. i. num. 61. 62. & 63. Ea itaque cogitatio hæreditarij nominis diuinitus exterminatur. Causam collige ab exemplo. Vt Apostolus Paulus ē Saulo transfunderetur in Paulum, non contentus est Christus, illū ad astrā vehi, ad paradysum, ad tertium cęlum, ad ipsam (vt optimis placet authoribus) visionem beatificam: sed, vt planum faceret, illum prorsus, in alium transfusum, ac transfurmatum fuisse, ita vt verē dicere posset. *Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Galat. 2. n. 20.* eius etiā nomē nouo alio Pau-*

Luc. i. n. 59.

219.

Ioānes noua gratia, nō patiens scē mores antiquos. Ibi. n. 61. 62. 63.

li no-

Mutatio Sauli in Paulum qualis, & quantā. D. Amb

li nomine immutat: vt nihil anti quū, nihil ab hominibus, sed omnia a cęlo, a gratia; a Deo haussisse crederetur, quod admiratus D. Ambrosius. tom. 5. ser. 27. ait. *Eousq; mutauit veterē cū moribus hominē, vt etiā mutaret, & nomē. Hoc ipsum cū Ioāne factū puta: hoc de eius nomine dictū existima; cautē Deus illi nomē prædestinat, & multo ante prænūtiat, vt auorū nomē nō haberet, qui auorū omniū gratiā, ac virtutē magnis superaturus erat incremētis. Eousq; mutauit veterē cū moribus hominē, vt etiā mutaret, & nomē. Non enim cōtētus est Deus in Ioāne tenebras peccati originalis, quas prauis mores in adultis comitari solēt in diuinę gratię splendore mutauisse, sed etiam nomen vetus mutat nouo nomine, nouę gratię auspice.*

Salmer.

Luc. i. n. 63.

Mat. 26 n. 18.

Qua propter Salmerō, to. 3. in Euāgelicā historiā tract. 10. expēdens illud. *Ioānes est nomen eius, Luc. i. n. 63. Videlicet, inquit) hæc est noua gratia, quę scē nō patitur mores antiquos: oportet Zachariā antiquari. Dignus planē fuit Ioānes, vt nouo nomine mirabiliter exornaretur, qui etiā antequā nascatur, domi suę hospites habere meruit Regē, ac Reginā cęlorum. Querit D. Hilarius Canone 30. in Mat. quare illius hominis, qui Christū cū Apostolis cōuiuium Agni Paschalis celebraturū expecturus erat, nomē propriū nō assignatur? Aitenim Christus. *Ite in ciuitatē ad quendā. Mat. 26. n. 18. Respōdetq; iure optimo id factū fuisse, quia qui tā felix fuit ac fortunatus, vt Christū inter do-**

mesti cos parietes hospitē recipere meruerit, is nō veteri, sed nouo nomine erat insigniendus. *Hominē enim (inquit Hilarius) cū quo Pascha celebraturus erat, nō nominat; vt cū eo Pascha Domini Apostolos præparare sciremus, cui, in tēpore Domini nouū nomē esset addendū. Nō secus dicere cū Ioāne factū a quo vetus auorū, & patris nomē Zacharias remouetur, & nouū Ioānis, hoc est, gratię, nomē imponitur; eo quod ille esset singulariter cū Christo cōmunicaturus, foretq; dissonū, eū, qui Dei, ac Virginis filiū prædicaturus aduenerat, vetus adhuc nomē retinere, carnēq; ac sanguinē nomine ipso præferre. vnde S. Bonauentura, in hūc locū. *Quia (inquit) nō virtute naturę cōceptus fuerat, sed virtute gratię non debuit vocari Zacharias a patre: sed Ioānes a dono gratię. vt nouo modo natus nouo nomine nūcupetur. Neq; enim decebat (inquit Chrysof. hom. 3. operis imperfecti) vt ex carne, & sanguine nasceretur, qui ideo nascebatur vt filiū Virginis prædicaret. Porro accedendū iā erat ad eā morū pulchritudinē, quā noua gratia in Ioāne primū parabat effingere, proptereaq; Ioānis nomē sonat gratiā, vnde D. Antoninus, tom. 3. tit. 8. c. 5. 6. ita loquitur. *Qui aper excellētissimū fuit gratia in Ioāne, ideo impositū illi fuit nomē importās gratiam. Propterea quod, (vt animaduertit Chrysof. in Luc. c. 1. apud Ordinariā) Ioānes id nominis accepit, quasi tantę gratię pignus, & tantī beneficij syngrapham: quod ergo (inquit) diuina gratia fauente, non natura Elisabeth hūc filiū concepit, beneficij memo-***

D. Hilar

220.

Christi, & Apostolorum hospes nō nominatur, quis illi addendū nomē nouum.

Chryso.

D. Ant.

D. Chry.

221.

Zacharias, & Elisabeth in Ioānis nomine beneficij memoriā inscripserunt

et refugium meum, et liberator meus, adiutor meus, protector meus, et susceptor meus. Psal. 17. num. 1. *Responde* (inquit Hieronymus apud nostrum Benedictum in cap. 14. Genes. sect. 5. num. 5.) *in tantis nominibus appellatur Deus, tot beneficia, quot nomina.* Sicut ergo diuinitas in multa se vocabula dilatat, ita etiam diuina gratia, quae erat in Ioanne copiosa, in multa se nomina deffundit. *Ioannes* (inquit Hugo Cardin. in cap. 1. Lucæ n. 13.) *merito interpretatur, in quo est gratia, quia multipliciter assignatur, in quo est gratia.*

Cogit, & colligit in vnum eadem priuilegia, & varia nomina vno Ioannis nomine comprehensa Salmeron, tom. 2. in Euangel. histor. tract. 21. Vbi multa praefatus, addit haec verba. *Nomen proprium fuit Ioannes: Baptista vero, ab officio baptizandi dicitur. Dicitur testis, quia de luce testificatus est: Lucifer, quia solem praenit iustitia. Lucerna, quia tanto vita illuxit splendore, ut ipsam veram in humanitate Christi, velut in Crystallo latitantem ostenderet Deitatem. Dicitur paranymphus, quia praesens Verbum cum Ecclesia praesente coniungit. Dicitur angelus ob vitae puritatem: vox quia resonabat Verbum. Dicitur Elias, quia in spiritu & virtute eius venit. Denique, fuit plusquam propheta; Apostolus Apostolorum, Martyr, Doctor, Confessor, Eremita, primogenitus, & unigenitus parentum, ac proinde typus Christi: laudatus à Domino non semel, ab angelis, & prophetis; ab Herode, à pharisaeis à turbis: Hec Salmeron.*

Dignus planè fuit Ioannes, qui tam pulchra titulorum sup-

pellectile, & tam vario nominum ornamento decoraretur, quã doquidem nomen suum in libro vitae scriptum habebat in caelo, vnde id Angelus attulerat, & Zachariae multo ante praenuntiauerat, iustorum autem nomen in caelo conscriptum multa nomina comprehendit, vnde Christus. *Gaudete* (inquit) *quod nomina vestra scripta sunt in caelo.* Luc. 10. nu. 20. Ibi, vt singulariter notauit Rupertus Abbas, lib. 4. in Exodum cap. 39. Singulis Sanctis Christus multa nomina pollicetur, quos tanta manet vbertas gloriae, vt non nisi multis nominibus queat explicari. *Multa* (inquit Rupertus) *sunt nomina nostra, de quibus Dominus nos agnoscit. Hinc est, quod pluraliter dicit: in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelo.* Inde est, quod Ioannes tot vbiq; nominibus, ac titulis decoretur, S. Petrus Chrysologus, ferm. 127. *Ioannes* (inquit) *virtutum schola, magisterium vitae, sanctitatis forma, norma iustitiae, Virginitatis speculum, pudicitiae titulus, castitatis exemplum, penitentiae via, peccatorum venia, fidei disciplina, Ioannes maior homine, par Angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, praeco iudicis. Praecursor Christi, metator Domini, Dei testis, & totius medius Trinitatis.* Haec Chrysologus. Nec tot nominum cumulatione satis explicantur Ioannis excellentiae, quae omnem laudem exuperat. Quo circa S. Theodorus studites, orat. de Natiuit. S. Ioã. apud Lipom. tom. 3. eius immensis laudibus

Luc 10. n. 20-

228.

Multano mina istorum. Rupert.

D. Petri. Chryso.

Theod. studites

obrutus

Psal 17. n. 1. Hieron.

Hugo Cardin.

Salmer. Mat. 11. & Malac. 3. Ioan 1. & Isai 4. Matt 17 & Malac. 4. Matt. 11. Ioan 11. Matt 14. Lucæ 7. Ioan. 1. Lucæ 1. Ibi. & c. 17.

227.

Varijalij muli.

obrutus fatetur ingenuè. Nequè vero poterim eius complecti dignitatem, etiam si plura nomina fuero complexus; multa enim habet nomina, & plures causas, qui id, quod est maximū, est sortitus praeter omnes. Quapropter Honorius, ferm. de natiuit. S. Ioannis multis illum honorat titulis. *Vox* (inquit) *Verbi, Elias, plusquam propheta, Angelus, Baptista, Praecursor Redemptoris, praeco iudicis, amicus sponsi, paranymphus, lucerna lucens, & ardens.* Vide Hugonem de S. Victore instit. monasticæ, ferm. 37. Cyprian. epif. 72. editionis Pamelij, Chrysologum, ferm. 127. S. Isidorum, lib. de vita, & morte Patrum noui testamenti, S. Theodorum studites orat. de natiuit. S. Ioannis apud Lypom. tomo 3. Andrea Hierosolymitanū episcop. Cretensem. Petrum Damian. ferm. 1. de S. Ioann. S. Laurentium Iustin. ferm. de eodem, & alios, qui eum omnibus penè Sanctorum omnium titulis insigniunt, & exornant: vnde S. Petrus Damianus, ferm. 3. de S. Ioanne haec scribit. *Beatus itaque Ioannes omnium sanctorum particeps factus est, quia nulla sibi virtus defuit sanctitatis.* Vide etiam Chrysostomum hom. 16. ex varijs in Matth. tomo 2.

Honor.

Hugo de S. Victore. Cypria. S. Isidor S. Theodor. studites. Andreas Hierosolym. Petrus Damia.

Idem.

Chryso.

LAVREA. XXXX.

Ioannis nomen eum ad praecleara quaeq; exfuscitabat. Ad eadem verba. *Ioannes est nomen eius.* Luc. 1. n. 63.

- 229. *Nona nomina imponebantur, vt ad noua opera incitarent.*
- 230. *Nouo titulo Iehu ad magna excitatur.*
- 231. *Nono nomine Iosue ad noua bella corroboratur.*
- 232. *Gedeo ob futuram strenuitate m fortissimus appellatur.*
- 233. *Petrus ob nomen onus Ecclesiae sustinet.*

Q Væro, cur puero recès nato parentis nomen Zacharias non imponitur? Huic interrogationi respondendum est imprimis, propterea Zachariae nomen puero impositum non fuisse; quia constabat patribus Ioannis nomen illi fuisse destinatum. Hoc enim Gabriel Zachariae dederat in mandatis, cū inter alia ex Dei imperio praecipit. *Vocabis nomen eius Ioannem.* Luc. 1. num. 12. Hoc ipsum matris Deus vltro reuelarat, vt ostēdimus hoc Curru 2. Laurea 22. & manifestè patet ex sacro textu nam cum, qui confluxerant confanguinei, Zachariae nomen musitarent, pueroq; naturali iure debitum nomē indicarent: diuino numine mater afflata restitit. *Vocabant eum nomine patris sui Zacharias. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* Luc. 1. n. 60. Hec ad literę sensum. Ad mores verò videtur mihi respondisse Chrysostomus homil. 51. super Genesim his verbis. *Rarò olim patriarchae nomina proprij generis filijs imponebant, sed noua, vt nimirum nouitas ad noua eos opera prouocaret.* Hoc etiam instinctu,

Luc. 1. n. 12.

Luc. 1. n. 90.

229. Nona nomina plerūq; filiis imponebantur, vt ad noua opera incitarentur.

S 4

& affla-

& afflatu planè diuino, diuinus vterq; parens recusauit constanter nomen vetus, & antiquum; vt Ioannis nomen, nomen scilicet gratiæ; ad egregia facta, ac facinora illustra prouocaret. Locupletia aliquot in hanc sententiam lectori apporto exēpla. In primis illud ex 4. Reg. ex diuino instinctu Elisæus legationem misit ad Iehu, præfectū militiæ regis Ioram. *Hec dicit Dominus. Percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem seruorum meorum.* cap. 9. num. 7. Sed quæ nā ista tanta erit in seruo audacia, quæ violentas in herilem, ac regiā domū manus inferre queat, quæq; regē a Iorā, b Ochoziāq; & Achabi filios septuaginta iugulare audeat? Audaciā nimirū subministrabit impertitum nomē regale, ac regius ille titulus. *Hec dicit Dominus; unxi te in regē; Ibidem, ideoq; notauit Abulensis, hunc illi titulum donatum à Deo fuisse prius, quā regij cruoris per prophetam fieret mētio. & subdit rationem Abulensis in hæc verba. Si prius propheta diceret, quod deleret totam domū Achab Iehu fortè nollet. Unxit autem eum propheta nihil dicens, vt crederet, se non posse retrocedere; siue iuberentur ei grauiā, siue leuiā, quia iā Deus unxerat eum.* Non secus dicerem, factum fuisse cum Ioanne: nomen illi Deus indit à gratia deductum: vt ipsa gratia impellente hortanteq; & adminiculante contra phariseorum agmina, & regis Herodis iracundiam fortis insurgeret: neq; vniquam extimesceret, siue ei grauiā Deus im-

peraret mandata, siue leuiā prescriberet exequenda.

Exemplo huic aliud agglutino, nec dissimile. Iosue antequam eueheretur ad Moyse societatem Osee, vel Auses nomē fortitus fuerat: postea tamen ait textus. *Vocauit Osee filium Num Iosue.* Num. caput 13. num. 17. reddit verò Abulensis ad eum locū rationem, quare tum temporis Deus illi nomen inuerterit, & immutauerit. *Quia (inquit) mittebat eum ad terram hostilem, ubi poterant ei accidere multa pericula; ideo posuit ei nomen Iosue, id est nomen salutis.* Simili planè ratione puero Ioanni recens nato, præcurforiq; futuro Deus Ioannis nomen imponit; quod nomen gratiam significat; quia nimirum mittebat illum ad opus arduum, ac perdifficile; quale erat persuadere mortalibus diuinitatis cum humanitate prodigiosam, & ineffabilem coniunctionem.

Addo tertium exemplum. Gedeō exterritus hostium multitudine, fugæ se accinxerat: cū angelus se ei dat obuiū illis verbis. *Dominus tecum virorum fortissimè.* Iudicum cap. 6. num. 12. vbi quærere est, quare fortissimum appellat eum, quem meticulosum potiùs videtur appellare debuisse? interrogationi facit satis Lyranus ibi. *Vocatur, inquit, fortissimus, non propter merita, nec propter eius conditionē, quia preparabat se ad fugam, sed propter futura, in quibus habiturus erat ex Dei assistentia victoriam.* Quod ita ac commodo Ioanni, cui Deus hoc nomē destinarat, antequam nas-

Num. 13 n. 17.

231.

I. s. e. n. u. o. n. o. m. i. n. e. a. d. n. o. u. a. b. e. l. l. a. m. e. n. d. a. c. a. r. r. o. b. o. r. a. t. u. r.

Iudic. c. 6. n. 12.

Lyran.

232.

Gedeō fortissimus appellatur, nō ob presentē, sed ob futurā strenuitatem.

ceretur,

4 Reg. c. 9. n. 7.

4 Reg. 9. n. 25. b. Ibi. c. n. 27. c. Ibi. c. 10. n. 1. 2. 3. 4.

Abulens.

230.

Nouo impertito titulo oppignerat Deo Iehu ad magna aggredienda.

ceretur, non quidem propter ipseus merita, quæ non dum erant: sed propter vberem gratiā, qua Deus illum semper, & vbique erat muniturus: gratiæ illi nomen impertit: ac si omnium strenuissimum iam tunc appellasset eum, qui propter adfuturū Dei auxilium, victorias, & trophæa opima esset consequuturus.

Gradum iam facio ad exemplum vltimum. Petro Deus nomen immutat. Luc. 6. num. 14. & qui Simōn antea vocabatur, petriæ nomine communitur, & corroboratur; voluit enim Deus eū suæ fortitudinis, & sui nominis participem facere; vt nullis succumberet oneribus. Est enim Petra vnum ex figuratiuis nominibus Christi, vt videre est Exod. 33. num. 21. Num. 20. nu. 8. Deut. 8. num. 15. & 32. nu. 13. 2. Esdr. 9. hum. 15. Psal. 77. nu. 15. & 104. num. 14. & 113. num. 8. & 136. n. 9. Cantic. 2. num. 14. Sap. 11. 4. Isai. 48. num. 21. & 51. nu. 1. Jer. 18. nem. 14. & 48. num. 28. Matt. 7. num. 24. Luc. 6. num. 48. Rom. 9. num. 33. 1. Cor. 10. 4. 1. Petri 2. nu. 8. Eoq; respexit Tertull. lib. 4. cōtra Marcionem cap. 13. illis verbis. *Affectauit carissimo discipulorum peculiariter de figuris suis nomen communicare; puto proprius, quā de non suis.* Quemadmodum ergo Deus se figuratiuo suo nomine, Petra, nomen D. Petro beneuolentia admodum singulari dedidit: ita nomen etiā suū Iehouah, vt supra diximus Curru 1. Laureā 23. num. 149. Ioanni communicat, vt diuino nomine, quasi fulcimento erectus nullis non

Luc. 6. n. 14.

233.

Petro a Petra nomen educit, vt Elephasus sustineat immotus?

Tertul.

obstiteret defficultatibus, nullas non superaret aduersitates.

ET POSTULANS pugillarem scripsit dicens, Ioānes est nomē eius, & mirati sunt vniuersi. Luc. 1. n. 63.

LAVREA. XXXXI.

Miraculum primum Ioannis, quo mutum patris os aperitur.

- 234. An Zacharias ante, an post scriptum Ioannis nomen, an dum scriberet, os aperiret.
- 235. Diuino instinctu in eadem Cæcici verba conspirant Hebraei.

Diuus Augustinus, siue quisquis est Author lib. 3. de mirabilibus Sacrae Scripturae, cap. 1. docet (ita interpretor, quæ ibi durius, quam textus ipse præferat, eloquitur) nō scripsisse patrem Zachariam totū Ioannis nomen prius, quā silentium rumperet: sed inter exarandum nomen in verba prorupisse, ac subinde perfecisse. Verba citati authoris ita habent. *Angelus mutum Sacerdotē dereliquit: donec nascente postmodum puero, ligatæ lingue vinculum solutum est, cum nomen filij scribere tentans, Ioannes, dixit, est nomen eius.* Quasi antequam scripserit, præ-

D Aug.

234.

An Zacharias inter Ioannis nomē scribēdū, vel post scriptū os apertum senserit.

locutus

Poet. Iuuen.

locutus sit, nō post scriptum nomen. Nec abluat poeta Iuuen- cus illis versibus.

Sed prob mira fides tabulis cōscribere tētat, Implicatā soluit per verba sonantia lingua.

Cardin. Tolet.

Sed hæc opinio mihi displicet, & ante me displicuit Cardinali Toletō annot eius cap. 140, ait enim Evangelista. *Et postulās pugillarē scripsit. Iohannes est nomen eius: & mirati sunt uniuersi: post hæc apertum est autem illico os eius, & lingua eius soluta est, & loquebatur benedicens Deum.* Luc. 1. num. 64. ergo non nisi post scriptum nomē loqui cæpit. Illud certum est, Zachariam insigni miraculo post longum silentium locutum fuise: eaq; occasione celebre canticum pronuntiasse; mirabili Spiritus Sancti in Deiparam, in Elisabetham, & in ipsum Zachariā indulgentia, & afflatu repentino: de quo rectè diceret.

Luc. 1. n. 64.

Spiritus intus agit, totaq; infusa per omnes, Mens agit sedem montanam.

Intende aciem ad id, quod mirabiliter accidit Hebræis præ trā situ maris rubri erumpētibus in illud canticum. *Cantemus Domino gloriosè enim equum, & ascensore deiecit in mare.* Exod. 15. n. 21. omni bus nimirum simul laudatoriū, & encomiasticum carmen diuinum numen inspirat. Luculentum audi testimonium authoris de mirabilibus sacræ scripturæ,

Exod. 15 n. 21

lib. 1. cap. 21. *Moyse præcimente consono carmine canticum Domini, uniuersi pariter decantabant; ubi enormi sanè admiratione accidit dignum miraculum, ut cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspira ti flamine, uno quasi ex ore; nulla præ*

monitione edocti easdem continenter literas decantarent in unum. Hæc ibi Augustinus, & Paulo post profectur. *Quod per verbum & studium ipsi facere potuerunt, consonum omnes carmen decantare: in uno momento Dominus illis donauit, & qui paulo ante in profundo coram eis apparuerat, ipse postmodum in tali cantico eorum linguas, & ingenia gubernabat.* Haud ab simili, credo, gubernatione Spiritus Sanctus parentum Iohannis adunauit animas, ac voluntates in eandem eiusdem nominis conspirationem, contestationemq; Anauitq; Diuus Augustinus, ferm. ordine 22. his verbis. *Patris, matris, filij corda unus, atq; idem implet Spiritus Sanctus, ut uno sanctitatis organo resonet natiuitatis dominicæ cantilena.* Et sanè decebat, ut sapienter adnotauit S. Bonauentura, homi. 2. in natiuit. S. Iohannis, ut illum, qui faturus erat omnium maximus, hæc & alia multa miracula ab ætate primæua comitarentur. *Quia nimirum decebat (inquit S. Bonauentura) ut ille, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit, maiore præ ceteris Sanctis in ipso mox ortu, virtutum iubare claresceret.*

D. Aug.

235.

Diuini Numinis instinctu hebraei omnes in eadē cantici verba conspirant.

D. Len.

LAVREA XXXXII.

Eadem nominis Iohannis in abigendo silentio prerogatiua. Eademq; eiusdem prodigij exaggeratio in illa verba. *Apertum est illico os eius, & lingua eius loquebatur benedicens Deum.* Luc. 1. n. 64.

236. Ioan-

236. Iohannis nomen Zacharia, os & linguam expediuit.

237. Virga Moyses insignita nomine Dei tetragrammaton.

238. Nouum Iohannis miraculum.

239. Quid veteres censuerint de Demogorgone.

240. Quod per amicos possumus, per nos ipsos possumus.

241. Vis paupertatis in morbos.

242. Iura nature paupertati obaudiunt.

243. Iohanni Evangelista nomen impositum ad imitationem Baptiste.

D. Max.

236.

Iohannis nomen Zachariae os, & lingua expediuit D. Petr. Chryso

Exod. 4 n. 20 Abulen.

enim quod ista virga esset. quad angulata, & in quolibet laterum habebat unam de quatuor literis nominis diuini Tetragrammaton. Porro propter hoc nomen prodigiosa patrabat miracula. Cū ergo hoc idem per sanctum nomen Iohannes suo nomine gestaret inclusum, vt ostendimus. Curru 1. Laurea 23. ex Iasenio, cap. 2. Concordiæ Evangelicæ, quid mirum si inaudita edat miracula? Addit insuper Abulensis hæc. *Dicunt etiam, hanc Virgam natam fuisse in viridario Iethro in Madian. Cumq; sepius multam euellere tentauissent, immobilis permanebat; donec Moyses eam euulset, tamquam cui diuino munere, Virga illa erat profutura.* Rei veræ (si tamen vera fuit) exemplum habes apud Virgilium 6. Æneidos. Vbi ramus autem auulsiōnis facilitatē ostendit in eum, cui Deus fauere parabat, difficultatem vero in ceteros omnes præstabat.

237.

Virga Moyses insignita literis nominis Tetragrammaton.

Abulens.

Virgil.

Ipse volens, facilisq; sequetur; Site fata vocat, aliter nō viribus ullis vincere, nec duro poteris conuellerē ferro.

Simile, quid video splendescere in aureo nomine Iohannis, quod sponte sua, ac parentum; vnum Baptistam est consecutum. Nec sine magno patris miraculo, de quo Titus Bostrensis in Luc. ed. 1. *Sonat (inquit) Iohannes, idem quod Dei gratia. Ea propter, ubi primum nomen exarauit, statim Diuine gratiæ beneficio aperitum est os eius, & locutus est benedicens Deum.* Alludit ad idē miraculū S. Petrus Chrysol. ser. 90. illis verbis. *Vt cum mater pareret filium, daret filius vocem, tum verbi pater ederet Sacramentum.*

Titus Bostrens.

Chryso.

Certe

Certè, & si nullum Ioannes miraculum ediderit iuxta illud. *Ioannes quidem nullum signum fecit.* Ioan. 10. n. 41. Fecit tamen opera talia, quæ miraculorum speciem habeant, quæq; à sanctis Patribus appellantur miracula. Non ne miraculū creditur magnum, ligatam patris linguam soluisse repenti? Ita appellat iure merito iusto Diuus Petrus Chrysostologus, sermone 2. de Baptista. *O nouum (inquit) & alienum miraculum, nomen scribitur, & vox patris aperitur.* Alienum autem dicit; ed quod soli Christo foret proprium; iuxta illud. *In nomine meo linguis loquentur nōnis.* Marc. 16. num. 17. Etenim par erat, ut vocis origo, non conticesceret; in ipsius vocis exortu. *Nec enim (inquit Nazianzenus, Oratione 1. de pace) vocis parentem, prodeuntem voce, silere cōueniebat.* Certè Abulensis in caput 20. Exod. q. 3. dum de antiquissimo inanium deorum Demogorgone differeret: *Tanta (inquit) reuerentia dicebant, esse ut quādo cumq; nominaretur, terra tremaret.* Quod cum fictum, domū tūq; sit in nomine Demogorgonis; in nomine tamen Ioannis, non omnino inane, & vacuum est. Vix enim auditur hoc nomen, cum natura leges cedunt, & culpa ligamina reglutinata disparent. Ad auditionē nominis Iesu, diffugit infirmitas antiqua illius claudi, qui ad speciosam templi portam demorabatur. Ad quem Diuus Petrus pauper. *In nomine (inquit) IESU Christi, surge, & ambula.* Actuum 3. num. 6. Vbi ex virtute nomi-

nis Iesu, colligetur virtus in Ioanis etiam nomen deriuata, quæ admodum nomen alterum deriuatur ex altero, ut diximus Curru 1. Laurea 23. Virtus verò nominis Iesus tanta fuit, ac talis, ut ex improuiso claudus sanitate instaurauerit: pronūtiato enim Iesus nomine subdit Euāgelista. *Protinus consolidatae sunt bases eius, & planta, & exiliēs stetit, & ambulabat.* Ibidem num. 7. Quapropter Diuus Augustinus, tom. 10. serm. 26. de verbis Apostoli, qui est 10. in appendice. *Nomen (inquit) authoris sui membra cognoscunt, cum eis dicitur. In nomine Iesu surge, & ambula: intulerat natura debilitatem, ad ipsam quodammodo inuocati nominis auctoritas destinatur. Cognoscit, qui iusserit, obsequiturq; Domino suo.* Ecce qualis, & quāta sit virtus nominis Iesu, qua vsus Petrus amici sui Iesus nomine valuit edere magnum miraculum: quod sine eius nominis virtute patre neutiquam potuisset. Id insinuans Lyranus eo loci. *Quod (inquit) per amicos possumus, quodāmodo per nos ipsos possumus 9. Ethic. Sanctitatem autem illam poterat Petrus dare virtute amici sui Iesu.* Nā quo Petrus erat auri pauperior, eo erat virtute huius nominis ditior, & hoc sensu D. August. cit. serm. 26. de verbis Apostoli ita Petri paupertatem dilaudat, ut nominis Iesu virtuti miraculum deberi non diffiteatur. *Pauperem (inquit) hominem ex paupere infirmitas aqua lege, & aqua potentia captiuos, regesq; constringens.* Hominem videlicet Iesus nomen portantem, & pronuntiantē infirmitas exhorruit.

Ibid. n. 7 D. Aug.

Lyran.

240.

Quod per amicos possumus per nos ipsos possumus. D. Aug. Aristot.

Vt

Ut ergo, audito nomine Iesu, infirmitas diffugit: ita apprehenso nomine Ioannis, oris Zachariæ ligamen disparuit. Addit deinde Augustinus in laudem Petri pauperis, & inopiosi Iesus nomē pronuntiantis. *Non potuit infirmitas sustinere visionem pauperis, regibus dominans.* Quod Ioani poteris accommodare. Neq; enim oris impedimenta solā nominis Ioanis cogitationem sustinere potuerunt, quin aufugerent, & auolarent. Conficit tandem, & cōcludit Augustinus argumentū. *Parum est (inquit) Quod infirmitatē nominauimus; pauperis imperium etiā natura non pertulit.* Quod & in Ioane apparet verissimum, cuius nomen, & patris cogitatione apprehensum, & manu scriptum adeo potens fuit, & pollens: ut ligatam linguam momento solueret, & incūctantē expediret. Propter hæc huius nominis prerogatiuas, adducor, ut credam, Ioanni etiam Euangelistæ impositū fuisse hoc nomen Ioannis ad imitationem, & emulationemq; Ioannis Baptistæ: facit illud Chrysostomi, hom. 52. super Genesim. *Rare (inquit) solim Patriarcha nomina proprii generis filiis imponebant, sed noua, ut nimirum nouitas ad noua eos opera prouocaret.* Cum autem nomen Ioannis adeo nouum foret (in illa saltem familia) ut propterea multi illud recusantes obijcerent. *Quia nemo est incognatio tua, qui vocetur hoc nomine.* Luc. 1. n. 60. adeoq; mirabile, ut Elisabethā repenti constitueret prophetam, Zachariamq; elinguem

redderet disertum: matres proinde, quæ eius nominis prodigia longè latè quæ audierant, filijs, ut par est credere, Ioannis nomen imponere festinabant, sicut in Euangelista Ioanne factum credo, qui felici tanti nominis auspicio futurus auditor, imitatorq; magni Ioannis Baptistæ destinabatur. Fitq; hoc ipsum vero similius exemplo S. Meletij, cuius vita, & sanctitas tantæ erat omnibus admirationi, ut ex eius nomine nomina filijs imponere patres, ac matres prefestinarant, persuasi tanti se nominis auspicio in domum suam deriuare magnum sanctitatis incrementum: unde S. Ioannes Chrysostomus homil. de eodem. *Cum (inquit) eum a principio in ciuitatem ingressum excepissetis, unusquisq; filium suum appellabat ab illius appellatione: per appellationē existimās unusquisq; in domū suam sanctum introducere.* Ita ille. *Nec obijcias; id ita fieri neutiquam potuisse: cum enim Euangelista editus est in iuicem, Baptista latebat in eremo: iamq; ex matrum mentibus exciderat eius nominis memoria: quasi verò, quæ in eius circumcissione miracula euenerat; diu in communi hominum sermone non durarent: quasi ea miracula, quæ Herodem adeo commouere potuerunt; ut pueri parentes persequeretur, & occideret, ut dicemus Curru 3. Laur. 2. hominum mentes commouere non potuerit, ut de eius pueri prodigijs, recessu, feliciq; euasione in multos annos sermones non extenderet.*

Ioan. 10. n. 41.

D. Petr. Chryso.

238.

Nom Ioannis miraculum.

Marc. 16. n. 17.

Nazian.

239. Quæ uerba cenauerunt de Demogorgone. Abulens.

Act. 3. n. 6.

D. Aug.

241.

Vis paupertatis in morbos

242.

Natura iura paupertati obaudiunt. Idem Aug.

243.

Ioanni Euangelistæ nomen impositum ad imitationē Baptistæ. Chryso.

Luc. 1. n. 60.

Chryso.

T

Et

ET POSVERUNT omnes, qui audierant, in corde suo dicentes.

Luc. 1. n. 66.

LAVREA XXXXIII.

A tempore Joannis hoc est, a tempore gratiae ad cor recurrendum.

- 244. Olim Deus exulabat a cordibus.
245. Hominum suspiria efficacius, quam voces, divinas aures personant.
246. Joannis laudes ab ipso petenda.
247. Qui se ab exterioribus auocat, interiora penetrat.

Ante legem gratiae exulabat Deus a cordibus; exoptulabat q; cum Hebraeis in haec verba. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Isaiae 29. num. 13. Quod alludit Tertul. lib. 4. Contra Marc. cap. 17. loquutus his verbis. Veterem utiq; illis contumaciam imputabat. Inerat nimirum Hebraeis cor irreuerens, & irreligiosum. Alludit secundo ad eandem pernicitatem idem Tertul. eodem lib. cap. 21. Exponens tacitam illam Iudae obiurgationem. Iuda osculo filium hominis tradis. Luc. 22. num. 48. Debit. (inquit Tertullianus) osculo tradi, propheti eius scilicet Christus, ut eius scilicet filius, qui labijs a populo diligebatur.

Isaiae 29 n. 13. Tertul. 244. Olim Deus exul erat a cordibus. Luc. 22. n. 48.

Ergo orto nunc lucifero solis praenuntio venientis, iam radij corda pervadunt. Appropinquante Ioanne, qui gratiam significat, intro se iusti recipientes ad cor, exterioribus omnibus semet abdicant, ut in cordis aula virtutibus adornata, resperfa gemitibus, desiderijsq; quasi odoribus afflata animae hospitem Christum suaviter excipiant. Hoc mystice figurant, qui adsunt Joannis natalitiae celebritati: ij enim non ore, sed corde voces, & interrogationes efformant. Posuerunt omnes in corde suo dicentes. Quis putas, puer iste erit? Luc. 1. nu. 66. Eoq; facto nos docent filere quidem lingujs: cordibus vero novas voces ingeminare: has enim Deus lubens, ac volens audit.

Sit testimonio locus ille. Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, Iob. 31. n. 35. Ad quem locum D. Gregor. cogitamento magnus. lib. 22. in Iob cap. 13. animadvertit, non dixisse S. Iobum, auditum iri Deo vocem, sed desiderium. Valiores namq; voces (inquit ille) apud sacratissimas aures Dei, non faciunt verba nostra, sed desideria. Desideria enim imis in cordibus, intermixta gemitibus, & Empyreum caelum personant, & divinos clamores ad Dei aures transmittunt. Teste appello illum Davidis locum. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. Psal. 118. n. 145. non quod opus fuerit, ut Deus audiret, vocibus oratione intexuisse: sat enim erat gemitibus, ac desiderijs divinum Dei tribunal pulsavisse, ut Deus audiret, & annueret, quare D. Augustinus

Luc. 1. n. 66. Iob. 31. n. 35. D. Greg. 245. Dei aures efficacius personant hominum suspiria, ac desideria, quam voces. Psal. 118 n. 145. D. Aug.

in

in eum psalmum concione 29. Clamor (inquit) ad Dominum, qui fit ab orantibus, si fiat corde, etiam silente corporis voce, alium quemlibet hominem potest latere, non Deum. Ad hos namq; cordis clamores apertissimas Deus aures habet, & promptissimas, qua propter merito consulit D. Ambros. lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 9. Clamet operata, clamet fides, clamet affectus. Hos Deus clamores affectat audire; hoc commercium discipit inire cum nostris cordibus: habuitq; perpetuum cum sanctissimo Iohanne Baptista, in cuius corde erat tot, ac talia virtutum iacta fundamenta, ut propterea Andreas Episcopus Cretenis in orat. de amputatione capitis venerandi Praecursoris apud metaphrastem, tacite arguerit eos, qui externas laudum similitudines, ut ipsum dilaudarent, aliunde apportabant: cum Joannis intra se maximam laudum domesticam, ac propriam haberet materiam. Mauult enim (inquit) Baptista suis ornari ornamentis. Hoc est, illis tantum virtutum peristromatis condecorari amat, quae toto suae vitae tempore intexit, & in interiorum cordis aulam ab hominum oculis semovit: Quod etiam a pristinis illis, & heroicis temporibus amicus Iobi Regis Sanctissimi Eliphaz Themanites adumbravit. Qui ab exteriorum tumultu omnes animi, & corporis potentias auocabat, ut Deum (quod notat author interlinealis) tenuiter, ac latentem eloquentem audiret in secessu. Quasi furtive susceptis auribus meis venas susurri eius. Iob. 4.

D. Ambros. Andr. Cretenis 246. Iohannis laudum ornamenta non aliunde, sed ab ipso petenda. Interlineis Iob. 4. n. 12.

num. 12. id est excluso rerum humanarum commercio ad cor intro confugi, ubi Deum amicum senti. Quod cum Rex Iobianicus multo ante gratiae legem fecisset magno cum virtutum prouentu: facere nos in lege gratiae deberemus cum maiore: exteriora omnia flocci nihiliquae faciendo, ut interiora cum Deo regustemus in corde. Ut enim notat Sanctus Gregorius in Iob lib. 5. cap. 20. Nisi se quisquis ab exterioribus desiderijs abscondat, interna non penetrat. Quod Iob expertus ab exterioribus auocare semet ardentissime cupiebat. Requiescerem (inquit) cum Regibus, & consulibus terrae, qui adificiant sibi solitudines. Iob 3. num. 14. Aedificare (inquit Gregorius lib. 4. cap. 28.) est a secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere, & in amorem intimae quietis anhelare. Vbi verò semotis alijs curis solitarium cor Deus invenit: diuinis id alloquijs delinit, ac demulcet: quod Venetus adnotavit tom. 4. sectione 4. quae f. 187. ubi expendit illum locum. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Matthaei 6. num. 6. Christus inquit, docet clauso ostio orandum esse, ut declinemus omnem strepitum impediendum dulcia colloquia, quae in oratione inter Deum, & hominem fiunt.

Quemadmodum verò ille, qui extasi abripitur, mente, & cogitatione se tollit humo, astris inserit, caelestiumque spectator fit, & auditor oraculorum: ita anima, quae cordis aula frequenter incolit, caelesti dulcedine delibata extra se rapitur

D. Gre. 247. Interiora penetrat ab exterioribus se auocans. Iob. 3. n. 14. D. Gre. Venet. Matth. 6. n. 6.

T 2 humanosq;

nosq; artus sensu deserit, & cogitatione in Deum translata, sua uisimilibus ipsius fruatur amplexibus. Quod intelligens D. Bernard. ferm. 85. in cantica. Interdum, inquit, exceditur, & seceditur etiam a corporis sensibus, ut se non sentiat, qua verbum sentit, se sibi furatur, ut Verbo fruatur. Quod ut, & perenniter, & cu voluptate fiat, erit ipsum cor cautissimè custodiendum; ut iam ostendo.

LAVREA XXXXIII.

Cordis cura, ac custodia. In eundem locum.

- 248. Quanta cura cor sit custodiendum.
249. Deus multis millibus angelorū suorum corda custodit.
250. Cor iusti paradysus.
251. Intra, non extra nos, esse debet.

ILLud apprimè necessariū est, ut corda se sola solitariaque cum Deo custodiant, & tueantur intus, ex illo Sancti Spiritus oraculo. Fili omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Prouerbiorum 4.n. 23. Cum autem vita corporis, ne dū animè, cæteris omnibus pluris fiat; vigilijs profecto, & custodijs maioribus defendi debet. Ideoq; locum illū ita transfert Rodolphus apud nostrum Salazar eo loci. Prae omni custodia serua cor tuū. Quasi dicat; cor telis hostilibus inaccessum, & inuulneratū serua prae illa custodia, qua intu-

mescente bello, suspectisq; insidijs praefidiarij milites castella regni claustra, vigilantissimè propugnāt. Ita D. Bernard. fermone 86. inter paruos, dum cordis humani naturam castelli in modū considerat. Castrum (inquit) istud in terra inimicorum situm, undique impugnatur: & idcirco omni custodia idest, inferius, superius, ante, & retro, à dextris, & à sinistris munendum est. Quod ut strenue fiat, nō alium, quā in Deum cordi praeficere debemus ostiariū. Deum verò huius ostij praesidem angelica de more praesidia subsequen- tur. Cū enim Deus (inquit Bernard. citatus, custodit ostiū cordis, & est cordis ostiarius, consequenter adsunt millia millium angelorum, & nō potest alienigena perirumpere terribiles illas acies propter ostiarij reuerentiā. Hæc Bernardus.

Et hoc planè modo se Deū custodē fecit Ioannis Baptistæ, adhuc in vtero matris manentis eū magnæ matris, Deiq; presentia beavit: eūq; Spiritu Sācti flamine ab originali noxa emaculauit: & gratiarum flumine interluit; nec nō ab inferni serpentis incurfibus amicè tuitus est. Eū deniq; iam natum, & in solitudinem abductum angelorū praefidijs vallauit. Porrò si nos vicissim intra corda nostra Ioannis exēplo receperimus: & ab externis tumultibus abstraxerimus: illud planè facillè cōsequemur, ut in corde, velut in paradiso, beata vita perfruamur. Adam Deus in paradiso. locauit. Ut operaretur, & custodiret illum. Genes. 2.n. 15. siue potiū, ut exponit Seueria

D Bern

D. Bern

Prouer. 4.n. 23.

Quantis curis, & vigilijs cor sit custodiendū. Rodol.

Gen. 2. n. 15. Seueria

nus eo loco apud Lipomanum. Ut custodiret, & conseruaret eū sibi. Nequè enim per id tempus milites erant, qui incurfiones aliquas facerent. Hunc ergò paradysum sedulò custodiendum iusti cuiuspiā cor esse, contendit S. Marcus eremita in opusculo de paradiso, tomo 5. Bibliothecæ, vbi, praeter alia, hæc scribit. Cum scripturam audieris enarrantem, que pertinent ad paradysum; ad cor tuum conuertere animum: & reperies ibi paradysum. In hunc ergo paradysum nos recipiamus; ut vitam viuamus perbeatam, & illud cū Dauide leti pronuntiemus. Concaluit cor meum intra me. Psalm. 37. num. 4. In quem locum Cardinalis Hugo exponens illud (intra me.) Multi, inquit, sunt, qui non habent cor intra, sed extra ad temporalia. Et hi quidem Ioannis natiuitatem haud colunt: siquidem, qui domi Zachariæ Ioannis eximias admirantur excellentias, ad cor confugiunt. Posuerunt omnes in corde suo. Luc. 1. num. 66. Ibiq; quasi noui repente facti Sacerdotes sacra instituant; nouas victimas immolant; nouos suffitus, & odores incendunt. Quod ut clariū aperiā, festino.

- 250. Cor iusti paradysus.
S. Marcus Eremita.
Psalm 37. n. 4. Hugo Cardin.
251. Infra, non extra nos, esse debet. Luc. 1. n. 66.

LAVREA XXXXV.

Altare erigendum est in corde. In eundem locum. Posuerunt omnes in corde. Luc. 1. num. 66.

252. Intra nos aram, templum, & Deum possumus inuenire.
253. In hoc altari, nec duplex lucerna absit, nec ignis desideretur.
254. Quare David cor suum bis paratum dicat.
255. Iustitiae sacrificium non nisi in templo cordis immolatur.
In lege gratiæ (in qua archidux est Ioannes Baptista teste Cyrillo Hierosolymitano Cathecesi 10.) cor nostrum esse debet pro altari, in quo Deum nomen, ac numen deuenerari possumus. Excipe Augustini verba in Psalmum 49. Ara tua, consciētia tua; securi sumus, non imus in Arabiam thus querere: non sarcinas avari negotiatoris excutimus: sacrificiū laudis querit à nobis Deus. Hoc in corde sacrificium mactamus: hoc in corde offerimus, & in corde ritè perficimus. Quod cum intra nos sit, ad alia longinqua altaria operatum, ac litatum ire non debemus. Ausculta, quæso, Diuum Bernardum, ferm. 1. de aduentu Domini ita scribentem. Non oportet, ò homo maria transfretare: non penetrare nubes: non transalpina necessesse est: non grandis tibi ostenditur via: usque ad temetipsum occurre Deo tuo: usq; ad cordis compunctionem. Geminā porrò huc afferas, & accendas lucernam; necesse est: alteram Ioannem de quo scriptum est. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioann. 5. num. 35. Alteram Agnum, quem ipsemet Ioannes indigitat, de quo etiam dictum est. Lucerna cuius est Agnus. Apocalipsi 21. numer. 23.

Cyrillus

D. August.

252.

Non procul erant, intra nos aram, templum, & Deum inuenire possumus.

D. Bern.

Ioā. 5. n. 35.

Apocal. 21 n. 23.

253

In hoc altari, nec duplex l. cerna ab sit, n. c. nis desideretur.
Leuit. 6 n. 12.
D. Greg.

Inter has lucernas memēto cordis ignem iugiter inflāmare ex illius commendatione oraculi. *Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiciens ligna manu per singulos dies.* Lenit. 6. num. 12. Hoc altare iuxta Gregor. in Iob. lib. 25. cap. 7. est cor, in quo iusti amoris ignem nutriunt, & since rā fidei lucernam iugiter accensam conseruant. *Altare quippe Dei (inquit Gregorius) est cor nostrū, in quo iubetur ignis semper ardere: quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam indefinenter ascendere.*

Hanc cordis aram Ioannes mirificis odoribus adornauit: hanc multis celauit coloribus, multis virtutum floribus respersit. Qui solus suo iure dicere potuit. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Psalm. 107. num. 5. Quærit Hugo Cardin. in Psalm. 25. Quare semel, & iterum propheta se dicit, promptum cor habere, ac paratum? *Bis (inquit) dicit paratum cor, sicut templum, primò paratum cum pala, & scopis remouendo sordes: & secundo admonendo cortinas, & spargendo flores.* Ita ille. In quo autem id verius, quam in Iōāne reperias, qui primò originalis criminis maculā Dei manu fēcit absterfam à corde; quod varijs subinde cæli muneribus, tamquam floribus, eadem beneficia Dei manu respersum, natura mirante, cognouit. Ante hanc aram Ioannes non vitulos, non arietes, non tauros, sed victimas immolat iustitiæ. Iā. (vt loquitur Chrysológus, serm. 51.) *pecorum victima mortuorum in viuā*

254.
quare David cor suum bis paratum dicat.
Psalm. 107 n. 5.
Hugo Card.

D. Petr. Chryso.

cordis hostiam transferuntur. Iam incipiūt impleri illa Dauidica mā data. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Psalm. 4. nu. 6. *ubi putas (inquit Augustinus, tomo 1. de Magist. c. 1.) sacrificium iustitiæ sacrificari, nisi in templo mentis, & in cubilibus cordis.*

In his adytis, cordisq; penetralibus, adhuc intra matris vterū Iōānes orditur diuinius aliud genus sacrificiorum. *Holocaustis, nō delectaberis, sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.* Psalm. 50. num. 19. do, in hunc locum, regustandama D. August. de Ciuit. Dei, lib. 10. cap. 5. ita scribentem. *Vbi Deum dixit, nolle sacrificium, ibi, Deum ostendit, velle sacrificium. Non vult ergò sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis.* Ita ille. Hoc sacrificii j genus ad Ioannem, qui nō peccauerat, haud spectabat: nostra omnium, qui deliquimus, permagni interest, illud in intimis pectoris, & arcanis recessibus sæpe facere.

LAVREA XXXVI.

Apostrophe ad Euangelij filios.
In eundem locum.

256. *Deus in corda nostra amoris sagittas intendit.*
257. *Arcus diuini amoris ex ligno crucis: chorda huius arcus ex corpore Christi.*

Psalm. 4. n. 6.
D. Aug. 255.

Iustitia sacrificium nō nisi in templo cordis immolatur.

Psalm. 50. n. 19.
D. Aug.

Quod si, vix dum rutilante lucifero Ioanne solis prænuntio, cogitationes suas mortales incipiunt ad cor reuocare: potiore iure, exorto iam, & latè fulgente Sole Christo, introrsum nos ad cor colligere debemus. Christi q; ibi crucifixi, & in cordis ara reuenter erecti amoris sagittis corda subinde nostra debemus exponere: ipsumq; nostris rursus scopum proponere. Non modo enim à Christo in corda nostra amoris sagittæ, sed a nostris etiam cordibus dirigi debent in cor Christi. Quod, vt fiat, Christus allicit teste Veneto, tom. 5. sectione 2. quæst. 160. *Ab arcu (inquit) summa bonitatis emittuntur aliquando sagittæ amoris, quibus repercutitur etiam emittens: à quo est amoris origo. Et aliquando ille, in quem dirigitur. Hæc Venetus. De his amoris iaculis suauissimis loquitur Diuus Augustinus, tom. 8. in Psalm. 119. Super illa verba. Sagitta potētis acuta, nu. 4. Nouit Deus (inquit) sagittare ad amorē, & nemo pulchrius sagittat ad amorē, quam qui verbo verè sagittat: imo sagittat cor amantis, vt adiuet amantem: sagittat, vt faciat amantem. Quod Augustinus ipse experimēto didicerat, vnde cōfessionū lib. 9. cap. 2. Sagittaueras, inquit, tu Domine cor meum. Dū verò Christus in Augustini cor sagittas emittebat, ab Augustini vicissim euibratas alias recipiebat.*

Venet. 256.

Deus in corda nostra amoris sagittas intendit, ab iis, sæpe repercutitur,
Psalm. 119 n. 4.
D. Aug.

Esau. *Sume arma tua pharetram, & arcum, & egredere foras.* Genes. 27. nu. 3. ita Deus per Ieremiā pollicitus ait. *Ecce ego mittam ex eis venatores, & venabuntur eos.* Ierem. 16. num. 16. capta hac animarū præda vescitur Deus suauissimè. *Ex animabus (inquit Carthusianus artic. 27. in cap. 27. Gen. tam salubriter captis fit Deo, quasi suauis refectio, cuius gaudium, atq; deliciae sunt nostra conuersio.* Harū causa deliciarum cælo Deus descendit, & venatorum more rusticū parauit indumentum, saccoquē nostrē mortalitatis indutus Caluarie montem petiuit armatus crucis arcu; huic arcui fuit profunde ipsius Christi crucifixi corpus, vt præclare ponderat Venetus, tomo 4. sectione 8. quæstione 456. his verbis. *Qui arcus confectus fuit ex ligno crucis, & chorda corporis ipsius Christi in ligno illo extenst. Ex quo quidem arcu tot amoris sagittæ in genus humanū immissa fuerunt, vt innumerabilis pene multitudo, velut ebria amore, ad martyriū, & mortem cucurrerit. De his sagittis à monte Caluarie in vniversum orbem eiectis cecinit Dauid. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Psalm. 75. n. 5. hoc est vt interpretatur Symmachus ex Theodoro, & Basilio, a montibus præde, seu venationis. Hic Christus prædatus est imprimis mortem, ac dæmones, quos captiuitati addixit sempiternæ. Vnde Aquila apud Eorinum legit. *A montibus captiuitatis.* Ideoq; proximo ante versiculo dixerat Dauid. *Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladiū, & bellum.* Vt passim

Genes. 27. n. 3.
Ier. 16. n. 16.

Carthu. 257.

Arcus diuini amoris ex ligno crucis, chorda huius arcus ex corpore Christi constat.
Venet.

Psalm. 75. n. 5.

græci, ac latini patres interpretatur. Venatus deinde fuit animarum prædam fructuosissimam; ideoq; Theodotion edit. *A montibus fructuosissimis*, fuit enim crux arbor fructuosissima; de qua illud. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Cantic. 7. nu. 8. idest, vt commentatur Anselmus Laudunensis. *Ascendam in crucem, cuius pars est palma, & apprehendam omnes salvandos.* Hic illi fructus suavis: hæc venatio iucunda: hæc opulenta præda: de qua mysticè dictum fuit Iude. *Ad prædam (hoc est ad crucem) fili mi ascendisti.* Genes. 49. num. 9. armatus videlicet ascendit arcu crucis, pharetra divinitatis, amoris sagittis; indeq; noctes atq; dies hominum corda transigere non cessat.

Porro huius divini arcus fuit præclara figura arcus ille, de quo Deus testificatur. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis.* Genesis 9. num. 13. Atqui fieri potest, vt arcus colligans in corda hominum, dirigatur in cælum, qualem in nubibus effigiatum videre solemus? nimirum, quia divinus amor, qui in nos intenditur, prius in Deum dirigitur & ab illo, tamquam à fonte in nos, vt in riuulos, derivatur. Nisi fortè maus aliò sensum, & sententiã inflectere, afferatq; arcum illum divinz esse iustitię instrumentum: quem Deus in semetipsum prius inflexit: vt suis vultibus nostris languoribus, angoribusq; mederetur.

(2.)

Cantic. 7. n. 8. Anselm Laudu.

Genes. 49. n. 9.

Gen 9. n 13.

QUIS PUTAS

puer iste erit. Luc.

i. n. 66.

LAVREA. XXXXVII.

Ioannem Deus ad stuporem potius, quam ad imitationem proposuit intuendum.

258. *Ioannes militanti Ecclesie datus ad admirationem, non ad imitationem.*

259. *Comparatione Ioannis quales ceteri homines apparent.*

260. *Modus diligendi Deum, qualis esse debeat.*

261. *Humanorum excedit mensuram meritorum.*

Alios Sanctos Deus in Ecclesia sua posuit, ad imitationem; hunc ad admirationem. Vnde Cyrillus Alexandrinus in caput primum Ioannis cap. 7. *Tanto (inquit) virtutum excelluit numero, ut cum ad summam iam humana iustitia pervenisset, maximam de se admirationem hominibus communicaverit.* Ideoq; religiosi etiam homines, quales apud Hebræos habebantur pharisæi, ad primum Ioannis intuitum, tamquam ad cælestis prodigij aspectum expauescebant. Ita Chrysostomus, hom. 3. operis imperfecti. *Magis (inquit) expauescere faciebat homines operibus suis, quam verbis. Quasi diceret.*

D. Cyr. Alexad.

258.

Ioannes militanti Ecclesie datus ad admirationem, non ad imitationem.

D. Chry

inter-

Valde quidem verbis, sed plus operibus intuentes perterrefaciebat. Sicut enim coram sole internoscuntur ij atomi, qui alioquin non apparent, neque capiuntur humanis oculis. Ita coram Ioanne Baptista religiosorum hominum peccata alioquin occulta, facile deprehendebantur. Hinc illud. *Baptizabantur ab eo confitentes peccata sua.* Matthæi 3. n. 6. vbi optimè citatus Chrysostomus. *Inimitabilis, inquit, erat conuersatio Baptiste: omnium vitam apparere faciebat culpabilem. Vt iam nemo in operibus suis consideret. Quæ admodum enim albisima papyrus coram nive posita videtur minus alba: ita quælibet Sanctitas comparata cum Ioannis sanctimonia videtur imperfecta, & minus sancta. Quantum ad comparationem Ioannis (inquit idem Chrysostomus) omnis homo videbatur imundus. Hinc stupor oriebatur, & admiratio illum intuentium, & in illa verba erumpentium. *Quis putas puer iste erit.* Luc. 1. nu. 66.*

Matth 3. n. 6. D. Chry

259.

comparatio Ioannis quales ceteri homines apparent. Luc. 1. n. 66.

Eccles. 7. n. 17.

D. Bern 260.

Modus diligendi Deum, qualis esse debeat.

alios: quorum omnium virtutes metari possumus, ac metiri: Ioannis verò non possumus. Testis fit Eusebius Emisenus, hom. 1. de Baptista, vbi sic fatur. *Ac sic, dum nemo illo maior esse aseritur, inter natos mulierum: datur intelligi, quod Ioannes humanorum fugit mensuram meritorum.* Et Augustinus, ferm. 2. de Sancti Ioannis natiuitate perpendens illud. *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Matth. 11. num. 11. ita infert. *Datur ergo intelligi, quod Ioannes humanorum fuit mensura meritorum.* Et fortè, propter hæcenus commemorata Ioannes Angelus est habitus, & appellatus: vt optimè notauit S. Ambr. lib. de Elia, & ieiunio, his verbis. *Et ideo, quia vita humane possibilitatem continentia supergressus fuerat, non homo, sed Angelus est existimatus.* Hæc autem in Ioanne continentia non res solum illicitas comprehendit, sed etiam licitas, a quibus virtutis causa se cohibebat.

Euf. b. Emise.

August.

Matth. 11. n. 11.

261.

Humano rã excedit mensuram meritorum. S. Amb.

LAVREA XXXXVIII.

Ioannes vix natus plus puero, plus homine æstimandus, Super eadem verba. *Quis putas, puer iste erit,* Luc. 1. nu. 66.

262. *Qui obedit, non est appellandus puer.*

263. *Sacerdotes plusquam homines sunt.*

264. *Quare Euangelista pueritiam*

Ioan-

Ioannis non meminerint?
255. Dei presentia virile robur ac-
quisiuit.
256. Ieremias plusquam homo.

Ioannem immeritò pueram cognati appellarunt, qui etiã antequã nasceretur ad Christi prope astantis intuitum ire gestiebat, & vtero stare non poterat: quin exiliret. Puerũ se Ieremias nominabat. *A, a, a, Domine Deus nescio loqui: quia puer ego sum. Ierem. 1. n. 6.* Cum Deus illũ redarguens. *Noli (inquit) dicere, puer sum, quoniam ad omnia, ad que mittam te, ibis.* Ibidẽ. Quasi Deus diceret. *Qui missus obedit, non pueri, sed viri magnanimi munus exequitur.* Ita notauit D. Ambrosius. *Prohibuit (inquit) eum iuuenilis ætatis contemplatione vires suas perpendere, cui fides sapientiæ canicem ministraret.* Enim verò qui cumq; voci diuinæ, duce fide, incunctantèr paret, olet maturã ætatem: non infantilem, sed senilem sapit prudentiam. Quapropter si Ieremias ed, quod mittitur à Deo, excedit ex ephæbis, & ad maturam transit ætatem: Ioannes Baptista, qui à Deo missus erat in mundum, quiq; obedientiæ laude erat conspicuus, puerilem ætatẽ iure optimo nesciebat. Ad hoc genus laudis attendit Euangelista Ioannes, cum dixit. *Fuit homo missus à Deo.* Ioã. 1. num. 6. Ac si diceret; propterea, quod Ioannes missus fuit, etiam dum puerilem agebat ætatem, non puer erat, sed homo: ideoquẽ dicitur. *Fuit homo missus.*

Ierem. 1. n. 6.

D. Ambrosius. 262.

Nò puer est appellandus, qui obedi-

Ioan. 1. n. 6.

Olim lata fuit illa lex, de ini-tiandis Sacerdotibus. *Aaron, & filios eius unges.* Exod. 30. num. 30. Cumquẽ Deusibi præscripsisset pretiosum quoddam genus unguenti aromatici, quo inungendi erant Sacerdotes, addit sacer Textus. *Caro hominis non ungetur ex eo.* Ibidem, num. 32. Quasi dicat: hoc unguentum Sacerdotibus tantum inferuiat, ceteris hominibus nequaquam. Sed enim rogas qui fieri possit, vt eo sacro aromate ungeri sint Sacerdotes, non autem homines. Nam Sacerdotes homines sunt? Huic dubitationi facit satis Lyranus, his verbis. *Sacerdotes sunt supra homines, quia medijsunt inter Deum, & populum.* Ita planè est: Sacerdotes, cum sint homines Deo sacri, non homines tantum, sed vltra homines haberi debent. Hinc Ioannis laus elucet admirabilis, qui cũ in visceribus matris fuerit inunctus sacrosancta Diuini spiritus vnctione (iuxta illud oraculum. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue* Luc. 1. num. 15.) Iam exinde vltra puerum, imò supra hominẽ erat æstimandus. Ideoq; simul, ac sentit admirabilem illam vnctionem, de qua diuinus psalter. *Vixit te Deus. Deus tuus oleo letitiæ.* Psalm. 44. nu. 8. non potuit quin exultaret. *Exultauit in fons in gaudio.* Luc. 1. n. 44. Quia se intellexerat incrementa capere nõ vulgaria. Et in recenti admodum corpuscule grandævam adolescere virtutem,

Exod. 30. n. 30

Ibi. n. 32

263.

Sacerdotes plusquam homines sunt.

Lyran.

Luc. 1. n. 15.

Psal. 44 n. 8

Luc 1. n. 44.

264. Quare Euangelista Iohannis pueritiã non meminerint.

Et hæc vt opinior, est causa qua ducti Euangelistę eius pue-

ritiam

D. Luc.

ritiam non meminerunt. Vix D. Lucas, cap. 1. eius in lucem editi mentionem fecit. D. Matthæus prætermisis ijs, quẽ ad infantia attinẽt, ipsum tantum meminit matuta iam etate homines ab inferis ad cælum reuocantem. Nũquid Ioanes de more ceterorum puer non fuit? Adolescens non extitit? Planè extitit; sed robore firmatus heroico: sed robusto, ac prorsus virili animo. Audi Ambrosium in eum locum. *Tempus siletur infantia, eò quòd presentia Domini matris in vtero roboratur, qui infantia impedimenta nesciuit.* Porro illum Christi, & eius matris presentia sic roborauit, vt etiam in Elisabethæ matris vtero non puer, sed vir esse videretur. Quemadmodum enim de Christo Domino matris in vtero cecinerat Propheta. *Femina circumdabit virum.* Ierem. 31. nu. 22. Ita de Ioanne dici poterat; quod cum Diuus Ambrosius expendisset, rupit hæc verba. *Nullã infantia sensu ætatem, qui in vtero matris situs, à mensura perfectæ cepit ætatis plenitudinis Christi.* Ad hæc, de sepulchro Moyfis, ait sacra pagina. *Non cognouit homo sepulchrum eius.* Deuter. vltimo si tãmen sacra lustres volumina illud secundo libro Machabæorum, reperies, Ieremias testamẽti arcam abdidisse in speluncam. Si rursus curiosè rogaueris D. Anselmum, Hebræosque Doctores, quæ nam hæc fuerit spelunca? Responderiat, fuisse eam, qua Moyse olim clam fuerat intumulatus. Hinc emergit hæsitatio: quo pacto enim ait Tex-

Ambrosius

265.

Dei presentia virile robur acquisiuit

Ierem. 31 n. 22
Ambrosius

Deuter. vlt.

2. Mach 2 n. 5.

D. Anselm.

tus. Nulli homini patuisse sepulchrum Moyse: si illud Ieremiæ patuit? Abigo dubitationẽ hoc responso. Nulli patuit homini. Nam Ieremias erat plusquam homo, quia nimirum matris in vtero sanctus fuerat. *Antequam exires de vulua, sanctificauit te.* Ieremię 1. num. 6. Hinc iã intelligere erit, Ioannẽ fuisse, plusquam hominem, quandoquidẽ matris in vtero copioso Spiritus Sancti fõte sceleris maculis omnibus elutus extitit.

266.

Ieremias plusquam homo.

Ierem. 1. n. 6.

E T E N I M M A-
nus Domini erat cũ illo.
Luc. 1. n. 66.

LAVREA. XXXXIX.

Ioannes instrumentum suauissimum Dei manu attemperatum.

- 267. Sapiens Dei instrumentum,
- 268. Homo Cithara, tibia, templum, & organum.
- 269. Cor Ioannis instrumentum Dei manu percussum.
- 270. Vt laudes Ioannis vocem; phylomela voce eges.

Philo Alexandrinus; lib. qui inscribitur. *Quis rerum diuinarum hæres. Sãctorum quilibet appellat instrumentum suauissimè resonans inuisibilitèr à Deo pulsatum. Excipe eius verba. Solus (inquit) sapiens est instru-*

Philo. Alexan.

mentum

267.

Sapientia
Instrumentum.

mentum Dei resonans, ab eo contactum, & pulsatum inuisibiliter, quot quot inter iustos censentur, inducuntur prophetæ pleni caelesti numine. Unde prophetæ, psalterq; & psallentes nominantur. Hoc sensu loquitur Clemens Alexandrinus. Oratione ad hort. ad gentes sub exordium his verbis. Qui ex David ortus est, & ante ipsum fuit Dei Verbum: cum paruum mundum, nempe hominem, & eius animam, & corpus Sancto Spiritu concinasset; psallit Deo per instrumentum multarum uocum, & huic instrumento, nempe homini canit. Tu enim es cithara, & tibia, & templum meum, cithara propter harmoniam: Tibia propter spiritum: templum propter Verbum: ut illa quidem resonet, hec uero spiret. Templum autem contineat Dominum. Quo sensu, se quoq; Gregorius Nazianzenus Diuinum appellat instrumentum oratione ad patrem suum. Organum (inquit) diuinum ipse sum instrumentum ratione pradiatum: instrumentum, quod a præclaro artifice, hoc est ab Spiritu Sancto, concinnatur, atq; pulsatur. Ita ille. Vbi considerandum est, eod cuiusq; instrumenti sonum esse suauiore, quo instrumentum ipsum est aptius efformatum: & à peritiore manu pulsatum. Cum igitur cor Ioannis non à natura, sed à gratia effectum fuerit, & elimatum: cumq; illud omnium artificiosissima Dei manus attēperauerit. Etenim manus Domini erat cum illo. Luc. i. num. 66. Quid mirum si aures, atq; animos, non hominum modò, sed etiam cælitum demulceat?

268.

Homo cithara,
tibia, & templum,
& organum.
Gregorius Nazian.

diuini instrumenti suauissimam dulcedinem, ut cantaret, dilaudaretq; Sanctus Theodorus studites, philomelæ melos, ac guttur auidissimè cupitebat oratione de Ioanne Baptista. Si (inquit) uocali alicui luscinie, qua uero tempore pulchre resonat nostra esset similis oratio, inueniret fortasse, quæ admodum posset parumper laudare magnam illam uocem, quæ hodierna die nascitur. Huic uoci suaui, instrumentoque flexanimi tanta & tam sublimis inerat harmonia, ut cum Deo modulatè concineret: Deus quæ rursus cum eadem concordi melodia modularetur. Præcinuit Ioannes Baptista illud. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. i. num. 29. Accinuit pater Aternus. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Matth. 3. 17. Quapropter iure meritissimo Diuus Ambrosius Hexameron lib. 6. cap. 9. Hoc est (inquit) pretiosissimum, quod hominibus diuina uocis sit organum, & corporalibus labijs exprimit celeste oraculum. Quod si ad hoc organum artificiosissimè pulsandum, peritissima Dei manus accedat, tunc re ipsa diuinum illud erit instrumentum; diuinamq; lyra modulatè sonuerit. Cuius in oratione sonos si imiteris, iure dixeris, cum D. Hieronymo ad illum locum. Benedixit Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Psalmo 17. num. 1. Hæc est lyra nostra, hæc est cithara, in hac cantemus Domino.

269.

Cor Ioannis
instrumentum
tactum Dei
manu.
Luc. i.
n. 66.

271. Longius uita Ioannis clamor, quam uocis personuit.
272. Concordia Ioannis, Zachariæ, & Elisabethæ cordium, exemplo declaratur.
273. Ioannis uox prima inter caelestes.

Huius ergo tam sonori, tamq;

Theod. studit.

270.

Vi Ioannis uocē laudes, Philomela uoce eges.

Ioan. i. n. 29.

Matt. 3. n. 17. D. Amb

D. Hier.

Psal. 17. n. 1.

LAV-

LAVREA XXXXX.

Ioannis cor instar instrumenti musici Manicordij, quod non alia, quam Dei manus attēperat, & modulatissimè pulsatur. Super eadem uerba. Etenim manus erat cum illo. Luc. i. n. 66.

271. Longius uita Ioannis clamor, quam uocis personuit.

272. Concordia Ioannis, Zachariæ, & Elisabethæ cordium, exemplo declaratur.

273. Ioannis uox prima inter caelestes.

Cor Ioannis erat instar instrumenti musici, quod appellari siue posses: Manicordium, non hominis, sed Dei manu artificialiter attractum. Hoc enim fuit, inter alia, maximum Ioannis privilegium: ut Dei manu singulariter attingeretur, sua uissimèq; & modulatissimè continuo pulsaretur. Etenim manus Domini erat cum illo. Luc. i. n. 66. Proh sonum, quam suauem, quam iucundum, quam longè, latèque prodentem se se? Enim uero ad cor Ioannis Dei manus propius accedens, sonum edebat flexanimum; qui longius, ac suauius, quam lingua personabat. Amplius (inquit Chrysostomus hom. 3. operis imperfecti) resonabat cæuerfatio uita Ioannis in eremo, quam uox clamoris eius.

Periti musices perhibent, si unum prope aliud musicum ponat

ur instrumentum, ad exactam perfectionem temperatum; & alterius fides, pulsatur, alterius mox audiri sonitum. Hoc musicæ miraculum in Ioannis naturalitate uideatur accidisse. Enim uero Elisabethæ, Zachariæq; & Ioannis corda exactissimè erant tēperata. Vbi ergò diuinus spiritus Ioannis cor tetigit, musicum uelut instrumentum; patris simul, ac matris corda dulcissimè fouerunt. Id eleganter dixit Augustinus, ferm. ordin. 22. his uerbis. Patris, matris, filij corda unus; atq; idem implet Spiritus Sanctus, ut uo sanctitatis organo resonet naturalis domenicæ cantilena, ita ille.

Certe dum Ioanes in eremis egit, ut illius harmoniam cælicolæ propius degustarent, deuolabant in terras, illumq; agminatim auditum ueniebāt. Quapropter cælitibus in terris stipatus, uersari uidebatur in cælo, quod spectat illud Chrysostomi in caput 11. Matthæi. Ita in terris quasi in cælo uersabatur; nature namq; omni necessitate superata, mirabile quoddam peregit iter, semper in hymnis. Etenim semper manus Domini erat cum illo: idemq; semper in terris cæli hymnodiam, harmoniamq; personabat. Nec minus in cælo, ubi citharodorū sibi primas uendicabat. Hæc est uox (inquit Bernard. ser. de excellentijs Baptistæ tom. 2.) de qua maximus ille contēplator cælestium uisionum in hæc uerba profecquitur, & uox prima, quam audiuimus, sicut citharodorū citharizantium in citharis suis. Ita Bernardus: ubi nota, alluefactū Euāgelistā Ioannē audiēdis cælitum

272.

Ioannis, Zachariæ, & Elisabethæ cordium concordia exemplo de clauarum. August.

Chrysost.

D. Bern.

273.

Ioannis uox prima inter caelestes.

V

con-

cōcentibus, vltra quā dici queat, admirabilibus, ac multiformibus; vnā tamen hanc Ioannis Baptistæ, imo Dei vocem cęlestium omnium longē suauissimam iudicasse dignam, cui cęlestium melodiarū ordines varij primas cederent. Ideo enim ait Euangelista Ioannes. *Vox prima, quam audiui.* Prima nimirum dignitate, prima suauitate, prima deniq; modulatuū varietate: ideoq; Euāgelista Ioannes, vt eius vocis hauriret dulcedinem, se sæpe terris sublimem attollebat; supernisq; transitis regionibus, cęlicolarum se choris intermiscibat. Sed nos iam ab hac ad aliā considerationē transeamus.

LAVREA XXXXI.

Ioannes instar horologii, cuius admirabile artificium, Dei manus indicat. Super eadem verba, *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. n. 66.

- 274. *Fides est donum supernaturale.*
- 275. *Deus sæpe dona supernaturalia elargitur, habita ratione ad dona naturalia.*
- 276. *Ioannis Gratia felicius ex Dei manu colliguntur.*
- 277. *Dei manus in Ioanne, vt in horologio virtutum ordinem interiorum foris indicat.*

Venetus tomo 5, sectione 2. quæst. 192. indagat causam illius sententiæ, quā Iob, cum maximē sententiosē loqueretur de Deo protulit in hæc verba. *Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.* Iob 37. nu. 7. Redditq; rationem ex Gregorio cognomento magno, & ex alijs magni item nominis interpretibus, vni cuique scilicet indita esse certa, & occulta signa naturalia; quæ res supernaturales, si non aperte, at occultē indicent; quod putat, respexisse Christum, cum dixit. *Vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum, vnicuiq; secundum propriā virtutem.* Matth. 25. num. 15. *Ex quibus verbis, (inquit Venetus) innuitur, quod dona gratuita dantur secundum virtutem, & proprietatem donorum naturalium.*

Nec abnuūt doctissimi interpretes in eum locum Matthæi, nam illa est periculosa sententia, quam innunt; Diuus Hilarius, Theophylactus, & author operis imperfecti, quia videntur propriæ virtutis nomine fidem intelligere, nam si intelligant, (quod eos intellexisse non est credibile) nos fidem ex nobis ipsis habere, vt propria cuiusque virtus dici possit, error erit. Fides enim Dei donum est, teste Apostolo Ephes. 2. n. 8. fuit in eo errore Origenes, vt ex eius scriptis ad hunc locū colligitur: fuit aliquādo D. Augustinus, vt ipse erroris sui pœnitēs cōtra Pelagianos scribens sæpe testatur. Alij Hieronymū, & Bedā secuti

Iob. 37. n. 7. D. Greg.

Matth. 25. n. 15

274.

Deus dona supernaturalia sæpe elargitur habita ratione ad dona naturalia. Venet. D. Hila. Theop. Author operis imp.

275.

Fides est donū supernaturale. Ephes. 2 n. 8. Origen. August. Hieron. Beda.

mul-

multo melius ea verba interpretatur. *Vnicuiq; secundum propriam virtutem,* id est, prout se quis ad promerendam diuinam gratiam disponit, quam quidem interpretationem; aut veram censeo, aut simillimam veræ cum Maldonato ad eum locum, modo tamen id non de prima gratia accipitur. Absurdum verò cum eodem nō censeo, si quis dicat, propriam cuiusq; virtutem naturā esse; est enim valde verosimile, Deum in diuidendis, ac distribuendis donis suis se, & dona sua ingenijs hominum accommodare, ac naturæ cuiusq; rationem habere. Propterea enim gubernandi spiritum, & gratiā Moyse potius, quā alijs Deus contulit; quia suapte natura prudentissimus, ac mitissimus erat.

Hæc porro dona Deus sigillat in natura, & in corpore, ac potissimè per opera cęlat in manibus: quod si hoc sensu loquutus est Iob, patriarcha sanctissimus, cum dixit. *Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.* Iob 37. num. 7. Ex istius modi planè signis cæterorū quidem hominum dona gratuita colligi aliquo modo poterunt. At Ioannis gratias varias, prærogatiuasque multiformes, & multigeneres excellentias non ex humano, sed ex diuino opificio deprehendes: colligesque manifestè, non ex humanæ, sed ex diuine manus indicio. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. num. 66.

Meminit Plutharcus in Laconicis apophthegmatis Horo-

logium mirabilis artificij, cuius Gnomon, & radius interioris ingenij eximium ordinem extrinsecus indicabat. Certè Ioannis cor horologium videbatur, diuini operis ingenio admirabilij, cuius gnomon erat ipsa Dei manus. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. num. 66. Et ab hac manu colligere erit interioris ordinis admirabilitatem, gratiarumque varietatē, & inenarrabile artificium. Hæc illum manus ita dicit, & opulentat, vt sub manu Deū ipsum habeat. Quapropter Diuus Bernardus, tomo 2. sermone de priuilegijs Ioannis Baptistæ. *Pauet (inquit) cęlit, stupet terra, Iordanes arripit, mirantur Angeli, dominum Sabbaoth inter manus baptizantis concludi.* Eadē verba reperies apud Beatum Petrum Damianū, sermone de Ioanne Baptista, apud Lipomanum, tom. 8. de vitis Sanctorū, & apud Surium, tom. 3. mense Iudio,

LAVREA XXXXII.

Decem Dei digiti extenti ad Ioannis beneficentiam, quæ admodū in Ægypto quondam explicati ad punitiōnem. Ad eundem locum. *Etenim manus Domini.* Luc. 1. n. 36.

278. *Decem plagæ Ægypti à decem digitis Dei prouenerunt.*

Maldo.

Iob. 37. n. 7.

276.

Ioannis gratia felicius ex Dei manu colligitur.

Luc 1. n. 66. Plutar.

Luc. 1. n. 66.

277.

Dei manus in Ioanne, vt in horologio, virtutum ordinem interiorum foris indicat. Venet. D. Bern.

D. Bern.

Damia.

Surium.

Tom. 3.

- 279. Singulis digitis singulas diuisit plagas.
- 280. Manum Dei nec vniversus quidem orbis tolerare potuisset.
- 281. Adami laus maxima manu Dei efformari.
- 282. Ioannes cordis occulta introspiciebat.
- 283. Peccata Ioannes dimittebat.
- 284. Se mutuo consolantur incantatores Egypti.
- 285. Ioanni victoria debentur.

Beneficentissima Dei manus, quæ Ioannē comitabatur, in eius cor omne bonū videtur effudisse. Sicut enim decem plagæ Egypti à decem Dei digitis emanarunt; non enim vana non de nihilo erat magorum vox illa: *Digitus Dei est hic*. Exod. 8. n. 19. singuli namq; digiti plagas singulas infligebat. De quo mysterio præclare Venerus to. 1. sect. 5. q. 338. indagans, cur fuerint eę plagæ decem? Respondetq; in hæc verba. *Quia manus Dei extense, & aperta fuere in decem digitos super Egyptios.* Vnde secundum vnumquęquē digitū Egyptus plagata fuit propterea dicitur est digitus Dei est hic. Alludit ad hoc mysterium Pater Macharius Chrysocephalus Antiquus author, & Archiepiscopus Philadelphiensis apud Gregorium ferum to. 2. de cruce, oratione de exaltatione Sactę Crucis, vbi pendit, cum ceteræ anteeūtes Egypti plagę collatę sint digitis Dei quintā Dei manū fuisse appellatā, quasi quinq; digitis cōstitatē. *Ecce manus mea erit super agros tuos.* Exod. 9. n. 3. *Quinta* (inquit) *plagā tamquā violentiorē, & quasi iā*

ex qualibet plaga digitis quinq; constitutis manum Dei. Moyses appellauit. Quemadmodum ergo decem Dei digiti punitione vlticę consecreti sunt Egyptum, ita idem decem Dei digiti ad beneficentiā proniores innumeris gratiarū ornamentis Ioannē affecerūt.

Sed cur Deus singulis diuisim digitis in vltionem armatis plecit Egyptum, cur non in eā totā manū simul inuehitur? præclare admodum Philo Alexandrinus, lib. de vita Moysis. *Quid* (inquit) *ciniphe valuisse, tamē tantū effecit, ut tota Egyptus deficiens exclamare cogeret, hunc esse Dei digitum: manus enim eius ne à tota quidē terra, quātā quantā est, imō nec a mūdo vnīuerso sustineri posset.* Vnde, si Dei manus vel leuiter extēderetur, omnes Egyptios funditus euerteret. iuxta illud. *Extēdidisti manū tuā, & deuorauit eos terra.* Exod. 15. n. 12. in quem locū Cardinalis Cajetanus. *Tam facile* (inquit) *Deus miraculum fecit, ac si dūtaxat manū extēdisset.* Voluit ergo Deus pro digitorū diuisione plagas diuidere: vt qui totam simul cladium tempestatem sustinere non poterant, partibus saltē diuisis, vteumq; suffere: quicq; simul vlticem Dei manū sustinere non valebant, punientes saltem Dei digitos, affuerent, tolerare. Hanc explicandi viam it Græcus author apud Lipomanum, his verbis. *Quedam plagę paulatim inferebantur, atq; ideo digitum Dei dixit esse, non manū.* Eodem graditur itinere proximē citatus antiquus pater Macharius Chrysocephalus

Exod. 8. n. 19.
278.
Dece plagę Egypti a d. cō. Dei digitis pronouerunt. Venet.

Exod. 9. n. 3.

Philo. Alexan.

279.

Singulis digitis singulas diuisit plagas. vlticę trā humana attemperet infirmitati.

Exod. 15. n. 12.

280.

Manum Dei ne vniversus quide orbis tolerare potuisset.

prædicta oratione ad medium, vbi hæc ipsa nihil immutata verba leguntur. *Rebus abiectis, & exilibus, vim, cui nemo resistere valet, impertitur: ita vt ob earum infestationem tota Egyptus de salute desperarit, & exclamare coacta fuerit. Digitus Dei hic est; a manu enim Dei: ne vnīuersum, quidem orbem subsistere posse.*

Et vero hæc ipsa Dei manus, quam vlticem sustinere non valet orbis vnīuersus, Ioannem de mulcet adiutrix, & fautrix: hæc multo procliuior ad indulgentiam, multo ad beneficia prodigiosior, quam ad flagella a Ioāne recens nato tota simul iucūdisimē sentitur. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Et quidem beneficentissimē, ac indulgentissimē, vt olim cum Adamo. Querit Theodoretus in Genesim, quare Deus ceteris rebus, quas educerat in lucem, illam approbationis laudem addidit pro complementō. *Vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona.* Genes. 1. num. 31.

Ad hæc ad eū indulgens manus Domini erat in Ioannem, vt vltra humanam sortem, imō vltra angelicā videretur astēdisse, Quid enim magis insitū, innatūquē, ac propriū diuinitati, quā vt humani cordis intima penetralia introspicat? ideo enim dicitur. *Scrutans corda, & renes.* Deus. Psalm. 70. num. 10. ad hanc Deitatis excellentē prerogatiuā Ioānis videtur euectus sit testimonio Chrysost. ho. 3. operis imperfecti, vbi ita loquitur. *In prima quæ p̄ facie videbatur in corpore ambulās,*

Græcus ruthor

Genes. 1. n. 31.

Lheod.

281.

Adm. laus maxima Dei manibus efformata fuisse.

runt solo Dei nutu, ac verbo producta: at humani generis caput, & princeps Adamus, qui non solo Dei verbo, sed indulgentē, & opus suum de mulcente Dei manu omnibus animę, & corporis partibus absolutus apparuit, nō verbis, sed muneribus fuit largissimē condecorandus. Non secus arbitor de Ioanne dicendū, quem Dei manus beneuolentissimē fabricauit, efformauit, absoluit. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Alludit Tertullianus, lib. de Resurdectione cap. 6. vbi hæc Adamo gloriam attribuit, quod indulgentem Dei manū fense rit; quod eum Deus tangendo, & attrectando manibus beatum reddiderit. Nam de Adami carne ita loquitur. *Eam fecit iam tūc gloriantem, quod illi p̄sallitas, limus, in manus Dei peruenit satis beatus manu Dei, & si solummodo contactus.* Et rursus. *Toties* (inquit) *honoratur, quoties manus Dei patitur.* Ioannes continuō à Deo honorabatur, quia Dei manū numquam nō præsentem sentiebat.

Ad hæc ad eū indulgens manus Domini erat in Ioannem, vt vltra humanam sortem, imō vltra angelicā videretur astēdisse, Quid enim magis insitū, innatūquē, ac propriū diuinitati, quā vt humani cordis intima penetralia introspicat? ideo enim dicitur. *Scrutans corda, & renes.* Deus. Psalm. 70. num. 10. ad hanc Deitatis excellentē prerogatiuā Ioānis videtur euectus sit testimonio Chrysost. ho. 3. operis imperfecti, vbi ita loquitur. *In prima quæ p̄ facie videbatur in corpore ambulās,*

Tertull.

Psalm. 70. n. 10.

D. Chry

reuera autem per corda hominum, & per sensus incedens singulorum conscientias scrutabatur. Quæ laus omnem superat admirationem, cum cordis occulta penetrare, proprium sit ac singulare Dei, ut præclare aduertit Diuus Ambrosius apud Barradium, tom. 2. lib. 1. cap. 6. Videbat (inquit) Ioannes cordis occulta, Dei hoc munus est.

Ad hoc accedit illud prioris haud impar priuilegium; nimirum quod Ioannes dimittebat peccata, Phariseis etiam id in Christo suspicientibus, ac demirantibus. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit. Lucæ. 7. nu. 49. Excipe auribus, quod in hoc argumentum scribit D. Petrus Chrysologus, ferm. 13. quodquæ etiam diabolus admirabatur. Ioannem (inquit) diabolus uiderat urbium delicias squalentis eremi habitatione mutasse, mollicie carnis uelut asperitate calasse, agrestis cibi mundi totam frangasse luxuriam, & quod solum Deitatis est, hominibus dimisisse peccata, & tamen non dixit, si Filius Dei es. Quod si sensa cordis abdita, & pectoris arcana cognouit, quam magni id fuerit priuilegij, is intelliget, quem non latuerit statura illa, ac rata Theologorum doctrina; cordis occultas cogitationes soli Deo esse peruias, solisq; beatos eas in Verbo, aut per reuelationem cognoscere. Qua de re fusè disputat Soarius tom. 2. in 3. partem, a cap. 23. Ex quo liquet, Ioannis in terris, quam fuerint singularia, quam cumulata priuilegia. Iis enim potitur apud nos, quibus in cælo beati perfruntur.

282.

Cordis occulta uidebat. D. Amb.

Luc. 7. n. 49. D. Petr. Chryso.

283.

Dimittit peccata.

Soar.

Nec prudentibus rerum æstimatoribus mirum uideri debet, has, & similes, præ alijs Diuis, excellentes prerogatiuas nactum esse Ioannem: cum quo erat ipsa Dei manus: nam si Ægyptij magi cum se a Moyse superatos cernerent, digitum Dei Moyse adesse nouerunt. *Digitus Dei est hic.* Exod. 8. num. 19. quod, ut ani maduertit Rupertuseo loci, ideo subiunxerunt, ut suam consolarentur uerecundiam. Hoc (inquit Rupertus) *Dixerunt uicti uidelicet ad consolationem pudoris sui, ac si dicerent, si pugnaret contra nos homo præualuissimus, nunc autem, qui pugnat non hominis, sed Dei digitus est, idcirco danda nobis est uenia, quia uincimur.* Solent enim aliquando uicti non solum, non moleste ferre se uictos, sed de eo etiam gloriari: quo tendit illud. *Ænea magni dextra cadis.* Et illud. *Ænea dextra cecidisse iuuabit.* Hoc pacto se consolantur prestigiatores Ægypti, quod scilicet Dei digito, non humanis uiribus suporentur. *Senferunt,* inquit Augustinus, tomo quarto, quæst. 25. in Exod. *Non talibus artibus, uelut potentior in eis esset Moyses, suos conatus fuisse frustratos; ut non possent educere ciniphes, sed digito Dei, qui utique operabatur per Moysen.* Quod si uno Dei digito comitante Moyses superat incantationes ægyptiacas magnificèquæ tum de elementis, tum de Pharaone triumphat, quos, quæso, Ioanni triumphos non pollicebor, cui non unus Dei digitus, sed insuetis comitata prodigijs omnipotens Dei manus semper ad fuit? Illi, illi iure optimo

Exod. 8. n. 19. Rupert.

284.

Ut se mutuo consolantur in cæcitate Ægypti.

285.

Ioanni uictoria debetur omnigenere

D. Aug.

timo

timo omnes uictorias, ac triumphos de Herode, de Lucifero, de superis pariter, & inferis hostibus pollicebimur, cui Deus integram manum admouet adiutricem, Manus Dei, ut etiam manus hominis, constat quinque digitis, pollice, indice, digito longiori, annulari, minimo. Singulos Deus extendit in Ioannis beneficentiam. In primis pollicem, qui maius robur habet, Deiq; adeo omnipotentiam adsignificat, quæ Deus, ut Ioannes conciperetur, usus est. Unde Beda in uigilia natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. *Diuinitus, inquit, est procuratum, ut sterili matre, & utroq; parente prouentioris ætatis Ioannes nasceretur: quatenus etiam ipse ortus miraculo patesceret.* In eiusdem encomia Deus indicem digitum protendit, eius eximias prerogatiuas indicando, ut infra declarabimus, Curru 6. Laurea 7. & 8. & iam paulo ante ostendimus hoc Cur. 2. num. 276. Extendit subinde digitum maiorem propalâs turbis, & orbi terrarum uniuerso declarans. *Amen dico uobis non surrexit, inter natos mulierum, maior Ioanne Baptista.* Matth. 11. num. 11. Iam uero annularem quam propitium tendat in Ioannem, uel ex eo patet, quod hic digitus cordis erat hieroglyphicum. Unde Alexander ab Alex. lib. 2. gen. dier. cap. 5: scribit, hunc digitum annulo coronari solitum ad amorem cordis indicandum: qua de re uide Tertullianum lib. Apolog. cap. 6. Eam ob causam Ægyptij Sacerdotes, authore Pierio lib. 36. cum altaribus inseruie-

Beda.

Ad Ioannis beneficentia singulos digitos Deus extendit.

Matth. 11. n. 11

Alex. ab Alex.

Tertull. P. erius. Valer.

bant, hunc digitum odoribus adornabant, ut ostenderent, quibus uirtutum odoribus sacrificantiu cor fragrare debuisset. Videtur uero hoc inde natum, quod Anatomici dicant, neruulum quendam, e corde natum in annularem digitum protendi. Hinc ergo speciatim digitum in Ioanne Deus beneuolè & amantè extendit: quia, ut ex Dino Petro Chrysologo dicam, Cur. 4. num. 282. Ioannes totus natus est ad amorem. Tandem ad Ioannis beneficia minimum digitum Deus extendit: eumq; ad minimam suam estimationem, per incomparabilem humilitatem, impulit: ut per eandem ad Messiam usq; reputationem attolleret: ex illius parabole similitudine. *Simile est Regnum cælorum grano Sinapis: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus.* Matth. 13. nu. 32. de quo argumento latè dicam Cur. 4. à n. 106. & rursus, à n. 180.

Matth. 13. n. 32

ET TV PVER
Propheta altissimi uocaberis. Luc. 1. n. 67.

LAVREA XXXXXIII.

Ioannis præcox rationis usus.

286. Quare Zacharias ad puerum reuens natum sermonem dirigit.
287. Diuina munera, antequam membra, suscepit.

288. Recens natus patris prophetiam intelligit.

Ad ea, quae de hoc argumento iam diximus, do- cet insuper Ecclesiae lumē Ambrosius, lib. 2. in Lucam, haud esse mirabile Zachariā prestanti iudicio virum, ac Sacerdotem prudentiē laude conspicuum, sermonē dirigere ad octo dies natum puerulum. Fortasse (inquit) aliqui irrationalem mentis excessum putent, quod octo dierum alloquitur infantem; verum si teneamus, intelligemus profecto, quod potuit vocem patris natus audire; qui Maria salutationem, antequam nasceretur, audiuit sciebat Propheta, alias esse aures Prophetae, quae spiritu Dei, non corporis aetate referantur: habebat intelligendi sensum; qui exultandi habebat affectum. Nā cū in multis diuinus hic puer Christo similis esset, in hoc etiam similis euasit, vt intelligeret, ante tempus alijs prescriptum ad intelligendum. Cū Christo Pater Aeternus loquitur, dum adhuc clausus esset vtero virgineo: sic explicant Theodoretus, Hilarius, Origenes, & Cyrillus in Psalm. 2. Ambrosius, lib. 3. de Sacr. c. 2. Athanasius apud Oecum illud. Dixit Dominus ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalm. 2. num. 7. vbi (hodie) significat, in die incarnationis, vt exponit Cornelius in Epist. ad Hebræos. c. 1. num. 5. Vt ergo Ioannes ex parte similis euaderet Christo, datum est illi, vt patrem Zachariam audiat, & intelligat multo ante, quam ceteri filij parentes audire, & intellige-

D Amb 286.

Quare Zacharias ad puerū recens natū sermonē dirigit.

Theod. Hilarius Origeo. Cyrill. Ambro. Athan.

re soleant: octo dies natus Ioannes audit, & intelligit loquentē patrem Zachariam: Christus vero a primō generationis momento, vt vir plene perfectus, plene audit, & intelligit loquentem Patrem Aeternum. Parum dixi Ioannem octo dies natū audisse patrem. Addo insuper etiā vtero matris inclusum, & vidisse, & audisse; mouet vt dicam auctoritas Chrysofomi orat. de natiuit. S. Ioannis apud Meraphrastem ita loquentis ad Ioannem. Dic nobis Ioannes, cum adhuc in tenebroso matris vtero continearis, quomodo intueris, & audis? quomodo res diuinas cōtemplaris? magnum est inquit, quod peragitur mysterium. Audiuit Christus patrem ad se loquentem: audit, & Ioannes. Hęc itaq; & plurimæ aliæ prerogatiuæ debitum tempus anticipauerunt, & anteuertunt pueri aetate cælestia dona: & ad illius animum, haud expectato ordine naturæ, virtutum chorus præcucurrit. Id in propatulo, & in aperto ostendit vnus patrum aures Chrysolodus, sermone 71. Ioannes (inquit) ante accepit diuinum spiritum, quā habere humanū, ante suscepit diuina munera, quam corporis membra. Porro vt olim plurimi ante prescriptas naturę definitiones, ac metas precoci voce vsi sunt; ita Ioannes precoci rationis vsu potitur; ideoquē patens Zacharias huius priuilegij sciens ad ipsum recens natū dirigit sermonem. Ad Ioannem (inquit Origenes hom. 11. in Lucam) velut audientem Zacharię prophetantis sermo conuertitur. Et rur-

Chryso.

D. Petr. Chryso.

288.

Ante diuina munera, quā membra suscepit.

Origen.

fus

288. Recens natus patris prophetiam percipit, & intelligit. Theop. Luc. 1. n. 66. fus hom. 10. Prophetantem (inquit) patrem statim, vt natus est, audire potuit, & intelligere. Ioannes enim non communi ceterorū via, sed extraordinaria, ac plena prodigijs omnes ad mortem vsq; decurrit aetates. Ideoq; Theophylactus cum semel, & iterum demiraretur hanc Zacharię ad filium recens natum apostrophē. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Lucē 1. num. 66. ita soluit, & extenuat admirationem. Dicendum igitur, quod sicut raram, & admirabilem habuit natiuitatem puer; qui exultauit, & prophetauit in vtero ad aduentum Mariae: sic non est mirum, si etiam ea quae a patre dicebantur, post natiuitatem intellexerit. Sed de hoc argumento, vide quae dixi hoc Curru 2. Laurea 20.

PRÆIBIS ENIM ante faciem Domini.

LUC. 1. n. 76.

LAUREA XXXXXIII.

Ioannes singulari prerogatiua Christum præit.

289. Christum Regem præeunt eius dynastæ.

290. Proximus, & similior Christo Ioannes.

291. Ardor Christum sequendi.

Quem imperator egreditur e palatio præire solent magnates, ac dynastæ, ille quē potissimum, qui itinera cōpla-

nandi, & habitationem parandi curam gerit: egreditur ergo summus Rex, & imperator Christus: eumquē, vt imperatorem, ceteri anteeunt sancti, quasi milites, eosq; longo ordine enumerat D. Matthæus ab eo narrationis exordio. Liber generationis Iesu Christi Filij David, filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autē &c. Matthæi 1. num. 2. 3. eorumq; omnium ante oculos posita serie amplissima, & augustissima, ipsum sub finem Christum recenset honorificentissimē. Cuius rationem reddit Hugo Victorinus, lib. 2. de Sacramentis, cap. 2. his verbis. Verbum incarnatum Rex noster est, qui in hunc mundum venit, cum diabola pugnaturus. Et omnes sancti, qui ante eius aduentum fuerunt, quasi milites sunt ante faciem Regis præcedentes. Hos inter Christum non longo proximus intervallo præcedit Ioannes.

o quæ sunt similes, o quæ Christi instar in ipso Profecquitur eleganter, & pergit explicare hoc ipsum Sanctus Theodorus studites apud Metaphrastē hac methodo, verborumq; serie. Quomodo Rex aliquis regaliter procedens ex regia habet quidem primum præcedentes quosdam, qui ferunt virgas, & quosdā, qui sceptrā gestant, deinde Consules, præfides, & ductores ordinum. Postremum autem quendam maiori dignitate præditum: post quem statim Rex apparet, nullo interiecto: sic rege Christo Deo per carnem ingresso in orbem præceserunt quidem patriarchæ, deinde vniuersa turba Prophetarum. Vltimus autem extitit manifestus Ioannes, &

statim

Matth. 1. n. 2. 3.

Hugo Victor.

389.

Regē Regū Christum præeunt eius Curia dynastæ, ac magnates

S. Theo

290. Cater. Sanctis praecursoribus Christo proximo, ac similior in Ioanne. Chryso.

Statim Christus Dominus, & qui erat ultimus ordine, maior dignitate extitit. proportionem: sic ergo prophetis, & Apostolis, & alijs omnibus vera prior est magnus praecursor, illis quidem ut sequens: his vero ut praecedens. Hactenus idem Theodorus. Nec dissentit cum Theodoro Chrysofostomus, qui homil. 38. in Mattheum scripsit. Cur igitur maior prophetis Ioannes? Quoniam propinquior erat Christo venturo, mitto enim inquit, angelum meum ante faciem tuam; qui autem ante faciem est, is proximus est, nam quemadmodum maiores dignitate hi sunt, qui proximè regium vehiculum equitant: sic & Ioannes proxime ipsius adventum praecedens maiore gratia fulsit. Hanc gratiam, hunc fauorem, quo Ioannes proximè Christum incessit, insuper exaggerat Theophylactus, cap. 1. in Marcum his verbis. Caterum ante faciem tuam significabat, prope futurum Angelum tuum. Unde ostenditur familiaritas Praecursoris erga Christum, nam proximi Regis incedunt, qui illi familiarissimi sunt.

Et verò, qui arctiori in amicitia cum Rege viuunt, ita Regem proximè incedunt, ut illius auctulent dicta, obseruentque voluntatem, & ad nutum festinanter obediunt. Quanto vero Ioannes ad hoc familiare munus exequendum proximè praecursoris de siderio flagrauerit, indicat os aureum Chrysofostomus apud Metaphrastem, expendens illa verba. Exultauit in fuis in utero Luc. 1. nu. 44. Non fert (inquit) Ioannes praesente Domino contineri, non fert natura expellere terminos, sed contendit rumpere & uicere, & studeat praesignare sad

D. Chry. Luc. 1. n. 44.

uatore. Gestit iam tunc Ioannes illum digito indicare; illi proximè adherere, & eius nutibus inferuire. Magnum planè, & velocissimum praestitit obsequium adolescens ille, qui patris funus reliquit imparatum: & cadauer deseruit insepultum; ut ocyssimus iret ad Christum, quem ut perpetuo sectaretur, flagitabat. Permite mihi prius ire, & sepelire patrem meum. Luc. 9. num. 59. Gestit calamus exarare, quae in hac celeritatem, festinantiamque scribit D. Ambrosius, tom. 4. ser. 79. his verbis. Mortuum illum reliquerat; non enim dolor retinuerat, non mors retardauerat, quia festinabat ad vitam, Nec dum morientis clauserat oculos; nec dum rigentia membra condiderat; statim ut comperit, aduenisse Dominum, oblitus paterna pietatis affectum, maiorem pietatem credit plus Christum diligere, quam parentem. Ita Ambrosius, sed prohi quam admirabilior Baptistae festinantia, ut Christum praecurat, & eius nutibus obtemperet, non parètem mortuam deserit, sed viuam; sed antequam se edat, & proferrat in lucem, ipse se ipsum profert, & Christi praestat prauium. Tobias deserebat praedium, ut mandauit terrae vita functis operam daret; at Ioannes naturae claustra cupit effringere, ne tardet Christo obuius ire; unde Ambrosius citatus addidit. Cum contemplatione Christi sepulturam omnibus debeamus, hic amore Christi patris deseruit sepulturam. Ego de Ioanne dicerem, eum obedientiam naturae debeamus, Ioannes amore Christi naturae leges, & terminos festinat transilire.

291. Ardor Christum sequendi. Luc. 1. n. 59. D. Amb.

D. Amb.



CVRRVS TERTIVS

DE IIS; QVÆ SOLITVDINEM

IOANNIS ADMIRABILEM: QVÆ ad innumerum in Iordane auditorum concursum: ad Baptismi genus infuetum: ad diuinum tandè Ioannis cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto commercium spectant.

PVER AVTEM CRESCEBAT, ET confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Israel, Luc. 1. n. 80.

PVER AVTEM crescebat, & confortabatur spiritu. Luc. 1. n. 80.

LAVREA. I.

Exemplo Ioannis progredi continuo in virtutis via necesse est.

- 1. Magni à prima sanctificatione progressus.
2. In virtutis via ulterius semper enitendum.

- 3. In scala Iacobaei Angeli vel ascendunt, vel descendunt.
4. Instar Ioseph semper iustus accrescat.
5. Ad Messiae nomen Ioannes excreuit.



IOANNES à prima sanctificatione ad natiuitatem magnos in gratia fecit processus, nam ut Origenes, Ambrosius, & alij complures PP. apud Soar. to. 2. in 3. p. disp. 24. sect. 3. sentiunt, à primo sanctificationis momento rationis

A prima sanctificatione ad natiuitatem magnos processus, a natiuitate vero maiores.

in vastam solitudinem, idque ex Deiparæ consilio fecisse. Nam, ut scribit Castro in Historia Dei paræ cap. 10. cum illa, vna cum sponso Iosepho, & puero Iesu fugisset in Ægyptum, per eam venit regionem, ac viam, in qua erat domus Zachariæ, & Elisabethæ. Eoq; fecit cortiores Herodiane persequutionis; quam & ipsa Deiparens Ioseph, & Iesus fugiebant: tunc aiunt, Sanctam Elisabetham in solitudinē auolasse cum filio Ioanne instigante Zacharia, quem ob eandē causam autumant, mortem fortiter oppetisse. Quod, ne omnino vanum lector arbitretur, fretus auctoritate Diui Hieronymi, cap. 23. in Matthæum, vbi refert aliquos id somniasse; iuuat hoc loco referre, quæ doctè, & fuse scribit hac de re Cardinalis Baronius, tomo. 1. anno Christi 1. fol. 84. num. 15. in hæc verba.

Ad hæc, etiam spectare videtur, quod scribit Sanctus Petrus Alexandrinus, & Martyr. Canone 3. in suis regulis Ecclesiasticis, quas recepit, atq; probauit sexta Synodus capit. 1. apud Theodorum Balsam, occasione huius infanticidij, Zachariam Sacerdotem Ioannis patrem, quod à nece questum filium subtraxisset: ab eodem Herode inter templum, & altare occidit iustum. Scribit hæc istis verbis. Cum quibus Herodes, & alium prius natum infantem, cum interfectorum questu uisset, & non inuenisset: patrem eius Zachariam interfecit inter templum, & altare: cum effugisset filius cum matre Elisabetha. Hæc Petrus. Non quod edicto Herodis includeretur Ioan-

nes, qui nec in Bethlehem, neq; in finibus eius, sed in domo paterna, in Montanis Iudææ. ut superius dictum est, alebatur, sed quod Herodes ea suspitione nati Regis Iudæorum vehementer exagitatus esset. Cum enim ad aures eius peruenissent admiranda illa, quæ in conceptione, & natiuitate Ioannis contigissent, * eum Christum esse ratus, sicut, & Iudæi postea eodem errore lapsi sunt, ipsum speciali mandato necari iussit, ut se ea suspitione liberaret. Magna certè fuerant illa, atque in ore omnium promulgata. Nam quod ait Euangelista. Luca 1. num. 65. Factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes. (Quis putas puer iste erit?) Equidem sicut, cum tantus Sacerdos, pater eius Zacharias, offerens incensum in templo; mutus est redditus, quod visionem vidisset, cognouit populus. Sic etiam reddita illi loquela: ac ministrante in templo, tantæ rei causa neminem latuit. At quod sciebant omnes, Herodem præterisse, ac ignorasse; stultitia est dicere; sicut, & obtusa mentis, existimare Herodem, hæc tanta dissimulasse, vel patientia tolerasse. Hæc dixerimus, quod magis nobis probetur Zachariæ necis causa a Petro allata, licet ex Apocryphis accepta noscatur. Quam his verbis recenset Cyrillus Alexandrinus aduersus Antropomorphitas. Hic Zacharias prophético spiritu ad occultorum cognitionem deductus, cum mysterium Virginis de eximio partu probe intelligeret, non arcuit incontaminatam, purissimamque matrem, ab eo templi loco, qui Virginibus ex lege

designatus

* Vide Abul in cap 23. Matth. q. 255. a medio

Luc 1. n 65.

8.

Herodes Ioanē suspicatur esse Mesiā auctis mirabilibus, quo in eius natiuitate acciderunt.

9.

Probatur hæc Zacharia necis causa.

D. Petr. Alexan. Mart. Cyril. Alex.

D. Hier.

Baron.

D. Petr. Alexad.

6. Syno.

7.

Zacharias inter templi, & altare occisus, quod filij eodidisset.

designatus erat. Docens nimirum Iudæos, quod creator totius vniuersi, & omnis creatura Rex humanam naturam, ut reliqua etiam omnia, subiectam habet, pro suo arbitratu eam, ad quodcumque velit, ducens. Non autem creatura addictus, ad eum, ut in ipso potestate sit situm, nouam creaturam creare, qua matrem effectam uirginitate non priuet, idcirco, non arcuit eam à loco templi, virginibus dicato. Erat enim locus hic inter altare, & templum intermedius. Quando igitur, audierunt regem totius creationis ad humanam natiuitatem diuino consilio procedere: ueriti ne in eius Regis potestatem, & Imperium uerirent: eum, qui hac de parte testificatus erat, interficiunt, Sacerdotem sacrificantes. Hæc Cyrillus. Narrat eadem Origenes in Matthæi Tractatu 26. Gregorius Nyssenus de Christi Natiuitate, Basilii homilia de humana Christi generatione, & alij post eos. Haud dubium est, de his intellexisse Hieronymum in Matthæum cap. 23. lib. 4. dum ait. Alij Zachariam patrem Ioannis intelligi uolunt. Ex quibusdam apocryphorum somnijs approbantes; quod propterea occisus sit, quia Saluatoris predicauerit aduentum. Hoc quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Hæc ille in eam sente ntiam magis inclinans, ut Zacharias ille, quem dominus exprobrās Iudæis interfectum dicit. Matthæi 23. inter templum, & altare, non fuerit pater Ioannis, de quo agimus: sed ille potius, qui à Ioas Rege inter templum, & altare, in Regum historia, occisus dicitur. Paralip. 2. capit. 24. quem tamen Ioada fuisse filium, eadem diuina scriptura testatur: quam-

uis quod citat in Euangelio Nazarenorum pro filio Barachia, filium Ioada scriptum esse dicat. Ex quo etiam Epiphanius; de uita, & interitu prophetarum capit. 23. Eundem Ioannis patrem Ioada genitum esse tradit, qui, & Zachariam prophetam Barachia natum scribit. Idem eodem libro capit. 21. Certè si fides præstanda est Hyppolito Martyri auctori grauissimo, eius testimonio exploratum habetur apud Niceph. hist lib. 2. capit. 3. Zachariam Ioannis patrem filij fuisse Barachie Sacerdotis. De patre Ioannis Christum Dominum esse locutum, illa etiam ratio persuadet, quod dicit. Matthæi 23. num. 35. Veniet super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti; usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, uoluit primum, & nouissimum iustum, occisum significare; omnesque simul his duobus extremis includere. Nam si de Zacharia filio Ioada, qui à Ioas Rege occisus est, intelligere uoluerit: quæ subest ratio diuersitatis; ut sanguis iustus, qui post illum, usque ad Christi tempora effusus est, non esset, quod minatur super illos uenturos? Nec satisfacit his illa responsio, qua dicitur, quod scriptura tantum explicat petitionem uindictæ in Abel, & Zacharia. In Abel, cum dicitur. Ecce uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Genes. 4. num. 10. Et in Zacharia, cum narrat eum morientem dixisse: uideat Dominus, & requiratur. Quasi, & si reliqui iusti, ultionem non expetierint, non sint confertæ diuina scriptura testimonijs, & exemplis, quod Dominus uindicat sanguinem seruorum suorum, & uindictam tribuat in hostes eorum.

D. Epip.

D. Hip.

Niceph.

Matth. 23. n. 35

10.

Zacharias pater Ioannis erat filius Barachia

Genes. 4 n 10.

S. Cyril Origen. D. Nyf. D. Basil. D. Hier.

Mat 23.

2. Paral. c. 24.

X 2

Certe

11. Sacti su sanguinis effusi vni dicitur ex petris, & exobscant. Apoc.c. 6. 2.Mach 7 n.6. D Petr. Mart. Origen. D.Basil. D.Greg. D. Cyr. D. Epi-phan. Baron.

Certe sicut sanguis Abel, ita & omnium iustorum sanguinem a Deo vindictam expiscere ostenditur in Apocalypsi capit. 6. An non & Machabai fratres, cum ab Antiocho cruciarentur, futuram in illum Dei vltionem sunt comminati? dicente ex illis primo. Aspice Deus veritatem. 2. Mach. 7. n. 6. Equidem non tantu pre dicti authores Petrus, Origenes, Basilus, Gregorius, & Cyrillus Zacharia Ioannis patrem occisum tradunt inter templum, & altare, licet de causa necis non aequè conueniant, sed id ipsum testatur Epiphanius de vita, & interitu prophetarum, cap. 13. Sic dicens: Hunc Herodes ille tyrannus iuxta aram, domumque Dei occidit, effususque est sanguis eius in vestibulo templi. Haftenus Baronius: vbi preter alia illa etiam verba eiusdem Baronij notabis. Hec dixerimus, quo magis nobis probetur Zacharia necis causa a Petro allata; licet ex apocryphis accepta noscatur. Vult ergo Cardinalis, vt probetur illa causa necis Zachariae ex filij recens nati occultatione illata: quasi diceret. Quamuis ex apocryphis libris haec veritas eruatur, non ideo falsitatis censuram meretur. Neque enim omnia falsa sunt, quae authores apocryphi perhibent, praeterquam quod id, quod ex apocryphis colligitur, inter probatos etiam authores sepe refertur. Non est ergo illa opinio existimatioque; prorsus improbanda, cui fert etiam suffragium Nicephorus, lib. 1. hist. c. 14. vbi ita scribit. Saluator quidem in Aegypto exulabat, filius Zachariae Ioannes alterum cum dimidio annu agebat, & vna cum matre Elisabeth in spelunca quadam ad regio-

12. In libris apocryphis referuntur vera. Niceph.

ne Montanam saluus conseruabatur, fortasse Herodis sanguinariam effugiens marum, atque inde in solitarijs locis libenter versari solitus, angeloque Dico vsus in remotiores siluarum recessus secessit.

Eadem scribit Cedrenus in comp. Hist. additque; Elisabetham post dies quadraginta in eadem spelunca diem obiisse, Ioannis vero curam ab angelo esse susceptam. Neque mirum videri debet, tenellum puerum Praecursoris dignitati destinatum, quique Christum non dum natu ex utero in vtero videre meruit, Angelorum curis, ac patrocinij fuisse commissum: qui enim primus Deum mortalia membra gerentem viderat, quique matris in vtero originali labe fuerat ablutus, is plane singulare aliquod meruit privilegium, quemadmodum Magi, qui vt Christum viderent, stella duce venerant, postquam vero viderunt, non nisi Angelo ductore redeunt: vt egregie notat Euthymius ad illa verba. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Matthaei 2. num. 12. Antequam (inquit) puerum viderent, stella ducatum eis praestitit: postquam autem viderunt, Angelus deinceps, quasi iam sanctificatos alloquitur. Et ex hoc principio lucem haurit, id quod intellectui se primum offert dubium: quid puerulus matre mortua vesceretur? Huic enim interrogationi communis est responsio cum illa consequentiu aetatu: quid nimirum tunc vestierit, antequam inuenisset camelina pellis?

Cedren 13. Ioannes matre in eremo mortua ab angelis susceptus in curam. 14. Magi postquam Christum viderunt, non ab stella, sed ab angelo diriguntur. Euthy. Matth. 2. n. 12.

quid

Euthy.

15.

Necessaria illi diuinitus ad vitam ministrabantur.

Genebr

Psal 146 n. 9.

Iob. 38. nu 41.

16.

Pullis cornu, quo modo Deus cibos prouidet.

quid edebat ante repertum miel Syluestre? Ne queras (inquit Euthymius in caput 3. Matthei) quis illi vestem texebat, aut unde lana habebat: multo enim magis admirandum est, quo modo in eremo a puero aeris inaequalitati per talem aetate asuefactus est: ad autem vni scito, quod etiam illa diuina ei prouisione ministrabantur: & ita afflictiones sufferendo perseuerabat. Haec Euthymius: vbi notanda sunt in primis ea verba. Illa diuina ei prouisione ministrabantur. Nam, si Deus pullis cornuorum (quoniam dum nascuntur plumas habent albicantes, a parentibusque negliguntur, vt degeneres) parentu ope destitutus immittit muscas, quae eos, se se in fauces insinuando, alant: quo respexit Regius uates, vt Genebrardus animaduertit ex alijs, in illa verba. Qui dat iumentis escam ipsorum, pullis cornuorum inuocantibus eum. Psal. 146. num. 9. quod etiam notant interpretes Iob ad illa verba. Quis preparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum. Iob. 38. num. 41. est quod miraculum prouidentiae illustrius, quod haec aues sint valde voraces ob natiui caloris copiam. Si ergo Deus aibus tetrtris, inamenis, ac voracibus ita praesto adest, amico Ioanni non panem, non cibum tulerit? Vbi nota deinde illa Euthymij verba. Afflictiones sufferendo perseuerabat. Nihil enim est, quod ita benigne Deu conciliet, quod quae auxiliatricem Dei clementiam ita alliciat, atque afflictionum, & persecutionum animosa pro virtute toleratia. Vix

Moyfes, & Aaron Hebraeorum opprobrijs, & conuicijs impetuntur, cum praesequente persecutione ad tabernaculum confugiunt Dei opem enixe orantes. Postquam introgressi sunt, operuit nubes tabernaculum, & apparuit gloria Domini. Numerorum 16. n. 24 in quem locum audiendus Origenes homil. 9. Non legimus (inquit) antea, quod extexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maiestas Domini, & receperit intra nubem Moysen, & Aaronem; nisi tunc cum insurrexerit in eos populus, & voluit lapidare; discamus ex hoc, quanta sit utilitas in persecutionibus christianis, quantum gloria conferatur, quomodo propugnator fiat Deus. Hoc pacto Ioanni a teneris vnguiculis persecutionem Herodis toleranti se Deus praebet indulgentissimum parentem: illum, quem Herodes ferro persequatur in vrbe, tutatus in vastissima solitudine: & omnia suppeditans, quae pro illa etatula vitae vibus erant necessaria, Angelos, vt patet est credere, illi paedagogos, & ministros sufficiens.

LAVREA III.

Ioannes a prima nos aetate docet Deo consecrari. Super eadem verba. Puer autem erat in desertis. Luca 1. num. 80.

Num. 16 n. 24. Origen.

17.

Moyse, & Aaron, in persecutione Deus patrocinatur.

- 18. *Tenera aetate ab in solitudine seculi vanitatis inscius.*
- 19. *Docet vite primordia Deo consecrare.*
- 20. *Fervor prima aetatis demones fugat.*
- 21. *Ioannes amore solitudinis aetate praecedat.*
- 22. *Illi Deus aderat, illumque roborabat.*
- 23. *Festinationis in eremum necessitas.*

Vix natus ad auiam solitudinem fugit Ioannes. *Ioannes* (inquit Origen. homi. 11. in Luc.) *non expectavit, ut a patre nutritur usq; ad diem ostentationis suae in Israel: sed recessit, fugiens tumultum urbium, populi frequentiam, viciniam civitatum.* Neque enim primaeuos annos agere placuit inter homines: ne rerum humanarum vanissimas, & fallacissimas imagines recordari cogeretur: stupet haec animo volutans Divus Bernard. sermone de privilegijs Ioannis Baptistae. *Mira* (inquit) *rerum conuersio, hominem vix mundum ingressum, mundi fugere gloriam, seculi cupiditates non solum obliuisci, sed nescire.* Ideoque D. Hieronymus appellat angelum, quia vix natus se in solitudinem abdidit; quasi foret exfors humanae naturae. *Plane Angelus* (inquit Hieronymus aduersus Luciferum.) *qui post materni ventris hospitium eremi deserta seclatatus paruulus de serpētib; lustris; qui oculis spectantibus Christi, nihil aliud est lignatus aspicere.* Sūt multi, qui vix edūt in has, qui bus fruimur, vitales auras, cum voluptatibus humanis, quasi sa-

Origen.

18.

Tenera aetate ab in solitudinem seculi vanitatis inscius.

D. Bern.

D. Hier.

lebris inhaerescunt. **E** contrario verò Ioannes Baptista vitae primordia virtuti docet immolare, ipsaq; infantiae crepundia Deo consecrare. Hoc qui perfecit, magos reges dubio procul spiritualiter imitabitur. *Ecce magi ab oriente venerunt.* Matth. 2. num. 1. In quem locum Haymonis vtor interpretamento ita ibi scribentis. *Ab oriente veniunt, qui ab infantia Deo seruiunt; ab occidente, qui in decrepita aetate conuertuntur.* Hiverò, qui non, nisi in senectutis flexu Christum sapiunt, compelli videntur agitati a tempestuoso mari ad littus se se recipere: de quibus Rabbanus explicat illud. *Compellente intrare.* Luc. 14. num. 23. *Qui* (inquit) *huius mundi aduersitatibus fracti a praesentis vitae desiderijs eriguntur, vi compulsi intrant.* Iam verò, qui cum Ioanne a primæua aetate se Dei mancipant famulatui, ij Demones a se procul amouēt, quemadmodum florentes vineae exterminant animalcula venenosa. *Vineae florentes dederunt odorem suum.* Cant. 2. num. 13. quærit Divus Bernardus in cant. serm. 60. quare vineae flores potissimè commendantur? *Aium* (inquit) *florentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco: nec ullatenus novum ferre odorem florum: quod volo, attendant novitij nostri, & fiducialiter agant cogitantes, qualem spiritum acceperunt: cuius primitias Demones non sustinent; si sic novitius fervor, quid erit obsoluta perfectio.* Ex his colligitur quanti fiat apud Deum tenera aetas, ipsius consecrata obsequijs, quanti q; æst imāda fuerit a Deo

19.

Docet, vite primordia Deo consecrare

Matth. 2. n. 1. Haym.

Luc. 14. n. 23. Rabba.

Cant. 2. n. 13. D. Bern.

20.

Fervor prima aetatis Demones fugat

Ioan-

Psal. 118 n. 147. Ribera.

21.

Ioannes solitudinis amore antevertit aetatem. Cald. Septua. D. Amb.

D. Petr. Damian.

22.

Illi Deus aderat, illumq; roborabat.

Ioannis vita primordialis, quæ primæuis annis Deo in solitudine ab omni rumore aliena consecratur: iuxta illud. *Praueni in maturitate, & clamaui.* Psalm. 118. num. 147, vel, ut Ribera in cap. 8. Epist. ad Hebræos num. 18. putat, esse legendum. *Praueni in immaturitate.* Id est tāta velocitate, ut intēpestiuus viderer aduenisse. Vbi Chaldaica editio legit. *In aurora.* Septuaginta verò. *Adhuc in tenebris.* Ponderatq; eundem locum in nostram sententiā Divus Ambros. serm. 19. his verbis. *Praecurrit aetatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem gravitatem induit, & iuueniles annos, veterana quadam continentia regit: seruo remq; virentis corporis intāna morā maturitate componit.* Nam quid potest habere laudis, si effectum voluptatibus corpus, & iam senectutis gela frigidū, ad sera deuotionis officia, deposito iam segnior vigore, conuertat? Ideo verò Ioannis laudes nullis verborū encomijs explicari queunt, quia non vltimam senectutē Deo obtulit: sed primum aetatis florem, primamque iuuetæ gratiam, ac vigorem ei in solitudine consecrauerit. *Qua* propter Cardin. Petrus Damianus, serm. 1. de S. Ioan. inter eius excellentias illā magis suspicit. *Est* (inquit) *singularitas in conuersione intra teneritudinem annorum: beatus namq; iste puer ad eremum spiritu ducente deductus est: nec obstitit aetatis infirmitas, quā maiestas Domini fecundabat.* Fecundabat nimirum iugi gratiæ robore, & vbertate caelestium donorum perenni, ac cōtinua. Quo circa Abul. in cap. 3. Matth. q. 26.

Deus (inquit) *ex speciali gratia, dedit propositum tam arduum scilicet, ut tam asperam vitam sequeretur: hoc autem fuit necessarium, quia Deus volebat, quod Ioannes esset testis idoneus in re tam ardua, sicut erat, dicere aliquem esse Messiam: & quod totus populus crederet ei.* Ad hoc autem necesse erat, quod Ioannes manifestè ostēderet in se aliquid diuinum: quia aliās nō adhiberetur ei tanta fides: ideo oportebat, quod haberet vitam sanctissimā, & non quamcumq; sed in gradu excellentissimo: quia aliās non fuisset tāta opinio de eo, scilicet, quod ipse esset Messias, cum nullum signum ostendisset. Haftenus Abul.

23.

Huius in eremum festinatio necessitas

LAUREA III.

Qua aetate Ioannes in eremum discesserit, & an eremico-larum primus extiterit? In eundem locum. *Puer autem erat in desertis.* Luc. 1. n. 80.

- 24. *Certum qua aetate, incertum quo anno.*
- 25. *Varie opiniones.*
- 26. *Cum Angelis solum sermocinatur.*
- 27. *Fuit Monachorum Princeps.*
- 28. *In Essenorum Collegio non vixit.*
- 29. *Voluit Christus, ut amicus Ioannes praeret martyrio, & solitudine.*
Quæ Ioannes deserta incoluit.
Desertum in quo Ioannes fuit, & in quo Christus ieiunauit.

X 4

Illud

24. **I**llud imprimis se obijcit subobscuro, quo anno Ioannes se in eremum abdidit? Illudq; certum est imprimis, teneris annis discessisse, ut clare monstrant illa verba Lucæ: Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis. Lucæ 1. nu. 80. & illa Ecclesiæ. *Antra deserti teneris sub annis. Civium turmas fugiens petisti.*

Nicephorus lib. 1. cap. 14. ita scribit. *Ioannes ultimum cum dimidio annum agebat, & una cum matre Elisabetha in spelunca quadam ad regionem Montaniam saluus conservabatur.* Ita ille. Eadem scribit Cedrenus in comp. Hist. Iacobus verò Valentinus Episcopus Christopholitani in cōmentario cantici Deiparæ Virginis ita narrat. *Opinio accelerati usus rationis in Ioanne habita est tamquam certa, quasi apud omnes doctores, eò quòd Ioannes in tertio anno iam vivebatur libero arbitrio, quia ingressus est desertum ad penitentiam agendam.* Franciscus verò de Mayronis in serm. de Baptista affirmat, Ioannem quinto ætatis anno digressum fuisse in solitudinē: trigesimo verò ex Dei mandato, docendi populi causa, ad vrbes rediisse: in deserto autē viginti quinque annis vitam traduxisse. Tandem Hugo Cardinalis in hunc locum scribit, Ioannem in solitudine egisse annos quinque; & viginti, atq; ad eò annos septem circiter agens ab vr-bibus, ad eremum se se abduxit. Cur autem tam cito se à suis abstraxerit, exponit Chrysof. hom. 2. ex varijs in Ioannem, tom. 3. *Quia (inquit) nuntiaturus erat Chri-*

stium, statim in eremo nutritur, ibi cre-scit, non vult cum hominibus conversa-ri, in eremo cum Angelis philosophatur. Et iterum ibidem fauens illis, qui putant, illum 1. anno, cū matre effugisse in solitudinem. *Statim (inquit) ut natus est, in eremo vivit, in eremo nutritur, Christū expectat in solitudine.* Et iterum hom. 10. in Matth. *Ab ipso (inquit) incunabulis in eremo semper inhabitavit, & angelicam quandā vitam mortali in carne præ se tulit.* Et hom. 15. in Ioannē. *Vita, inquit, & asperitate, & omnium hominum cōtempnuerat insignis, siquidem veste, mensa, domo, & ipso victu contempto, eremum ab ineunte ætate coluit.* Eodē & mentem, & calamum reflexit Simeon Metaphrastes in eius vita hæc scribens. *Vix à fascijs solutū solitudinem habitasse, vitamq; egisse Angelicam.* Huius verò tam cele-ris in solitudinem discessus rationem indagat Cardinalis Toletus in cap. 3. Luc. annot. 7. reddiq; istiusmodi verbis. *Ut sic se disponeret ad excimium munus, quantum nulli unquam propheta concessum fuerat, Christum baptizandi, & digito demonstrandi illum populi.*

Vndē mihi videtur Ioannes primus fuisse eremicola, atq; ad eò monachorum princeps: ita bilitur hæc opinio autoritate Chrysof. hom. 2. ex varijs in Ioannem tom. 3. *Considerate monachi dignitatem vestram; Ioannes princeps vester est: ipse monachus: felices sunt, qui imitantur Ioannem; quo inter natos mulierum nullus maior surrexit.* Et iterum hom. 1. in Marcū, Baptistam appellat monachorum principem.

26. Non illi cum hominibus, sed cū Angelis sermociatio. D Chry

Idem Chryso Idem.

Simeon Metaph

Toletus

28. monachorum principem. D Chry

Certū quædam ætate, incertum, quo anno inierit. Luc. 1. n. 80.

Niceph

Cedren

25. Varia opinio: nec. Francif. de Mayron.

Hugo Cardin.

D. Chry

In

D. Hier In eandem sententiam loquitur sanctus Hieronymus Monachorum vitam dilaudans. *Huius (inquit) author Paulus, illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendā princeps Ioannes Baptista.* Idemq; probat tum sua, tum aliorum auctoritate Baronius tomo. 1. anno Christi 31. fol. 101. 8. *Nunc deniq; id verò, quod scribit Sotus, in 4. dist. 30. quæst. 1. art. 1. Nimirū fuisse in solitudine collegium Essenorum, qui Anachoritarum more, sanctissimā vitā ageret, quorum institutum Ioannes sequeretur, abhorret à vero.* Nam si Ioannis vita cum Essenis communis ageretur: non tantam Ioannes admirationem peperisset Hebræis: neq; Ecclesia caneret, idcirco loca solitaria petiuisse. *Ne leui saltem maculare vitam fame possit.* Vixit ergo Ioannes ab omni hominum confortio alienus; ut luculentè docet Chrysof. hom. 38. in Mattheū, his verbis. *Ioannes nulli hominū, ante quam ad baptizandum accederet, Deo autem soli sua semper offerebat colloquia. Neminem vidit unquam conseruorū: neq; ab aliquo visus fuit, non lacte nutritus, non lecto susceptus, non lecto, non foro, non alia re humana usus erat.* Vbi notare est, et si Christus nulli, in animosa cruoris effusione, pro hominum salute toleranda, primas concesserit: ut egregiè expendit Clemes Alexandrinus, lib. 1. pædag. cap. 5. rimans pariter, & reddens luculentam rationem, quare præmissis cæteris typici sacrificij appendicibus in Isaac, iugulatio tamen non sit præmissa. *Portavit*

(inquit) lignum Isaac, ut lignum Dominus, sed non est passus, ut Dominus; ut qui primas patiendi partes Deo cesserit. Diuino scilicet impulsu instinctu, & angelica voce remotus Abraham intentato vulnere pepercit, ne morte cruenta Christo præiret Isaac, eoquè honore maximo frueretur, quem Deus dilecto Præcuratori referuarat. Quemadmodum verò Ioanni Christus hunc honorem concessit, quem Isaaco denegauerat, volens nimirum, ut amicus Ioannes sanguinem prior effunderet; ita etiam voluit, ut prior in solitudinem secederet: ut cū Christus postea solitariam vitā ageret, Ioannē etiam in eo præeuntem sequeretur. Et hinc tandem colliges, ad quā sublimē Deus amicum Ioannem contemplationem euexerit in ea solitudinis Schola: de qua Dionysius Carthusianus, tom. de Sanctis, in festo S. Ioannis, serm. 4. *Sanctissimus (inquit) iste Ioannes excellentissimo modo fuit Christi amicus, qui non solum monasticam, sed & Eremiticam, ac anachoreticam duxit in terris vitam; vitam planè angelicam, celestem, supernaturalem, admirabilē, ineffabili modo diuinam.*

Aliqui ponderant, non dixisse S. Lucam. *Erat in deserto;* sed. *Erat in desertis.* Lucæ 1. num. 80. quia scilicet multa deserta sua præsentia, ac penitentia decorauerit. Firmatur testimonio Fr. Antonij Aranda in descriptione terræ Sanctæ cap. 37. vbi scribit traditionem vigere à maioribus acceptam; primò incoluisse vallem imam, & angustam, à domo

29. Voluit Christus, ut amicus Ioannes non solū præiret martyrio, sed etiam solitudinem.

Carthu.

Luc 1. n. 80.

Antoni. Aranda.

paterna

Baron.

Sot.

28. In Essenorum collegio non vixit.

D. Chry

D. Cle. Alexan.

Qua Ioa-
nes deser-
ta inco-
luit.
Ioannes
Coto.
Ioannes
Zuallar.

Adrico.


Desertum
in quo
Ioannes
fuit, & in
quo Chri-
stus ieiun-
avit.

paterna non multum dissitam; an-
trumque ibi pro domo habuisse,
ostio breui, & orienti soli obuer-
so. Quod antrum describit ele-
ganter Ioannes Coto Viçt. lib. 2.
cap. 10. de eo etiam mentionem
facit Ioanes Zuallardo in expe-
ditione terræ Sanctæ, lib. 3. Eo-
quæ perhibent respexisse autho-
rem illius hymni, *Antra deserti te-
neris sub annis*. Secundum deser-
tum habitasse etiam ferunt, non
procul ab Hebron. Firmata iam
ætate in interiorem solitudinē
(Quarentenam vocant, quod po-
stea Christus ibi quadraginta
dies ieiunauerit) penetrauit; de
qua solitudine sic scribit Adri-
comius in descriptione Benia-
min, num. 97. *Quarētena*, inquit,
desertum inter Ierusalem, & Iericho;
incipit iuxta Anathot, & extenditur
supra Galgala, usq; ad desertum The-
cue, & Engaddi iuxta mare mortuum.
Hic commoratus est Ioannes Baptista,
inibique in eius memoriam extructa
fuit Ecclesia, & monasterium, quod
Græci monachi inhabitabant; sed tem-
poribus Breidenbach erat desolatum.
Ibi venientem ad se, ut baptizaretur,
Christum digito demonstravit Ioanes:
Ecce agnus Dei. In hoc Christus ieiun-
avit 40. diebus, & noctibus agens,
& habitans cum bestijs. Hæc il-
le.

Illud animaduerto, dum pro-
ximè ante dixi cum Chryso-
stomo, Ioannem fuisse ducē, ac prin-
cipem monachorum: intelligi
debere respectu legis gratiæ. Nā
si retro respicere velimus: ad
Eliā usquē cum religiosissimis
patribus Carmelitis recurramus,
oportet. Exijt nunc recēns in lu-

cem historia Generalis Ordinis
Carmelitarum ex calciatorū au-
thore Fr. Francisco de Sācta Ma-
ria. Hic lib. 3. cap. 15. adducta lō-
ga serie Patrum tam Græcorum,
quam latinorum enititur proba-
re, S. Ioannem Baptistā tam ve-
rè monachum fuisse: quam fuit
S. Basilius, S. Hieronymus, S.
Benedictus, qua in re (tametsi
ille distinctiones Theologicas
pro sua singulari in Ioānem pie-
tate non admittat) necessario di-
stinguendum est. Nam si nomi-
ne monachi solitarium intelli-
git, quod Græcū nomen, *μοναχο*
ad significat; res est ad eō mani-
festa, vt nemo sine graui errore
contrarium tueri possit. Si verò
nomine monachi intelligit ve-
rum religiosum: quales fuerunt
Euangelici monachi S. Basiliij,
S. Hieronymi, ac S. Benedicti,
id verò, vt credatur, locuplete
caret autoritate. Nam Patres
quos agminatim laudat, tantum
probant, illum fuisse ducem vi-
tæ eremiticæ, hoc est solitariæ,
non autem religiosæ, eo more,
ac rigore, de quo nunc agimus.
Vide, quæ scripsit de hac re So-
arius to. 3. de Relig. lib. 2. à cap. 2.
& præsertim cap. 4. & Sanches,
tomo 2. Decalogi lib. 5. cap. 1.
Vbi literatè, ac eruditè docent,
quæ necessaria sint ad perfectum
statum religiosum constituen-
dum: & sine quibus cor-
ruat, & stare nequeat
hic status.

(?)



Fr. Frā.
de Sācta
Maria.

Soarius.
Sanches

LAV

LAVREA V.

Ioannes a teneris vnguiculis so-
cietatem fugit impiorum.
Super eundem locum. *Puer*
autem erat in desertis. Luc.
1. num. 80.

- 30. *Abit in eremum, vt à scelere vi-*
uat immunis.
- 31. *Subtiliter serpunt libidinis in-*
centia, & ideo festinanter fugien-
da.
- 32. *Ioannes ad vrbes non venit.*
- 33. *A membris demonis, vt ab ipso*
demone fugiendum.
- 34. *Periculosa improborum consuetu-*
do.
- 35. *Hanc consuetudinem euitat Ia-*
cob.
- 36. *Etiā improbis vicini easdem su-*
beunt penās.

Tenerrimus adhuc Ioānes
ad aspera montiū tesqua
fugit. *Reliquit mundum* (in-
quit Petrus Damian. ferm. 2. de
Sācto Ioāne) *homines fugit, nescit*
patriam, parentes aspernatur, & in so-
lius diuinitatis apicem beata conuersa
tionis figit obtutus. Sed quærit
Theophylactus hoc loco, quare
tenera ad eō ætate ad eremū cō-
fugit? Eius scribo verba. *Quare*
autem erat in desertis? vt ne multitu-
dinis malitia particeps fieret. Quo-
freti exemplo, documentoquē
Ioannis expergefacti, non pec-
catores modo declinare; sed illū
etiam, quem ipsi vitiatum exha-

Petrus
Damia.
term. 2.

Theop.

30.

Abit in
eremū, vt
sceleris
purus vi-
uat.

lant spiritum, & quem expirat
aerem venenatum vigilanter de-
bemus effugere: hortante Ter-
tulliano, lib. de spectaculis, cap.
27. his verbis. *Non ergo fugies se-*
dilia hostium Christi, illam cathedrā
pestilentialem, ipsumquē aerem, qui
desuper incubat, scelestis vocibus cō-
stupratum? Non aliam, vt opinor,
ob causam fugit castus Ioseph
vxorem Domini sui inuitantem
ad flagitium. *Relicto in manu eius*
pallio fugit. Genes. 39. num. 12. ni-
si, quia nouerat libidinis pestilē-
tiam, vel filio tenuissimo serpe-
re solitam in interiora cordis.
Audias Diuum Ambrosium, lib.
de Ioseph. cap. 5. ad rem ita scri-
bentem. *Contagium iudicauit, si diu-*
tius moraretur, ne per manus adulte-
ræ libidinis incentiua trāsirent. Hoc
modo Ioannes extimuit mundū
in maligno positum, & vitiōrū
corruptum contagijs, & vt de eo
dixit Eusebius, siue Eucherius
Gallię Episcopus apud nostrum
Velasques in Epist. ad Phillip. c.
1. vers. 6. annot. 3. *Sciuit, quod nō*
sufficeret diligentis gratia; nisi inui-
gilaret collaborātis industria. In quā
etiam sententiam percontor cū
S. Ephrem Syro de linguæ ma-
lo, quamobrem Apostolus Paulus,
& Silas cum sua encomia,
& insignia laudū acroamata au-
diuissent ab spiritu maligno de-
cantari, ea vltius audire resu-
gerint, Paulusquē in illa verba
indignatus eruperit. *Præcipio tibi*
in nomine Iesu exire ab ea. Actor.
16. num. 18. *Cur* (inquit Ephrem)
Apostoli demonem, à quo laudabatur,
audire renuerunt: nonne ideo, ne mū-
da, ac casta aures impuris vocibus cō-

Tertull.

Genes.
39. n. 12

D. Amb

31.

Quā sub-
tiliter ser-
punt, &
quā festi-
ne fugien-
da incen-
dia libidi-
nis.

Euseb.

S. Ephr.

Actor.
16. n. 18

tami-

taminarentur? Ita Ephrem Syrus.

Sed cur quæso in euitandis impijs hominibus tanta nobis cautela proponitur? Ex facilitate nimirum, qua nobis prauitas, & iniquitas solet adhærescere; propter quam S. Ioannes ex interiori solitudine non nisi ad oram Iordanis descendisse videtur, & si ad vrbes venit, impulsus venit instigante numine; audias D. Hieronymum tom. 4. Epist. de vera Circumcisione. Illud etiam (inquit) in eo mirandum est, quod eremum elegerit domini predicaturus aduentum. Non in templis, non loquitur in plateis, multitudinem, multitudini profuturus, horrescit. Et cur vox est clamantis, si declinatur auditor? Elegit, ni fallor locum; non ubi enim nullus audiat, sed ad quem populos de natura corrupte conuersatione reducat; ut in propheta nouam vitam videntes, diuinam mirari discant, sequere omnibus vitijs circumcisos in eremo esse patiatur. Itaque; iuxta hanc doctrinam euocabat Ioannes vrbes ad se, se in Iordane baptizantem, ipse ad vrbes sceleribus implicatas difficulter accedebat: quapropter D. Petrus Damian. Apologia de contemptu sæculi, c. 13. Illud consequens educit. Nobis non minori sedulitate ab impijs, ac deprauatis hominibus recedendum fore, atque; ab ipso cacodæmone, si obuius esset, effugiendum foret. Sicut (inquit) ab ipso reproborum capite, ita à membris illius, nisi causa conuersionis exegerit, studendum est, declinare. Rimatur item D. Basilius hom. Quod Deus non sit causa malorum. Quare nobis cum serpentibus irreparabiles à prima mundi nascentis

origine positæ sint inimicitie iuxta illud: Inimicitias ponam inter te, & mulierem. Genes. 3. num. 15. Et ita sensiles, ut ad primum serpentis occursum repente quispiam tremesciat? ratio est, quia hi serpentes nocentiores alios adubrunt, homines nimirum impios, ad quos, si propè accedas, luem, ac pestilentiam facile participabis. Quemadmodum, inquit Basilius, in pestilentibus locis sensim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit: sic etiam in praua consuetudine, ac conuersatione maxima nobis mala hauriuntur; etiam si statim incommo- dum non sentiatur. Idcirco nobis aduersus serpentem irreconciliabilis indicta est inimicitia. Ita Diuus Basilius. Ideoque; Ioannes à teneris unguiculis ad deuam solitudinem, ab humanis serpentibus ad naturales dracones, cuius minus est periculosus contactus, hilaris, & exultabundus egreditur; mente, & cogitatione versans, ac volutans verissimum illud Dauidis vaticinium. Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris. Psal. 17. num. 27. Ergo ne Ioannes in tenera ætate, præ impiorum consuetudine, virtutis viam peruerteret; cedit vrbebus, & abdit se se solitudinibus, fruiturus angelorum confortijs, & alloquijs: ritu Patriarchæ Iacobi, qui angelorum agmina non, nisi montibus solitarijs, meritus est intueri. Nam, si quæras qua de causa Iacob recedit à Domo Laban? Responderit Philo Alexandrinus, lib. de profugis in hæc verba. Nocet conuictus, & consuetudo cum insipientibus, quia sepe accidit, ut ani-

Gen. 3. n. 15.

D. Basil.

34.

Quæ periculosa consortia impiorum.

Psal. 17. n. 27.

Philon. Alexan.

35.

Et hoc consortia cui tet exit Iacob a domo Laban.

Esaï 6. n. 5.

D. Hier.

Tertull.

36.

Qui cum impijs, aut prope illos sunt, panas eius dant.

ma etiam in vita aliquid contagij sibi adfricat. Quod Isaïas sibi, gemit, accidisse. Vir pollutus labijs ego sum. Esaï. 6. num. 5. cur pollutus esse dicitur secundum os? Reddit causam. In medio populi polluta labia habentis ego habito. Ibidem. Ad quæ locum Diuus Hieronymus, ita loquitur. Providendum est sub hoc exemplo, non solum ut ipsi sumus iusti, sed ne cum peccatoribus moremur. Quod explicuit exactè Baptista peccatorum læua, ac deprauata exēpla, & populi ad vitia ruentis frequentiam procul effugiens. Rectè enim nouerat, vel non posse inter peccatores innocentem esse; vel, si foret, cum ipsis diuinæ iracundiæ incendio flagrantibus periculum, si non æternæ, temporariæ saltem vitæ subituum. Eadem enim pene eos consequuntur plerumque, qui communem vitam degunt, ad eum, ut propterea cum Sodoma, & Gomorrha vicinum etiam mare penas dederit. Teste Tertulliano, lib. de pallio, cap. 2. in hæc verba loquente. Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia: & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. (Tertulliani ferme semper vtentis obscuris sententijs verba percipe: dum enim dicit. Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, idem est, ac si diceret, Hactenus Sodoma nulla, & nulla Gomorrha.) Eaque ex mente eiusdem est causa, ob quam finitimū mare etiamnum mare mortuum nominatur, & ob immobilitatem aquarum nihil, exceptis faxis, in eo mergi-

tur. Quasi aqua, quæ fordes omnes abluat, propter scelerum viciniam scelerata etiam euaserit, dignaque ad eum, quæ communi incendio periret, & in alienam naturam degenerauerit. Quærit in idem argumentum prædictus magni Caroli Magister Albinus quæstione 723. in Genesis, tomo 2. Bibliot. Quare terrestres in diluuiio, non maritimæ perierint animantes? Respondet verbis pauculis, sed ad rem facientibus. Propter maledictionem terre, de qua vescebantur vtilia terre. Enim vero Deus Opt. Max. ob primi hominis peccatum indixerat eam maledictionem terræ, maledicta terra in opere tuo. Genesis 3. num. 17. quam maledictionem animalia terrestria censentur haustam vna cum pastu participasse. Quasi propter ea maritimæ belluæ effugerint generalem illum cataclismum; quia in altissimo mari longè à peccatoribus segregatæ vitam agebant, terrestriaque animalia id circo naufragata fuerint, quia cum peccatoribus, & prope homines impiissimos vitam viuerent in terra ad eum maledicta.

Albin.

Genes. 3 n. 17.



PVERAVTEM erat in desertis. Luc. I. n. 80.

LAVREA VI.

Ioannem Dei timor vrbe segrgat, & infert solitudini.

- 37. Timor Dei sollicitam reddit animam.
38. Idem animam roborat.
39. Danielelem, & Ionam reddit securos.

Ioannes Dei timore incitatus, vt peccata effugiat, hominum conuentus, & ciuitates declinat. Timor Domini expellit peccatū: nam qui sine timore est, nō poterit iustificari. Ecclif. I. num. 27. iustificatus erat Ioannes, & iam in vtero sanctificatus, & tamen cum de æterna salute cogitabat exalbescebat, & totis artibus contremiscebat, quapropter Diuus Hilarius Arelat homil. 2. in hāc sententiam ita scripsit. Sanctificatus est, & tamen non dum de sola Dei electione securus, sed tamen agonibus ieiuniorum, & laboribus abstinentiæ, atquē iustitiæ diuina in se vota seruare contendit. Ea porrō est prudentia inspirata diuinitus, & sanctis infusa mentibus, vt in æternæ salutis negotio securitatem oderint: in pri-

Ecclif. I. n. 27.

D. Hila. Arelat.

uatifquē Dei fauoribus valde etiam subtimeant: & sibi diffidant. Si quando aridebam ad eos, non credebant mihi. Iob. 29. num. 24. Diuus Gregorius in Iob lib. 20. cap. 5. tomo 2. exponit hęc verba de Christo indulgenter arridente suis, dequē iustis sibi interea diffidentibus. Redemptori nostro (inquit) quasi arridenti non credimus, dum gratiam fauoris eius accipimus, & tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus. Hunc Sanctū timorem præ oculis habebat Apostolus; qui paradysum viderat, & nihilominus inferos videre formidabat: idēquē dicebat. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. 2. Corint. 9. nu. 27, quod grauitè citatus Gregor. albo notat calculo. Iam (inquit) paradysi verba audierat, & illi aridetur iam per supernam gratiam: & ipse adhuc quasi non credit per suspensionis metum. Et rursus ibidem. Ecce arridenti sibi diuina gratia iam credit per spem; & nec dum tamen credit per securitatem. Non secus timet Elias Reginae Iezabel minas, fugientiquē spectabilem sedat angelus, famemquē abigit, non timorem; vt liquet ex 3. Regum 19. Ecce Angelus Domini tetigit illum, & duxit illi surge, & comede. Ibi. num. 5. quod maturè expendens Diuus Gregorius tomo 2. lib. 20. in Ezechielem homil. 14. Apparet (inquit) fugienti Angelus, cibum præbet, futurum prædicat: & tamen timorem de corde non excutit: quia in corde propheta magna erat custodia

Iob. 29. n. 24. D. Greg.

37.

Timor Dei sollicitam reddit animam pulsa omni securitate.

2 Corin. 9. n. 27. D. Greg.

3. Reg. 19. n. 15.

D. Greg.

38.

Timor animæ fortitudinē, & robur induit.

forti-

fortitudinis, illa infirmitas timoris. Hoc videlicet timore passus, hoc roboratus, hoc contentus pergebat in vastissimam solitudinem: quemadmodum Sanctus olim Iob inexplicabilem laborum illiadem passus solo Dei timore contentus inter ærumnas exultat. De quō S. Zeno lib. 2. sermone 16. In sterquilinio (inquit) fetido scaturientia vermibus Iob sedet, quasi nihil passus, sed solo Dei timore contentus. Sciebat enim spiritualis vitæ securitatem, nō aliunde, quam à Dei timore provenire.

Propterea Ioannes plus sibi timet, cum plures haurit faoures, eoquē timore se roborat, & tutatur vastam solitudinem incolens inter leones: quemadmodum Daniel timore Domini se totum loricauit, clypeauitq; & armauit vndiq; aduersus leoninos fremores. Venit ergo Rex ad lacum, & introspectit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Dan. 14. num. 39. Quis tantos animos Danieli indidit? Quis eam securitatem donauit? Respondeat Zeno Veronensis, sermone de timore Domini tomo 2. Bibliot. Timoris (inquit) suffragio Daniel leonibus obiectus in periculo prædet, qui solet extra periculum ieiunare. Non secus Ionas defæuiente tempestate, eumquē deuorante balena insanę magnitudinis perstat nihilo formidolosior, sui cōpos, securusquē: non aliam ob causam, nisi quia Deum timore Sancto deuenerabatur. Dominum Deum celi ego timeo. Ionæ I. num. 9. Quapropter citatus Ze-

Dan. 14. n. 39.

Zeno Veron.

39.

Reddit securū Danielē inter leones, Ionam inter undas.

Ionæ I. n. 9.

no Veronensis. Ionas, inquit, timens Dominum spontaneum non timet adire naufragium, cetero inhiante miserabilis sepelitur, quam precipitatur: felix magis sepulchro, quam nauis. Ergo Dei timorem ritè cole: vt immania etiam pericula securè pertranseas. Propter has causas cum cetera Spiritus Sancti dona supra Christi, & supra iusti cuiuslibet caput federe dicantur. Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & intellectus: Spiritus Consilij, & fortitudinis: Spiritus Scientiæ, & pietatis. Isai. 11. num. 2. timor tamen Domini non solum supra caput iusti cuiuslibet sedisse dicitur, sed totum vndiquē repleuisse, additur enim. Et repleuit eum Spiritus timoris. Ibi num. 3. in quem sensum Guillelmus Parisiens. libro de moribus tractatu de timore. Inducit Dei timorem ita loquentem. Sunt, & aliæ magnificæ laudes meæ inter quas, & illa est eximia, quod ipsum Christum Dominum fontem omnium virtutum replere dictus sum cum enim alijs datum sit in illo requiescere solam, repleve eum ab Spiritu Sancto mihi tributum est.

Zeno Veron.

Timor Dei totū Christum replet.



54.

Quem nificet, & bar gè se Deus in eremo cōmunicet.

Exod. 20. n. 19.

D Petr. Damia.

D Bern

55.

Ioānes in eremū venit, ut per petuū cū Deo cōmmerciū haberet. D Chry

4. Reg. 3. n. 14. D. Greg

rrior Deus: ut vacaret orationibus, cū Angelis conuersaretur, appellaretq; Dominum: illumq; audiret respondente, & dicentem. Ecce adsum. Filij Israel à superarum rerum diuino commercio; Deiq; colloquijs alieni diuinum cum humano sermone commutare volentes, rogabant Moysen. Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Exod. 20. num. 19. Ioānes longè aliud à Deo conatus obtinere dicebat, loquere tu mihi continuo rerum omnium dulcissimè Deus omnipotens, vt viuam: & non loquatur mihi homo, ne fortè moriar. In eremū ergo paterna domo se subducit, vt perpetuos cum Deo familiarissimè conferrer sermones: vt oblitus humana, fieret diuinus.

Rimatur Diuus Petrus Damianus serm. de Ioanne Baptista, quare à tenera ætate Ioannes auolat in eremū? Vi(inquit) perpetuum cum diuinitate stabiliret consortium. Nec abnuit D. Bernardus serm. de priuilegijs Baptiste, sed in eadem sententiam verba penè eadem reponit. Mira, inquit, rerum conuersio, hominem vix mundum ingressum, mundi fugere gloriam, perpetuumq; cum diuinitate habere consortium. Proptereaq; Chrysofostomus, hom. 27. in Mattheum. Ita (inquit) in terris quasi in celis versabatur. Et quemadmodū Eliseus cum adhuc terras incoleret, corde, & animo se coram Deo sistebat in celo, sacro testante eloquio, Vinit Dominus, in cuius conspectu sto. 4. Regum 3. num 14. In quem locum Diuus Gregorius

Magnus, tom. 2. hom. 17. in Ezechiel. Ibi(inquit) erat, ubi cor suū fixerat. Hoc certè modo, morequè se Baptista ferebat: hac sententis, & cordis altitudine gerebat; quod animaduertit Diuus Ioannes Chrysofostomus in enarratione ad cap. 11. Matthæi, his verbis. Perinde in terris, atquè in celis agebat, nulli se hominum consuetudini iungens, continuo solus Dei fruebatur alloquio. Et tomo 2. hom. 10. in cap. 3. Matth. Eremū ita Ioānes habitauit, vt celum, & quasi angelus aliquis è celo, ita à solitudinis vastitate descendit.

Accedit Cardinalis Damianus, apud Barrad. tom. 1. lib. 8. cap. 3. sub finem. Ioannes (inquit) atatis supergressus infantiam, soli vacat diuinitati. Ait soli diuinitati vacare: quia diuinitas se in solitudine mirè communicat; quapropter Nazianzenus orat. 1. ita de solitudine loquitur. Quam velut sociam, & adiutricem, diuinæq; subuectionis parentem, atq; ad eam diuinitatem afferentem, mirificè suspiciebam. Ita Nazianzenus. Nec non Dionysius Carthusianus, tom. de Sanctis, serm. 2. de S. Ioanne. Ab exordio (inquit) pueritiæ solus soli Deo vacauit in eremo, in qua die, & nocte intentus fuit supra humanas vires summo, & incommutabili bono ipsum sincerissimè contemplando, ardentissimè diligendo, deuotissimè collaudando, affectuosissime exorando. Adde tandem Cardinalem Toletum in Luc. cap. 1. an. not 21. indagantem causas, ob quas Angelus Luc. 1. nu. 15. prædixerat. Erit magnus coram Domino. Apparet(inquit) ex eius conuersione,

quia

56.

Continuè Dei fruebatur alloquio, in celo potius, quàm in terris agens. D Chry

D Petr. Dam.

Nazian.

Dionys. Carth.

Cardin. Tolet. Luc 1. n. 15.

qui triginta annorum ex deserto egreditur, in quod se puerulus receperat, & per tot annos conuersatione angelica, & mentis eleuatione in Deum vixerat. Sed huic argumento amplificando supersedeo, de quo mihi erit agendum, tomo. 1. in Matth. ad cap. 3. sub initium.

LAVREA X.

Ioannes in solitudine cibo vitur diuiniore. In eundem locum. Erat in desertis. Luc. 1. n. 80.

- 57. Orationis cibo alebatur.
- 58. Calamitosus Adæ filijs maior, & superior aduenit.
- 59. Aues, & pisces ex eadē aqua procedentes, diuersas propensiones sortiuntur.
- 60. Ioannes terrenas omnino spreuit delicias.

VT primum Angeli Ioānis animum virtutibus, quasi pratum floribus, aut cælum sideribus, ornatum viderūt; nulla mora, in illius aspectum famulatumq; certatim concurrerunt, & à parētis Elisabethe oculis rapuerunt introrsum in desertum: quapropter Origenes tomo 2. hom. 20. in Lucam. Ioannes(inquit) statim, vt natus est, transijt ad desertum, & qui maior fuit inter natos mulierum, maiori nutrimento dignus apparuit. Hoc est oratione, contemplationeq; ac ieiunio dignus erat, alimento scilicet di-

Origen. tom. 2.

57.

Alebatur orationis cibo.

uiuiore. Ait enim verè Christus. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4. n. 4. qui locus sumptus est ex illo alio loco Deuter. Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patros tui: vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Vestimentum tuum, quo operiebaris, numquam vetustate defecit, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudit te. Deuteron. 8. num. 3. hic etiam locus videtur, & de Israelitico populo, & de Ioanne dictus, cui præterquam, quod vna eademquè camelina pellis tot annos perdurat, cibus etiam adest suauissimus, non tã arte conquistus humana, quam diuina paratus prouidentia, sicuti Christi Præcursores decebat: vt aliqua ex parte procederet similis Christi, qui Adami calamitatibus superior aduenerat. Oportebat(inquit Chrysofostomus, hom. 10. in Matth.) Præcursores illius, qui omnia vetera dissolueret, id est, maledictionem, merorem, dolorem, liborem, atquè sudorem; aliqua, & ipsum muneris huius symboli gestare; & superiorem illa condemnatione esse: itaque erat illi impræparata mensa, & facilis amictus, & habitatio facilior amictu: nequè enim, vel lecto indiguit, vel lecto, non mensam, vel aliqua huiusmodi requisuit: sed Angelica quadam vita, mortali in carne, resplenduit, suadens ceteris, ad priorem nobilitatem reuerti. Ita ille.

Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacramentis, cap. 27. ponderat auium, ac piscium, cum ex

Matt. 4. n. 4.

Deuter. 8. n. 3.

Chryso. hom. 10.

58.

Calamitosus Adæ filijs maior, & superior aduenit.

Hugo Viç.

eadem

LAVREA XII.

Quo altitudinis, oratio exemplo Ioannis in solitudine habitata, mortales attollat. In eodem locum. Erat in desertis. Luc. 1. n. 80.

- 65. Solitaria oratio ad perfectionem ducit.
- 66. Illustrat, & transformat hominem.
- 67. Solitudo cognitionem habet cum Deo.
- 68. Ioannes in solitudine semper orabat.

Solus erat Iacob, cum scalam ascendebat angelis, ac descendebat per viam vidit, ab imis terris ad caeli summa per tingentem, Genes. 28. Huic simillimas scalam oratione quotidie fabricant ij, qui orationi vacant, ut facilius in caelum per eas ascendant. Est porro oratio scalam, qua facile in caelum scandimus, ut bellè notavit Divus Bernardus in tractatu de modo orandi, siue scalam claustralium, ubi ita loquitur. Lectio, meditatio, oratio, & contemplatio est scalam claustralium, qua de terra in caelum subleuantur, gradibus quidem distincta paucis, immenso tamen, & incredibilis magnitudinis: cuius extrema pars terra innixa est: superior vero nubes penetrat, & secreta caelorum rimatur. Hec verò scalam ideo eun-

Bernardus oratio scalam in caelis

tibus, ac redeuntibus Angelis plena apparuit, ut nobis aperte monstraretur in irum familiare commercium inter angelos, & homines orantes. unde Chrysostomus lib. 2. de orando Deum. Orare (inquit) commune est opus angelorum pariter, & hominum. De precatio te separat à mutis animalibus: hac te sociat angelis.

Est etiam oratio aurea catena, quae nos orantes sublimè leuat; & in caelum vsquè attollit. Testor illa verba Isidori Clarij oratione de fructu orandi tom. 1. Est (inquit) oratio, ut praestantissimi ante nos dixerunt, veluti aurea catena à caelo in terram demissa, quam, qui ascendere volent: videtur quidem catenam ad se trahere, reuera autem trahitur ipse ab illa in caelum. Videtur verò Isidorus Clarius id desumpsisse ex Dionysio Areopagita de Diuinis Nominibus, capit. 3. ubi orationem catenam, eamquè perlucidam appellat. Lucidissimam catenam ex caelesti summitate suspensam, & huc vsquè pertingentem. Lucidissimam vocat, tum quia eius catenae pars altera eam caeli partem attingit, qua Deus apparuit Iacob, Genes. 28. num. 13. Qui lucem inhabitat inaccessibleem. 1. Timoth. 6. num. 16. Tum quia oratio solarem lucem infundit animae. Sicut sol (ait Chrysostomus, lib. 1. de orando Deum) lucem praebet corpori, sic anima lumen est precatio.

Quod si quaelibet, & vbiuis, habitata oratio catena est aurea nos sublimes attollens: mirum planè est, in quam sublimem

benè

Chryso.

Isidorus Clarius.

Dionys. Areopa.

Oratio catena aurea.

1 Timoth. 6 n. 16. Chryso.

D. Bon.

65.

Solitaria oratio ad perfectionem ducit.

Matth. 17. n. 1.

Luc. 9. n. 29.

Matth. 17. n. 2. Euthy.

66.

Elenat & transformatio in eum. D. Eph.

Victor.

benè, beatèq; viuendi rationem animos nostros euehat oratio solitudine roborata: certè D. Bonaventura in ea sitam esse putat Christianam perfectionem. Qui vult (inquit ille ad hunc locum) perfete viuere, debet relictis urbibus petere deserta. Ad hanc perfectionem, ut Apostolorum maximi ascenderent, eos Christus abducit in montè excelsum seorsum Matth. 17. num. 1. Ibi què orans in eam se formam, ac figuram transfmutauit, in quam suos quotidie orationis vi transferri ardentissimè cupiebat. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera Luc. 9. num. 29. Nec assuetam quampiam, vulgarem vè, & ordinariam formam orationis Metamorphosi nactus est: sed solarem, ac prope diuinam: ideoq; textus ait. Et resplenduit facies eius sicut sol. Matth. 17. num. 2. Notat hoc insignitè Euthymius Luc. 9. Orans (inquit) transformatus est, ut discamus, quòd oratio transformat, ac illustrat hominem, si fiat, quemadmodum oporteat. Illustrat nimirum, transfertquè, ac transfmutat in admirabilem illam Deitatis excellentiam, de qua Diuus Epiphanius hæresi 69. sub finem his verbis. Caro videlicet, quae ex Maria, & ex nostro genere erat, & transformabatur in gloriam, honorem, ac perfectionem Deitatis acquirens.

Ast hæc translatio transfmutatioquè non, nisi in oratione, montanaquè solitudine facta est. Nam, ut singulariter obseruat Victorinus Marc. 9. solitaria montis altitudo, cum diuinitatis celsitudine, cognitionem habet ad

mirabilem. Excipe eius verba ad illum locum. Duxit illos in montè excelsum seorsum, &c. Poterat sinè in domo gloriam suam discipulis patefacere; verum, quòd montis celsitudo, quamdà cum maiestatis illius celsitudine cognitionem haberet, quos secum ex discipulis assumpsit, in montem excelsum subduxit. Quid, quæso, aut pulchrius, aut luculentius dici potest, de montanis solitudinibus, in quas se Ioannes abdit, absconditquè, quam eas habere proximam cum Deo cognitionem? Idcirco se Christus in montes sepius subducebat. In secessu (inquit Tertullianus ad Martyres cap. 2.) frequentius agebat, ut liberius oraret, & seculo cederet, gloriam deniq; suam discipulis in solitudine demonstrauit. Eandem Ioanni præcursori omnium charissimò, non semel ostendisse, par est arbitrari. Certè illud affine est huic fauori, quod de illo scriptū reliquit Dionysius Carthusianus tom. de Sanctis, serm. 2. de S. Ioanne in hæc verba. Nec cibum, & potum sumendo a Dei laude, & oratione cessauit; nec ita somno fuit oppressus, quin in ipso mens eius frequenter intenderet Deo; ita quod dicere potuit illud Cantici, ego dormio, & cor meum vigilat.

LAVREA XIII.

Solitudinis quanta sit felicitas. Ad eundem locum. Erat in desertis. Luc. 1. n. 80.

67.

Solitudo cognitionem habet cum D. o.

Tertull.

68.

Ioannes in solitudine comedendo, & dormiendo orabat.

- 69. Abraham ad solitudinem propendebat.
- 70. Deus ante mundi creationem semper in solitudine.
- 71. Paradisus in solitudine.
- 72. Ezechiel a populo seuerus vivebat.
- 73. Solitarij secretorum capaces.

Planè Ioannes is erat, eaq; generosi pectoris altitudine pollebat, vt in solitudinis habitatione, non alium imitandum sibi proposuerit, quam Deum ipsum, ipsamq; essentiam diuinam ante rerum omniu molitionem æterna in solitudine collocatã, & se sola beatam. Audi Philonem Alexandrinum, lib. de Abraham adnotantem mirabilem aliorum mortalium auersionem, Abrahæ verò singularẽ propensionem ad solitudinem. Solus (inquit) hic afficiebatur aliter, iucundissimam vitam existimans secessum à multitudine; sic enim natura comparatur est: vt qui Deum inuenire cupiunt, amicam Dei solitudinem diligant: hoc primum modo, imitati beatam illam, ac felicem essentiã. Porrò quemadmodum Deus in summa semper est voluptate, ita qui orationi, in solitudine, nauat operam, perenni quodammodo paradisi solatio perfunditur. De quo vaticinatus fuisse videtur Isaias, illis verbis. *Ponet de sertum eius quasi delicias, & solitudinẽ, quasi hortu Domini.* Isaiæ 51. nu. 3. Has experta delicias Marcella, si non montium, at turbẽ, tumultusq; solitudinẽ deamã.

Philo. Alexan.

69. Abrahã ad solitudinẽ propensio.

70. Essentia Diuina, ante quã mundũ crearet, nunquã nõ in solitudine

Isai. 51. n. 3.

(teste Hieronymo ad eãdem ita scribẽte, Solitudinẽ putabat delicias. & in vrbe turbida inueniebat eremũ Monachorum. Quin, & ipsemet Hieronymus non, nisi in solitudine, cælitum delicias mente, & cogitatione delibabat; & nos eius verba delibemus auribus. Solus (inquit Epistola ad Eustochiũ) deserta penetraui, sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam: ibi me a orationis locus, & vt ipse mihi testis est Dominus, post multas lacrymas, post celo inherentes oculos nonnumquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum.

Ad hæc, quemadmodum in ea Deus separatione, qua perfruebatur, antequam quidquam conderet, nihil non habebat planè cognitum, ac perspicuum; ita arcana sua secreta, vt amicis, & vatibus comunicet, eos prius ab iungit à populis, & ad separatam quamdam solitudinem abducit, quod licet ex multis scripturæ locis liquecat doctis, & in clarescat, vnum & alterum exemplum adhibeo primum Moyse, quem Deus a populo Ægyptiaco auocauit ad solitariam vitam per annos quadraginta ductam in terris Madian ed enim recesserat interempto Ægyptio, ibique procul ab urbibus beatam vitam viuebat in solitudine: quousq; eum Deus præsentia sua, ac colloquio beatiorem fecit. Audias Gregorium cognomento magnum lib. 23. in Iob capit. 20. Postquam (inquit) in desertum fugit, illic dñ quadraginta annis degnit, quasi ab inquietis terrenorũ desideriorũ

D. Hier.

71.

Paradisus in solitudine.

Ibidem Hieron.

Gregor.

tumul-

tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam vocem percipere meruit. Quadraginta annos vixerat Moyses, sibi metipso displicens, inter Ægyptios, vt ergo sibi ac Deo imprimis placeret, ab Ægypto se subduxit, vt annos totidem contemplantioni deditus degeret in solitudine; ita Procopius Epitome in Isaiam. Qui (inquit) quadraginta annis in Ægyptiorum disciplina versatus, simulato gregis pascendi studio, in solitudines secessit; in quibus rerum cõtemptor vacaret: vnde ad hominum curam auocatur inuitus. Secundum exemplum sit Ezechielis. Fili hominis (inquit Deus) vade ad domũ Israel, & loqueris, &c. Ezechiel, 3. n. 4. Ad quem locum septuaginta interpretum lectio hæc est. *Vade, & ingredere ad domum Israel.* Que verba Diuus Hieronymus ita expendit. Cui (inquit) dicitur: vade, & ingredere: ostenditur, non fuisse cum populo peccatore, separata erat propheta conuersatio, & iniquorum offendeatur aspectu. Intelligebat vtiq; propheta cœlestium rerum scientissimus, indignum se fore, quem Deus, ad suorum secretorum penitissimam cognitionem admitteret, nisi solitariam vitam viueret. Intelligebat rursus, tunc se habilem fore, quem Deus comitaret, cum solus esset. Quo sensu Diuus Ambrosius. Epist. 41. suam solitudinem pleno ore anteponebat amicorum copijs. Numquam enim (inquit) minus solus sum, quam cum solus esse videor: nec minus, otiosus, quam cum otiosus. Suamq; hanc solitudinem dilaudat ab imitamine Sanctissimę Virginis Marię. Sola erat

Procop.

Ezech. 3. n. 4.

D. Hier.

72.

Propheta Ezechiel seuerus a populo vivebat.

D. Amb.

(inquit) Mariã, & loquebatur cū Angelo: sola erat, quando superuenit in eam Spiritus Sanctus, & virtus altissimi obumbravit eam; sola erat, & operata est mundi salutem. Eam deinde deinde solitudinem de prædicat ab exemplo Petri, & Adami Ecclesiæ, & orbis capitũ. Solus erat (inquit) Petrus & totum per orbem cõseruandarum gentium cognouit mysteria; solus erat Adam, & non est preuentus, quia mens eius adhaerebat Deo. Et rursus ibidem. Solus erat Adam quando in paradiso constitutus est; solus erat, quando ad imaginem Dei factus est, sed non erat solus, quando de paradiso eiectus est. Nec aliam ob causam crediderim Ioannem factum fuisse participem tot, ac talium mysteriorum, de solitudine dicã plenius ad cap. 3. Matth. sub exordium.

73.

Solitarijs Deis magna secreta comitantur.

D. Amb.

LAVREA XIII.

Ioannes in solitudine semet armat oratione, aduersus inuentia quæq; siue huius, siue alterius vitę monstrat. In eundem locum. *Erat in desertis.* Luc. 1. n. 80.

- 74. Ioannẽ oratio tuebatur in eremo.
- 75. Voluptas in serpente figurata.
- 76. Oratio, aliæq; virtutes nobis sunt propugnacula.
- 77. Oratio est arcus expugnatorius.
- 78. Hebræi orando subiugabant hostes.
- 79. Oratio tuba est, ipsa etiam sidera terrens.
- 80. Christus nos docet ad orationis arma confugere.

81. Iohannes Gigantis saltibus ad perfectionem cucurrit.

82. Christi saltus Iohannes amulatur.

83. Qui, & quales fuerint Iohannis saltus.

Iohannes inter alia privilegia illud obtinuit, & consecutus est magnum, ut non per omnes virtutum gradus, sicuti Diuorum reliqui, viam faceret; sed Gigantæis saltibus, & insolenti cursu, quasi primquam ætatem superans, ac transiliens ad summa virtutum ornamenta sanctorum maximosq; summe conscenderet: quod mentis trutina accuratè pendit Ambrosius, & librat calamo comment. in Luc. lib. 2. his verbis. Qui infantia impedimenta nesciuit, & ideo in Evangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, & oraculum: exultatione in utero: vocem in deserto: neq; enim ullam infantia sensit ætatem; qui supra naturam, supra ætatem in utero situs matris, à mensura cepit ætatis plenitudinis Christi. Ecce ut ex sententia D. Ambrosij ibi Iohannes habuit exordium, vbi alij vix finem repererunt.

Porro quemadmodum ille ætates ignorat intermedias, sic nescit mediocres virtutum metas; summa terit ornamenta virtutum, maximis augefcit, & exultat incrementis perfectionum, verus Christi imitator, & æmulator eximius, de quo extat illud. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles Cantic. 2. n. 8. Sallit nimirum Christus in præaltis Iudææ montibus, & summos

perfectonum colles transuolans, ut sue absolutissimæ perfectionis imitamen communicet Iohanni amicorum maximo, ut videtur innuere D. Bern. ferm. 4. in Ascens. Hunc ipsum Canticæ Canticorū, locum pertractans. Salliens in montibus, transiliens colles. Reddit enim rationem horū saltuum his verbis. Docebat enim ignarum via, trahabat paruulum, infantulum deducebat: ideoq; velut quibusdam passibus ibat, ut de virtute in virtutem videretur Deus Deorum in Siō. Quasi iam tunc Christus Iohannem suo præformaret exemplo. Ipsumq; doceret, eos in virtutū consecutione saltus edere, quos ipse adhuc in utero educebat. Vnde Diuus Gregor. Magn. tom. 3. in Euang. homil. 29. ad finem. Vultis (inquit) fratres charissimi ipsos eius saltus agnoscere, de celo venit in uterum Virginis: de utero venit in præsepe: de præsepe venit in cruce: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro redijt in celum. Ecce ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit: quia exultauit, ut gigas ad currendam viam suam. Illū exultantem in utero Virginis vix viderat Iohannes ex matris utero, cū simul exultat, ut gigantæis saltibus cum Christo pariter currat, vel ut ipsum potiùs præcurrat. Augustos in angusto corpore animos ostentans. Id mihi significare videtur Euangelista, cum dicit. Exultauit infans in utero. Luc. 1. num. 44. Nec vana fuit ostentatio, quandoquidem Christo similis venit saliens in montibus, de utero salit in montana Iudææ,

D. Bern.

82.

quos Christus saltus dedit, eos Iohannes amulatur D. Greg.

Luc. 1. n. 44.

inde

inde salit in eremum; de eremo in oram Iordanis. Ex ora Iordanis in Regiam Herodis; & palatio tandem salit in carcerem, indequè immani, & glorioso saltu scandit cælum. Eos filij ingentes saltus pater præuidens exclamat. Præibis ante faciem Domini. Luc. 1. num. 76. Hoc est (inquit Theophylactus) præibis ante Dominum, me derelicto; sciebat enim Zacharias, quod non multo post priuandus esset eo, quando fugiturus erat in desertum.

83.

Qui, & quales fuerint Iohannis saltus.

Theop.

LAVREA XVI.

Totos triginta annos Iohannes virtutum incrementa multiplicat in solitudine. In eūdem locum. Erat in desertis. Luc. 1. n. 80.

84. Ad Iohannis ætatem dona crescunt.

85. Insolito crescunt augmento.

86. Virtutis incrementum multum Henoch euexit.

87. Henoch par cum Deo ambulat in celo, Iohannes etiam in terris.

88. Quare victimarum pedes ligantur.

89. Iohannes à terrenis affectibus alienus.

Luc. 1. n. 80.

P Ver autem crescebat, & confortabatur spiritus, & erat in desertis. Luc. 1. num. 80. ad dierum, ac mensium numerum numerosa donorum, ac virtutū series cumulata crescebat. Cum

corpore (inquit ibi Theophylactus) simul crescebat, & spirituale donum; & quanto magis crescebat puer, tanto & efficacia spiritus in illo se ostēdebant; organo illarum capace existente. Querit author Glossæ Ordinariæ, quare sacra pagina sermonem texens de rege Ioatham annos vita eius, tum in principio, tum in fine recenseat, illis verbis. Viginti quinque annorum erat Ioatham cum regnare cepisset, & sedecim annis regnavit in Hierusalem. 2. Paralip. 27. num. 1. (quæ verba iterum repetuntur, num. 8. vbi de eius morte tractatur.) Respondetquè his verbis. Scriptura in principio, & fine annos Ioatham enumerat, quia sicut in iustitia cepit, ita usq; ad finem perseueravit: unde tempora vite eius laude digna prædicantur. Ioānis verò vitæ tempora habentur, & æstimantur æterna laude dignissima, eò quod non sicut Ioatham mediocri, non sicut cæteri, modò fallente vestigio ceciderit, modò se firmante surrexerit; sed continuo, & extraordinario maximarū virtutum augmento mirabili celeritate pariter, ac felicitate cursum peregerit; eoquè sanctitatis deuenerit, quo nullus diuorum vniquā accessit: Cardinalis Caietanus accuratè obseruat Genes. 5. bis dictum fuisse de Enoch, quod ambulauerit cum Deo; semel num. 22. sub exordium vitæ eius; iterum num. 24. sub exitum in paradisum; redditquè istiusmodi rationem. Ad explicandum, quod ab ineunte ætate profecit in via Dei, & perseueravit proficiendo in ea semper. Ex hoc profectu, iugiquè,

Theop.

84.

In Ioāne dona cum ætate crescunt. Gloss. Ordin.

2 Paral. 2. n. 1.

85.

Insolito crescunt augmento.

Cardin. Caiet. Genes. 5. n. 22.

ac

81.

Nō ordinarijs passibus, sed gigantæis saltibus ad perfectionem cucurrit.

D. Amb.

D. Amb.

Cant. 2. n. 8.

ae perenni virtutis incremento eod perfectionis ascendit Henoch, vt Dei nomen demeruerit: de eo enim dicitur in textu. *Iste cepit inuocare nomen Domini.* Genes. 4. nu. 26. vbi alia lectio sic habet. *Hic cepit innocari nomine Domini.* Que eruitur ex illis verbis *והיה לו שם* Huhhal licod befcem lehouah. Eaque laus Ioanni potius, quam Enoch conuenire videtur: eod quod Ioannes id perfectionis culmen affecutus est, quo ceteros omnes Sanctos longissimo anteuuit intervallo, Christoque simillimus euasit, & ideo promeruit, iuocari nomine Domini, appellarique Messias, & haberi Christus. Quod adeo proprium, & precipuum erat Ioanni, vt in nullum alium cadere poterit.

Illud e re potius, existimationeque Enoch videtur esse; nimirum, sublatum fuisse in celum, quasi solus inter mortales reperiretur dignus, qui cum Deo ambulans rutilantia caeli sidera premeret plantis. Ita magnus Gregor. in Job, lib. 4. cap. 29. *Ibi (inquit) Henoch, qui talem se exhibuit, ut ambulaturus cum Domino transferretur.* Inde tamen maius Ioannis affurgit encomium. Nam solus reperiendus est dignus, qui hominum estimatione par cum Christo ambularet in terris. In terris autem pari nomine, & autoritate cum Deo ambulare, tanto maius laudis est acroama, quanto difficilius est, aestuosa via nullo contra puluisculo, incedere: suum filium Abraham ligatum de more victimarum parat immolare.

Cumque alligasset, pesuit eum in altare. Genes. 22. num. 9. Alij alias rationes subdunt ligandi manus, pedes, ac totam victimam: praeteris arridet illa Philonis Alexandrini, lib. *Quod Deus sit immutabilis.* Quia (inquit) iam nihil mortale Deo destinatus calcare dignabatur. Quasi iam inde a sacrificio indignus esset Isaacus, qui caducum aliquid affectu tangere debuisset; quod illa tamen rationalis; caeteraque irrationales victimae, ligatis pedibus immolate designabant, nec explebant. Ioannes, non ligatis, sed solutis plantis partibus omnibus adaequauit, absoluit, & expleuit. Itaut perfectissimam sanctissimam vitam methodum Deo, quoad fieri potuit, similem obseruauerit, vt accuratè notat sanctus Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 5. his verbis. *Cibos, & vestitum monasticæ vitæ iuxta Deum perfecte, omnibusque numeris absoluta in Ioanne Baptista didicimus.*

LAVREA XVII.

Ioannes in solitudine triginta annos commoratus perseverantiam docet. Super eundem locum. *Erat in desertis.* Luc. 1. nu. 80.

- 90. Perseuerantia commendatur.
- 91. David perseveranter orat.
- 92. Quare vespertino potius sacrificio orationem suam comparabat?

Erat

Erat in desertis (inquit tex.) vsq, in diem ostensionis suæ Lucæ 2. num. 80. perduravit utique, & perseveravit in austera illa, & severa institutione primæua, vsque quo exire, diuino numina instigante, fuit impulsus. *Quia religiositas* (inquit ibi Diuus Bonavent.) *non est laudabilis, nisi sit perseverans, ideo subdit vsque in diem ostensionis suæ.* Hanc in operibus Sanctis perseverantiam typicè Deus docuit, dum singulis diebus mane, & vespere binos agnulos sibi iussit immolari. *Agnos anniculos per singulos dies iugiter unum agnum mane, & alterum vespere.* Exod. 29. num. 39. Obseruavit id Ecclesie lumen Hieronymus in Ezechielem lib. 14. cap. 46. his verbis. *Sacrificium nulla intermittitur die, sed iuge, atque perpetuum est, in quibus perseverantiam in bono docet dominus.* Eamde Deus perseverantiam adumbravit holocausti lege. *Hæc est lex holocausti, cremabitur in altari tota nocte vsque mane.* Leuit. 6. num. 9. Quæ lex mysticè designabat totum tenebræ vitæ tempus illuminandum fore Sanctis operibus, & splendidis factimonie exemplis illustrandum. Eaque fuit nota, ac manus Radulphi eo loco his verbis. *Inuitur, vt, si holocaustum nosmetipsum Deo obtulerimus: si flamma sancti amoris ardere ceperimus, perseveremus.*

Holocaustum se Deo Ioannes obtulerat puerum: & eodem, quo flagrare captus est, a prima pueritia, amore Dei, in reliquis ætatibus pariter arsit, de quo verè dictum fuit. *Ille erat lucerna ar*

dens, & lucens. Ioannis 5. num. 35. *In diebus meis* (inquit vates Regius) *inuocabo.* Psalm. 114. nu. 2. vel potius, vt legit Diuus Ambrosius oratione funebri de obitu Theodosij. *In omnibus diebus meis inuocabo,* Neque enim Dauid aliquibus, sed omnibus vitæ partibus, in eodem sanctitatis proposito perseverare deliberabat. *Nam* (inquit citatus Ambrosius) *certis diebus inuocare, non omnibus, fastidientis est.* Quid de Ioannis deliberatione, sanctaque animi obfirmatione dicam? Hoc tantum. Qui locustas, vilissimum genus cibi, triginta annos non fastidiuit, annorum triginta millia in virtutis gustata dulcedine proculdubio perseveraret. Sed quare suæ virtutis exercitationem Rex Sanctus Dauid, vespertino sacrificio, potius contulit, quam matutino, cum singulis diebus utrumque fieret, vt paulò ante diximus; ait enim Dauid. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Psalm. 140. nu. 2. hoc idem rogavit eo loci Chrysostomus, & hanc reddidit rationem. *Quia matutinum expectat vespertinum; cum vespertinum autem paratum fuerit, finitum est sacrificium; & non est amplius impletus, & finem accepit.* Hanc ad finem vsque perseverantiam exemplo suo Ioannes edocuit, qui in virtute ad vitæ vsque finem perstitit: in solitudineque etiam, nisi vocaretur à Deo, perseverasset ad extremam vitæ periodum. Felix vitæ exordium ad finem vsque deductum felicissimè in eoq,

Ioannes

Terminis
antio in
Henoch,
quo est fa
noris enc
xerit.
Genes. 4
n. 29.

Magnus
Gregor.

87.

Henoch
per cum
Deo amb
bulat ca
lo, Ioannes
etiam in
terris.

Genes.
22. n. 9.

Philon.
Alexan.

88.

Quare vs
Elimavit
pedes liga
bantur.

Isidorus
Pelus.

89.

Ioannes,
quæ sit pu
rus affec
tus terrei,
ac proin
de, quam
perfectus.

Lu. c. 1.
n. 80.

D. Bona

90.

Perseve
rantia co
mendata

Exod.
29 n 59
D. Hier.

Leuit. 6
n. 9.

Radulp.

Ioan. 5.
n. 35.
Psalm 114
n. 2.
D. Amb

91.

David om
nibus die
bus perse
veranter
orat.

Psalm. 140
n. 2
D. Chry

92.

quare ves
pertino po
tius sacri
ficio ora
tionem suam
compara
bat.

Ioannes sanctitatis stadii ideo tam fauste ad vltimam vitæ me tam cucurrit, quia ab ineunte ætate cæperat ominatissimè. Cæperat ab utero prædicare Christum, ideo perseveratèr persistit in eiusdem prædicatione vsquè ad carcerem. *Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis.* Matth. 11. n. 2. nimirum illius sedulam curam inuestigandi, ac publicandi Christum nullatenus potuit retardare carcer obscurus, quia iam in utero vltra naturæ vires se se excitauerat, vt Christum saltibus declararet, audi Ambrosium, hom. 2. de Ioan. *Mirari non debemus, quod ab Herode missus in carcerem, clausus Christum suis discipulis intimaret, cum etiam clausus in utero eundem dominum gestibus prædicauit.* De perseverantiæ virtute dicam. Matth. 10. nu. 22. ea verba explicando. *Qui autem perseveraverit vsquè in finem, hic salvus erit.*

LAVREA XVIII.

Prædicatores, exemplo Ioannis, prius suis profectibus, quam aliorum vtilitatibus consulant. Super ea verba. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium.* Luc. 3. n. 3,

- 93. Concionatores prius virtutibus luceant.
- 94. *Quæ sit doctrina sana?*
- 95. *Loquendum moribus potius, quàm*

verbis.

- 96. *Christus suam doctrinam prius firmavit operibus.*
- 97. *Origenis exemplo, peccator fugiat doctoris Cathedram.*

TRiginta annos Ioanes suis profectibus nauavit operam admodum fructuosam, vt cum maiori emolumento, alijs postmodum prodesse possit. Id obseruat hoc loco Diuus Bonavent. in hoc concionatores salutariter edoceri. *In hoc (inquit) erudiuntur omnes prædicatores, vt prius vacent perfectioni propriæ; & deinde edificationi alienæ, quia, cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatione contemnatur.* Ideoque arripiendum nobis est Spiritus Sancti consilium illud saluberrimum. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Ecclesiastes cap. 3. num. 7. Cardinalis Hugo notat, tempus tacendi esse illud, quo nondum aliquis se vitij exuit: tempus verò loquendi esse illud, quo aliquis exemplorum radijs latè fulgurat; ideoquè addit hæc verba. *Tempus tacendi est, quando loquela scandalum est auditoribus: tempus est loquendi, quando verbum edificat auditores.*

Propter eandem rationem, legem Moyses non aggreditur explicare, nisi interemptis duobus Regibus Sehon Rege Amorrhæorum, & Og Rege Basan. Quo facto significabat nemini ascendendum fore in concionem, antequam scandala tollerent, & vitia iugularent. Ita obseruat author Glossæ Ordinariæ ad illa verba. *Cæpit Moyses explanare legem.* Deuter. 1. n. 4. *Notandum (inquit)*

D. Bona

93.

Concionatores non debent ascendere in concionem antequam virtutibus, & exemplis luxerint. Ecclesi. 3 n. 7. Hug. Cardin.

Glossæ Ordinariæ ad illa verba. Deuter. 1. n. 4.

quod

quod interfecit duobus Amorrhæorum Regibus lex recapitulatur, & populus instruitur, quia remotis scandalis, & superatis vitiorum turmis, competenter doctrina insititur, & fidei lumen digna desiderantibus aperitur; debemus prius in nobis vitia occidere, & sic mandata diuina populis tradere. Aliàs si quis non integris, & profectis moribus operam doctrine impendat, eius doctrina ægra erit, & infirma iuxta illam Apostoli exhortationem. *Tu autem loquere, quæ decet sanam doctrinam.* Ad Titum cap. 2. n. 1. vbi Doctor maximus Hieronymus obseruat, eam esse sanam doctrinam, quæ a sanis, & sanctis moribus procedit. *Tunc (inquit) doctrina sit sanitas, cum doctoris doctrina pariter, & vita consentiant.* Ideoque Dauid post patratum adulterium, & homicidium, vt doceret, & in cathedra posset ascendere, enixè obsecravit. *Asperges me Domine hyssopo, laua bis me, & super niuem dealbabor; docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Psal. 50. n. 9. & n. 15. Interim enim ab ægroto, non nisi ægroto doctrinam proficisci posse, videbat. Ita Hieronymus lib. 1. in c. 9. Michææ; vbi multa præfatus in hanc sententiam, ita concludit. *Conuertitur post docet.* Quod si aliter fecisset, irrita plane foret, & inualida doctrina: ita indicat Hieronymus, Epist. 2. ad Fabiolam, de veste Sacerdotali, to. 3. Explansans illud. *A mandatis tuis intellexi.* Psal. 118. n. 104. *Prius (inquit) faciamus, & sic doceamus, ne doctrinae auctoritas cassis operibus destruat.*

Hanc auctoritatem futuræ doctrine luculentis operibus, totos triginta annos, Ioanes in soli

tudine negotiabatur: vt postea ad ripam Iordanis concursantem Hebræorum multitudinem operibus magis, quàm verbis instrueret. Nam, vt rectè infert. D. Basilius, to. 3. hom. 30. in Acta. Apost. *Perquæ facile est docere verbis: doce me vitata, hæc doctrina optima est: non enim sic insident anime verba, ac opera.* Ideo de Christo dicitur. *Cæpit facere, & docere.* Actorum 1. num. 2. Prius nimirum operibus nauavit operam, quam verba funderet: *Considera (inquit ibi Chrysost. hom. 1) quo pacto Christus, dictis suis per opera fidem conciliarit.* Ea propter interrogatus aliquando à discipulis, vbi habitaret? Respondit. *Venite, & videte.* Ioan. 1. n. 38. Quasi diceret, nolo vos verbis domum meam docere, sed operibus, hoc est passibus illuc vobis præcedo: vt ibi opera mea suspiciatis, & admiremini. Ita mysticè declarat S. Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioanem. cap. 9. *Vt ostenderet (inquit) non sufficere, si quis, vbi Christi domus, id est Ecclesia fundata sit, didicerit: sed si per fidem in eam venerit, & quæ mysticè in ea peraguntur, feruente animo viderit.* Non modo ergo loquendo docuit, sed agendo: eosque voluit, non modo ad cognitionem, sed ad præclaram operum institutionem impellere.

Ob eandemque rationem, cum Christus in præalto Galilææ monte habere voluisset latissimum sermonem, in eoque aperire præcipuos Euangelicæ doctrine fontes, vt suis dictis locupletem conciliaret auctoritatem, miraculorum maiestatem adhibuit. *Obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus,*

D. Basil.

95.

Loquendum moribus potius, quàm verbis. Act. 1 n. 2.

D. Chry

Ioan. 1 n. 38.

S. Cyril.

Ad Tit. c. 2 n. 1.

94.

Quæ sit doctrina sana.

Psal. 50. n. 9 & n. 15.

S. Hier.

Psal. 118 n. 104.

Matth. 4 n. 24. D Chry

96.

Christus, quam doctrinam dicitur erat verbis prius firmavit operibus.

Psal. 49 n. 16.

Epiph.

Baron.

S Isidor Pelusio

97.

Origenis exemplo, peccator sedat doctorum cathedra.

et tormentis comprehensos: et qui demonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos. Matth. 4. n. 24. Quod obseruans Chrysof. eolo. Priusquam (inquit) sublimem quandam viuendi introduiturus esset disciplinam; et que numquam ab illis fuisset audita: auctoritate mandatis suis præstruxit claritate signorum. Nisi igitur præcurramus factis, et operibus verba anteamus à concionatorum numero exterminabimur, iuxta illud. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum. Psal. 49. n. 16. Que verba ob patratum Alexandriæ idololatriæ scelus cõscientiæ doloribus exagitatus in se pronuntiauit Origenes, vt author est Epiphanius hæresi 64. quamquam hæc nõ ab Epiphanio scripta; sed ab alijs ipsi affuta affictaq; cõtendat Baronius tom. 2. annal. an. Christi 253. pag. 421. & seq. Neq; enim dignus habetur peccator, qui diuinã legem ore maculato, & impuro pronuntiare debeat. Ita sentit cum Dauide Sãctus Isidorus Pelusiota. lib. 3. Epist. 39. Impurum (inquit) ac sceleratum hominem nego, nõ modo defidei doctrina, sed etiã de vllare alia os aperire debere, quoad persinceram penitentiam animi maculas absterferit. Vt igitur Ioãnis ore purissimo purior appareret Euãgelica doctrina, triginta annorum spatio virtutum, & operum splendoribus animum cõdecorat; nec animum admouet ad concionandum, nisi matura iam ætate; quade re se quanti titulo.

LAVREA XIX.

Ioannis exemplo non nisi maturam iam ætate concionatoris munus exercendum. Super eadem verba. Factum est verbum Domini super Ioannem. Luc. 3. n. 3.

- 98. Non omnis ætas idonea docendo.
- 99. Vt hoc Christus edoceat, inuenitur inter doctores, tãtum audiens.
- 100. Hoc ipsum docuit Deipara.
- 101. Cum tempus est, Deus corda excuscat.
- 102. Ætas annorum 30. habilis huic muneri.
- 103. Intempestiuus docendi pruritus multos diuexat.
- 104. In multis coercebat huic appetitum Nazianzenus.

Cæterum Ioãnes non nisi post annos triginta docet, quod item Christus peregit, vt vel inde eius exemplo discamus, ante trigessimum annum non esse communiter docendum. Excipe venerabilem Bedam ad illum locum. Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta. Luc. 3. nu. 23. Tricesimo anno (inquit) facit miracula, docet, vt reprimat temerarios, qui omnem ætate: ad hæc officia idoneam credunt. Vt hoc ipsum doceret Christus, iuuentus est in medio doctorum, nõ vt doctor, sed vt auditor; nõ vt magister, sed vt discipulus: nõ respõdēs, sed interrogās. Inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audiens illos, et interrogante eos.

Beda. Luc. 3. n. 23.

98.

Non omnis ætas idonea docendo.

Luc.

Luc. 2. n. 46. Cardin. Tolet.

Origen.

99.

Vt hoc Christus edocent, inuenitur inter doctores audiens, non docens. Magnus Gregor.

D. Bern.

Luc. 3. n. 23.

Luc. 2. num. 46. Vbi Cardinalis Toletus. Partes (inquit) discipuli agit, ætatis suæ rationem habens: qui reuerentia erat Magister, et Doctor de celo veniens; vt omnibus præbeat exemplum humilitatis: ne sibi ipsis plus, quam par est, arrogant. Similiter etiam Origenes hom. 19; in Luc. Christum ætatis rationem habuisse confirmat illis verbis. Quia paruulus erat; inuenitur in medio non eos docens, sed interrogans: et hoc pro ætatis officio, vt nos doceret, quod pueris, quamuis sapientes, et eruditi sint, conueniret: vt audiant potius magistros, quam docere desiderent. Ita Origenes. Eadem terit viam Diuus Gregorius Magnus, hom. 2, in Ezechiel. & 3. p. pastor admonuit. 26. Vigilanti consideratione (inquit) persandum est, quod cum Iesus duodecim annorum dicitur, in media doctorum sedens, non docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplo ostenditur, ne infirmus docere, quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit; qui per diuinitatis potentiam verbum scientia ipsis suis doctoribus ministravit. Hęc Greg. illa verba: (doceri interrogando voluit.) mica falsis egent: nequẽ enim Christus, qui ea doctrina nõ egebat, doceri voluit; sed, vt posteris esset exemplo, visus est voluisse doceri. Cuius nos exemplo doceamur oportet: illud D. Bernard. in Epiphania serm. 1. ad limam sepe reuocantes; cū enim expendisset paulò ante laudata verba. Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph Luc. 3, 23. soluit os in hæc verba. O humilitas, virtus Christi, quantum confundis superbiam nostre

vanitatis: parum aliquid scio, et iam silere non possum: impudenter me, et imprudenter ingerens, et ostentans: propius ad loquendum, velox ad docendum. Christus, cum tanto tempore silebat, tacebat ore, sed instruebat opere. Hęc Bernardus.

Christo filio similis parens Virgo sanctissima simillimum reliquit exemplum, quemadmodum enim Christus discipulus videri voluit, ita Sanctissima Virgo, vt veram animi submissionem nos perdoceret, à pastoribus quodammodo discere non erubuit. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Lucæ 2. num. 19. Quem locum perpẽdens Diuus Ambrosius lib. 2. in Lucam. Si (inquit) Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere à Sacerdotibus? Si Maria ante præcepta Apostolica tacet, cur tu post Apostolica præcepta magis cupis docere, quam discere. Hęc ille. Post Christum, ac Deiparam sequitur diuorum omnium sanctissimus Ioãnes, qui eadem iuit viam, idemq; prætulit exemplum, non ausus cæteros concionando hortari, antequam triginta annorum expletet ætatem: eaq; expleta. Factum est Verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto, et venit in omnem regionem Iordanis, predicans baptismum penitentia. Luc. 3. num. 3.

Expectandum igitur erat putationis illud tempus, quo aduentante instigator Deus fit, et hortator. Surge, prope amica, mea tempus putationis aduenit. Cantic. 2. nu. 10. Vbi Diuus Bernard. ser. 58. Quoniam, inquit, operi huic, sicut, et omni re sub celo, nõ omne

Bernard.

100.

Hoc ipse docuit Deipara. Luc. 2. n. 19. D. Amb.

Luc. 3. n. 3.

101. Cū tempus est, Deus excuscat corda virtus instigat. Cãt. 2. n. 10. D. Bern.

tempus suppetit, & aptum est, addit is, qui inuitat, tempus aduenisse: Quod ego sic declaro, vt intelligatur, & opportunitatem adesse audiendi, & concionandi; audiendi quidem: quia auditores præfò erant: concionandi verò, quia prædicatoris anima, quæ contemplationi fatis, & doctrinæ iam studuerat, ad annos ascenderat concionando habiles. Qui nam verò hi anni sint, explicat Hieronymus Ezechielis 1. in hæc verba. Dominus, ac Saluator triginta annos habens ad baptismum venit, quæ in homine perfecta est ætas: unde, & in Numeris à trigésimo anno incipiunt Sacerdotes in tabernaculo ministrare. In quod signum præcessit, & Ioseph, quando in Ægypto esurienti populo frumenta largitus est, & Ioannes Baptista venit ad fluentia Iordanis, prædicauitq; baptismum penitentiae. Author etiam Interlinealis Glossæ, Anselmus Lugdunensis ad illa verba. Tringenta annorum erat Ioseph, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis. Genes 41. num. 46. Hæc (inquit) ætate Christus predicare cepit. Euangelium, antequam nemo debet assumi ad Sacerdotium, vel prædicationis officium. Verum enim verò hæc ego audaciam æquamiter perferrem, modò illi, quominus maturam habent ætatem, eò virtute pollerent firmiori; at nos his temporibus lamentari possumus cum Diuo Bernard. ferm. 18. in Cantic. Canales hodie multos habemus in Ecclesia, conchas verò perpaucas, tæc enim charitatis sunt, per quos nobis fluentia caelestia manant, vt ante effundere, quam effundi velint: lo-

D. Hier. 102. atas anno rã 30 habilis huic muneri. Aut. Interlin. Gen. 41 n 46. 103. Intèpestimus docendi pruritus multos dixerat. D. Bern

qui, quam audire: paratiores docere, quod non didicerint. Hæc ille. Hunc, aut similem docendi pruritum suis temporibus insurgentem consilij sedare non valens, silentij exemplo frænare decreuit Sanctus Gregorius Nazianzenus, cuius hæc sunt verba orat. 9. Quoniam multorum hominum loquacitatem sermone reprimere non potui, ne promptitudinem illam, animique impetum, quo nunc omnes ad ea, quæ spiritus sunt, sine spiritu docenda, & exponenda præcipites feruntur, alteram viam, & vt mihi persuadeo meliorem, minusquæ laboriosam ingressus sum, vt proposito silentij exemplo ceteros ad silentium erudirè. Ita ille. Quo etiam modo multi nostra tempestate, & multo melius erudiendi forent, sed quando non ita erudiuntur, attendant, quæso, angelicum illud prædicatoris exemplar. Et vidi unum angelum stantem in sole. Apocalip. 19. num. 17. Hic angelus Euangelicum concionatorem representabat: in sole erat, vt & lumen doctrinæ effunderet; & diuini amoris calorẽ euibraret. Ita eo loco Hugo Cardinalis, In sole (inquit) idest, in lumine intelligentiæ scripturarum, & in calore zeli animarum: sicut sol, & calorem reddit, & lumen: & ei, qui talis adhuc non est, non debet aperiri porta prædicationis; etiamsi lumen scientiæ habeat, sine calore zeli.

Nazian. 104. Quomodo in multis coercebat hunc appetitum Nazianzenus. Apocal. 19. n 17. Hugo Cardin.

LAVREA XX.

Concionatores exemplo Ioannis, vbi animum contemplatione exfatiauerint, ad aliorum vtilitatem in publicum exire debent. Super eadem verba. Factum est verbum Domini super Ioannem. Luc. 3. n. 3.

- 105. Ioannes docet exire ad concionandum.
- 106. Eius doctrina testimonia.
- 107. Angeli, vt concionatores agunt.
- 108. Ioannes eos in concionando imitatur.
- 109. Redarguitur Elias, quod hunc laborem refugiat.

D. Bon. 150. Docet Ioannes a contemplatione exire ad concionem. Cât. 2. n. 7. Ibid. 13. D. Bern

HOc Ioannes plenè docuit, vt adhuc locum notat D. Bonauetura. Prius (inquit) vixit occultè per longum tẽpus, vt post modũ per suã ostensionẽ vinceret ad salutẽ aliorũ. Ad quã ritè procurandã ex antiqua, & vsitata solitudinis voluptate diuini numinis impulsu ad oram Iordanis euocatur. Hoc pacto vbi Deus vidit animam Sanctam superarum rerũ meditatione satis cõquiescisse. dixerat enim. Ne suscitẽtis, neq; euigilare faciatis dilectã. Cât. 2. n. 7. mox euocat. Surge, prope columba mea, fermosa meã, & veni. Ibidẽ nu. 13. Vbi D. Bernard. in admiratione rapitur, quod eã Deus simul, & ad quietẽ, & ad laborẽ videatur inuitare: soluit tamẽ dubita-

tionẽ his verbis ad rẽ nostrã. Agnoscite eas, quas vobis cõmendauit, & nõ semel, vicissitudines sancte quietis, ac necessaria actionis; quia nõ sit in hac vita copia contẽplandi, & nec diuturnitas otij, vbi officij, & operis cogitior vrget, instantiorq; vtilitas. Et sanè nulla maior vtilitas, nullumq; quod magis vrgerẽ debeat, emolumentũ, quã animarũ salus. Aliud adiũgo exẽplũ eiusdẽ animæ sancte, quæ cũ cõtẽplationis studio accẽderetur, Deũ obsecrãs. Indica (inquit) mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cât. 1. n. 6. Audijt subinde. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Ibidẽ n. 10. vbi teste D. Bernard. ferm. 41. in Cât. Illa cõtẽplationẽ deamabat, Deus illi suorũ curã, & doctrinã, per sonorum argenti significatã iniungebat: ideoq; post multa alia concludit Bernard. in hæc verba. Vide quomodo illa aliud cupit, & aliud accipit, & nitenti ad contẽplationis quietẽ, labor prædicationis imponitur, & sitienti sponsi præsentia, filiorũ sponsi alendorũ sollicitudo iniungitur. Prædixerat Christus Dominus Angelos aliquando visum iri. Ascendentes, & descendentes supra filiũ hominis Ioã. 1. n. 15. In quẽ locũ D. August. lib. 12. cõtra Faustũ cap. 26. affirmat Angelos ibi prædicatores significare, qui diuinarũ rerũ cõtẽplatione prius ascendunt, proximorũ deinde cõmiseratione descendunt. Ad ipsum ergo ascenditur (inquit Augustinus) vt in excelsis intelligatur: & ad ipsum descenditur, vt in membris suis paruuli nutriantur. Cui doctrinæ consentit D. Bernard. ser. 11. in Psa. Qui habitat, vbi

106. Eius doctrina testimonia. Cât. 1. n. 6. D. Bern. Ioã. 1. n. 15. D. Aug. 107. Id minus obeunt angeli ascendentes ad cõtẽplationẽ, descendentes ad cõmiserationem. D. Bern

geminum cōsiderat angelorum munus, nimirum ascendere, & descendere. Deinde addit hæc verba. *Ascensio propter se: descensio, vel potius condescensio propter nos; ascendunt per contemplationem Dei, descendunt per compassionem tui. Ascendunt ad vultum eius, descendunt ad nutum eius, quoniam angelis suis mandavit de te.*

Porró concionatores imitari debent angelos, & ubi Dei cōtemplatione desideria sua satiationerint, (si ea vmquam satiationi possunt) ad proximorum salutem deproperare: quibus exemplo suo præluxit Ioannes, qui cum diuini numinis afflaretur ignibus, confestim reliquit eremum, Ait enim sacer Textus, *Factū est Verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans.* Luc. 3. num. 3. ubi Nicolaus de Lyra. *Venit (inquit) in omnem regionem, id est, ad loca populosa, in quibus poterat magis proficere, & in hoc dedit exemplum prædicatoribus Euāgelicis, qui non debent querere loca recreationis, sed fructificationis Verbi Diuini.* In hanc sententiam exponit Abulens. illa verba Christi Domini. *Qui non accipit crucē suam, non est me dignus.* Matth. 10. num. 38. *Ostenditur (inquit) quod prædicator non debet retrahi a prædicatione Verbi Diuini propter dulcedinem præsentis vitæ, sed potius exponere se ad sustinendum quoscumq; labores.* Afferro in hanc sententiam exemplum, quod mihi consideranti incutit formidinem, vrbicos tumultus, furoresq; Iezabel Reginæ fugerat Elias, in solitu-

Luc. 3. n. 3. Lyran. 108. Hoc ipsi Ioannes exequitur Abulens. Matth. 10. n. 38.

dinem se subducens. Vbi ascetica, ac sublimi superarum rerū meditatione mirificè recreabatur, & mirabiliter eius animus exhilarabatur; à qua spiritus dulcedine feuera cum reprehensione, tamquam otiosus reuocatur ad vrbes. *Quid hic agis Elia.* 3. Regum 19. num. 13. *quasi dicat Deus (inquit ibi Nicolaus de Lyra) nō est adhuc tempus perfecta quietis, sed laboris pro salute proximorum, & in hoc arguit illos, qui pro sua quiete magis volunt contemplari, dimissa proximorū necessitate.* Cui adde Greg. Mag. apud eundem Lyranum, in desidiosos solitaries formidinem, & horrorem euibrantem in hæc verba. *Qui solitudinis loca querunt, hoc scire debent, quod tot animarum rei sunt, quot in publicum prodeuntes prodesse potuerunt.* Quod ita debes intelligere, exinde reos esse, & negligentia culpe obnoxios, ex quo virtutum suppellectile ditati, & diuino impulsu in stigati Deo parere, & proximis prodesse negligunt. Hunc tu diuinum instinctum valde subtilè subtiliter etiā, & vigilanter excipe; ita tacitè monentem; Deus tibi scientiam, latera, ac vocem donauit, & abijt quodammodo relicturus, & fænerati talenti rationem exacturus, quid hic agis tota die otiosus, ad Ioannis nōdum nati exemplū erubescere, de quo Sāctus Isidorus Pelusiota, lib. 1. Epist. 363. *Baptistæ (inquit) Redemptorem prædicare maturanti oris organum mater commodauit.* Ille scilicet mutuatus fuerit à matre vocem, vt prædicaret, tu ne prædices, simulaueris raucedinem?

3. Reg. 19. n. 13 Lyran.

Greg. 109.

redarguitur Elias, quod enim laborē re fugiat.

Isidorus Pelusiota

aut

aut quoduis aliud impedimētū? ó pudendā excusationem? quæ si quidem non nihil profit corā hominibus, at coram Deo prodest nihil. *Quid enim prodest (inquit Philo Iudæus, lib. de cōgressu quærendæ eruditionis) cessare bonum tibicinem, aut citharistam, aut in vniuersum quemcumquē artificem suam artem non exercere? nam sine actione sola contemplatio scientibus ad nihil est utilis; nec enim pancratiasta pugilue, aut luctator ex arena protrusus vllum fructum à studio suo referet: neq; absolutus cursor, si corripitur podagra, aut alio qui labore morbo infecto pedibus.* Et hinc ego gemere soleo, quod in me cadere nequeat illa laus, quam in cæteros pene omnes suo iure cadere posse video. *Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.* Ad Roman. 10. num. 15. quæ quidem laus, tū in plures alios, tum potissimè in nostræ debet extendi societatis indefessos operas, qui Cinarum campos incultos, Iaponum desertas infulas, Æthiopiæ occidentalis testes schismaticos, vltra quàm credi possit, animosè, & fructuosè perlustrant.

Philo.

ad Rom. 10. n. 15.

LAVREA XXI.

Concionator instar turturis gemere, & ad gemitum mouere debet. Super eundem locum. *Factum est verbū Domini super Ioannē.* Luc. 3. n. 3

- 110. *Qui concionatores audiri debeant.*
- 111. *Concionatoris laus in lachrymis auditorum est.*
- 112. *Humanam gloriam fugientes, vel nolentes obtinēt.*
- 113. *Penitentia munus.*
- 114. *Ioannes, vt electa sagitta, omnium corda penetrabat.*
- 115. *Grande dicendi genus non vocibus, sed lachrymis exprimitur.*

Nescio, quid insuaue olim obgannire, & interruptè clamitare solebant palæstini pauones, aues multum gloriæ, & laudis appetentes: intus fædæ, foris speciosæ, ac pulchræ: ij erant Pharifæi humanis laudibus mille modis inhiantes, gloriæque vanissimè vento turgentibus; extrinsecus spectabili religionis specie conspicui, intrinsecus innumera scelorum fæditate indecori; dispareant hi, & eorum mores facessant. Aduentaui turtur, auis non gloriæ, non laudis appetens: intus carne præstanti, Deoque sacrificijs grata, foris gemebūda: cuius vox libenter auditur. *Vox turturis auditæ est in terra nostra.* Cant. 2. n. 12. huius turturis vox, vox est Ioannis: vt explicant tres Patres apud Theodoretum. Turtur amat solitudinem; solitudinem Ioannes deamauit: turtur non modulatè canit, sed flebiliter: ad fletus suos auditores Ioannes inflectit. Turtur non ad risus, sed ad planctus excitat: hic est Ioannes, qui non hilares applausus, sed vtilis penitentia gemitus

Cant. 2. n. 12. Theod.

Aa 4

affectat.

intelligo plaudentes sine fructu abijisse: ploro, & gemo, & lacrymor, & quasi frustra omnia dixerim; sic afficior, ita ille.

LAVREA XXII.

Quanta sit Verbi Diuini vis. Super eundem locum. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium.* Luc. 3. n. 3

116. Diuini Verbi vis Ioannem à delicijs eremi, & Matthaeum à telonio potuit abstrahere.

117. Eadem vis in ore mulieris totam Samaritam commouit.

118. Eadem mortuos resuscitat.

119. Eadem cor Iudae exagitat.

116. Verbi diuini vis, Ioannem à delicijs eremi, Matthaeum à telonio potuit abstrahere.

Tanta est Verbi Diuini vis, ac potentia, vt eum, quē semel impulserit, & intrinsecus exfuscitauerit, in omnem diuini numinis nutum obsequiumque facillimē pertrahat. Externis testimonijs haud egeo, quandoquidem video Ioannem in solitudine caelestibus delicijs liquefactum, Diuini Verbi impulsu eas ipsas paradisi voluptates deferere; commutareque cōtinuis docendi laboribus: & verò quemadmodum Verbum Diuinum ab ea suauitate Ioannem potuit abstrahere; ita Diuū Matthaeum avaritiæ fluctibus submersam, in trāquillum portum auocauit a telonio: vix enim Christus sonuit. *Sequere me.* Matt.

9. num. 9. Cum mens intus percussa, animusque trāsfixus amoris sagitta. *Surgens sequutus est eum.* Ibidem. *Vnde haec tam nimia velocitas?* Respondet Tertullianus, lib. de baptismo cap. 12. *Vno Verbo suscitatus telonium dereliquit.* Vnius porrò Verbi lumen, & acumen Matthaeum diuitiarum pondere ruentem ad inferos, reuocare potuit ad empyream sedem.

Huic testimonio par aliud adiungo: quo Samaritana mulier facillē conuertitur ad Christum; & quod Verbum Diuinum in mulieris Samaritanæ ore sonans, magnam urbem commouit; quod expendit Chrysostomus homil. 33. in Ioannem his verbis. *Illi à IESV vocati retia reliquerunt; haec sponte sua reliquit hydryam: neque vnum, aut alterum, vt Andreas, & Philippus: sed vniuersa aduocat ciuitatem.* Ergò Christi verba occultissimos animi sinus penetrant, totumque hominem transmutant in alium: vt perspicuè colligo ex illo loco. *Ad quem respiciam, nisi ad tremmentem sermones meos.* Isai. 66. num. 2. Nam Diuinum Verbum à Christi, vel cōcionatoris ore, velut arcu prolatum, & in corda hominum collimatum transfigit; transuerberatque homines, & transmutat in alios. Vt probè colligitur ex lectione Ionathæ Chaldaei, quæ in eum Isaiæ locum sic habet. *Ad quem respiciam nisi ad se mutantem propter sermones meos.* Sermo namque diuinus homines profus immutat, & transformat in alios. Quin etiam vita functos reuehit ad viuos, satisque est vnū

Matth. 9. n. 9. Ibidem.

Tertull.

Chryso.

117.

In ore mulieris integra Samaritana commouit.

Isai. 66. n. 2.

Christi

Ioan. 9. n. 43. D. Aug.

118.

Vita functos reuehit ad viuos.

Origen.

119.

Vt cor Iudae exagitat.

Christi verbū, vt quotquot sunt mortui ad vitales auras ex improviso reuocare queat. Excipe testimonium perillustre. *Lazare veni foras.* Ioan. 9. num. 43. Rimatur Diuus Augustinus de verbis Domini ferm. 52. Cur Christus Lazari nomen inculcat, & inclamat? Respōdetque his verbis. *Ideo dixit nomen, ne omnes mortui cogentur exire: turbant se inferi: expectant audientiam: omnes mortui quærebant suanomena vocitari.* Ita Augustinus. Perinde atque; tanta vis, & virtus esset in Christi voce, vt nō Lazari vnus solūm, sed mortuorum omnium cieret animas, & ad corpora reuocaret. Eamdē diuini Diuini verbi vim declaro amplius: seu potius, eam nobis indicat Iudæ, post patratum scelus, cor, & conscientia miris angoribus, & afflictionibus exastuans. Quod singulariter admodum ponderauit Origenes lib. 2. contra Celsum. *Vide (inquit) quā flagrans, & vehemens penitentia dolor eum corripuerit: vt nec viuere sustineret amplius: sed in templum proiecta pecunia digressus se se profocaret. Ipse sui condemnator, & carnifex: ostēdens quantum potuerit Iesus doctrina, etiam in peccatore fure, & proditore, non valente in totum contemnere, quæ à Iesu didicerat.* Ita Origenes. Quod si in nequissimo omnium hominum Iuda Diuinum verbū tantam vim habuit, vt ipsius animo pecuniæ sitim, qua antea ardebat, ex templo restingeret: vtque vitæ, quam adamabat, tædium subito gigneret, vt denique; ad restitutionem crumenam, ac manus aperire, & linguam expli-

care ad confessionem (vtiam hæc ritè fierent) cogeret; quam, quæso, vim habuisse in omnium hominum (Christum ac matrem excipe) beatissimo Ioanne par est vt credamus? Hæc illum puerum abdidit in vastam solitudinem. Hæc eundem in eadem solitudine annos circiter trigintā, velut in paradiso beuuit; hæc à solitudine auocat ad oram Iordanis; hæc ad Herodis postea palatium pertrahet: vt Regis arguat adulterium. Hæc tandem illū, & comitabitur in vinculis, & iugulum pro veritate crueto ferro obiectare coget.

ET VENIT IN omnem regionem Iordanis. Luc. 3.

nu. 2.

LAVREA XXIII.

A quo fonte, & quā Iordanis fluat.

120. Iordanis nomen vnde.

121. Duæ Casareæ in Palestina.

122. Casarea Philippi prope fontem Iordanis.

123. Stagnum Genesareth, & mare Tyberiadis & Galilææ.

124. Mari mortuo absorbetur, nec amplius visitur.

125. Pallida facies pulcherrima in monacho.

Vt

VT ea, quæ de Patris Æterni oraculo, Spiritus Sæcti columbina specie descensu, deq; Ioannis luculentissimo testimonio, nec non de Christi baptismate dicturi sumus, clariora euadant, erit operæ precium Iordanis celebratissimi fluminis ortum, & excursum lectoris oculis obijcere quam breuissimè.

D. Hier. Igitur Iordanis, teste Diuo Hieronymo in quaestionibus hebraicis in Genesim, & in Matth. cap. 16. saluberrimis exundans aquis ortum ducit à monte Libano integratus ex duobus fontibus, quorum alteri nomen est Ior, alteri Dan, qui in vnum coeunt Iordanem, & re, & nomine conflant. Propè ortum huius celeberrimi fluminis erat Cæsarea Philippi, in quam Christus se cum discipulis tulit, rogaturus, *Quem dicunt homines esse filium hominis.* Matth. 16. num. 13. de ea scribit Iosephus libro 18. Antiquitatum capite 3. in hæc verba. *Philippus Pæneada sitam ad Iordanis fontes instruxit adificijs, in clyto Cæsarea nomine.* Dux vero fuere in Palestina Cæsareæ: vtraq; in honorem Cæsaris exædificata, & a Cæsaris Cæsarea dicta: prima posita ab Herode Innocentium interfectore, illo in loco, qui turris Stratonis dicebatur in honorem Augusti Cæsaris, eaq; dicebatur Cæsarea Palestinæ. Altera à Philippo ipsius Herodis filio aucta, & ornata est in honorem Tiberij Cæsaris, eaque tum à Cæsaris, tum à Philippi fundatoris nomine dicta est Cæsarea

Iordanis nomē unde conflatum sit.

Matth.
16. n. 13

121.

Dux Cæsarea in Palestinæ

Philippi: & hæc propè fontem Iordanis sita erat. Porro hic fluvius non longè à fontibus teste Iosepho lib. 3. de bello Iudaico cap. 18. lacum efficit dictum Samochonitum, ipsiusquè paludem intersecans, & centum viginti stadijs præterfluens, in lacum primo maiorem se exonerat, qui dicitur stagnum Genezareth, & mare Tyberiadis, nec non mare Galileæ. Ab eoquè lacu rursus exiēs vastaq; solitudine peragrata, Alphaliti lacui se admiscet: & vt refert Plin. lib. 5. hist. cap. 16 dilaudatas vndas intermixtas pestilentibus vitiat, & fædat: eoq; lacu, qui mare mortuum dicitur, absorbetur: ita vt amplius nunquam appareat. Multa habet circum circa oppida amænissima, quæ regio Iordanis appellatur. Vt videre est hoc loco, & illo præsertim Genes. 13. num. 10. *Elenatis oculis Loth, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam Dominus subuerteret Sodomam, & Gomorrhæam, sicut paradysus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in segor.* In hanc regionem, seu in varia eius loca Ioannes ex deserto Iudææ exscendit prædicaturus, baptizaturusq; nõ eos tantum, qui eam regionem incolebant, sed omnes etiam Iudeos, qui hinc inde, ad illum turmatim præcurrebant: iuxta illud. *Egredebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hierosolymite vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine.* Marci 1. num. 5. Et iuxta illud. *Exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circum Iordanem, & baptizabantur ab eo.*

Ioseph.

122.

Cæsarea Philippi prope fontem Iordanis.

123.

Stagnum Genezareth, mare Tyberiadis, & mare Galileæ.

124.

Mare mortuum absorbetur, nec amplius visitur.

Genes.
13. n. 10

Marc. 1.
n. 5.

Matth.

Matth.
3. n. 6.

Matth. 3. num. 6.

At quamre potissimè tot ad se se populos Ioannes attrahebat? nimirum pænitiæ habitu insolenti, cruda, & aspera pelle sminudus: excalecatis pedibus: detecto capite: oblita squalore, & horrida facie: colore exanguis: cõditis introrsum oculis: inanibus faucium sinibus: toto corpore pallore, & macie perempto: tamquam spectabile prodigium, aut Deus aliquis mortuus, vel, vt dicam verius, tamquam inauditum pænitiæ simulacrum ad Iordanem venit, magnam sui nominis famam longè, latèque promulgaturus.

Certè, cum Ioannes fuerit dux, & antesignanus monachorum, vt diximus Curru 3. Laureæ 4. num. 27. docuit qualis de beat esse ornatus: qualis facies: qualis deniquè color monachi: vt enim egregiè dixit Diuus Hieronymus in vitis patrum. *Pallor, & macies decus est monachi: ideoquè Diuus Bernardus epist. ad Guillel. eos ridet, qui dum Sanctorum simulacra depingunt pulcherrima, eò sanctora putant, quò coloratiora efformant. Ostenditur, inquit, pulcherrima forma sancti alucius: & eò creditur sanctior, quo coloratior.* Hinc etiam est, vt Sanctus Paulinus, Epist. 13. cum hominem vidisset nitida facie, ac vultu nimis colorato vitio verterit, & parum, aut nihil spirituale esse iudicauerit: vt ex illis verbis citatæ Epist. facile poteris colligere. *Quem quidem primo minime monachali caliga, & veste mirati, cum præterea facie non mi-*

D. Hier.
S. Bern.
Guillel.

125

Pallida facies pulcherrima in monachis.

S. Paul.

nus, quam armilansaruberet, parum spiritualibus buccis, tunc demum esse non nostrum sciimus.

LAVREA XXIII.

Causæ ob quas Ioannes ad hæc Iordanis loca descenderit, super eundem locum. *Et venit in omnem regionem Iordanis.* Luc. 3. num. 2.

129. *Rationes ob quas Ioannes descendit ad Iordanem.*

Primò videtur Ioannes ex solitudine ad Iordanis amœna loca descēdisse propter eius fluminis sanctitatem. Erat enim flumen illud venerabile propter egregia miracula, quæ Deus olim in eo patrauerat. Cũ nimirum filij Israel ad terram promissam transibant. Nec non quando Elias rapiendus in cælum, illud suis pedibus pertrāsivit. Tandem, quia Naaman Syrus, ibi septies lotus omnes lepræ maculas exterisit. Secundo propter multitudinem aquarum, quibus id flumen abundabat. Colligitur hoc ex Ioannes 3. num. 23. Vbi sic scribitur. *Baptizabat in Ænon prope salim, quia multa aque ibi erant.* Cum igitur Ioannes Christo baptizare exorsocederet, & abiret in Ænon, propter aquarum copiam, dubitãdi

126.

Primã ratio ob quam Ioannes descendit ad Iordanem, scilicet loci sanctitas.

Ioan. 3.
n. 23.

Secunda aquarum copia.

Bb

locus

Tertia loci celebritas.

Tolet.

Quarta maior venientia commoditas.

Quinta nominis significatio.

Morales alia rationes. D. Petr. Chryso.

Euseb.

locus nullus superest, propter aquarum copiam in Iordanem primò venisse. Tertio, videtur id factum fuisse, vt notat Cardinalis Toletus in Lucam, cap. 3. annot. 8. Propter loci celebritatem: locus enim celeberrimus celebrem etiam faciebat Ioanis baptismum. Quarto propter maiorem venientium commoditatem. Eo enim ex Iudæa, Galilæa, Samaria, alijsquè finitimis regionibus facilius, & expeditior erat accessus. Tandem propter nominis significatum illi baptismi satis proprium. Iordanis enim Iudicij fluvium significat: baptismus verò Ioanis penitentiam predicabat. Hec autem quoddam iudicium secum fert, quo homo se condemnat. Et hæc ita cursum dicta satis sint ad literam.

Ad mores hanc assignat causam D. Petrus Chyolog. ferm. 187. Venit, inquit, ad Iordanem, quia Iudaicas sordes non poterat hydria in lavare, sed flumen: & rursus eodè ferm. Venit ad Iordanem, vt penitentes potaret aqua, non vino. Venit etiam, vt in Iordanem, eiusquè solitudinem transferret Hierosolymitanam gloriam, vt egregie animadvertit Eusebius Cæsariensis de demonstratione Evangelica, lib. 9. his verbis. In solitudinem Iordanis transtulit gloriam Hierusalem, postquam initio pie religiosèq; viuendi non in Hierusalem, sed in deserto consummari cepta est; quod videlicet accidit post Ioannis tempora. Nec non Procopius commentar. in Isaiam, cap. 4. Est (inquit, etiam concionatus in Iordanis deserto, de quo nunc prophetia:

non Hierosolymis, sed in ea ipsa solitudine, Christi salutare, eiusdemq; gloria omnibus apparuit. Hæc enim signa glorie salutaris in Iordanis solitudine data esse constat. Alia tandem de causa venit ad Iordanem; nimirum, ut se se pelicanum solitudinis esse, significaret, qui prope flumina, stagnaq; solitaria habitare consuevit: vt mox tangam Laurea 26. in qua de pelicani natura agendum erit, sed prius ago de Ioannis baptismate comparato ad Christi baptismum; nam baptismus hic fuit ratio precipua, ac potissima causa, ob quam Ioannes huc venit.

BAPTIZABAT in Ænon prope Salim, quia multa aqua ibi erant. Ioan. 3. n. 23.

LAVREA XXV. De baptismi quoad diuersitatem baptismi Christi à Ioanis baptismate; quoad institutionem Christi Domini; & quoad aliquot eius emolumenta.

- 127. In quibus conueniunt baptismus Christi, & Ioannis?
128. In quibus dissentiunt?
129. In baptismi Ioannis adumbratus fuit baptismus Christi.
130. Institutus hoc loco baptismus Christi.
131. Alia opinio valde probabilis.
132. Verisimile est, Christum docuisse Ioanem veram baptizandi formam.

- 133. Ioannes Sacerdotem representauit.
134. Adfuit Sancta Trinitas.
135. Christus calos pandit, vt tam nouum in terris spectaculum superi videant.
136. Christus suorum causa intrat Iordanem.
127. In baptismi Deum diabolum sub-

127. In quibus conueniunt baptismus Christi, & Ioannis. Ioan. 1. n. 26. Act. 8. n. 36.

Psal. 28. n. 3. D. Basil. D. Hier. D. Aug.

Ezech.

Baptismus Christi, & baptismus Ioannis consentiunt in multis; in multis dissentiunt. Consentunt in primis, quia vterq; fit in aqua. Ego (inquit Ioannes) baptizo vos in aqua. Ioan. 1. nu. 26. de baptismi etiam Christi, dictum est. Ecce aqua, quod prohibet me baptizari? Act. 8. n. 36. Secundo conueniunt in eo, quod vterq; baptismus per Prophetas multo ante preannuntius fuit. Nam de Ioanis baptismi, scriptum reperitur. Vox Domini super aquas. Psal. 28. n. 3. Hunc enim locum de baptismi Ioanis declarandum esse comedit D. Basilus hom. in eundem Psalmum, nec non Hieronymus, & Augustinus in comentar. eius loci. De Christi etiam baptismi scriptum est. Effundam super vos aquam mundam. Ezech. 36. n. 25. Tertio consentit baptismus Christi, cum baptismi Ioanis, quia vterq; baptismus erat supra legem. Enim verò Ioanis baptismi non erat legem comitatus, eademq; erat ratio baptismi Christi Domini. Quarto vterque baptismus Christi, & Ioanis fuit diuinitus institutus, de Christi baptismi nullus potest ambigere. De Ioanis verò liquet ex eo, quod ex Dei institutione, non ex ipsius Ioanis arbitrio constituit. Vnde illud. Qui misit me baptizare,

ille mihi dixit. Ioan. 1. nu. 33. Quapropter Iudei. Matt. 21. inficiari non audent baptismum Ioanis esse de celo. In alijs verò multis baptismi Ioanis dissentit cum baptismate Christi. Nam Ioanis baptismi preparatorium erat baptismi Christi, hic perfectus, ille imperfectus. Vnde Sanctus Ioannes Damascenus, lib. 4. fidei c. 10. Ioannis (inquit) baptismi rudimentarium fuit, eos, qui baptizabantur, ad penitentiam ducens; vt postea Christi fide amplecterentur. Et Diuus Iustinus. quæst. 37. Ioannis baptismi prelude erat quoddam Evangelij gratie. Similiter loquitur D. Cyrillus, lib. 2. in Ioanem, cap. 7. Et Diuus Basilus in oratione exhortatoria ad baptismum. Ioanis baptismum appellat introductorium, Christi vero perfectum. Initiatorium (inquit) erat Ioanis baptismi, istud vero perfectiorum, à peccato illud auocabat, istud cum Deo coniungit, & familiarem reddit. Secundo baptismus Ioanis erat in sola aqua; Christi verò etiam in Spiritu Sancto. Vnde illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, Ioan. 3. n. 5. Tertium discrimen inter vtrumque baptismum est, quia Christi baptismus remittebat peccata, & sanctificabat animas: quod Ioanis baptismus non valebat efficere. Quarta differentia hæc est. Ioanis baptismus non erat omnium vniuersim ætatum, ac hominum: non enim conferebatur infatibus, nec gentilibus, sed solis Iudeis, incertumq; est: an etiam mulieribus conferretur: baptismus tamen Christi, confertur omnibus ætatis, sexus, conditionis, & nationis

Ioan. 1. n. 33.

128.

In quibus dissentiunt.

S. Ioan. Damasc.

D. Cyr. D. Basil.

Ioan. 3. n. 5.

Chryso. Author Imperf. August. Origen. Hilarius Ambros.

Quid mel Sylvestre.

Exod. 3. n. 8. & c. 1. n. 5. & 33. n. 3. Leui. 20. nu. 24. Numer. 13. n. 28. & c. 14. num. 8. Deut. 6. n. 3 & c. 11 n. 9. c. 26. n. 9. c. 27. n. 3. c. 31. n. 20. Iosue. 5. n. 6. 1. Regum. 14. n. 27.

terpretantur. Chrysoft. hom. 2. in Matth. Author Imperfecti, homil. 3. August. lib. 3. confess. cap. 31. Origen. hom. 11. in Luc. Hilarius Cant. 2. Ambros. lib. 2. in Luc. capit. 3. hæc pro locustis.

Illud pro melle Sylvestri. In calidis regionibus abundat apud copia, & tum ab earibus, tum arborum truncis, tum rupium fissuris, tum denique terræ caueris mellificant: Palestina regio erat calida, ac fertilis, atq; adeo apum, & mellis abundans, quam ob causam eam Deus sepe vocat lacte, & melle manantem. Exod. cap. 3. num. 8. & cap. 13. num. 5. & cap. 33. num. 3. Leuit. 20. nu. 24. Num. 13. num. 28. & cap. 14. num. 8. Deuter. 6. num. 3. & cap. 11. num. 6. & cap. 26. num. 9. cap. 27. num. 3. cap. 31. num. 20. Iosue 5. num. 6. manifestumq; fit ex eo quod accidit Ionathæ. 1. Reg. 14. num. 27. mel è rupibus effluxisse. Aliqui, nec contemnendi, scripserunt, hoc mel fuisse amarum, & ori insuave: ideoq; ut autumo, dictum est, quia hoc mel sapit plerumque naturam florû eius regionis, in qua fit, & arborum, in quarum truncis confectum est: & fortassis eius regionis tum flores, tum arbores erant opificio mellis incommodè: vitioque stirpium, ac florum eius, in qua Ioannes habitabat, regionis, mel erat in iucundius, & insuavius. Non dulcius aliud appetebat: quia eam solitudinè de amabat, ut pelicanus: de quo sequenti Laurea.

LAVREA XXVI.

Similis factus sum pelicano solitudinis. Psalm. 101. n. 7.

- 138. Cygnorum genus duplex.
- 139. Vtrumq; Ioannem refert.
- 140. Solitudinis laus.
- 141. Deus non solet apparere multitudinì.
- 142. Qualis, & quantum fuit Christi solitudo?
- 143. Penitentium tropologia.
- 144. Ioannes Eremitarum princeps.
- 145. Penitentia post naufragium tribula.
- 146. Est omnibus necessaria.
- 147. Insinnia pro penitentibus documenta.
- 148. Multus dolor, non multum tempus requiritur, ut quis multam agat penitentiam.
- 149. Penitens caste viuat Davidis exemplo.

Quadrant hæc Ioannis Baptistæ, qui annos circiter triginta semotus a popularibus solitudinibus vitam duxit in solitudine. Memorant vero Authores non penitenti pelicanum alitem esse cygno, & corporis magnitudine, & coloris similitudine parem; eum quibus sentit etiam Caietanus: & phisiologi asserunt, esse album; ut cygnum. Ad hæc alij adijciunt

Cygnorum genus duplex.

Caietan

pelicano-

Hieron. Haymo. Richel. Iansen. Titelm. Bochius Valdem. Genebr. Veiga.

139.

utrumq; Ioannem refert.

Petrus Cellensis.

140.

Solitudinis laus.

Oseas 2. n. 14.

Philo Alexan.

pelicanorum genus esse duplex, alterum habitans in stagnis, alterum in locis desertis, ac Solitarijs. Ita Hieronymus in sopho. cap. 2. Haymo, Richelius, Iansenius, Titelmanus, Bochius, Valdemius, Genebrardus, Petrus Veiga, & alij.

Vterq; Ioannem refert: imprimis aquatilis, seu fluuiatilis, cuius præclaram facit mentionem Aristoteles histor. animal. cap. 9. Hic iuxta fluuios præsertim solitarius inueniri solet. Talis extitit Ioannes, diuinus planè Pelicanus, fluuiatilis prope flumen Iordanem diu vixit solitarius. Alterum genus in locis desertis habitat, ac solitarijs; & hoc etiã pelicani genus Ioannem exprimit ad viuum in abdita solitudine puerilem, iuuenilemq; & partem constantis ætatis agentem. Propterea, ut opinior, eius merita ultra cæterorum, Diuorum mensuram ascenderunt. Nam, ut ait Petrus Cellensis lib. 4. Epist. 12. Meritorium animarum est solitudo: sagena ad capiendos pisces est solitudo: ambulatoriũ Dei est solitudo. Porro sicut in flumine capiuntur pisces, sic in solitudine Deus expiscatur animas: in solitudine enim Deus ambulat: ibi obuiat: ibi familiares sermones ferit cum eremicolis: ibi meritorum montes accumulatur: ideoq; dilectam Ioannis animam felicitare volens prædicit. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius Osee. 2. num. 14. Dei videlicet sermo amat solitudinem, odit frequentiam, & fugit turbam: testem appello Philonem Alexandrinum libro in-

scripto. Quis rerum diuinorum heres, ubi ita loquitur. De sermo amat desertum solitarius: non immiscetur turbis rerum corruptibilium. Quare, ut notat Hugo de Sancto Victore lib. 4. de Arca Noe cap. 4. Vix unquam reperies in sacris voluminibus Deum multitudinì locutum fuisse, sed per paucis, sed a multorum confortio seiuictis. Scrutemur (inquit) scripturas, & inueniemus vix unquam Deum in multitudine locutum, sed quotiescumq; hominibus innotescere voluit, non gentibus, vel populis: sed vel singulis, vel admodum paucis, & a communi frequentia segregatis: vel per nocturna silentia, vel in campis, vel in solitudinibus, & montibus se manifestauit. Ideoq; Ioannes, ut Dei voces posset excipere, ut nemo eius cum Deo colloquia inturbaret, vrbes cum solitudine vltro commutauit, & inter aspera montium diuinis voluptatibus delibutus vitam egit periucundam: augebatq; voluptatem illa cognitio, qua certò sciebat, Iesum sibi tantopere dilectum, ita vrbes prædicando, ac docendo lustrauisse, ut maiorem vitæ partem solitudinem amaret, & peteret. Quapropter Petrus Cellensis, lib. 4. Epist. 12. Solitudo, inquit, nouit vigilias Iesu, solitudo orationes Iesu audit, solitudo nascentem, solitudo prædicantem, solitudo turbas nascentem, solitudo transfiguratione coruscantem, solitudo morientem, solitudo resurgentem, solitudo ascendentem Dominum conspexit, ecce quare exultant solitudines Iordanis.

Iana verò Cassiodorus scribit in Psalmum 101. pelicanum autè

Hugo de S. Victore.

141.

Deus non solet apparere multitudinì.

Petrus Cellensis.

142.

Qualis, & quantum fuerit Christi solitudo.

Cassiod.

esse

Innocentius, Haymo, Richelius, Iansenius, Titelm, Genebrardus, Lorinus, Psalm. 101. n. 7.

esse non gregalem, sed solitariam, magnitudine ciconiae similem, naturali macie semper afflita. Innocentius ei etiam attribuit maciem, & solitudinem. Item Haymo, & Richelius, Iansenius, Titelm, Genebrardus, & alij apud Lorinum in eum Psalmum. Nec abdicat macies pellicani a macie Joannis, in quo impexa, & incompta caesaries capillorum, os pallidum, decolor vultus, arida genae, adactri trorsum oculi, & totius corporis horror vocibus apprimè hortantibus inclamant penitentiam. Unde id, quod non pauci scribunt (quos consulere potes apud citatū, Lorinum) Pelicanum filios suos in se insurgentes interficere, eosdemquē in nido occisos a se, lugere per triduum, se deinde graviter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superflui reuiuiscunt: id, inquam, hanc habet penitentis tropologiam: nam penitens peccando mortificauerat opera sua bona: lugens deinde per penitentiam, internamque mentis solitudinem, triduum contritionis, confessionis, satisfactionis ea viuificat. Vel aliter, dum penitet, internecat effrenes animi motus, sanguineo deinde fudore lacrymosisquē planctibus in vitae nouitatem restaurat, ut Hugo docet, & Aiguanus. Innocentius verò eum significari docet, qui ut penitentiam agat, in solitudinem fugit: ibiquē vigilijs, cilicijs, perpetuisquē corporis macerationibus attenuatus osibus, & nuda tantum pel-

143.

Penitentium tropologia.

Hugo, Aiguanus, Innocentius.

le subsistit. Casiodorus tandē Richelius, Haymo, Hugo pellicano significatum docent genus eremitarum, qui relicto hominum consortio interiore se solitudine, vigilijs, ac ieiunijs Deo mactant, ac macerant. Penitentium autem, & eremitarum principem fuisse S. Ioanem Baptistā apertissime testatur Chrysoström, tomo 3. homil. 2. ex varijs in Ioanem: Considerate (inquit) monachi dignitatem vestram, Ioannes princeps vester est, ipse monachus, statim, ut natus est, in eremo nutritur, Christum expectat in solitudine, felices, qui imitantur Ioanem. Et Dionysius Carthusianus tomo de Sanctis, serm. 6. de Sancto Ioane. Omnium (inquit) religiosorum, & maxime solitariorū specialissimus, dilectissimus, praeantissimusque patronus, magister, institutor, Pater, & ductor.

Casiodorus, Richelius, Haymo, Hugo.

Chrysoström

144.

Ioannes Eremico larum princeps.

Cartusius.

Hic ille annos triginta commemoratus apprimè coluit penitentiam; hinc eam praedicaturus ad Iordanis oram egressus ait. Penitentiam agite. Ea verò, quam sit omnibus necessaria; explicat exemplum, quo Sancti Patres vtuntur, arreptae in naufragio tabulae: haec enim solutis semel nauis compagibus, reglutinato, ac tandem lacero tabularum ordine, vnicum restat salutis asyllum, quo naufragus utcumquē possit ad litus enauigare. Eo vtitur Diuus Hieronymus Epist. 8. ad Demetriadem. Penitentia (inquit) quasi secunda post naufragium miseris tabula sit. Et Tertullianus libro de Penitent. cap. 4. Hanc (inquit) tu peccator ita inuade: ita amplexare, ut

D. Hieronymus, Tertullianus.

145.

Penitentia tabula post naufragium.

B. Pacianus.

146.

Penitentia omnibus necessaria.

D. Ambrosius.

D. Cyprianus.

147.

Insignia pro penitentibus documenta.

D. Ambrosius.

naufragus alicuius tabula fidem: haec te in portum diuina clementia portabit: rape occasionem inopinatam felicitatis. Peniteat amasse, quod Deus non amat. Et B. Pacianus, Epist. ad Sympronianum. Pudeat (inquit) periclitari, sed non pudeat liberari: quis naufrago tabulam, ne euadat, eripiat. Proptereaque; Lactantius in Epitome diuinarum institutionum docet, eum, qui penitentiae viam non inquit, omnem sibi salutis viam pracludere. Magnum, inquit, est penitentiae auxilium, magnum solatium: illa est vulnerum, peccatorumque, sanatio: illa spes, illa portus salutis: quam qui tollit, viam vitae sibi amputat: quia nemo esse tam iustus potest, ut nunquam sit ei penitentia necessaria.

Et verò quemadmodum naufragante praereptus vendis, si forte tabulamprehendit, eam non segniter, sed toto animi conatuprehendit: ita penitentia non lentè, non somnolentè amplexanda; sed ex totius cordis, & animae viribus agenda. In eaq; sententiam ponderanda sunt illa verba D. Ambrosij lib. 2. de penit. Facilius inueni, qui innocentiam seruauerit, quam qui congrue egerint penitentiam. Vt enim egregiè docet D. Cyprianus de lapsis, magnitudinem criminum æquari debet magnitudo penitentiae: & doloris vis conformanda erit ad grauitatem culpae. Quia magna deliquimus (inquit Cyprianus) tam granditer desleamus: alto vulnere diligens, & longa medicina non desit, penitentia crimine minor non sit. Et D. Ambrosij lib. 1. de penit. Qui culpam (inquit) exaggerauit, exaggeret etiam penitentiam: maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus. Utque; hoc ex supernaturalis prudentiae norma fiat, & ex iusta re compensatione iniuriarum, quas Deo peccantes intulimus, prout illi in hac vita iuste satisfacere valemus, nota illa methodus, quam tradit D. Ambrosius, lib. 2. de penit. Renuntiandum (inquit) saculo est, somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat; interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspirijs, sequestrandus orationibus; viuendum ita, ut vitali huic moriamur vsui, se ipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Vis videre mutatam omnino in aliam mulierem penitentem? flecte oculos ad Christum cum Simone hospite de Magdalena sic loquentem. Vides hanc mulierem. Luc. 7. num. 44. Quasi Christus adderet: longe alia iam est ab ea, quae fuerat. Fuerat ante peccatrix; est modo sancta: antea inferorum mancipium; modo caeli ciuis: antea ferua, modo Domina: alia ante fuit, alia modo est. Ideoque Euangelista loquitur de vna (vt interpretatur D. Petrus Chrysologus statim referendus) quasi de duabus. Vespere autem Sabbati, quae lucebat in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum. Matth. 28. n. 1. vna videlicet venit, & altera: altera moribus, nomine eadem. Excipe Chrysologum sermonem 74. in haec verba scribentem. Venit ipsa, sed altera, altera, sed ipsa: vt mulier mutaretur vita, non nomine: virtute, non sexu: & fieret resurrectionis nuntia, quae internuntia lapsus extiterat, & ruina. Hanc Ethologiam morum;

Idem.

Luc. 7. num. 44.

Matth. 28. n. 1.

Penitentes alij sunt, arguunt ante fuerunt.

immu-

Galat. 2
n. 20.

immutationem admirabilem illis Apostoli verbis explicatam fuisse, video. Christo confixus sum cruci. Vno autem iam non ego: vinit vero in me Christus. Galat. 2. n. 20. Ecce Apostolus iam apparet alius, & longè alius ab eo, qui fuerat: fuerat lupus, apparet agnus. viuebat antea in eo diabolus, iam nunc viuit in eo Christus. Hinc est, quod Rabanus ea verba interpretatus. Vno autem iam non ego. Hæc subdit in nostram sententiam, Iam non ego ille peccator, qui prius eram. Et Chrysoft. proæmio in Isaiam Ecclesiam conferens cū arca Noe; secūq; reputans, quam immania monstra, & arca, & Ecclesia aluerit: subiicit ea verba. At Noe excipiebat animalia, & conseruabat. Ecclesia suscepta animalia immutat. Illo introijt lupus, exijt etiam lupus: huc ingressus est miluus, egreditur columba. Introijt lupus exijt ouis: ingressus est serpens, egressus est agnus: non quidem immutata natura; sed explosa malitia. Ergo penitentiam amplexemur. quæ nos prorsus immutabit. Eoque modo viam aperiemus ad recuperandam innocentiam, de qua Ambros. i. b. 2. de penitentia cap. 10. Dñ (inquit) dolemus admisa, admittenda excludimus, & sit quedam de condemnatione culpæ disciplina Innocentia. Nequè, vt multum quis penitere censeatur, opus est multo tempore, sed multo dolore: quod animaduertens Augustinus in Enchiridjo, cap. 65. in actione, inquit, penitentia non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. Quo sensu clamat scriptura. Quacumquè hora ingemuerit

148.

Vt multa quis penitentia agat, non opus est multo tempore, sed multo dolore. August.

peccator saluus erit. Quæ verba tamen in vulgata editione non legantur, leguntur tamen apud 70. Isai. cap. 30. num. 15. in quacumq; hora, idest in quocumq; breuissimo tempore. Vnde Chrysoft. homil. 9. de penitentia, penitentiam appellat facilem, nam breuissimo tempore gratiam nancisci potest. Dicimus, inquit, saltem esse penitentiam, neq; onus in ea, peccator est? dic peccauit, & soluit peccatum. Itaq; vt acutè notat Seneca Epist. 50. Bonum vitæ nostræ non est situm in spatio eius, sed in vsu, & de breuitate vitæ cap. 1. Non accipimus, inquit, breuem vitam: sed facimus: non inopes temporum, sed prodigi sumus.

Debet verò verus penitens, vt hoc obiter etiam dicam, post peractam penitentiam valde circumspectè, & cautè viuere; & vt se res dent prosperè, nulli debet fidere, nulli credere: occultas ubiquè timeat insidias, & refugiat ignes suppositos cineridoloso: discat à Dauide, qui postquam in adulterium prolapsus est, eiusquè maculam lacrymis vbertim manantibus extinxit, nec aquæ à cisterna Bethlemica haustæ, quam ardentissimè sitiebat, suiq; per medios hostium cuneos attulerant, se ausus est credere. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & attulerunt ad David, at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino. 2. Regum 23. n. 16. Si causam quæras, reddit luculentam D. Ioannes Chrysoftomus, homil. 1. in Psalm. 50. in hæc verba. Vides, quomodo castigatus de priori concupiscentia, postmodum

Isai. 30. n. 15.

Seneca.

149.

Penitentia in posterum ante vniuat, & omnia imitat David ex. 2. Reg. 23. n. 16 Chryso.

cantior

Idem.

cantior est factus: & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam desiderat, & necessariam, & sitiens bibere noluit, victor sui factus. Ecce prudentia Davidis, qui dum respuit, & ex intimo corde penituit, in posterum didicit, ita cautè viuere, vt nec ardenti siti faceret satis. Victum iam se erubuerat (addit Chrysoftomus) abstractus, & illectus a concupiscentia sua, noluit proinde se credere desiderio; noluit siti satisficere: timuit latentes insidias: horruit appetitum etiam habitum, & specie vera necessitatis, ne incurreret in deceptionem.

LAVREA XXVII.

Quam luculenta fuerit: quam authentica, ac prope diuina autoritas ea, qua Ioanes ex solitudine ad Iordanis oras exscendit. Super eadè verba. Venit in omnem regionem Iordanis predicans baptismum penitentia. Luc. 3. n. 3.

- 150. Deus à primo Ioannis ortu precursoris munus nobilitat.
- 151. Qualem, & quantum Ioanni comitatum præstruat Euangelista?
- 152. Ioannis autoritas describitur.
- 153. Christi magnitudo ex tanti legati magnitudine colligitur.

Titus.

Magnam Deus Ioanni, iam inde a natiuitate, autoritatem conciliauerat: vt tēpestinè animaduertit Titus apud Ordinariā magno Precursoris muneri magna ea attribuēs

prodigia, quæ à prima natiuitate Ioannem nobilitarunt. Vnum (inquit) hoc munus in causis fuit, cur tam stupenda, & admirabilia in ipso statim initio circa illū acciderint, oportebat enim non modo Christum ipsum, sed Christi quoq; præcursorem idoneū apud omnes haberi, cuius dictis fides accommodaretur. Magnam rursus autoritatem illi conciliat celesti illapsu in eius animū descendēs. Factū est verbū Domini super Ioā nē. Luc. 3. n. 3. Quærit Beda hoc loco, quare non dicatur ad illum, sed super illū factū fuisse verbū Domini? Idq; factū putat, vt Ioā nis autoritas clarior splē descenderet. Vt (inquit Beda) appareat maior autoritas Ioannis, nouum baptismi ritum instituentis.

Magnam tandē Ioanni Deus autoritatem comparat, dū sic Euangelistæ animum afficit, sic instituit, calamumq; dirigit, vt quemadmodum. D. Matth. c. 1. Generationis ordine, feriatim exscripto Christo regi maximo regalem comitatum, & apparatus affinxit, ita D. Lucas. Precursori ex solitudine venienti, tamquam regi, aut dynastæ magno pompam item apparet ante euntem: attende animum. Anno autem quinto decimo imperij Tiberij Cesaris procurante Pontio Pilato Iudeam tetracha autem Galilæa, Herodæ, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis: & Lysania Abilime tetrarcha sub principibus Sacerdotū Anna, & Caipha: factū est verbū Domini super Ioā nē Zacharie filij in deserto. Luc. 3. n. 1. Vides ne, vt Deus præcūtiū tetrarcharū, & principū comitatu amplissimo

150.

à primo Ioannis ortu præcur soris munus Deus nobilitat, autoritatem illi concilians.

Luc. 3. n. 3.

Beda.

D. Matth.

D. Luc.

151.

Qualem, & quantum Ioanni comitatum præstruat Euangelista.

Luc. 3. n. 1.

August.

Ioannem condecorat, & exornat? Ita plane insinuat Diuus Augustinus, lib. 2. de consensu Euang. cap. 6. De Ioannis (inquit) predicatione iam sequitur. Anno autem quinto decimo imperij Tiberij Cesaris Ne quis dubitet, hæc ad Ioanis laudem spectare. Certè, vt eius authoritas augusta foret, & indubitata, non satis fuit, eum diuino numine extimulante in solitudinem abductum, abditumq; fuisse, vt præclare obseruat Cardin. Tolet. in cap. 3. annot. 7. his verbis. *Testimonium erat perhibiturus de Christo, cumq; nullum miraculum facturum esset: oportebat ad hoc, vt hominum fidem conciliaret, admirandam, & plusquam humanam vitam ducere: quod Matth. 11. Dominus docuit. Venit Ioannes, non manducans, neque bibens: insinuans his verbis vitam Ioannis angelicam: quæ testimonium eius omni acceptione dignum effecerat.* qua de re videndus Chrysostomus, hom. 10. in Mattheum, Non inquam, satis fuit, eum ita prodigiosa solitudinis vita fuisse, vltra quam dici possit, admirabilem: sed de solitudine item exeuntem tanta Deus adornat authoritate, vt diuinæ proxima appareat. Quocirca recensita Christi Natiuitate confestim Euangelista nullius alterius interpositione ad præcursoris authoritatem commendandam animum, & calamum admouet. Obseruat id Lyranus Lucæ 3. nu. 3. *Postquam (inquit) descriptus est S. Iohannis ortus, per suam incarnationem, primò describitur præcursoris.* Nec finè amplissima maiestate describitur, excipe citati

Cardin. Tolet.

D Chry

Lyran.

152.

quo loco, & quanta eius authoritas describitur

Lyranus verba. *Tempus predicationis Ioannis describitur per nomina imperatoris tunc regnantis, & præsidis Iudææ, & tetrarcharum, & Sacerdotum ad ostendendam authoritatem predicationis Ioannis Baptiste.* Ed nimirum Deus Euangelistæ calamum direxit, vt Ioannis omnibus nominibus cõmendaret, & amplificaret authoritatem.

Adde pro coronide tantam fuisse Ioannis celebritatem nominis, vt ex eius famæ authoritate suam sibi Christus aucuparetur: quemadmodum si rex aliquis, aut imperator ex legati cuius magnifica amplitudine, & potètia apud alios reges, ad quos ipsum legatum mittit, æstimationem, & authoritatem aucuparetur. Id indicat Lyranus citatus in Morali. *Predicatio Ioannis tam solemniter describitur, scilicet per tempora Imperatoris, & Pontificum, & principum, ad designandam illius excellentiam, quem nuntiare veniebat, vt potè, qui summus imperator, & Pontifex, Gubernator omnium existebat.* Equum verò erat, vt Christi optima, maximaq; authoritas ex Ioannis præcursoris legatione amplissima manifestè intelligeretur ab omnibus; quapropter Claudius Guiliardus ad illa verba. *Qui præparabit viam ante te.* Matth. 11. n. 11. *Observa (inquit) aduentum huius Præcursoris, & functionem: voluit Dominus prophético vaticinio longè antea prædicari, ne qua ab incredulis prætexeretur ignorantia, & excusatio.* Quando ante faciem Christi legauit nuntium, & eum non vulgare, sed tanto splendore, & nomine ornatum, vt quosuis in sui admirationem induceret.

Lyran.

153.

Christi magnitudo ex tunc legati magnitudine recte colligitur.

Guillal. Matth. n. 11.

H A.

HABEBAT VESTIMENTUM DE PILIS CAMELORUM, Matth.

3. n. 4.

LAVREA XXVIII.

Vestiu penitentiae æstimatio.

- 154. Maximam Hebraei de penitentia opinionem habuerunt.
 - 155. Zona pellicea libidinem coarctet.
 - 156. Mollis vestis luxuria nidus.
 - 157. Ioseph vestem suam appellat rudiorem, & Esther suam pulcherrimam, luctuosam.
 - 158. Penitentiae vestes ornatissima.
 - 159. Quare Adamus ficulneis folijs contegitur.
 - 160. Ioannes nudis pedibus incedit.
 - 161. Nuditas pedum ad quid cõducit?
 - 162. Commendatur exemplis.
- Difficiles & angusta in calum via.

154.

Quanta Hebraei de penitentia opinione habuerunt.

Guillal

Abulen. Idem.

Tantam Hebræi opinionem imbiberant de austeritate, & seuera vita, deq; asperissimo vestimenti genere, vt ob eam potissimè rationem Ioannem non humanum, sed diuinum hominem existimauerint. Ita statuit Claudius Guiliardus in c. 1. Ioanis his verbis. *Iudicabant Christo longe sanctiorẽ Baptista, quod in eremo vitam duriter transigisset.* Tantam de austeritate, & aspera vite institutione opinionem formauerat. In eadem mententiã subscripsit Abulensis in c. 9. Matth. q. 68. his verbis. *Austeritas vite putabatur à Iudæis pertinere*

ad maximam perfectionem, ideo Ioannem Baptistam omnibus hominibus sanctiorẽ esse credebant: quia nullus præcedentium ei in austeritate par fuerat. Et rursus c. 3. in Mattheuq. 32. in explicatu stuporis illius, & admirationis mutuae. In circuncisione Ioanis. *Quis putas puer iste erit? Lucæ 1. n. 66. Vbi cum indagaret causam, ob quam Ioanes Baptista Messias habendus, & existimandus, erat, Subiungit hæc verba. Quis putas puer iste erit? Quasi dicant, erit quid admirabile, quale nunquam visum est, & ista fuit causa, quare Iudæi putauerunt, eum esse Messiam: debuit ergo ista excellentem magnitudinem habere in austeritate vite.* Et tãdẽ q. 42. in c. 11. Matth. *Debuit (inquit) esse vite abstinentissimus: vt cum non faceret aliqua miracula, saltẽ hoc quod in se faciebat, miraculum videretur.* Hæc verò austeritas apparebat, tũ ex zona pellicea, quæ voluptatẽ carnis coarctabat; & infrænabat: teste D. Greg. Nazian. oration. 39. Vbi sic scriptum reliquit. *Tibi per zonam, ac temperatiam restringitur pars illa, quæ libidine astuat, ac velut hinnitum edita fiet, vt mortificatis membris, quæ sunt super terram pulchra purè comedas solitarie: illius Ioanis, & præcursoris magnitudinis veritatis præconis, præcinctio imitanda.* Tũ etiã colligeretur austeritas eadẽ ex asperitate camelinae vestis. De qua tantum se Ioanes iactabat, vt sicut vanissimi homines holosericas, & Attalicas vestes præ superbia ostentant, ita Ioanes, præ cõtemptu vanitatis, vestem de asperitate camelorum cõtextam quodammodo gloriosus ostendebat, illud adimplens verè. *Inuestitu ne gloriaris unquam.* Eccles. 11. n. 4.

Luc. 1. n. 66.

D Greg Nazian.

155.

Zona pellicea libidinem coarctet.

Eccles. 11. n. 4.

Sed pro calceamento illis ibat comitatus virtutibus, quæ ad eam eximiam penitentiam consequi solent: quasquæ sanctus Cyprianus, ferm. de stella, & Magis (exponens illum locum. *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras* Psalm. 16. num. 4.) His verbis inclusit. *Religiosus quisq; vias duras ingreditur, & iugulator voluptatum stantem ex aduerso hostem aggreditur, arcta via est castitas; trames strictus humilitas: ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigi: opulosa sunt semitas; sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur.*

LAVREA XXIX.

Hæreticorum deprauata voluptas, ac voluntas, omnia peruertunt. Super eadem verba. *Habebat vestimentum de pilis camelorum.* Matth. 3. n. 4.

- 164. *Ridiculi Hebræorum interpretatio.*
- 165. *Voluptas omnia peruertit.*
- 166. *Inconsiderati motus peruertunt iudicia.*
- 167. *Romanorum militum absurda interpretatio.*
- 168. *Principes Hebræorum cognitionem de Christo vitij obscurarunt.*
- 169. *Auaritiæ cupiditas Saulem induxit in errorem.*
- 170. *Puræ vestes apud antiquos.*
- 171. *Ioannes veste vitur singulari,*

singularis indice sanctitatis.

Heterodoxis, hominibus scilicet vrbis, politis, & elegantibus, hæc in Ioanne vestimenta valde displicent; ideoq; ea in illo permutant; vt olim in Ioseph Pharaonem, & eius aulicos fecisse legimus, vt dignus euaderet, qui in eorum aspectu posset apparere: & vt ex eius solitudine vrbes nescio quas fabricantur, ita ex pilis camelorum preciosam illi vestem contexunt: & locustas in marinos caneros conuertunt. Nec defunt ex eis quidam, qui vestem ex pilis camelorum scutulatam, vndulatamque vestem interpretantur: qua reges olim vsos scimus: factumque id est diuino consilio, vt omnes intelligant, quantum isti, qui sibi videntur sapere, habeant saporis, & cerebri, in quibus ad eam vigent, & regnant affectus ad voluptatem propendentes, vt superiorem animæ partem, intellectum nimirum, ac rationem peruertat: de quibus loqui videtur Tertullianus, lib. de spectaculis cap. 1. his verbis. *Tanta est vis voluptatum, vt & ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam corrumpat in dissimulationem.* Vbi expendo illa verba. *(Et conscientiam corrumpat in dissimulationem.)* Tanta enim est, & tam deprauata natura voluptatis, vt mentis obuelet oculos, & obtenebret, ne suis fraudetur cupidinibus. Hi sunt de quibus Apostolus: *prurientes (inquit) auribus à veritate auditum auercent, ad fabulas autem conuertentur.*

164.

Ridiculi hæreticorum interpretatio.

Tertull.

165.

Qualiter omnia peruertit vis voluptatis

2. Timot.

2. Timot. 4. n. 4.

2. Timot. 4. num. 4. in quibus vbi se voluptuosè ingurgitauerint, veritatem, si quando illis obuiam venerit, phantasma putant, & fictitium commentum. Exemplo sint Apostoli, & documento mystico præluceant; isti enim marinis fluctibus procul à Christo iactabantur, cum Christus illis sub noctem se sistit aduersum. *Quid illi? Turbati sunt dicentes, quia phantasma est.* Matthæi 14 num. 26. Vbi pulchrè Brixianus. *Hoc (inquit) frequenter, & nunc usu venit, vt qui se nosse Christum profiterentur, cum in molestias incidunt, ita perturbentur, vt res Christiana eis tunc, quasi phantasma quoddam videretur.*

Matth. 14 n. 26 Brixian.

166.

vt inconsideratissimo impetuerant iudicia.

Et certè hæretici, voluptuosum, ac deliciosum genus hominum, tunc mente, & cogitatione in grauissimas molestias incidere se putant, quoties pro cõsecutione beatitudinis dura sibi subeunda, venit in mentem: si vnumquam venit. Ideoque ad inanem, quamdam confugiunt confidentiam meritorum Christi: Sancta interim penitentia opera vanissima phantasmata existimant, rem Christianam aliter, atque est, intelligentes: vnde autem id proueniat, facilè erit intelligere: si animaduertas, in esse peccatoribus oculorum genus duplex. In alijsquæ cæci, in alijs lyncei, seu potius in his, & in illis præstigijs dementes apparent. Nam, & cæci simul, & peruersè lyncei sunt: cæci, eo quod ijs oculis carent, quibus vera videntur: peruersè lyncei, quia carneis oculis præstant, quibus fal-

sa pro veris vident: hæreditariū malum, & à primis parentibus ductum; quorum oculi aperti fuisse dicuntur, ex quo diuinum Dei mandatū uolarunt. *Et aperti sunt oculi amborum.* Genes. 3. num. 7. certum est, magnam mentis cæcitatem ex peccato contraxisse, quomodo ergo apertio oculorum consequitur? Amiserunt vtique, & receperunt visum; amiserunt oculos mentis, quibus prius præstabant, receperunt oculos carnis, quos ante salutari felicitate cõcluserant. Ita Origenes, lib. 7. contra Celsum his verbis. *Itaq; aperti sunt eorum oculi sensus; quos benè prius concluserant, ne per eos distracti impedirentur, quominus cernerent animæ oculo.* Quos autem prius habuerant perspicaces animæ oculos, fruente Deo simul, & eius paradiso; eos, opinor, propter peccatū clausurunt. Et rursus in Lucam, homil. 17. *Qui, inquit, benè ante viderant, postquam Domini mandatum prætergressi sunt, ceperunt videre malè, & aspectum, obedientia subripiente delicto, postea perdidierunt.* Amisso deinde mentis lumine, & interioris hominis acumine, res aliter, atque erant, & videntur, & intelligebant, Romanis militibus consimiles: qui Christum Dei nomen Eli inuocantem Eliam inuocasse mentiebantur. *Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant Eliam vocat iste.* Matth. 27. num. 47. vbi præclare Diuus Hieronymus. *Quidam (inquit) quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem, sed ex eo, quod dixit Eli, Eli, putantes Eliam ab eo*

Duplex visus in Adam. Genes. 3 n. 7.

Origen.

167.

Romanorum militum absurda interpretatio.

Matth. 27. n. 47 D Hi. r.

Cc 4

inuocatum.

innocentium. Eoque modo se habent, quotquot in peccato viuunt: hi rerum proprietates non intelligentes aliter, atque in se sunt, res ipsas æstimant, & nominant. Hebræis principibus compares, qui cum Christum Messiam esse primò cognouissent, subingressis odij, & inuidiæ facibus, cognitioneq; in ignorantiam cõuersa lamentabile naufragium fecerunt. Id perspicuè intelliges, si Lyranum auscultes conciliantem loca duo inter se se prima fronte pugnantia: alterum illum. *Si enim cognouissent, numquam gloria Domini crucifixissent.* 1. ad Corinth. cap. 2. num. 8. alterum verò illum. *Agricola autem videntes filium, dixerunt inter se. Hic est haeres, venite occidamus eum.* Matth. 21. num. 38. Vbi Hieronymus à Lyrano ibi laudatus. *Manifestè (inquit) Dominus probat his verbis, Iudeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Qui ergò dixit Apostolus. Si cognouissent, numquam Dominum gloria crucifixissent? Hoc nimirum modo. Pontifices Iudeorũ (inquit Lyran.) qui principes dicuntur, cognouerunt IESVM Nazarenũ esse Messiam in lege, & prophetis promissum: sed quia cepit predicare contra vitia eorum publicè, cognitio illa per odium, & inuidiam contra Christum insurgentem fuit in eis obscurata, & caperunt prophetias aliter interpretari. (Quæ verò de hac ignorantia oriri possent difficultates, an esset eadem in plebe, in Phariseis, & in principibus, & cætera istiusmodi colligi poterunt, ex ijs quæ late disputat*

noster Lorinus, ad ea verba. *Scio quia per ignorantiam fecistis.* Act. 3. num. 17. Isai. 26. num. 14. Quemadmodum Saul iudicio auaritiæ cupidine obcæcato mandatum Domini perperã interpretatus est, vt notat author Glossæ Ordinariæ ad illa verba. *Perdidisti omnem memoriam eorum.* (alludens ad illud. *Delebo enim memoriam Amalech sub celo* Exod. 17. n. 14.) Vbi Septuaginta trãserunt. *χαρι ηρας παν αρσενων: id est, perdidisti omnem masculinum eorũ;* propterea, quod *נָכַר*, quod memoriam significat, eisdem literis, punctis tamen variatis scribitur, atque *נָכַר* quod masculinum explicat, & huius nominis æquiocatione, seu potiùs diffimulatione delusus est Saul, quãdo cæteris pepercit contra mandatum Dei masculis solum interemptis Amalecitis 1. Reg. 15. *Non tam errore (inquit Author Ordinariæ) quàm cupiditate præda, pro memoria masculinũ interpretatus est.* Ecce quam absurda interpretamenta suggerunt deprauati animi affectus: iam verò istos Euãgelicos nouatores non poteris, non effusè ridere, si consideres, eos habere nullũ, ad hæc de Iohannis vestimento comminiscenda, dabilem textum; nullumquæ apertissimi mendacij prætextum. Imò, si acutè cernis impensius sanctissimum Iohannem veneraberis ob asperissimam pœnitentiæ vestem incomparabilis indicè sanctitatis. Certè Ethnici puras vestes in peragendis factis desiderabant: quo respexit

Act 3. n. 17. Isai. 26. n. 14. Gloss. Ordin. Exod. 17. n. 14. Septua. 1. Reg. 15. 169. Anaritia effectus Saulè induxit in errorem. Tibul-

Lyran.

1 Corin 2 n. 8.

Matth. 21 n. 38 D Hier. Lyran.

168.

Quæ principes Hebraorũ de Christo cogit. onẽ habu. rãt. eã vitijs postea obscurarũt.

Tibullus Elegia vltima libri primi. *170. Tunc pura cū veste sequar, myrthoq; canistra Vincta gerã: myrtho vinctus, & ipse caput.* Et Elegia prima, lib. 2. *(nite. Casta placet superis, pura cū veste vestre.* Matth. 3. Et Virgilius libro 12. Æneidos. *Purãq; inueste Sacerdos.* Iam verò puræ vestes appellabatur illæ, quæ simplices erant, ac synceræ, quæ nequẽ auro, nequẽ serico, nequẽ gemmis ornatae erãt, & elaborate. Quod si istiusmodi puræ vestes, ac simplices religiosiores erant, & sanctiores apud veteres, quid, quæso, de pura, ac religiosa camellinã pelle Sancti Iohannis Baptistæ æstimãdam erit? Quod si etiam apud Christianos vilia indumenta sanctitatis erant insigne, & monastici perfectionis argumentũ. Vnde D. Hierony. Epist. ad Marcel lam, de egrotatione Blefillæ. *Nos quia serica veste non vtimur Monachi iudicamur.* Quid de Iohanne dicã, qui non lanea, non lineã, ne dũ serica veste vtitur, sed pelle, camelli? Merito igitur ait Seneca. Epist. 51. *Non omnis vestis decet omnem virum.* Nam qui moribus sunt singulares singulari veste, & inusitata vti debent. Cum autem Iohannes ad eam virtutum perfectionem singulariter ascenderit, ad quam nemo alius videtur ascendisse, meritò veste vtitur singulari singularis indice virtutis, ac sanctitatis.

Pura vestes apud antiquos. Virgil.

D. Hier.

171.

Iohannes veste vtitur singulari singularis indice sanctitatis. Seneca.

ESCA AVTEM emiserat locusta, & mel siluestre. Matth. 3. nu. 4.

LAVREA XXX.

Ioannes cibo vtitur corporeo, quidem insuauis, incorporeo verò facile omnium suauissimo.

- 172. Hereticorum signa præposita.
- 173. Quemam erant locustæ, quibus Iohannes vescabatur.
- 174. Sancti magnam vitam partem spirituali cibo viuunt.
- 175. Sic Moyse 40. dies pastus.
- 176. Has mortales delicias haud intelligunt.
- 177. Iohannis prandium in deserto.
- 178. Mel siluestre amaritudine plenum.
- 179. Zona sobrietatem, & castitatem significat.

Nonnulli hereticorũ marinos cãctos intelligunt, quos cum alijs piscibus, retibus apprehensos piscatores ad Iordanis oras eijcerent, eò quòd lege essent immundi Leuit. 11. & vendi non possent. Eis verò Iohannes vescabatur, vt Euãgelicam iam inde doceret libertatem. O proteruam interpretãdi libertatem, quæ iam tunc

Leuit. 11. 162. Hereticorũ signa præposita.

Ioannem fingit, aut Lutheranū, aut Caluianum. O lepida ingenia, & vacua capita; ob scopo veritatis exerratis. Phasianas potius ex locustis aues, quā marinos cancos facere debuissetis, cum eadem vtrūquē facilitate, eademque impudentiæ libertate liceret; nam Græcū nomē, *αρουδες*, non cancos magis, quā Phasianos significare potest, ijsq; Ioannes vtens, quia Lutheranus iam tunc erat, haud violasset legem, haud eremita videretur, quod vos ipsi vultis. Illud prætere rea valde miror vos homines tātopere indulgentes genio, & cuticulam curantes, qui maximo-pere, quadragesimam nostram exhorrescitis, non fuisse veritos, ne pro vna quadragesima duas, alteram ex Christi ieiunio, alteram ex Ioannis cancris faceremus.

Sed cum his laruis nō est diu colluctandum, quocirca ex tenebris me refero ad Patrum lucem; locustæ ergo genus est notum insectorum humiliter, plerumq; & saltando volitantium, vt Patres communiter interpretantur: nec mirum est, his Ioannem vitam vtcumquē aluisse, qui suavi nectare cælestium solaminum abundē fruebatur. Vnde Tertullianus lib. de cibis Iudaicis, tomo 5. cap. 5. *Cibus verus, & sanctus, & mundus est fides recta, immaculata consciencia, & innocens anima: quisquis sic pascitur, Christo conuescitur: talis epulatur conniua est Dei. Ista sunt epule, quæ angelos pascunt: ista sunt mensæ, quæ martyres faciunt. Hinc est vox illa legis, non in*

173.

Quoniam erant locustæ, quibus Ioannes vesceretur.

Tertull.

174.

Sæclimaginā vna partē spiritali cibo vni.

pane viuit homo, sed in verbo, quod proficiscitur ex ore Dei, hæc ibi. Quibus ea mēsa depingitur, qua pol lucibiliter adornata, & cælesti nectare, & ambrosia oppiparè. in structa Deus pariter, & homo accumbunt. Hac mortales interdum futuram paradisi suauitatē delibant: hac quasi baculo humanæ naturæ debilitatem sustentāt; quid aliud enim Moysem quadraginta dies totidēquē noctes in Sinai monte stabiliebat, nisi familiaris Dei præsentia, & conuersatio, quæ illum miravoluptate, quasi sagina soporabat. Excipe Tertullianum lib. ad uersus Psychicos cap. 6 Cum (inquit) nec ipsum Moysem Deo pastum, in ediamq; eius nomine saginatam constanter contemplari valeret pinguior populus.

Qualis verò ille populus rudis, qui numquam est expertus pabula prædulcia, quæ Moyse in monte degustarat, tales mihi videntur vniuersim omnes mortales, si cum Ioanne conferantur: melleas, ac prorsus diuinas, quibus ille annos tringinta vescebat, dulcedines, haud vmq; experti, mirantur, qui potuerit homo nostræ fragilis ad eam naturæ, tot annos locustis viuere, & corpus alere melle siluestri: nec illud mentem subit. *Non in solo pane viuit homo.* Matth. 4. nu. 4. Nec illud in corpus exundans gaudium, ipsumq; mirificè recreas, confortans, & exhilarans, mentis oculis collustrant: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super melori meo.* Psalm. 118. n. 104. Quam Dauid suauitatem, idcirco melli

Tertull.

175.

Sic Moyses monte 40. dies pascens.

Matth. 4. n. 4.

176.

Has mortales delicias habere intelligit Psalm. 117. nu. 104.

æqui

æquiparauit, quia aliud inter humana alimenta non reperit, cuius exemplo diuinam illā dulcedinem, quæ nec verbis, nec exaggerationibus explicari potest, adæquare valuisset: testem appello S. Damasum, Epist. 124. ad Hieronymum de verbi diuini suauitate in hæc verba loquentem. *Qua vita (inquit) nihil puro in hac luce iucundius, quo anime pabulo omnia mella superantur.* His delicijs in solitudine Baptista fruebatur abundē, his epulis reffectus affatim exultabat, & triumphabat animo, & dum locustis, & melle siluestri vix sustentatum, ac pene exhaustum corpus trahebat, regifico prandio, & cœna fruebatur animo pontificia, in quam etiam sententiam iustus quispii harum deliciarum abundas pronuntiat illa verba. *Ecce prandium meum parauit.* Matth. 22. num. 4. Cōsule Chrysofost. in Matth. hom. 21 operis imperfecti, & hæc obuia verba regusta. *Prandium (inquit) est doctrina, iustitia, & verba cælestium mysteriorum de Filio Dei venturo.*

D. Dam

Matth. 22. n. 4. S. Chry.

177.

Ioannis in deserto pradium.

D Chry

Huic prandio continuò Ioannes intererat, dum Christi accessum, & proximum in lucem, oculisquē omnium aduentum pertractabat animo, attentaque animi cogitatione lustrabat; has, noctes atquē dies, epulas regustabat, vnde Chrysofostomus hom. 2. ex varijs in Ioann. tom. 3. factur his verbis. *In eremo viuit, in eremo nutritur Christum expectat in solitudine, oculi eius nihil aliud dignabantur respicere.* Cæterum corpus alebat vtcumquē locustis,

hoc est, herbarum summitatibus, vt interpretatur S. Isidorus Pelusota, lib. 1. Epist. 132. nec non melle siluestri, hoc est melle montano. *Quod (inquit) ab agrestibus apibus conficitur, summequē amarum est, & gustatui omni infestum, atquē inimicum: quibus ex rebus singularē quandam, ac pene incredibilem corporis afflictionem Ioannes præferēbat, vt qui non inedia duntaxat, verum etiam victus asperitate omnem corporis appetitiōē amarā redderet.* Hæc ille.

Tandem Ioannem spectabilem reddebat zona pellicea, de qua textus. *Et zona pellicea circumdatus eius.* Matth. 3. num. 4. quæ dæmones, & ægritudines momento fugare potuisset, quemadmodum Apostoli sudaria, & semicinctia, de quibus, Act. 10. nu. 12. Hæc Ioannis corpus cingens zona castitatem proclamat, vt notat Hieronymus in Epistola ad Ephesios, & indicat, id quod in paræmiam abiit, virgineā soluere zonam; rursus de Gallis tradit Strabo, lib. Geogr. 4. præscriptam Zone formam eos habuisse, qua se subcingerent ne ventricosi fierēt, & obesi, imo puniuissent eos aliquando iuuenem, qui præscriptam zonæ mensuram, laxiorē cingens, non seruarat. Erat itaque zona symbolum abstinentiæ, sobrietatisquē, & castitatis. Sanxerat olim Deus legem, vt qui paschalem agnum vescerentur, vestibibus arcu præcincti starent. *Renes vestros accingetis* Exod. 12. num. 11. Sed rogas, quonam cingulo castitatis: Ita S. Gregor. Nazianz. *Per tem-*

D. Isido. Pelus.

178.

Mel siluestre amaritudine plenum.

Matth. 3. n. 4.

179.

Zona sobrietatis, & castitatis significat.

Act. 19. n. 12. Hieron. Strabo.

Exod. 12. n. 11

D. Greg. Nazian.

perantiam,

perantiam, inquit, restringatur illa pars, quæ libidine astuat: ita fiet, ut pascha purè comedas, præcinctiõnẽ imitans illius solitarij Ioannis. Vt enim Ioannes præ eximia castimonia meruit ostẽdere agnum Dei. Ecce Agnus Dei. Ioann. 1. num. 29. Ita fiet, vt qui se castimoniae cingulo præcinxerint, de more cælitum lectissimorum agnum cælestem nunquam non sequantur oculis, & affectibus iuxta illud. *Sequantur agnum, quocumq; ierit, virgines enim sunt.* Apocalyp. 14. num. 4. Adde in laudem Dei matris, quod illa præ insigni castitate, Deum ipsam non solum sequitur, sed etiam præit. Audi Diuum Bernardũ, serm. 2. super. *Misus est Deus (inquit) cui subditi sunt angeli, principatus, & potestates, subditus erat Maria. Mirare ergo utrumlibet: & elige, quid amplius mireris, siue filij Dei benignissimam dignationem: siue matris excellentissimam dignitatem. Vtrinq; stupor, utriusq; miraculum. Id quod Deus famina obtemperet, humilitas absq; exemplo: & quod Deo famina principetur, sublimitas sine socio. In laudibus virginum singulariter canitur, quod sequatur agnum quocumq; ierit; quibus ergo laudibus indicas dignam, quæ etiam præit.*

Ita ille,

(.)



VENIT IOANNES
Baptista predicans, & dicens, penitentiam agite, appropinquavit enim regnum calorum.
 Matth. 3. n. 2.

LAVREA XXXI.

Penitentia, & proprijs viribus expugnat, & proximum sibi facit regnum calorum.

- 180. Ioannes primus regni Dei predicator.
- 181. Tuba homines ad calum excitans.
- 182. Eius predicatio multifaria peccatores exterret.
- 183. In quo sita est ea violentia, qua calum expugnatur.
- 184. Hanc Deus violentiam à nobis desiderat.
- 185. Hanc primus Ioannes predicavit.
- 186. Primus posuit initium noui testamenti.
- 187. Docet, calum violenter expugnandum.
- 188. Penitentia calum appropinquare facit.
- 189. Dauid tribus Syllabis quasi gradibus ascendit in calum.

Illud in primis fuit singulare priuilegiũ Ioannis Baptistæ; (de quo iterum dicam Curru 6. Laut. 30.) primum extitisse tu-

bicinem

Ioan 1. n. 29.

D. Bern

bicinẽ primumq; præconẽ regni cælorum, quod singulariter obseruauit doctor maximus Hieronymus Matt. 3. his verbis. *Primus Baptista Ioannes regnũ calorum predicat; vt præcursor Domini hoc priuilegio honoretur.* Et Abulẽsis c. 11. Matth. 9. 37. *Hic (inquit) Christus posuit laudes Ioãnis, & est vna quod Ioãnes fuit primus, qui cepit predicare regnũ calorum.* Animaduertit idẽ S. Thomas in c. 3. Matth. ad illa verba. *Appropinquavit enim regnũ calorum.* Ibi n. 13. *Nota (inquit) quod numquam in scriptura veteris testamenti inuenitur promissũ regnũ calorum, sed primo Ioãnes nuntiat, quod pertinet ad dignitatẽ eius.* Idẽ etiã multis notat Petrus Damian. ser. de S. Ioãne memoratis multis Patriarcharũ locis apud quos hæc veritas occultabatur, cõtinuatq; in hæc verba. *Veni ergo ad Ioãnẽ, & audi vocẽ exultationis, vocẽ nouitatis, vocẽ lætitiæ, misericordiæ verbũ, sermonẽ gloriæ, gratiæ largitatẽ, quod celauerat Deus, tacuerat angelus, latuerat patriarchas, propheta nescierant, penitentiã inquit, agite, appropinquavit enim regnũ calorum; verbũ penitentiæ dulce, & gloriosum, verbũ regni calorum lætũ, & adorandũ, illi soli primario cõueniens, qui primus noui testamẽti posuit fundamenta.* Vides, vt primus Ecclesię posuit fundamenta? vt primus regnũ cælorum detegit, ac diuulgat? Vnde Christus Dominus inter eius laudes insignia id annumerat priuilegiũ. *A diebus Ioãnis Baptistæ regnũ calorum vim patitur.* Matth. 11. n. 12. Vt tẽpestiuẽ notat ed loci Euthymius his verbis. *Hanc laudabilẽ violentiã incepisse dicit, à diebus predicationis Ioannis, hoc autem nunc di-*

Hieron. Matt. 3.

180.

Ioannes primus regni Dei predicator.

D Tho. Matt. 3. n. 3.

Petrus Dam.

Matth. 11 n 12 Euthy.

xit Christus in laudem Ioannis, quasi hominum salutem sit aspiciat.

Quẽadmodũ enim, qui primũ belli signũ rauca tuba personuit, omnes ab bellũ repẽtẽ cõmouet, hostibusquẽ terrorem incutit, vn de Æneid. 9. dicitur. *(noro At tuba terribilẽ sonitũ procul are ca- Increpuit, sequitur clamor, calumq; re mugit.*

Ita Ioanne primũ, tãquam sacra perstrepete tuba, ad Æmpyreã expeditionẽ mortales accẽduntur. Quapropter S. Theod. studites *Ioannẽ tubã appellat. *O beate, inquit, Ioãnes, qui Deũ significans fuisti tuba orbis terrarũ.* Ad huius tubæ sonũ omnes, vt cælũ expugnare, cucurrerũt: *Tunc exibat ad eũ Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ.* Matth. 3. num. 5. Itaq; fuit Ioãnes instar tubicinis, qui horredo sonitu animos excitabat, inferorũq; memoria perterrefieri, & totis artibus contremiscere cogebat, hoc idẽ insequat Hugo ad illa verba. *parate viã Domini.* Luc. 3. n. 4. *Predicatio (inquit) Ioannis fuit vox Christi satis terribilis, quia terribilia predicauit, quæ valde perterrent peccatores, scilicet mortis incertitudinẽ, iudicij seueritatem, æternam damnationem.*

Illud etiã priuilegiũ est pænitiẽ: vt sola regnũ cælorum possit expugnare. Quocirca dicitur. *A diebus Ioãnis Baptistæ regnũ calorum vim patitur, & volenti rapiũt illud.* Matth. 11. n. 12. vbi nõ parũ est difficultatis intelligere, in quo sita sit hæc penitentiẽ violentia, qua regnũ cælorum sub suã potestati subdere potest; id verd intellectu planũ erit audita D. Hieronymi sententia.

Virgil 9 Ænei.

S. Theod studit.

*Oratio de natali Ioannis apud S. Hieron. 3. c. 13.

181.

Tuba homines ad calum excitans. Matth. 3. n. 5.

Hugo Cardin. Luc. 3. n. 4.

182.

Eius predicatio multifariam peccatores exterruit Matth. 11 n. 12.

intelligat, quot annis Ioseph feruitatem seruerit, quot regno; tamquam premio potitus fuerit: ingressus enim fuit Ægyptū annos natus septemdecim; seruituit annos tredecim, triginta peractis adiuit imperiū, in quo fuit ad annum vitæ suæ centesimū. Quare Chrysoſtomus in eum locum. *Vidistis, inquit, quomodo maiora sunt premia, quam labores? tredecim annis certauit in tentationibus, & octoginta regnavit.* Si Deus in hoc tam breui, & tam exiguo vitæ curriculo, tam largè premia rependit; quam effusè, quam largè, quam abundè rependet in cælesti regno, in felicissimæ beatitudinis aula sempiterna? meritò cumulatam bonorum omnium copiam appropinquantis regni nomine Ioannes ottollit. *Penitentiam agite appropinquauit enim Regnum celorum.* Merito D. Gregorius Magnus, homil. 37. in Euāgelia. *Ad magna, inquit, premia perueniri non potest, nisi per magnos labores. Delectet mentem magnitudo premiorum, sed non deterreat certamen laborum.*

D. Greg.
Magn.

Adiungo Ethologiam ad morum compositionem, & ad strenuam consecutionem maximi omnium premiorum: quod Deus penitentiae paupertatiq; nec non tolerantiae persecutionum pollicetur. Porrò videtur Deus, ita se cum virtutibus, quæ sunt veræ huius vitæ beatitudines, habuisse; vt se patres familias habere solent cum nubilibus filiabus, quarum pulchrioribus tenuem; inuenustioribus dotem solent instituere pinguiorem: pende

de id in beatitudinibus. Matth. 5. inter quas duæ iniucundiores visu, & cultu asperiores à Deo parente optimo honestantur dote, ac premio ditore: altera est paupertas, altera laborum pro Christo tolerantia, siue persecutio; de illa enim dicitur. *Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum celorum.* Matthæi 5. nu. 3. de hac. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; quoniam ipsorum est Regnum celorum.* Ibidem num. 10. Cum his annuera penitentiam, cui etiam regnum celorum appropinquat: ait enim Ioannes. *Penitentiam agite appropinquauit enim Regnum celorum.* Matt. 3. num. 2. Itaque his cultu asperis, & visu minus gratis magna dos, ac premium, regnum celorum promittitur: cæteris vero, vtpote pulchrioribus premia proponuntur ignobiliora.

Matth.
n. 3.

Ibi. 10.

Virtutes
v. su. aspe-
riores, vt
paupertas
ac penitē-
tia maio-
ri premio
donantur.
Matth.
3. n. 2.

LAVREA XXXIII.

Commendat Ioannes penitentiam innocentie reparatricem. In eundem locum.

193. Penitentia penitus delet scelerum maculas.

Quid Ioannes exemplar innocentie commendaret, nisi penitentiam innocentie eiusdem reparatricem? Enim verò penitentiae virtute reparari innocentiam probat ille

locus

Ecclef.
49. n. 5.

locus in hanc sententiam perillustis. *Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam omnes peccatum commiserunt.* Ecclesiast. 49. num. 5. Vbi mirari est, & rimari, cur ij dicantur non contraxisse scelerum noxas, quos alioqui constat, ab eisdem alienos non fuisse: nam quis nesciat Dauidem, & adulterium commisisse, & homicidium perpetrasse? Ezechiam vero aliquam etiam consciuisse culpam, cum coram Babylonicis legatis thesauros suos, & regie domus ornamenta patefecit, auctores comuniter affirmant. Quæ cum ita sint, ratio querenda, & reddenda est, propter quam diuinus textus aliter, Dauidem Ezechiam, & Iosiam nihil peccasse? Eamque subdit præclaram, & luculentam Author Glossæ eo loci. *Hi tres (inquit) comparatione aliorum non dicuntur, non peccasse, quod enim peccauerunt, condigna penitentia deleuerunt,* perinde atque soli penitentiae donatum sit, peccatorum nauos, & maculas prorsus eximere, animas quæ ita puras, & innocentes reddere, vt nihil vniquam peccasse videantur.

Auth.
Gloss.

193.

Penitentia
eximit
scelerum
nauos, ac
maculas.

Cant. i.
n. 5.
Ionath.
Chald.

Quæ doctrina, & lucem, & robur mutuatur ab illo loco. *Nigra sum, sed formosa filia Ierusalem.* Cant. i. num. 5. quem locum Ionathas Chaldæus explicat de Synagoga valde nigra, ac deformi, dum vitulum aureum conflauit, adorauitque: perpulchra tamen, & decora valde, dum dolore correpta veram, ac synceram egit penitentiam. Admoue aurem, & cor ad verba Io-

nathæ Chaldæi in hanc sententiam perinsignia. *Quando (inquit) fecerunt vitulum denigratæ sunt facies eorum, sicut filiorum Æthiopia, qui morantur in tabernaculis cedar, & quando egerunt penitentiam, multiplicatus fuit splendor gloria vultus eorum, sicut vultus angelorum.* Hinc cernere erit, quanta sit penitentiae vis, quanta virtus, quæ Æthiopus, imo demones (ita nomine peccatores) commutare valet in angelos. *Angelo Ephesi Ecclesie scribe. Memor esto unde excideris, & age penitentiam: si autem venio tibi.*

Apocal.
2 n. i.

Apocalip. 2. num. 1. Et hic locus mirabilis est. Nā qui fieri potest, vt Ephesiorum Episcopus, & Angelus esset, & peccator existeret? Ait enim Textus. *Memor esto unde excideris, & age penitentiam.* Si à charitate, & à gratia exciderat, quo pacto Angelus nominatur? O penitentiae (liceat exclamare) excellentem metam orphosim, quæ sola peccatorum vilitatem commutare potest in Angelicam dignitatem! Excipe D. Ambrosium lib. de penitentia c. 21. hunc locum accuratè expendentem. *Et ecce tamen (inquit) Angelus dicitur, cui penitentiae cura conuersioq; mandatur, & ad priora perficienda suadetur, vt nihil amisisse ex totis suis meritis intimetur.* Hoc argumentum libenter amplificarem, sed affectare cogor breuitatem, propterea, quod de his, & similibus Deo dante, dicturus sum latè. ad caput 3. Matthæi.

D Amb



CURRVS QVARTVS

LAVREIS IN-
SIGNITVS EARVM

LAVDV M, QVÆ SANCTI IOANNIS
prædicationem consecutæ sunt ad
oram Iordanis.

TEXTVS EX D. MATTHEO.

TVNC exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa,
& omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab
eo in Iordane; confitentes peccata sua. Matth. 3. n. 5. & 6.
Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem
post me venturus est, fortior me est: cuius non sum dignus
calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto,
& igni. Tunc venit IESVS à Galilæa in Iordanem
ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo, Ioannes autem prohi-
bebat eum dicens. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad
me? Respondens autem IESVS dixit ei: sine modo: Sic enim
debet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Ba-
tizatus autem IESVS confestim ascendit de aqua: & ecce
aperti sunt ei cali: & vidit Spiritum Dei descendentem,
sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de
calis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com-
placui. Matth. 3. a num. 5.

EX

EX D. MARCO.

FVIT Ioannes in deserto baptizans, & prædicans bap-
tismum penitentia in remissionem peccatorum. Et egre-
diebatur ad eum omnis Iudæa regio, & Ierosolymita uni-
versi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confite-
tes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zo-
na pellicea circa lumbos eius: & locustas, & mel silvestre
edebat. Et prædicabat dicens. Venit fortior me post me:
cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calcea-
mentorum eius. Ego baptizavi vos aqua: ille verò bap-
tizabit vos Spiritu Sancto. Et factum est in diebus illis venit
IESVS à Nazareth Galilæa, & baptizatus est a Ioanne
in Iordane. Et statim ascendens de aqua vidit calos aper-
tos: & Spiritum, tamquam columbam descendentem, &
manentem in ipso, Et vox facta est de calis. Tu es filius meus
dilectus: In te complacui. Marc. 1. a num. 1. ad 11.

EX D. LVCÆ.

ANNO autem quinto decimo Imperij Tiberij Casa-
ris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha au-
tem Galilæa Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha
Ituræ, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilina te-
trarcha, sub principibus Sacerdotum Anna, & Caipha: fa-
ctum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium,
in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis. Prædicans
baptismum penitentia in remissionem peccatorum, sicut scriptum
est in libro sermonum Isaie propheta: vox clamantis in de-
serto, Parate viam Domini: rectas facite semitas eius.*

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in
cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: respon-

dit

dit Ioannes, dicens omnibus: ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni: cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, quae fecit Herodes, adiecit & hoc super omnia. & inclusit Ioannem in carcere. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & IESU baptizato, & orante, apertum est caelum: & descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de caelo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Luc. 3. a n. 1. ad 22.

EX D. IOANNE.

Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens. Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: tu quis es? Et confessus est, & non negavit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo? Elias es tu? & dixit, non sum. Propheta es tu? & respondit non. Dixerunt ergo ei. Quis es, ut responsum demus ijs, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit. Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis. Et interrogaverunt

eius

eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, ut solvam eius corrigiam calceamenti. Hac in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Altera die vidit Ioannes IESUM venientem ad se, & ait. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est, qui prior me erat, & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes dicens: quia vidi Spiritum descendentem, quasi columbam de caelo: & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex Discipulis eius duo. Et respiciens IESUM ambulans, dixit: Ecce Agnus Dei. cap. 1. a n. 15. ad n. 36.

TVNC EXIBAT AD EUM IEROSOLYMA, & omnis Iudaea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordanem, Matth. 3. num. 5.

LAV

LA REA I.

Amplificatur vrbium ad Ioannem attractio admirabilis, ex ineffabili Christi in dicendo suauitate. Super eadem verba. *Exibat ad eum omnis Ierosolyma, & omnis Iudaea.*

1. Multa Christo inerat vis ad homines ad se pertrahendos.
2. Humanum iudicium Ioannē Christo maiorem facit.
3. Omnes ad se alliciebat. (niebat.)
4. Assidē ad Ioannem Herodes ve-
5. Angelico aspectu omnes recreabat.



MIRIFICVM plane opus apparet, & mirabile, vrbes egredi solitas ad Ioannem Christo iam docente, & Iudæam longè, latequè perforante. An in Christo non erat tanta in dicendo suauitas, vt omnes ad se se traheret? Ita secum deliberat Abulensis in cap. 10. Matth. 9. 14. vbi cum quæreret, quare Apostolis innumera miracula edentibus, hominum concursus ab istis ad Christum turmatim confluerent, eiusce modi reddit responsonem. *Fuit hoc, quia in Christo erat quadam dulcedo in verbis, ita, vt omnes gauderent audientes; hoc autem donum non habebant Apostoli; ideo omnes desiderabant videre, & audire eum.* Expēditq; similiter idemmet Abulen-

Abulen.

Quanta vis inerat Christo, & quam violentia vt homines, ad se se pertraheret.

sis illud. *Cum descendisset IESVS de monte, secut. e sunt eum turba multa.* Matth. 8. nu. 1. Quare æstuosus vijs, & puluerulentis itineribus hominum hinc inde venientium agmina Christum sequebatur? Respondetquè ibi quæst. 2. in hæc verba. *Quia verba illius habebant efficaciam immutandi cor, ita vt libenter vellent homines manere diebus, noctibusq; audientes verba illius.* Quare Gilbertus serm. 20. in Cantic. *Verè (inquit) efficax est, & violenta visio tua bone IESV, que intuentium in se rapit affectus.* Nec non Diuus Ioannes Chryso- tomus tom. 2. homil. 4. in Marcum expendens quomodo Apostoli impigrè desererēt omnia ad primā Christi vocem. *Sanè, inquit, hic ostenditur nobis, quod oculi, quocquè ipsius IESV; & vultus diuinum, quiddam spirabant, & ad se contuentium oculos facile conuertebant; alioqui numquam dicente IESV, sequimini nime, secuti fuissent eum.* Quin etiā, quodcumquè Christus pronuntiabat ore id auditorum in corde inculpebat altius, & efficiebat efficacius: quamobrem idē Chryso- tomus. *Sermo ipse Domini (inquit) operatorius erat, & quodcumq; dicebat, opere efficiebat.*

Quod si isthæc erat in Christo tanta suauitas sermonis, & tam flexanima diuinæ vis eloquētiæ; quænam illa erat specie maior in Ioanne, quæ vrbes, quibus Christus intererat, ad Iordanis oras euocabat? An hinc impletur illud. *Erit magnus coram Domino.* Luc. 1. num. 32. ita planè existimo; ille enim pleno omnium ore, & rumore a populo laudatur, vt

Gilber.

Chryso.

Luc. 1. n. 32.

magnus:

2.

Christus opinione hominum Ioannē minor. D. Cle. Alexan.

3.

Omnes ad se se trahabat.

S. Nilus

S. Aug.

* lib. 5. c. 9. contra Donatum.

magnus: & Christus illius cōparatione minor existimatur. Ille Pharisæorū ferinos animos eicurabat, & mansuefaciebat, imò quasi alter Orpheus ad se se pertrahebat, vt de Christo scripsit D. Clem. Alex. sub exordiū orationis exhortatoriæ ad gētes. *Orpheus, inquit, cātu feras reddebat mansuetas, hæc est fabula Græca: solus meus cantor, id est Christus, difficillimas feras, homines mansuefecit, & lapides ipse celestis cātus in homines transformat.* Quod, & in Ioannē rectè cōuenit, qui Iudæorū cōuentus turmatim ab vr- bibus auocabat ad se se. Qua de re legēdus erit. S. Nilus Abb. in lib. Ascetico, to. 5. Biblio. *Ioannes (inquit) in solitudine versabatur, & ciuitates ipse cū hominibus ad eū cōfluebāt, & qui sericis vestibus induebātur, ad zone spectaculū cōcurrerant. Subdid manere non recusant, qui domos aureas incolebant. Omnia illis, licet insolita, tamē erant tolerabilia. nā vidēdi viri cupiditas, omnē molestiæ sensum abstergebat: virtutisq; spectaculū, labores, & incōmoda leuiabat. Adeo virtus diuinitijs antecellit, & abiecti viri miraculū ad hoc vsq; tēpus celebratur; solitarij- que laus apud omnes est celeberrima.* Et S. August. * *Nulli, inquit, prophetarū; nulli profus hominū in scripturis diuinis legimus cōcessū esse baptizare in aqua penitentiæ, in remissionē peccatorū: quod Ioanni cōcessū est. Quā mirabili gratia suspēdēns in se corda populorū, viā prepararet in eis illi, quē se Sācto predicaret, esse maiore. Vbi attēte pōderabis illa verba (suspēdēns in se corda populorū) nec populorū tātū corda pellicebat, & pertrahebat ad se se, sed etiam regnū: nā scelestissimus (quod forte miraberis)*

etiā Rex Herodes famā cōmōtus & auidissimus illū vidēdi, & audiendi ad Iordanem ventitabat, vt tuetur noster Barradius. *
Erat nimirū Ioānes Angelus, & ad angelicū intuitū mortales agminatim cōcurfabāt: eoq; viso lætitia admirabili gestiētes huius vitæ labores dememinerāt. Assuetā angelorū colloquijs S. Ludouina, quantā ex eorū aspectu lætitiā hauserit, explanat in eius vita, & eius nomine SURIUS mense April. prima parte vitæ c. 8. *Nullus, inquit, dolor est, nulla tāta animi angustia, & aegritudo, quæ non facillimè euanescat, si mihi vultū angelicū liceret cōtēplari.* Certè equidē, opinor solus Ioānis terrestris angeli visus eū adeuntiū corda animitūs ex hilarat. Ideoq; *Exibat ad eū omnis Ierosolyma, & omnis Iudæa.* Vt angelicos mores in Ioannē cōtēplaretur: quare S. Ioānes Chryso- tomus. *Nisi, inquit, sermones suos conuersatione huiusmodi comedisset, nūquā omnis Iudæa ad vocē eius exisset ad eū.*

4.

Herodes etiam ad Ioannem ventitabat. * Cōcord. Enag. to. 2. c. 2. sub finem.

SURIUS.

5.

Eius angelicus intuitus ex hilarabat aduenientes.

Chryso- tomus. homil. 3. operis imperfecti.

LA VREA II.

Ioānes diuinus Orpheus ostēditur, & vrbes, & ipsum Deū ad se se trahēs. *Venit Iesus in Iordanē ad Ioannē.* Matth. 3. n. 13

6. Ioannes Orphei vices gerit.
7. Militaris obedientia.

Hūc ades, quicūq; de Ioāne singularē laudis acroama audire discupis. Ecquod encomium non dici modo, sed fingi potest maius? Simulauerint bonis auibus veteres poetæ tanta Orpheum suauitate vocis, & tē- studinis dexteritate personuisse,

Ee

VE

vt in Thebarū exedificationem faxa pelliceret. Abeāt iā ista poetarū deliria : verus ad orā Iordanis sonat Orpheus, eoq; vocis modulamine, vt Hierosolymitanos lapides, quō in pulchriora assurgāt ædificia, ad se se pertrahat: nec temerē lapides appello, quos ipse etiā Ioānes appellat. Potens est, inquit, Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Luc. 3. n. 8 Et vero huic laudis generi adhibet vltimā manū; ultimāq; coronidē imponit, hūc diuinū Orpheū nō lapides solū, sed Deū ipsum ad se se sēpē sepius inflexisse: quod cōstat ex c. 1. Ioānis, vt scitē animaduertit Abulēsis in c. 3. Matt. q. 79. Videbat, inquit, eum sepe venientē ad prædicationē suā, cum Ioannis primò dicatur, quod bis ostendit eū Iudæis, & tunc agnoscebat sanctitatem eius in habitu, & in tota modestia vite: & ob hoc nollebat eū baptizare, iudicās indignū esse, quod vir, qui videbatur tā sanctus, baptizaretur ab eo. O diuinū Orpheū, ē celo ne te lapsum memorē, vt Iudeorū regiones lōgè latèq; habitatas ad te pertrahas, an hominē dicā terris genitū, vt ad terras, & ad te Deū ipsum inflecteres; illud in tuā laudem ore pleno personabo: quod D. Ennodius (extāt eius opera tomo excusso Parisijs in 8.) in Panegyrico Theodorici cecinit in Christi laudē. Simulastis poetæ grandia, sed fateri vos cōuenit, presentē Dominū gefisse potiora. Ego dicere in Baptisæ laudē. Simulastis poetę grandia, sed fateri vos cōuenit, presentē Ioānē gefisse potiora. Enim vero Baptistā lapides, & faxa (hæc erāt corda Iudeorū faxis duriora,

6. Ioānes verus Orpheus lapides attrahens. Luc. 3. n. 8.

Abulēf.

D. Enn.

vt appellat Ambros. lib. 10 in Luca c. 23.) ad penitentiæ celeste edificii faciebat sponte currere, & suis vltro spiritualis structure locis sic aptari, vt Ioāni Iudæos trahēti meritō cōuenire videatur id, quod Valēti Imperatori in bellica ædificij constructione accidisse narrat Themistius * his verbis. Verum imperator, Amphionis musicā quā in edificandis Thebarū manibus, ostēdit, facile superauit: diceres spē lapides ipsos, & lateres aduolui, ac sine architectis, ac lapidarijs per se murorū fabricā asurgere: tanta erat militū obediētia, & difficillimis in rebus facilitas. Hęc ibi. Facitq; ille Zachariæ locus: lapides sancti eleuātur super terrā eius Zacharię 6. n. 19. Vbi D. Hierony. In tantū (inquit) serunt leues, & in sublime nitētes, vt nō prætolētur edificatiū manus, sed ipsi festinēt imponi super sid. mentū Christi Expēde in hęc sententiā illā Iudæorū ad Ioānē ex Iordane annuentē festinationē. Tūc exhibāt ad eū Ierosolymā, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanē, & baptizabātur ab eo cōfiteātes peccata sua. Matth. 3. 5. Magnę ergo Ioānis, Orphei diuinioris, laudi vertēdū est, diuino penitentiæ modulamine traxisse ad se se non rudes modo lapides, quales cēsentur milites, qui eū pro æterna salute cōsulebāt, Luc. 3. n. 14. quales habēdi Pharisęi, qui ad illū cōkursabāt, Matt. 3. n. 7. qualis Herodes, qui a iucūdisima Ioānis voce trahēbatur etiā ad Iordanem, vt dicā Curru 5. Laureā 42. sed duodecim etiā lapides ē medio Iordanis, Dei mādato, erutos Iosue 4. n. 3. hoc est duodecim Apostolos.

D. Amb

Themist. Euphrata ab eloquentia cognominatus Euphrata orat. 10. de pace.

7.

militaris obediētia

Zachar. 6. n. 19. D. Hier

Luc. 3. n. 14. Matt. 3. n. 7.

Ios. 4. n. 3.

Nec

Nec omnino rudes, sed ex parte celestiū aquarū cursu leuigatos, ad se quoq; traxit, & vt par est credere, baptizās ad celeste ædificiū aptauit; & quod tādē inter istiusmodi laudēs corollariū est, & palmariū, ipsum Christum celestis ædificij lapidem angularem ad se se voce suauissima simul allexit, de quo lapide. 1. Petri 2. num. 6. & Ephes. 2. num. 20. & Isai. 28. num. 16. Nec semel tantum hūc angularem lapidē palæstinus Orpheus allexit ad se se, sed sēpe, vt notauit paulō ante laudatus Abulēsis illis verbis. Videbat eū sepe venientē ad prædicationē suā.

1. Pet. 2. 6. Ephes. 2. n. 20. Isai. 28. n. 16.

Abulēf.

LAUREA III.

Ad Ioannis Baptismum Christus venit, vt abluat; non vt abluatur. In illa verba. Vt baptizaretur ab eo. num. 13.

- 8. Batismate Christi aqua redduntur pura.
- 9. Christo in Iordane lauto, Ioannis sanctitas demonstratur, simul Adam veteris mali, aquis obruuntur.
- 10. Magnam laudem suscipit Ioannes cum Christum baptizat.

Christus ad baptismum nō necessitate venit sua, sed nostra: quod significāter inquit D. Pet. Chrysol. ser. 106. qui est quintus Epiphanię, ad illa verba. Dominus super aquas multas. Bene (inquit) super aquas, & non subtus aquas, quia Christus baptismati suo non seruit, sed imperat Sacramētis. Imperat verō Sacramētis, non vt sua scelera abluat: (neq; enim scelus admittere potuit) sed vt aquā lu

D. Petr. Chryso.

stret, ac mūdet, vt nostra per eā queā tabui. Ita Bern. ser. 1. Epiphanię. Ioānes, inquit, baptizauit agnū Dei, & aquas lauit, nos abluti sumus, non ille: quia nobis lavam hīs aquæ cognoscuntur ablute. Et S. Ambros. lib. 1. in Lucā. Baptizatus est Dominus, nō mūdari volens, sed mūdare aquas. Et August. ser. 39. de tempore. In Baptismo Christi nō tam lauit, quā lota est vnda, purgantur potius fluenta, quā purgant. Idē tenet Ferrull. lib. de baptismate, vnde D. Gregor. Nazian. oratione in Christi natiuitate animū inducit, Christū Dominum eō venisse, vt Baptistā mira Sanctitatis abundantia cumulātē repleret, & veterē Adamū aquis submergeret, ablueretque. Adiungo eius verba. Baptizat Ioannes, IESVS accedit, forte, vt in sim quōq; Baptistā sanctitate afficiat; procul dūbio, vt totum Adamū aquis obruat. Nequē dubitauerim, eum Christi accessū ad Iordanem Ioannis Baptistę sanctificandi, ac beandi etiā causa factum fuisse, quod est ē mēte S. Maximi Episcopi Taurinēsis, hom. 1. de Epiphania, vbi sic scribit. Ferunt, hodie Christum Dominum suscepto à Ioanne baptismate cōsecrassē fluentia Iordanis, suumque simul purificassē Baptistā. Hęc ille. Sed illud est Ioānis præconiū, supra quam dici queat, admirabile, quod Deum lauerit, qui omnia abluit. Qui (inquit Diuus Petrus Damianus ser. 3. de S. Ioanne Baptista) fluctibus immergit ipsa quoq; fluentia tergentem, & eiusdem baptismi, totiusquē mundicie lauit antheorē. Supple, etiā si ille lotionē nulla, nulla asperione indigeret.

D. Bern. 8.

Lauto Christo abluitur

D. Amb. D. Aug. Ferrull.

D. Greg

9.

Christus dū baptizatur, & Baptistā sanctitate replat, & veterē Adamū aquis obruat.

D. Max

D. Petr. Damian.

10.

Quanta Ioannis laus colligatur ex eo, quod Christum baptizat.

Ee 2

Sed

Sed antequam ad alia gradū faciam, iuvat hoc loco breuissimè disputare, qua Christus ætate ad baptismū venerit? Qua in re multæ sunt opiniones: illa mihi certior apparet, quæ ait, Christum annos natum nouem, & viginti, trigessimūq; iam incipētē ad Ioānis baptismū venisse. Ita Irenæus lib. 2. c. 39. Eusebius, lib. 1. Histor. c. 10. Lyran. Luc. 3. Onuphrius in factis anno vr̄bis 786. Pereira lib. 11. in Danielē, alijq; Lyranus citatus appellat cōmūnē, nec nō Dionysius Carthusia. Itaq; baptizatus Christus vigesimo nono ætatis anno iā expleto, inceptoq; trigesimo tredecim numero dierū. Natus enim fuerat die quinta, & vigesima Decēbris, eaq; die expleuerat annos nouē, & viginti: tredecim potest diebus, die sexta Ianuarij baptizatus est. Nā quod ait Caietanus, Christū baptizatū, antequā inchoaret ætatis annum trigessimū; repugnat Ecclesiæ, quæ baptismū Christi die sexta Ianuarij celebrat. Quod infert Diuus Epiphanius hæref. 51. & Iansenius, Christum baptizatum annos natum nouem, & viginti, expletis insuper decem mensibus; Ecclesiæ quoq; repugnat: nam inde sequitur, mense Octobris Christū baptizatum fuisse. Hieronymus verò Ezech. 1. Origen. hom. 1. in eumdē prophetā, Nazianz. orat. 39. & 40. D. Thom. 3. p. q. 89. art. 3. Theophil. Martinus Bracharēsis Episcopus in fine tom. 2. Cōciliorū c. 20. Græcorū Synodorū haud explicāt, expletisñe annis 30. annō dū expletis sit baptiza-

tus. Similiter declarāndus est Chrysofostomus, & Euthymius, & Bernardus ser. 1. de Epiphania asserentes, Christum post annū trigessimū baptizatum: non enim explicant, sit ne baptizatus post annum trigessimū expletum, an post illum duntaxat inceptum: eademq; prorsus ratione intelligendus est D. Ignatius ad Trallianos epif. 5. vbi docet, Christū fuisse baptizatū post tres annorum decades, non tamen explicat an id factum sit post tres decades omnino expletas; hæc quoad ætatis annum præstricta breuiter, iam nunc quoad mēsem, & diē, qua Christus baptizatus fuit, id vocemns in controuersiam.

Ergò ex doctrina hætenus tradita colligitur, Christum die sexta Ianuarij baptizatum fuisse, quod Ecclesia ipsa indicat in officio Epiphaniæ ad Magnificat. Sed grauisissimi nostra ætate scriptores Iansenius in concord. Cardinalis Baronius in Annalibus Pereira in Daniele, Toletus in Ioannem hanc sententiā pro sua virili reiectant: nec leui planè fūdamento. Inde enim sequitur, Christū à baptismo spatio vnus anni, nec conciones aliquas, nec miracula vlla fecisse: cōstat enim ex Euāgelio, primū miraculū edidisse in nuptijs Cana Galilææ, à baptismo verò ad vsq; nuptias integer annus elapsus est; quod à veritate videtur aberrare; nam D. Pet. apertè docet, Christū post baptismū cōcionari ceptū fuisse. Oportet, inquit, ex his viris, qui nobiscū sūt congregati, in omni tēpore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus

Chryso. Euthy. Bernar.

D. Igna

Christus die 6. Ianuarij baptizatus.

Iansen. Baron. Pereira.

Quid graues Scripsores sentiant.

Iesus,

Qua ætate Christus ad Baptismum accesserit

Irenæus

Eusebi. Lyran. Onuph. Pereira

Qua die baptizatus.

Caietan

Epiphanius Iansen.

Hieron. Origen. Nazianz. D. Tho. Theop. Martin.

Acto. I. n. 21.

Epiphanius

Tria miracula eadem die, licet non eodem anno edita.

Rupertus Bernardus Chrysol. August. D. Maximus

Rabanus Innocentius

Albinus

Magister Caietanus D. Thomas Simon Cas.

Iesus, incipiens a baptismo Ioannis. Act. 1. nu. 12. Neq; hos authores Ecclesiæ verba terrent. Nā Ecclesia nō propterea, inquit, ea die tria illa miracula celebrat, quod ea ipsa die acciderint, sensus enim verborum Ecclesiæ hic est. Hodie vinum ex aqua factum est, hodie Christus baptizari voluit. Hoc est, hodie celebrantur, quæ diuersis annis, ac temporibus acciderūt: sicuti Ecclesia canit. Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti. Quis festum Pentecostes non eadē die celebretur, quā Apostolorū animos affluit. Accedit autoritas D. Epiphaniij hæref. 51. testantis, Christum mense Nouēbris fuisse baptizatū, aquam etiā in vinū cōuersam mense quidē Ianuarij, sed quinta, nō sexta die

Est hæc opinio verisimilis: verisimiliortamē illa prior, quæ ait hæc tria miracula eodē mēse, eodēq; die, licet non eodē anno, accidisse. Quam Rupertus, lib. 3. de diuinis officijs, c. 24. strenuè propugnat, quā D. Bernardus ser. 1. de Epiphania egregie tuetur. D. Petrus Chrysol. ser. 57. & ser. 160. Augustinus, 1. de Epiphania, D. Maximus, hom. 6. de eadē Epiphania. Rabanus de institutione clericorū, lib. 2. c. 32. Innocentius 3. Summus Pontifex, ser. 1. de Epiphania. Albinus Flaccus in lib. de officijs Ecclesiasticis, cap. de Baptismo Christi. Magister historię, cap. 37. Caietanus, Ioan. 2. D. Thom. ibi & plures alij. Excipe deinde verba Simonis Cas. lib. 5. c. 1. ita scribētis. Christus à die sui baptismatis vsq; ad eundem diem

reuoluto anno nullū miraculū fecit. Nemo autē in hoc, quod dico se fallat: quoniā autoritas sancta matris Ecclesiæ longa consuetudine roborata hoc asserere me compellit: quæ illud solum, quāuis nō per scripturā declaratā in consuetudinē inuariabilē suscepit: quod à gestis, & moribus Apostolorū, atq; Discipulorū ipsa in suo ortu, & inchoatione cognouit. Eo igitur die, quò Saluator baptizatus est anno reuoluto, Ecclesia infallibilitèr hoc nobis tradente, fecit miraculū initium miraculorum. Hæc ex scriptore graui, & antiquo. Hæc sententiā, vt benè notat Baradius cōcord. to. 2. lib. 1. c. 12. Ecclesiæ verba persuadēt tergiversari nolenti. Neq; enim Ecclesia vno mēse, dieq; celebraret, quæ diuersis mensibus, ac diebus euenissent. Penitet dixisse, vna die celebrare, nam licet vna die triū miraculorum faciat mentionē, celebrat tamen diuersis: celebrat nimirum ipso Epiphaniæ die sacro Magorum aduentum, in octaua Epiphaniæ baptismum; Dominica proxima sequente aquæ in vinum conuersionem. Si ergò, diuersis diebus hæc miracula acciderunt, diuersisq; item diebus ab Ecclesia coluntur. Cur Ecclesia ipso Epiphaniæ die declarat, accidisse. Hodie (inquit) vinum ex aqua factū est: hodie Christus baptizari voluit. Itaq; mētem suam Ecclesia ipsa declarat, dum posteros docet, vna die hæc omnia accidisse, licet diuersis celebraret: Ecclesiā igitur veritatē publicatē ponē sequor: hæc illis sententiā placuit: eadē mihi per placet. Ratio verò, qua alia opinio innitatur, autoritate diluitur patrū

Declaratur Ecclesia mens.

Et 3 graui-

D. Tho

grauissimorum, Diui Thomæ in primis, cuius hæc sunt verba Ioannis 2. In primo anno à baptismo ad nuptias nihil aliud legitur dominus fecisse, nisi quod dicitur Matth. 4. de ieiunio in deserto, & de tentatione, & ea, quæ cap. 1. r. fert Ioannes de testimonio Baptista, & conuersione discipulorum. A nuptijs autem cepit publicè predicare, & miracula facere, usq; ad passionem. Similiter deliberat Caietanus Ioan. 1. his verbis. Rationi consentaneum est, ut annum, qui inter baptismum, & nuptias intercessit, exegerit Christus docendo priuatim, & conuersando saepe cum Ioanne, ut frequens de ipso testimonium redderet; & ipso Christus inchoet, docendo priuatim, monstrare, qui erat, &c. Haud aliter Rupertus Ioan.

Caiet.

Christus non statim post baptismum concionari cepit.

Barrad.

Ab anno 30. concionandi tempus erat.

1. Quapropter statuendum est, Christum à baptismo non statim concionandi munus adijisse: se prius quadraginta dierum ieiunio mancipauit; dein Nazareth in urbem patriam redijt, saepe inde Ioannem conuenit, eiusq; tandem testimonio, & autoritate celebris, animum, & studiū adiecit ad docendum: nec illa ratio inutilis, inutilis uè habenda, uoluisse scilicet explere annum trigessimum priusquam publicè docere cepisset. Anno enim trigesimo expleto concionandi munus quispiam congruentè aggredebatur, ut ostendit Barradius citato tomo. lib. 1. capit. 14. Neq; huic doctrinæ repugnat locus, pro opposita sententia allatus paulò ante ex Actor. cap. 1. ubi dicitur, cepisse Christum predicare a baptismo Ioannis; ubi dum dicit Euangelista. Post

baptismum, quod predicauit Ioannes. Manifestè declarat, non loqui se de baptismo, quem Christo contulit, sed de baptismo, quem concursanti multitudini, & contulit, & predicauit; in hoc enim, se diutius exercuit, & post hunc exorsus est Christus in Galilea palam magna populorum frequentia predicare. Ad Epiphaniij locum dic, pluris, quam Epiphaniij, Ecclesiæ autoritatem, & consuetudinem faciendam: similiter, etiã responde, si quis obiecerit Chrysostomum Ioann. 2. existimantem, Christum baptizatū Paulò ante pascha illud, cuius eo capite Ioanes meminit.

LAVREA III.

Ioannis baptizantis autoritas. In eadem verba. Ut baptizaretur ab eo. n. 13.

- 11. A Ioanne Baptista, & Euangelistam, & reliquos Apostolos baptizatos, dicere nemo ambigit.
- 12. Ioannes à Christo, & Christus à Ioanne baptizatur.
- 13. Eiusdem magnitudo, & cum Deo similitudo.
- 14. Ioannis autoritatem firmat Petri exemplum.
- 15. Ioanni se Deus subijcit.
- 16. Deo iubente, baptizandi munus aggredditur.
- 17. Obstupuit Ioannes ad officij huius dignitatem.
- 18. Unde est, quod plusquam propheta dicatur.

Con-

Tertul. lib. 4.

Matth. 11. n. 12

11.

Ioanes Baptista, & Euangelista, & ceteros Apostolos baptizasse creditur.

Barrad. Tertul.

Chryso

12.

Ioannes Christus: Christus Ioannem baptizat. D. Chry

Guerri. Abbas.

Concurfabant omnes uindicque ad Ioannem; Christum enim populares turmæ non agnoscebant; Christus vulgaris homo putabatur: Ioannes à multis habebatur, ut Deus. Unde Tertullianus; lib. 4. contra Marc. cap. 18. Interpretatus illa verba. Qui minor est in regno celorum, maior est illo. Matth. 11. n. 12. De semetipso (inquit) loquitur (scilicet Christus) qui minor Ioanne habebatur, omnibus scilicet in solitudinem concurrentibus ad Ioannem. Concurrebant uero omnes, ut baptizarentur ab eo, cumque Baptista Euangelistam Discipulum Christi charissimū, & reliquos omnes Apostolos baptizasset, ut uidere est apud Barrad. tomo. 1. lib. 8. cap. 4. consentitque Tertul. lib. de baptismo, capit. 12. & Chrysostomus homil. 1. in Acta Apostolorum; nihilominus solus Christus, & Baptista, utpote maiores, hoc munus sibi mutuo impendunt; nam quod Ioannes Christum baptizauerit, patet ex hoc loco; quod Christus Ioannem baptizet; colligit Chrysost. hom. 4. operis imperfecti expendens illa uerba. Ego debeo à te baptizari. Matth. 3. num. 14. Ostendit (inquit) quia postea Christus baptizauerit Ioannem. In eo uero, quod uicissim baptizantur, & baptizant; sunt hominū æstimatione æquales; qua laude siue cælo, siue terris nulla maior; unde uates regius. Quis in nubibus aquabitur Domino, similis erit Deo, in filiis Dei. Psalm. 88. num. 7. hunc locum Baptista accommodat Guerriacus Abb. ferm. de S. Ioanne ma-

gnifica cum protestatione laudis his uerbis. Hac utique illa magnitudo Ioannis fuit, qua inter magnos, tam magnus excreuit, quia uidelicet uirtutes suas magnas, magna omnium uirtutum humilitate cumulauit, cum putaretur summus omnium. Ideoque solus eligitur, ut Christum Optimum Maximum baptizet, ab eo uicissim baptizandus.

Quantæ uero sit dignitatis Deum à Ioanne baptizari, declaro adducto in medium exemplo. D. Petrus Damianus ferm. 1. de Petro Apostolo exaggeras magnam Petri in absoluendo potestatem. Iudicat (inquit) Petrus, & iudicia Petri confirmat omnipotens, & est in manu Petri manus altissimi. Magna laus Petri, sed Baptista maior illa, si dicas. Baptismo Ioannis se subdit omnipotens, & est sub manu Baptiste non solum manus, sed caput altissimi. Quod egregie expendit D. Bernardus, ferm. de priuilegijs Baptista. Pauet (inquit) calum, stupet terra, Iordanis aridet, mirantur angeli Dominum Sabaoth inter manus baptizantis concludi. Ita ille, & D. Cyprianus de operibus Cardin. Christi tract. de Baptismo. Quia (inquit) Filius Dei est, quem Ioannes tenet in manibus. Et Optatus Mileuitanus, lib. 4. contra Parmenian. Baptismate lotus, cum in Ioannis manibus haberetur, secutus est ordo mysterij. Vbi admirari est, & obstupescere, tres diuinas personas in Ioannis fauorem descendisse quodammodo; seque illi humano more (liceat ita loqui) amicè inflexisse, & familiariter inclinasse: nam Pater

13.

Eiusdem magnitudo, & cetero simili.

D. Petr. Damia.

14.

Ex D. Petri coparatione attollitur autoritas Ioannis in baptizando. D. Bern

D. Cyp.

Ee 4

Ater-

Aeternus ad Ioānem eo se modo inflexit, quo pater, qui excellēti magistro filium commendat erudiendum; hic enim Pater ea ipsa commendatione illi se magistro oppigneratum sentiat, necesse est; subiecit se, & inclinavit Ioāni, vt magistro Dei filius: subiecit quodāmodo & Spiritus S. dū specie colūbæ Christi, inter baptizandum, astitit in capite; notatquē ineffabilem dignitatem Chryfologus, serm. 43. his verbis. *Per hanc Ioannes (de castitate loquitur) fit Angelus in carne, caelestis in terra, & totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem.*

Chryso. serm. 43

Vt verò alias duas diuinas personas omittam. Stupendum sanē fuit priuilegium, quod inclinato Deo Ioannes maiestate verendus, manus imposuerit, quod insigniter indigitat D. Maximus hom. 3. de Baptista. *Cuius (inquit) manibus, quod nulli est prestitum prophetarum, baptizandum se Dei filius inclinavit.* Hęc Maximus. Huic autem sacrosancto muneri adhibere manum Ioānes non auderet, nisi Dei iubentis verba cogerent: de quibus Cosmas Hierosolymit. hymno in Theogoniā tom. 7. Bibliot. *Verba vt audiuit Baptista Domini, palmam extendit, manu tangens verticem conditoris sui.* Per eam enim actionem in magnā ascendebat Sacerdotalis dignitas excellentiam, quam admiratus Sanctus Andreas Hierosoly. Cretēsis Episcop. orat. de amput. capit. *Præcurf. Sacerdos (inquit) eius, qui est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quando quidem dignus est habitus, vt Sacerdotis officio*

D. Max hom. 3.

15.

Ioanni s. D. m. inclinat.

Cosmas Hierosolymit.

16.

nisi Deus suberet, non aude ret tā sa. summus aggredi. S. Andr. Hieroso

fungeretur in eius baptisate, qui Patrem audiuit, filium baptizauit, Spiritum aspexit. Et D. Petrus Damianus serm. de Baptista. *Tibi (inquit) o Ioannes datum est, quod omnibus est negatum: baptizare eum, Virgineis, Virginis filium virgineis manibus irrorare.* Et propter hoc singulare priuilegium Ioannem appellat plusquam prophetam Cæsarius Dialogo. 3. *Maior (inquit) prophetis est, quod ipsum, de quo illi vaticinabantur, vidit in carne, illiusq; verticem tetigit, quo contremiscunt vniuersa, quem omnes Patriarchæ, & Prophete per somnia, aut enigmata tantum imaginati sunt.* Et D. Maximus hom. 3. de Natiuitate S. Ioānis. *Plus (inquit) propheta, cuius tanta est prerogativa, vt vno eodemque momento, cali, terræque arbitrum submersum aquis tingeret in Iordane.* Quemadmodū enim ad vnctiōnem magni regis, aut imperatoris, non nisi dignissimi, ac nobilissimi inuestigaretur auctoritas, ita vt Christus ceremonialiter tingeretur, creatura electa est, ante omnes nobilissima, nimirum Ioannes. Ita notat D. Petrus Damianus serm. 1. de natiu. Sancti Ioannis, his verbis. *Infundit aquam capiti creatoris, creatura nobilior, & Dei verticem mortalis dextera contrectat, & contingit.* Ad quā dignitatem, Ioannes ipse cohorrui, vt perpendit in hæc verba D. Cyprianus, lib. de baptisate. *Horret Ioannes, & accline sibi esse sacrum Christi caput, non patitur: quia maiorem à minore benedici, antiquis regulis refragatur, ideoq; Deo hominem manus imponere iudicabat temerariū.* Nota aureo asterisco verba

D. Petr. Damia.

Cæsar. Dialog. 3.

D. Max hom. 3.

D. Petr. Damia.

D. Cyp.

17.

Ad huius muneris dignitatē exhorruit Ioannes.

illa

illa? maiorem à minore benedici antiquis regulis refragatur) ait enim Apostolus. *Quod minus est à meliore benedicatur,* ad Hebr. 7. num. 7. Christus ergo, vt Ioannem tollat sub sydera superis admirantibus subit formam, ac figuram minoris, vt Ioannes se maior estimetur: & propter hoc eximie laudis acroama scriptum reliquit Abulensis Matth. 11. quæst. 27. appellatum fuisse Ioānē à Christo non prophetam modo, sed plusquam prophetam. *Ioannes (inquit) plusquam propheta est, quia habuit priuilegium, quod Christum baptizauerit, quod prophetarum nulli datum est.* Quin etiam Ecclesiæ lumen Hieronymus epist. ad Algaf. quæst. 1. hanc baptizandi dignitatem Ioanni magni præmij loco concessam fuisse docet. *Ad priuilegium (inquit) prophetale etiā Baptista accessit premium, vt Dominum suum baptizaret.*

Ad Heb 7. n. 7.

Hieron. Epist. ad Algaf.

18.

Inde est, quod dicitur plusquam propheta.

LA REA V.

Continuatur idem argumentum. In eundem locum. *Vt baptizaretur ab eo.* Matth. 3. n. 13.

- 19. Christus tantum, & Ioannes mediatores nuncupantur.
- 20. Ioannis puritas laudatur, ex Virginis comparatione.
- 21. In Galileam abiens Christus Ioannis nomini consulit.
- 22. Plura de Ioanne, quam de Christi matre scripta.

Hanc baptizandi dignitatem demiratur insuper Abbas Guericus, serm. 1. de S. Ioanne. *Omnino (inquit) Saluatori proximus erat, qui sanctitate pene originali, predicatione consimili, auctoritate baptizandi, virtute patiendi ante mortales alios ei proximus accedebat.* Demiratur, & Augustinus contra Donatistas, lib. 5. cap. 9. his verbis. *Nulli prophetarum, nulli prorsus hominum in scripturis diuinis legitur concessum esse baptizare in aqua penitentiæ, in remissione peccatorum, quod Ioanni concessum est.* Hęc August. sed quid mirū est, eam baptizandi dignitatem obtinuisse eū, qui singulariter etiā cum Christo, ac excellenter inter Deum, & homines mediator extitit. Enim verò soli Ioanni, ac Christo attribuitur hic titulus à S. Grèg. Nazianzen. orat. 21. *Lucernam (inquit ille) ante lucem, vocem ante sermonem, mediatorem ante mediatorem, hoc est, eximium illum Ioannem.* Et à Cæsiano lib. de laudibus præcursoris. *Duo (inquit) mediatores aduenturi erant, vnus qui corda filiorum Israel conuerteret ad Christum; alius qui reconciliaret Patrem, proinde Ioannes mediator erat.* Ita ille. *Quo sensu multi illum destinatum dixerūt ad officium Redemptori proximum. In quam etiam Deo proximam dignitatem conuenit illa laus admirabilis, quam percēset Tertul. lib. de Monog. capit. 8. Non dubitans admirabilem Baptiste puritatem puritati Beatissime Virginis conferre. Quis enim (inquit ille) corpus Domini dignius initiaret, quam eiusmodi caro,*

Gueric

D. Aug.

19.

Solus Ioānes, & Christus mediatores appellantur.

S. Greg. Nazian. Cæsian

Tertul.

qualis

20. ex ista
sima Dei
paruo pa
ratione
colligitur
excellens
Ioannis pu
ritas.

qualis & cōcepit illud, & peperit. Vbi (imitiare) idem est, atque baptizare.

Hinc est admirabilis ille cultus, quo se vicissim Ioānes, & Christus obseruabant, & vbiq; quē se daret occasio, honorabāt. Vtq; cætera præmittam, illum locum affero in mediū, quo Christus, ne aliqua saltē ex parte Ioānis nomen, & authoritatem eleuaret, enervaretūe suæ prædicationis pondere, concedit in Galilæam. Vt cognouit IESVS, quia audierunt Pharisei, quod IESVS plures discipulos facit, quā Ioannes, reliquit Indæam, & abiit iterum in Galilæam. Ioānis 4. num 1. Animaduertit id Abulensis Matth. 8. q. 55. Vnente Ioāne Baptista (inquit) & predicante, cum Christus predicare inciperet, Pharisei dicere inceperunt, quod plures discipulos Christus faceret, quā Ioannes: quod Christus audiens recessit de Indæa, ubi erat Ioannes, & venit in Galilæam. Hæc ille. Vt scilicet eius apud omnes magna aleretur, & sustentaretur authoritas: quam etiam ob causam Deus voluit, vt in Euangelio plura de Ioāne, quā de sanctissima Dei matre scripta posteris traderentur, vt scilicet Ioānis sanctitas, & authoritas foret omnibus notissima. Subnotat id Salmeron. tomo 4. parte 2. tract. 18. his verbis. De Ioanne Precursore plura, quā de Beata Virgine scribuntur, vt Ioannis ostenderetur sanctitas, atq; exemplum.

Ioān. 4. n. 1. Abulens.

21.

Christus recessit in Galilæa Ioānis nomine, & authoritati cōsalut.

22.

Plura de Ioannis, quā de Christi matre scripta. Salmer.

23. Humilitas etiā Christum enexit.
24. Hominem perquam similem Deo efficit.
25. Christus radios splendidissimos iacit sub velamine humilitatis.
26. Maius meritum surgit in Ioanne ex humilitate, quā ex reliquis virtutibus.

IOANNES AVTEM prohibebat eum dicens, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me, Matt. 3. nu. 14.

LAVREA VI.

Quo depressior est in Ioanne humilitas, eò sublimiorem ipsum attollit.

Quo se magis Ioānes Baptista deprimebat, eò plus ab ipsamet animi submissione euehebatur, & attollebatur sub sidera. Nam eadem animi depressio, quæ Christum splendidiorem reddebat, & nobis sublimiorem; Baptistam quoque exhibebat honorificentiorē. Et sanè de Christo liquefcit, & in clarescit illo testimonio. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem propter quod & Deus exaltauit illum. Ad Philip. 2. num. 8. In quem locum Diuus Ambrosius serm. 20. in Psalm. 118. Laborauit (inquit) Apostolus demō-

Philip. 2. n. 8. D. Amb

strare

D. Amb

23.

Humilitas etiam Christū enexit.

Act. 28. n. 3-4-5. Isidor. Clar.

24.

Ad Dei æstimationē enexit.

strare quanta sit humilitatis gratia, quantus eius profectus: accipe ergo argutis auribus, si putas, quod Christo profuit humilitas sua, cui ergo non proderit? Si illum exaltauit, quem non augebit? Hæc Ambrosius. Auxit planè, & mirum in modum Baptistam fecit dignum, qui Christo baptismum administrauerit.

Non aliter, vt ipse mihi per suadeo, quò magis Apostolus in Melita insula naufragus suæ dignitatis gloriam celabat famulari seruitio, eo se clarius eius gloria prodebat: & dum se famulū ostentabat, Deus quodammodo apparebat. Cum congregasset autem Paulus Sarmenorum aliquam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera a calore cum processisset, inuasit manum eius. Vt verò viderunt barbari pendentem bestia de manu eius, existimabant, eum subito casurum, & mori; diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri cõuertentes se dicebant, eum esse Deum. Actor. 28. n. 3. 4. 5. In quem locum Isidorus Clarius accuratè notat Apostolum, per eam animi submissionem, qua sarmenta colligebat ad Dei æstimationem, reputationemq; protinus ascendisse. Vir (inquit) tantus imprimis est, qui colligendorum sarmenorum opus aggreditur, quem Deus mox quantus esset, declarauit, ita vt Deus crederetur. Id ipsum accidit sancto Ioanni Baptiste, qui, quò suicognitione profundissima deorsum plus descendit, eo sublimius, diuina Dei prouidentia ordināte, feliciter ascendit. Si enim ex Christi Domini sententia. Omnis qui se humiliat exaltabitur. Omnis

planè, qui se maximè deiicit maximè sublimabitur. Sed beatus Ioānes (inquit Sanctus Bonauēt. ser. 2. de sancto Ioanne) summè humilis fuit, vilia maxima de se sensit, vilia de se predicauit, vilia de se querentibus respondit: cum enim Ioannes tantus esset, quod credebatur à multis Messias, requisitus à Sacerdotibus, & Leuitis, se non esse Christum, neque Eliam, neque prophetam respondit, sed vocem esse dixit, quasi dicat. Quid in me erratis? Christus Dei Verbum manet in aeternum, sed vox deficit, ergò qui sic summè humilis fuit, summè exaltari promeruit. Hoc est meruit Deus haberi, & existimari.

Affero alium locū nitoris, & coloris eiusdem. Spectabilem se Christus dat Isaïæ humanis artibus indutum, & cherubinis hinc inde comitatum, quorum situm, habitum què contemplari lubet. Et duadus velabant pedes eius, & duabus velabant faciem eius. Isaï. 6. num. 2. siue proprium os, vultumquè, siue Christi faciem velauerint, quod est in controuersia in vtramquè partem verissimi li, id vnum colligo cum Chrysoftomo ad eum locum hom. 2. cū Christus se nimis submisit gerebat humanam referens formam, tunc tantis vndiquè splendoribus micuisse, eos vt angeli oculis ferre non potuerint. Alas (inquit Chrysoftomus) vice marorum obijciunt, non ferentes radios, illinc proficiscentes, & tamen id, quod apparebat, ad nostram imbecillitatem se se demittebat. Ergò ipsamet humilitas, quæ æternum Verbum humanam figuram agens clariùs efficiebat, & irradiantius angelicis

oculis;

D. Bon.

Isai. 6. n. 2.

D. Chry

25.

Christus sub humanitatis, & humilitatis involucri splendores ei aculat inaccessibiles.

oculis; Baptistam admirabiliorē etiā reddebat diuinis. Quā vnā ob virtutem meritorum culmen Iōanem attigisse credit Augustinus tract. 4. in Iōanem, vbi hæc de Baptista verba scripta reliquit. *Nullum tantum meritum habuit Iohannes, quam de hac humilitate, quod cum possit fallere, & reputari Christus, confessus est apertè se non esse Christum.*

Et Sanctus Bonauent. in Iōanem cap. 1. *Nihil (inquit) humilium isto præcone: nullum tantum meritum Iohannes habuit, quam de ista humilitate, qui cum possit fallere homines, & putari Christus (tantę enim gratię, tantęq; excellentię fuit) confessus tamen est apertè & dixit, non sum ego Christus.* Proptereaq; sponi amicus appellari meruit, vt notauit August. tract. 4. in Iōanem, his verbis. *Quantum se abiecit, & ideo multum eleuatus est, quoniam, qui se humiliat exaltabitur: & qui sic seruus Dominum agnouit, ex seruo amicus fieri meruit.* Quātoquē se plus abdidit, & abscondit, tanto clarius, Deo ita ordināte, reluxit.

Vnde S. Laurentius Iustinianus ferm. de Sancto Iōanne. *Lucerna,* inquit, *Iohannes esse dicitur, ob suam præcipuē humilitatem, suiq; contemptum. Cum enim tanta esset virtutis, vt à populo Christus crederetur, confessus est Christum, & se minime negavit, quis esset, noluit planè Iohannes se extollere supra se, ne veritati aduersaretur, & à gratia conditoris excideret.*

(.?)

LAVREA VII.

Iohannes, dum de Christi pedibus reuerentè atrectandis submissè cogitat, ad caput euohitur. *Cuius ego non sum dignus, vt solvam eius corrigiam calceamenti.* Ioann. 1. num-26.

- 27. *Operum humanarum, & sui ipsius dispiciantiam, illustrior Iohannes est.*
- 28. *Quò Iohannis dextera ascendit.*
- 29. *A pedibus ad caput euohitur.*
- 30. *Exemplo magdalis roboratur.*
- 31. *Exemplo Ecclesie à pedibus laudatur.*

QVò se Iōanes indigniorē reputabat Christi pedibus tangendis, eò se digniorē præstabat, qui ad caput ascenderet. Dum pedes attingere dedignatur, caput atrectat. Quapropter beatus Petrus Damianus oratione de Sancto Iōanne Baptista apud Lipomanum tomo 8. *Iohannis,* inquit, *manibus atrectatur caro illa sumpta de Virgine, felicitibus Baptista manibus infundenda, descendunt angeli, & calorū agrina tanta reuerentia currunt ad creatorem, baptizantemq;, & baptizatum dominantia numina circumcingunt: infundit aquam capiti creatoris creatura nobilior, & Dei verticem mortalis dextera contremitt, & contingit: pauca celum, stupet terra.* Ita ille. *Quis, quæso, Iohannem cogitantem de*

pedibus

August.

26.

Meritū in Iohanne minus ex humilitate, quā ex ceteris virtutibus.

D. Bon.

August.

27.

Ob sui contemptum fit illustrior.

29.

De pedibus ad caput euohitur.

Chysoft. Seuerus Antioch.

S. Petr. Damia.

S. Andr. Cretel.

2. Cor. 11. n. 4. S. Greg. Nyssen.

pedibus euexit ad caput? ipsamet humilis cogitatio, ipsa humilis animi submissio. Ita notat in hunc præsentem locum. *Cuius ego non sum dignus,* Chrysoft. tom. 5. hom. 38. ad populū Antioch. his verbis. *Manum, quam dixit esse calceamento indignam, hanc super caput suum Christus attraxit.* Quo respexit dubio procul Seuerus Antiochenus in ritibus baptismi tom. 6. Biblioth. Patrū illis verbis. *Accessit Iohannes tamquam Sacerdos benedictus, & imposuit dexteram suam capiti Domini sui.* Et S. Petrus Damianus, ferm. 3. de Sancto Iōanne. *Ille (inquit) se ad soluendum calceamentorum vinculum vociferatur indignum, Dominus totum corpus suum, eius manibus subiecit; cum baptisimatibus lauacrum subiturus accedit.* Et S. Andreas Hierosolymitanus Episcopus Cretenensis, orat. de amput. cap. Præcurf. *Quis, inquit, equè fuit virtutibus supra modum plenus, atq; magnus ille Iohannes? qui solus ex omnibus inter natos mulierum Sacerdos, & Baptista fuit electus ab eo.* Vbi mirari est, quod cum caput Christi caput esset diuinitatis iuxta id. *Caput verò Christi Deus.* 2. Corint. 11. num. 4. Eoq; sensu S. Gregor. Nyssenus orat. 2. de resurrect. Christi caput appellat caput diuinitatis. *Nimirum (inquit) quod caput diuinitatis locū obtinet, iuxta illud Pauli, caput Christi Deus.* Cū, inquā, caput Christi caput esset diuinitatis, ad id tamē tingendū, tāgendūq; Iohannis manus eleuata est.

Huic aliū similē explicatum apporto, nam Maria Magdalena dū nihil aliud, nisi Christi pedes cogitabat, quos præ scelerū peni-

tudine osculabatur, amplexabatur, & cōtinuis lacrymis irrigabat (sacro attestātē eloquio. *Lacrymis capit rigare pedes eius.* Lucæ 7. num. 38.) ad Christi caput meruit ascendere. Nam cū Christus cruenta iam passioni proximus domi Simonis esset, non in pedes lacrymis, sed caput Christi atrectat, & infudit vnguento: iuxta illud. *Cū esset Bethania in domo Symonis leprosi, & recuberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti, & fracto alabastro effudit super caput eius.* Marci 14. n. 3. Audiamus Hieronymum (qui tametsi duas fuisse putet istiusmodi mulieres cōtraria tamen opinio verosimilior habetur) lib. 2. *Contra Iouinianū. Quod, & due mulieres in Euangelio penitentes, & sancte significant: quarum altera pedes, altera caput tenet: tametsi nonnulli existimant, vnā esse; & quæ primum caput à pedibus, eam gradatim ad verticem peruenisse.*

Itaq; hæc est cōpendiosa via, qua sursum quisq; euohitur, humilis animi submissio. Hæc quā Deus mirificè dilaudat; propterea dilaudare aggressus Ecclesiā orditur à pedibus, hoc est ab ijs, qui se ad pedes prouoluunt. *Quā pulchri gressus tui in calceamentis.* Cantic. 7. nu. 1. Ad quem locum Legionensis ita fatur. *Infermi sunt pedes in corpore, hos tamē Deus laudibus principio celebrat, quia his nihil est sublimius in Ecclesia.* Ita ille. Quod si quæras, quidnam Sanctum Iohannem à Christi pedibus ad caput euexit? Respondeo: id insignis animi submissio fecit. Exemplo sacrę paginæ id in-

Luc. 7. n. 38.

Marc. 14. n. 3. D. Hier.

30.

Probatior exemplo Magdalene.

31.

Exemplo Ecc. sic laudata prius à pedibus.

Cant. 7. n. 1. Legion.

Ff

clarescet.

32. Exemplo Davidis. 1. Paral. 12. n. 14. Rupert.

clarescet. Recensent sacra volumina Davidis duces, & imperatores: adduntq; illa verba subobscura. Nouissimus centum millibus præerit, & maximus mille. 1. Paral. 12. n. 14. Admiratur Abbas Rupertus lib. 2. cap. 11. in Reg. lib. 1. nouum militiæ ordinem, & in præficiendis ducibus regimē infuetum: nam quis vnquam audiuit exercitissimos, & antiquissimos duces paruis manipulis, tyrones verò magnis copijs præfectum iri? sed mysteriū agnosco ex eodem Ruperto: militia nimirum Dauidica emulatur cælestem; in qua, ij, qui sunt maiores se vltro subdunt minoribus. Quia (inquit) in lege, vel ordine magni David militie, ille, qui maior est, fit sicut minor, & qui præcessor, sicut minister. Qui verò ita fit minor, coram Deo maior efficitur, & vel pluribus, vel omnibus antepositur: ac proinde pro gradu maioris, vel minoris animi submissionis, maior, vel minor fit ascensus, pluribusq; vel paucioribus antepositio.

L A V R E A VIII.

Sancta Ioanis Baptistæ in Christum vrbalitas. Super eundem locum. Cuius ego non sum dignus, vt soluam, &c.

- 32. Davidis exemplum.
33. Pauli cum Antonio comitas propalatur.
34. Eadem Ioannis cum Christo.
35. Petri subiectio stupenda.
36 Ioanis vrbalitas præit natalē diē.

Viri Sancti, & si duri in se sint, & austeri: in alios tamen suauis se præbent, & vrbanos: Abraham erga tres iuuenes, qui se illi obuios dederunt, mirè vrbanus ostenditur comitādo eos, ac deducendo. Abraham simul gradiebatur deducens eos. Gen. 18. n. 16. nobiles enim ex veteri cōsuetudine ad aliquod itineris spatium comitari solebāt; quod ex Sactę vrbauitatis regula exquebatur Abraham: quapropter Oleaster in eum locū. Sancti viri (inquit) non solum sancti sunt: sed etiam vrbauitatem norunt: abhorret Dominus a Sanctis inciuilibus. Sit etiā pro eiusdem argumenti testimonio Sancta diui Pauli Eremitæ cum Diuo Antonio hospite vrbauitas, qui, allato per alitem pane integro, de festione mutuis officijs contenderunt. Quis frangeret panem (inquit Hieronymus in vita Pauli) oborta contentio pene diem duxit in vespere, Paulus more cogebat hospitiū, Antonius iure repellebat atatis, tandem cōsiliū fuit, vt apprehenso è regione pane, dum ad se quisq; nititur, pars sua cuiquē remaneret in manibus. Hac semet vrbauitate colunt, & reuerentur vicissim supremi angeli apud Isaiam. Clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus. Isaię 6. n. 3. cur nō cōtinuo vterquē simul exclamat? cur alter alterius vocē audit, respondet S. Cyrillus Alexādrinus lib. 1. orat. 4. in Isaiam. Os (inquit) eorum plenum est faustis orinationibus, ac laudibus. Gloriam enim decantant, idquē alternis vicibus, non quia defatigantur, sed honore sibi mutuo cedunt,

Gen. 18 n. 16.

Oleast.

D. Hier.

33.

Vrbana Pauli cū Antonio contentio

Isaię 6. n. 3. S. Cyril.

& vici-

Matth. 3. n. 14.

34.

Eadē Ioanis cum Christo. Abulen.

Ioan. 13 n. 6.

Cypria.

& vicissim doxologias, ac laudationes cantant, omnia enim supera ordinate sunt, ac decenter; ordinatio verò sita est in hoc mutuo respectu, & reciproca reuerentia. Nec profus absimilis comis Christi poscētis baptismū humilitas, & hæc resalutatio Baptiste, qui cū à Christo salutaretur, & de baptismo rogaretur, Christū resalutauit his verbis. Ego à te debeo baptizari. Mat. 3. n. 14. idq; ex sancta politia fecit, & vrbauitate planè diuina, qua sacti (nō vt nos, qui ea sepe vtimur intēpestiuè) pro locis vtūtur, & vtilissimè, & iucundissimè. Excipē auribus Abul. in c. 3. Matth. q. 76. scribentē in hæc verba. Dicit potest, quod Ioannes dixit hoc ex vrbauitate, quia interdū, qui sunt magis virtuosī, deserunt honorem minus virtuosīs, vnde licet Iesus quantum ad exteriora nō videretur equalis Ioanni in sanctitate, quia tamen apparebat alicuius sanctitatis, Ioannes ex vrbauitate deserret ei hunc honore, vt diceret, ego à te debeo baptizari. Hæc Abul..

Quærit D. Cyprianus de Cardinal. oper. Christi tract. de Baptismo. Quare D. Petrus reprehenditur abluitionem recusans. Domine tu mihi lauas pedes? Ioā. 13. nu. 6. Baptista verò hic tacitè laudatur? Respondetq; his verbis. Ioanis humilitas non arguitur, nec vituperabile visum est Christo simplicitatis diffugiū, quod reuerētia, nō importunitas suggererat. Et paulò ante de Ioāne ita scripserat Cyprianus. Se ad soluendū calceamenti huius corrigiā cōfessus indignū, formidabat exhibere prælatū, si ipse in magistro sine causa tēaret, hoc agere, quod ab ipso susci-

pere necessariū dignoscebat: ideoq; tremebundus humili satisfactione postulāti ministeriū, negat assensum; nō quod obedientiā detrahat imperati, sed quod iudicio suo seruo subdi, non cōpetat maiestati Ioānes enim hoc loco egit. (O dignitatem, o singularem hominis excellentiam) prælatum; Christus subditū; Ioānes magistrum; Christus discipulū, vt alibi diximus. Certè Christus ad hanc magistri opinionem Petrū non euexerat in cēna, neq; singulariter, sed communiter honorabat, cū omniū pedes inflexus, & ingeniculatus vellet abluere, & tamen Petrus expauit, vt egregie adnotauit Ecclesię lumē Augustinus, ser. 28. ad fratres in Eremito. Ante eum (inquit) se genuflexit diuinitas incarnata, magister ante discipulum, doctus ante indoctum: ideo Petrus diuinitatem incarnatam videns ante se incuruari, expauit, exhorruit, & per canaculum, velut insensatus cucurrit, & clamauit. Non lauabis mihi pedes in aternū. Si ergo Petrus, quem Christus cōmuni cū alijs condiscipulis honore afficiebat, tam vrbauū se, & tā reuerentem exhibet erga Christū, qualē, quæso considerare debemus Ioāne, quā reuerentē, quā vrbauum, & officiosum? quē Christus tā singulariter, & insolenter honorabat, ad quē ibat inter peccatores, vt peccator ad sanctū, vt discipulus ad magistrū, vt baptizandus ad baptizatorē. Verū enim verò, quid mirū semet Ioāne vrbauū, & obsequiosū præstitisse erga Christū hac etate, qui antequā ederetur in lucē morigerus ipsi extitit, vrbauus, & obsequiosus; attē de August.

August.

35.

Petri subiectio admirabilis

D. Aug.

verba fer. 13. de tempore c. 3. *O omnipotentia nascentis, o magnificentia de celo ad terram descendentis, adhuc in utero portabatur, & ex utero matris à Ioanne Baptista salutabatur.* Et rursus paulò infra. *Salutavit Ioannes ex utero in utero saluatore.* Adde Salmeronè, to. 2. in Euag. hist. tract. 10. fol. 110. *Præ gaudio, inquit, exultavit, & in occursum eius exiliens gestiuit erupere ad honorandū eum.* Et iterū citatus paulò ante August. epist. ad Dardanū 57. circa med. to. 2. *Hæc planè exultatio inusitata, & noua extitit, quia in utero, & ad eius aduentum, qua hominū Saluatore fuerat paritura, ideo mira, ideo in magnis signis deputada, ideo hæc exultatio, & tanquam matri Domini reddita salutatio, sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante.* De huius Laureæ argumento vide, quæ diximus Curru 2. Laureæ 5.

RESPONDENS
autem IESVS dixit ei, sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam Matthæi 3. nu, 15.

LAVREA IX.

Ad quam exactam perfectionem nos Christus hortetur.

37. *Quid sit, omnem iustitiam implere.*

38. *Omnem vite sanctitatem à nobis Christus exigit.*

39. *Quare Deus secunda die benedixit.*

AIt Christus. *Sic decet nos implere omnē iustitiam quasi vt plenè perfectus eua deret, & omnibus obfruantie numeris absolutus, Ioānis manibus, ac baptismo subijci oporteret; nō quod Christus ante id operis perfectissimus non esset vnde quaq; sed si id damus, relabimur in argumentum Clemētis Alex. lib. 1. Pædagogi cap. 6. Cuius hæc sunt verba. Si erat perfectus, cur, qui erat perfectus, tinge batur? Oportebat, inquiunt, implere humanam perfectionem. Pulcherrimè. Ita enim dico simulac. ergo à Ioanne tingitur, fit perfectus, scilicet. Hæc ille. Hanc ergo, humanam professionem exercens Christus fiebat hominum opinione perfectus, qui antequam eam exerceret, erat omnium hominum perfectissimus: hanc vt optimè explicat Clemēs Alexandrinus, perfectionem diuinarum rerum exequendarum Christus significauit, cum dixit. Sic decet nos implere omnem iustitiā. Hoc est omnē legē: siue omnē re ctitudinē, vt legit trāslatio Syria ca: quo nos vtinā exēplo moueamur, vt nulla prætermittamus consilia Euangelica; Christus enim, dum implet omnem iustitiam, nos ad omnium consiliorū hortatur impletionem. Vnde Theophylactus ad illum locum. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Matt. 5. num. 20. vbi, vt multi autumant apud Maldonatum eo loco de ijs pharisæis Christus*

agebat

Salmer.

36.

Anticipata Ioānis urbani -- tas, ante qua nasceretur. Idem.

D. Cle. Alex. id.

Idem.

37.

Quid sit implere omnē iustitiam.

Theo. h

Matt. 5. n. 20.

agebat, qui legem verbo, & opere plenè decorabant, admirabundus ita loquitur. *Horresce homo, animaduerte, quanta à nobis repetantur.*

38.

Omnē a nobis Christus perfectionem exigit.

Pfal. 118

n. 4. D. Hier

Genes. 1. n. 4.

Gen. 1. n. 7.

Ibid. n. 9.

Exigit enim Christus à suis absolutissimam quādā perfectionē. Neq; enim de nihilo David ita loquitur. *Tu mādasti mādata tua custodiri nimis.* Psal. 118. num. 4. Vt enim pulchrè notat D. Hieronymus Epist. ad Paulinum. *Nihil quippe saluator medium amat, & paulò post. Nihil in te mediocre esse contētus, totum summum, totum perfectum desidero.* Itaq; rē Deus amat cōsummatā, & numeris omnibus absolutam. Sciscitatur Abulensis in cap. primū Genes. q. 18. *Cur Deus Opt. Max. in ipso mūdi nascētis exordio omnia, quæ efferebat in lucē, sua exornat laude. Et vidit Deus lucē, quod esset bona.* Gen. 1. n. 4. Et sic diebus subsequētib; cetera, quæ creabat, ea cōtemplabatur attente, & laude plenè cum ulabat: opera tamē secūdi diei cū laude, tum benedictione priuauit: quorsum ita? planè, quia in secunda die rē Deus reliquit quodammodo imperfectā: diuiserat enim aquas, quas sequēti die erat congregaturus, ait nāq; textus in secunda die. *Diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento ab his quæ erant super firmamentum* Genes. 1. nu. 7. Quia verò interim dum terrarum rotunditas aquarū inundationibus circumdata erat, erat etiam tellus inhabitabilis; ait in tertia die Deus. *Congregentur aquæ, quæ sub celo sunt in locum vnum, & appareat arida.* Ibidem n. 9. atquē hoc modo ordinata, ac

perfecta habitatione aquarū piscibus, terrarum hominibus ad fuit benedictio, quæ non nisi perfectis rebus, & omnibus numeris absolutis conuenit, ita Abulens. citatus. *Non benedixit (inquit) Deus facta in die secūda, quia benedictio datur rei cōpleta, opus autem illo die inceptum non fuit consummatū vsq; ad sequentem diē, in quo opus utriusq; diei vna benedictione benedictū est.* Amat ergo Deus impēsē res omni decoratas perfectione, ad quē perfectionis extremū decorem Abrahamum ipse Deus hortabatur. *Ambula coram me, & es 10 perfectus,* Genes. 17. num. 1. In quem locum Oleaster. *Ecce, inquit) quales Deus vult amicos suos esse, vt scilicet nihil illis desit ex ijs, quæ ad perfectionem pertinent.* Tales nos exhibeamus oportet, implētes omnem iustitiam: vt amicorum Dei numero adscribamur. Vtq; Christus nos (quemadmodum de Ioanne proximè post dicam) in prima secum persona ad numeret.

LAVREA X.

Quanto Christus honore Ioānem cumulat. In eundem locum. Oportet nos implere omnem iustitiam. Mat. 3. n. 15

40. *Brigantina domus postior, qualis, & quantus.*

40. *Quot inde Reges prodierint.*

40. *Quanti apud Lusitanos Reges fuerint Brigantijs Duces.*

41. *Singulariter Ioannem Christus honorat.*

Ff 3

Dum

Abulen.

39.

Quare Deus facta die benedictio non frandauerit.

Gen. 17 n. 1. Oleaster.

Dum Christus cum Ioane Baptista sermonem confert; sic ait. *Decet nos implere omnem iustitiam.* Matth. 3. num. 15. Dum vero cum cæteris Apostolis sermonem texit, formam loquendi immutans ait. *Vos autem, quem me esse dicitis.* Matth. 16. nu. 14. quæ sermonis differentia in quantum cedat honorem Ioanis, exemplo declaro domestico.

Aureis illis temporibus, quibus Lusitaniæ Regnum suo vigeat, ac florebat imperio; erant Brigantini Duces Lusitanis Regibus, & consanguinitate, & familiaritate apprimè coniuncti, iam inde à primo egregiæ, imo regiæ Domus positore, atque fundatore Nonio Alvarez Pereira. Hic fuit ille Lusitanorum Dux memorabilis, sub quo nostri quater intra Hispaniæ terminos aperto Marte, pauci cum numerosissimis hostium copijs, bellum conferentes victoriam reportaverunt. Sub quo deinde in Africam trajicientes Septimam arcem munitissimam (ne Mauris ea Gaditani freti parte in Hispaniam pateret excursus) armorum visus sub suam potestatem redegerunt. Quales verò ex hoc auctore, ac capite excellentissimorum Brigantiæ Ducum principes; quales, & quanti Reges, & Imperatores prodierint, ex hoc perquam brevissimo compendiolo poteris intelligere. Gratus Rex Ioannes huius nominis primus obtentis a Nonio victorijs Filium Alphonsum Beatrici Nonij filij sponsum dat. Ex his primis Brigantiæ Ducibus ab Alphonso

quinto postea institutis nata est Isabella, quæ nupsit Ioani patruo suo Regis Ioanis filio; duasque peperit filias Beatricem, & Isabellam. Illa Ferdinando Eduardi Regis filio nupta Emanuele nobis dedit omnium Regum longe felicissimum: Isabella vero nupta Ioanni Castellæ Regi filiam genuit Isabellam Reginam Catholicam Ferdinandi Regis uxorem. Ergo ex Emmanuele Rege Lusitanorum; ex Isabella deinde catholica Castellæ Regina Ferdinandi Regis catholici uxore: adeoque ex primis illis Brigantiæ Ducibus Alphonso, & Beatrice illorum proavis: & per consequens ex Nonio Alvarez Pereira primo Comite stabili Lusitaniæ genus, & originem ducunt omnes fere Christianorum Reges, principes, & Imperatores. Nepos quippe Isabellæ Regiæ catholice ex filia Carolus Quintus Imperator nostri Emmanuelis filiam Isabellam duxit uxorem Regum matrem, Imperatricemque, & Imperatorum auiam dignissimam.

His igitur stemmatum regalium splendoribus; his fulgurantis profapiæ luminibus decorati Duces Brigantiæ in tanto amore, & honore erant apud Reges Lusitaniæ, ut eos coram alijs regni magnatibus reges alloquentes non nisi honorificentissime in prima secum persona collocarent, & constituerent, sepe dicentes. *Nos ita de more facimus: cæteros deinde dynastas ad secundam personam transferetes dicebant, vos autem longe aliter.*

40.

Duces Brigantiæ quæti apud Reges Lusitaniæ facti.

Qua-

Matth. 3. n. 15.

Matth. 16. n. 14.

Qua reges Lusitaniæ vsunt familiaritate erga Duces Brigantinos.

Postior illius domus qualis, & quantus.

Quos inde Reges prodierunt.

Quapropter Brigantini Duces hunc honorem sibi met afferentes, & ostentantes, ostium Eborensis palatij marmoreis nodis (Lusitanè, nos) circuncingi vndiq iusserunt. Quod, quanti fuerit honoris, alij iudicent: hunc igitur honorem, hanc gloriam, hunc fauorem, imò tantò maiorem, quantò Deus maior est homine, Christus suo tribuebat Baptiste; cum illum alloquebatur, ipsum utpote propinquum, ac familiarem in prima secum persona collocans ait. *Oportet nos implere omnem iustitiam.* Matth. 3. nu. 15. Cæteros verò Apostolos in secunda iuxta illud. *Vos autem quem me esse dicitis.* Matth. 16 nu. 14.

41. singularè Ioanni hoc orè Deus confert. Matth. 3. n. 15. Matth. 16. n. 14.

BAPTIZATUS autem Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli: & vidit spiritum Dei descendentem, sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de caelo dicens, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Matt. 3. n. 16. 17.

LAVREA XI. Spiritus Sancti specie colubina descensus, ac vox Æterni Patris Christum filium suum testificantis, quanta cum Ioanis laude sint coniuncta.

- 42. Qui arbitrentur solum Christum & Ioannem sub specie columbæ spiritum Sanctum vidisse.
- 43. Qui aderant, & paternam vocem audierunt, & columba intuitum perceperunt.
- 44. Columba in Christi caput lapsa, quis Christus, & Ioannes essent, demonstrat.
- 45. Probat patrum sententia.
- 46. Quæ causa esset instituendi legationem ad Ioannem.

Hunc ipsum descensum diuini spiritus columbina forma, ac figura, quam D. Matthæus hoc loco perhibet, Christum vidisse supra se deuolantem; Ioannem etiam Baptistam inspexisse scribit Euagelista Ioannes, apud quem baptista loquitur in hæc verba. *Vidi spiritum descendentem de caelo, & mansit super eum.* Ioan. 1. num. 32. Porro propter istiusmodi testimonia multi sibi persuaserunt, solum Christum, ac Ioannem yna cum Christo, privilegio admodum singulari, Spiritum Sanctum columbæ specie vidisse in Christum delabi: ceteram verò turbam circumfusam littore id cernere non meruisse, ita Caietanus, Carthusianus hic, & Chrysostomus, hom. 19. in Ioannem.

Quidquid, tamen ipsi sentiât, sensus, ac consensus cæterorum omnium est, cunctos, qui aderant, & visione columbam, & auditione vocem v surpassere. Enim vero propterea caeli referati sunt, columbaque deuoluit, & vox sonuit, ut testatum foret omnibus, Christum verum esse Messiam.

Ioan. 1. n. 32.

42.

Qui putant videri Christum, ac Ioannem Spiritum Sanctum specie columbæ vidisse.

Caiet. Cartuh.

43.

Cæteri, qui aderant, et vocem Patris audierunt, & Spiritus Sancti specie viderunt.

at

at dices: satis superque erat, ut id omnes intelligerent, vocem ab omnibus fuisse auditam: quid opus erat, ut Spiritus Sanctus columbae forma descendere videretur? Id verò omnium valde intererat, ut veram de Christo Domino imberent opinionem, indebitam de Ioane deponeret; de quo tam omnes habebant, ut non Christum, sed Ioannem putarent esse Messiam, quae cogitatio ne in eorum animos altius descenderet, & maiora in dies incrementa caperet, cepit Deus ire obuiam, & descendens columbae argumentum, tamquam digito clarissime indicare, illam vocem, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Matth. 3. num. 17. non de Ioanne, de quo sine dubio eam facile omnes interpretarentur, sed de Christo esse accipiendam: eò refero illa Chrysostrami verba hom. 12. in Matth. *Columba tunc ideo apparuit, ut exienti quodammodo vice digiti filium Dei Ioanni, ceterisque demonstraret.* Ioanni quidem demonstravit, non ut opinionem mutaret. Sed ut in ea, quam de Christo firmam habebat, confirmaretur: de claravit etiam ceteris, ut eam à Ioanne ad Christum reuocarent. Et iterum idemmet Chrysostramus ibidem. *Quia vox illa, quae dixit, hic est filius meus dilectus, credebatur à multis Ioanni potius committere, neque enim adiecit, Iste, qui baptizatus est, sed iste simpliciter. Verum Spiritus Sanctus in specie columbae, et vocem traxit ad filium, cunctisque fecit esse perspicuum, quia non de Ioanne, sed de filio deberet intelligi.* Quae

Matt. 3. n. 17.

D. Chry

44.

columba de lapsa in Christica pat. quis Ioannes, quis Christus esset, in qua...

Idem.

per Christum ipsum immortalē, maior laus fingi, aut cogitari posset de Ioanne: tanta quippe erat ei nominis celebritas, tanta fama gloria, qua ceteris omnibus, & vulgi opinione Christo etiam antecellebat, ut Pater Omnipotens directione, ac speciali determinatione opus esse putaret illius vocis. *Hic est filius meus*; quod multi, & grandissimi patres inter insignia Ioannis encomia observant: inter quos recensendus erit etiam Theophylactus. *Vide-runt* (inquit) *omnes spiritum venientem super Iesum, ne putarent, quod vox, tu es filius meus, propter Ioannem dixisti, sed viso spiritu crederet, quod propter Iesum vox illa sit.* Et Epiphanius contra haeres. lib. 1. haeres. 51: *Et in Iordane* (inquit) *descendit super eum spiritus sanctus, ut indicetur, quis sit, cui testimonium perhibetur à Patre.* Et Hieronymus, Matt. 3, ubi ita fatetur. *Sedit columba super caput Iesu, ne quis putaret, vocem Patris ad Ioannem factam, nec ad Dominum.* Talis quippe erat Ioannes, ut nisi ea voce, eoque columbae descensu iret obuiam Pater Aeternus, omnes eam de Ioanne dictam putarent. Omnes enim putabant, illum esse Messiam, ut ergo peruagatus error refelleretur, de super vox Patris intonuit, ut etiam animadvertit S. Paulinus Aquileiensis aduersus Felicem Vrgelit. tom. 4. Bibliot. Patrum. His verbis. *Igitur, cum ad Iordanis aluam Ioanne comite, qui Christus existimabatur, appropinquaret, & ut sanctificaretur aquarum natura, medijs se intinxisset aquis, ut manifestus inier adoptivum, & pro-*

45.

Probatu... a Patre.

Theoph

Epipha.

D. Hier.

S. Paul.

primu

prium filium discernere, statim vox Patris intonuit. Supple; columba descendente, statim vox Patris intonuit, quod ni fieret, haud diffuaderentur hebrei; illam Patris vocem de Ioane, non de Christo intelligendam fore: adeo incensis amoris studijs eum omnes prosequerentur, adeo impensè colebant, & prae omnibus amabant, ut omnibus antelatum, postpositum nulli vellent, unde Chrysostramus, hom. 15. ex sparsis. *Passi, inquit, erant Iudaei quaedam humanam passionem ad Ioannem, indignum enim estimabant subijci eum Christo, propter multa, quae Ioannis claritatem demonstrabant.*

S. Chry

Ioan. i. n. 30.

46.

Que can... di legatio...

Luc. 3. n. 15.

Ceterum reddito hoc Spiritus Sancti, & Patris Aeterni, testimonio: Ioanneque à Christo discedente, ac ipsum Messiam esse multifariam testante, ut constat ex Ioan. i. num. 30. effusa populi multitudo, quae audierat, & magna de Christo opinionem inijt, & quam inierat de Ioane, qui ipsum Messiam baptizarat, non minuit, sed auxit; increbescente, Ergo tum Christi, tum Ioannis fama Iudaeorum principes re ex ipso Ioane cognoscere voluerunt, cum vna ex parte viderent populum, Ioannem tamquam Messiam venerantem. *Existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus.* Luc. 3. num. 15. aliaque; ex parte audirent ipsum Ioannem palam profitentem, non se, sed Christum, quem baptizauerat, verum esse Messiam. Et hinc factum est, ut consilium inirent, & legationem instituerent ad Ioannem.

MISERVNT Iudaei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad eum.

ut interrogarent eum, tu quis es? Ioan.

I. n. 19,

LAVREA XII.

De hac legatione ad literam.

- 47. *Quae cause urgentes legationis mittenda.*
- 48. *Cur Levitas, & Sacerdotes mittant.*
- 49. *Quid interueniat discrimen ad Sacerdotes, & Levitas.*
- 50. *Legationis maiestas unde splendeat.*
- 51. *Dupliciter rogat primo. Quis esset secundo. an Christus?*
- 52. *Præ humilitate Christi nomen à se amonet.*

Honorificentissimam legationem Ioanni instituit Hebraeae reipublicae concilium supremum praecleara ipsius Ioannis fama commotum; videbat nimirum hominis sanctitatem, videbat exactum tempus, ablatum sceptrum de tribu Iuda considerabat; quod, ut constat ex Genes. 49. num. 10. donec veniret Christus, auferendum non erat; dinumerabat expletas hebdomadas Danielis cap. 2. num. 25. his de causis supremum Ierosolymitanorum con-

cilium

47.

Causa impellentes ad legatos mittendos

Genes. 49. n. 10

Rupert.

cilium, quod *Sinidrim* appellabatur, legationem mittit. Quo circa Rupert. lib. 1. Commentar. in Ioan. *Nouerant* (inquit) *Iudæi ex lege, & prophetis, magnum Regem esse venturum, nec defecturum Regem, & principem de Iuda, priusquam veniret ipse, qui mittendus erat. Igitur facile persuaderi poterant, ut crederent, venisse Christum.* Cur autem Sacerdotes, & Leuitas potius, quam alios legare voluerit; indicat Chrysostomus hom. 15. Origenes, Theophylactus, Euthymius Apollinarius in catena græca, Ammonius presbyter, & alij. Quæstio nimirum erat de religione, de qua capite religionis Christo ad quam pertractandam nulli censebantur aptiores, quam Sacerdotes, & Leuitæ. Nec non, ut Ioannes facilius impelleretur ad accipiendam supremam Messias dignitatem, ad quam, ut sperabant, per cognatos Sacerdotes promptius excitaretur; ut indicat Euthymius, in cap. 1. Ioannis, ad illa verba. *Vt testimonium perhiberet de lumine. nu. 7. Perhibuit* (inquit) *Ioannes testimonium de diuinitate ipsius, cum autem Christus huius testimonio non egeret, subiungit etiam causam testimonij: addit enim (ut omnes crederent per illum) quo testimonio usus est, ut Iudæi cognati Ioannis vocem audientes per eam crederent facilius in eum, de quo testificabatur.*

43.

Cur Sacerdotes, & Leuitas miserint.

Origen. Theoph. Euthy. Appoll. Ammo.

Euthy. Ioan. 1. n. 7.

49.

Quid inter Sacerdotes, & Leuitas interst.

tiabantur ritu, Leuitæ minore ceremoniâ: Sacerdotes peragendis sacrificijs; Leuitæ inferioribus templi ministerijs erant destinati, ut videre est Exod. 28. & 29. Sunt ergo in hac legatione primarijs factorum administris adiuncti Leuitæ; quemadmodum solene est præcipuis legatis alios aliquantò minores adiungi, homines videlicet doctos, grandævos, & maturos, quorum consilio, prudentiaq; primores legati iuuentur. Eodem spectat, non aliunde eos, quâ Ierosolyma mitti, ubi erat omnis religionis autoritatisque domicilium, ut Theophylactus, & Euthymius adnotarunt. Itaque siue legatos ipsos consideres; siue eos, a quibus mittuntur: siue locum; unde veniunt, siue personam Ioannis; ad quam eunt, siue negotiū ipsum; cuius causa proficiscuntur, omnia planè grauissimam, & amplissimam legationem efficiunt.

Erat verò valde rationi consentaneum; ut grauissima foret legatio, utque nobiles legati ad Ioannem prænobilem accederent: inuitaretq; ad Supremum illius Reipublicæ regimen non hominem vulgarem, sed claris ortum parentibus. Querunt grauissimi doctores, quibusnam de causis tantam lætiam concepit animo Pharaos tantumque gaudium aulici omnes præstulerunt ex aduentu fratrum Ioseph in Ægyptum? An quia manibus munera præferebant? minimè. Cur verò? Videlicet, ex fratribus agnouerat Pharaos antiquitatem familiaris Ioseph, quem rebus suis præ-

Exod. 28. & 29.

Theop. Enthy.

50.

Gravitas legationis unde colligatur.

posuerat:

Tu Pharaon, tum eius aulici, ob nobilitatem Ioseph, magnopere relatiatur

Genes. 45. n. 16

Catena Græca.

51.

Prima interrogatio, an esset Christus, secunda, quis esset? Ioan. 1. n. 20.

posuerat: agnouerat aulici eius, cui in omnibus obtemperabant, generis claritudinem, & amplitudinem, & idcirco tantam hauserunt animis voluptatem: nobilibus enim viris non nisi nobiles præfici debent; ingens voluptas tum Pharaonis, tum eius aulicorum illis verbis exprimitur. *Auditumque est & celebri sermone vulgatum in aula regis. Venerunt fratres Ioseph: & gavisus est Pharaos, atq; omnis familia eius.* Genes. 45. num. 16 causa verò paulò ante assignata declaratur in Catena græca super Genesim his verbis, *Nec mirum, agnouerat ille non seruum ignobilem rebus suis præposuisse: sed ingenuum ex antiqua prosapia. Alij verò, quod libentius tali præfesto populus obtemperabit.* Nobiles enim non nisi nobilibus libenter obediunt. Unde Hebræi, tum ob causas alias, tum ob præcipuam nobilitatem Ioannem regem præficere magnopere appetunt, de quo argumento infra a num. 66.

Accesserunt ergo istiusmodi legati, & interrogauerunt eum, *Tu quis es?* Cur autem non rogant, an sit Christus, quod caput erat legationis, sed generalitèr, tu quis es? Alij aliter respondēt. Mihi verò probabilius videtur, quod & alij magis probauerunt, primam interrogationem fuisse, an ipse esset Christus? Hoc enim ex prima quoque Ioannis response colligi potest; qui statim confessus est, se non esse Christum. *Et confessus est, quia non sum ego Christus.* Ioan. 1. num. 20. Quia verisimile est, Supremum concilium Sacerdotibus in mandatis

dedisse, ut interrogarent eum, an Christus esset, & si fortè negaret, rogarent rursus, quis esset? Euan gelista vnâ legationis partem maximè generalem pro tota legatione posuisse videtur; quod in sacra pagina non est nouum. Illud verò est valde nouum, & Sancti Augustini iudicio valde mirabile, tanta animi submissio ne floruisse Ioannem, ut cum Messias posset haberi supremam tamen dignitatis excellentiam recusauerit. Bibe auribus Augustini verba. tract. 4. in Ioann. *Tanta* (inquit) *excellencia erat in Ioanne, ut posset credi Christus esse. Et in eo probata est humilitas eius, quia dixit, non esse Christum, cum posset credi esse.* Et rursus ser. 22. de Sactis. *Quid est* (inquit) *maius testimonium veritatis, quam se humiliando, eum agnoscere, cui emulando potuit inuideri? putari Christus potuit & noluit.* Potuit verò Christus existimari, tum ob causas alias, & supra iam dictas, & amplius infra commemorandas, tum ob inhabitatam tandiu solitudinem, spretasq; paternæ domus delicias, quemadmodum Pharaos Moysem venerabatur, ut Deum, eo quod aule delicias, ac diuitias spreisset, & in solitudinem recessisset. Unde S. Ambrosius expendens illa verba. *Constitui te Deum Pharaonis.* Exod. 7. n. 1. *Eum,* inquit, *qui regiam matrem, auleque blauditias spreuerat, non ut hominem, sed ut Deum iure horrebat Pharaos, non quasi hominem, sed quasi Deum ipsum.* Horrere verò ad reuerentiâ spectat: horrescimus enim ad rerū diuinarum præsentiam.

52.

Pro humilitate Christus haberi non potest.

D. Aug.

Idem.

D. Amb. Exod. 7. n. 1.

LAVREA XIII.

Quare hæc legatio fiat per homines, & autoritate, & nobilitate pollentes. Super eundem locum. Miserrunt Sacerdotes, & Levitas ad eum. Ioan. 1. nu-19.

53. Rogatorum nobilitate, & auctoritate flectuntur homines:

54. Auctoritatem Iosephi ab Arimathia respexit Pilatus.

55. Illustratur exemplo Balaam.

VT rex Balac prophetam Balaam pelliceret, & inflecteret, transmisit ad illum nobiles legatos, ut ostendit ille textus. Rursum ille multo plures, & nobiliores, quam ante miserat, misit. Num. 22. num. 5. Quorsum nobiliores, & splendidioribus in ea republica honoribus perfunctos legationi destinat? Id utique fecit, quod prophetam auctoritate flecteret in suam sententiam. Docemur (inquit Oleast.) multa facere ob multitudinem, & propter nobiles que non essemus alias facturi. Hac arte utitur hebraea respublica: ex ordine Leuitarum, ac Sacerdotum lectissimos, & eloquentissimos ad Ioannem transmittit oratores, ac legatos, quod ille facilius summum in terris honorem a tot, ac talibus hominibus oblatum accipiat: nobiles enim viri auctoritate sua, & nobilitate plurimum ubique valent; sit testimonio nobilis Ioseph ab Arimathia, qui in

Num. 22. n. 5.

53.

Intercessores, & multitudine, et auctoritate morales inflatu solent.

præmagnis illius reipublice tumultibus freris auctoritate sua conuenit Pilatum, orauitque; & Iesu corpus impetrauit. Venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu; hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: tunc Pilatus iussit reddi corpus. Matth. 27. num. 57. vbi Lyranus impetratum Iesu corpus refert ad nobilitatem, & auctoritatem Ioseph. Qui (inquit) Ioseph erat homo valens, & nobilis, propter quod Pilatus petitioni eius voluit acquiescere. Eius nobilitatem conceptis verbis exprimens Marcus. Venit (inquit) Ioseph ab Arimathia nobilis decurio. Marc. 15. n. 43. deferens scilicet Iosephi nobilitati honorem.

Non aliter facturum Ioannem putauit summum Ierosolymæ concilium visa coram nobilissimorum Sacerdotum præstitissima legatione, & nobilissima Leuitarum spectata corona: valde enim mouet nobilitas, & animos huc illuc potenter inflectit. Quarit Abulensis, quare prædictus paulo ante rex Balac spreta prima secundam instituit nobiliorum legationem ad prophetam Balaam? Respondetque; quæst. 6. capitis 22 Numer. Potest (inquit) dici, quod Balaam poterat persuaderi, & ad hoc inquisiuit Balac magnam persuasionem, scilicet honorem excellentem: nimis enim immutat humana corda honor, potissimum corda generosa, & animos ad magna eleuatos: quamquam ergo prius recusasset Balaam ire in Moab, cum tamen videret secundos nuntios multo excellentiores prioribus in magno honore venientes ad eum mouerent.

54.

Auctoritati Iosephi ab Arimathia Pilatus annuit.

Mat. 27. n. 57. Lyran.

Marc. 15. n. 43.

Abulen.

55.

Formatur exemplo Balaam.

tur viscera illius. Præuenit ergo Ierosolymitanum Concilium, & præoccupat Ioannis animum, ac ne supremam Messiae dignitatem recuset, nobilissimos suæ gentis, ac tribus Sacerdotes ad eum amplissima legatione transmittit.

Ille tamen præ admirabili constantia, nihil eo legationis splendore mouetur. Quod vnum præ alijs mirari iubet Guericus Abbas, serm. 3. de S. Ioanne, his verbis. Mirentur alij, quod filium baptizare, Patrem audire, Spiritum Sanctum videre meruit, quod denique ad mortem pro veritate certauit, & ut ad inferos Christum præcurreret, ante passionem Christi, Martyr Christi fuerit: mirentur (inquam) hac alij, si tamen est, qui digne possit mirari. Nobis, non solum miranda, sed etiam imitanda proponitur eius humilitas, qua maior se credi, cum potuit, noluit: imò credentes, ne errarent, quantum valuit, contempsit. Ita ille. Adde Rupert. lib. 3. de diuinis officijs, cap. 11. Agitante (inquit) vento Pharisæica interrogationis, hæc scintilla splendide veritatis emicat de flamma ignis diuini, qui calebat ardens, & lucens in sacra mente Ioannis.

Guerr.

Ruper.

LAVREA XIII.

Tentatur Ioannes oblata suprema Messiae dignitate, In eodem locum.

55. Quid de Christo existimauerit diabolus in tentatione.

57. Romanorum ordo bellandi. (tia.)
58. Adami ruinam honorum fecit appetere
59. Dignitas, & quæsitæ, & oblata periculosa est.

Quare ad Ioannem supremam mittit legationem? Quia ille penitentiae dignitate, & peregrinae sanctitatis opinione ad Messiae existimationem proximè accedebat. Notat id Ammonius Alexandr. in Harmonia Euangeliorum, tom. 3. Biblioth. Patrū. Ioannes (inquit) Zachariae filius accessit, tanta vite sanctimonia cultusque austeritate, ut à Iudeorum primoribus dubitatum sit, non esset ille Christus, legatione ad sciscitandum veritatem decreta. Vel, quia Hebræorum principes induerunt animum, virum addo sublimem, & ultra humanæ fortis metas præuolantem probare oblata dignitate omnium longè maxima; utramque rationem assignat Oleast. in cap. 16. Numer. Pharisæi (inquit) videntes Ioannem parum à Messia distare, offerunt ei, aut potius tentant, an nomen Messiae desideret. Non aliter diabolus cum Christum considerasset quadraginta dies, & quadraginta noctes ieiunantem, eum aggreditur tentatione omnium fortissima, nimirum, monarchia oblata regnorum omnium. Ostendit ei omnia regna mundi, & dixit illi, hæc omnia tibi dabo. Matth. 4. n. 9. Notat id Oleaster. paulo ante citatus his verbis. Diabolus de monarchia Christum tentat, quia putauit eum magnum virum, qui facile monarchiam ambire posset.

Itaque diabolus eam videtur inuisse rationem pugnandi cum

Ammon.

Præstrinuntur aliquot causas huius legationis

Oleast.

Matth. 4. n. 9.

56.

Quid diabolus Christum tentans de eo cogitauerit.

Liuius.

Christo, quam Romani cum hostibus inire solebant: nam teste Liuius, lib. 1. ab vrbe condita, sic acies ordinabatur. Primo loco hostes aggrediebantur hastati milites, qui si hostem populfare non valerent, sensim repedantes, à principibus scutatis, quos ante pilanos vocabant in interualla ordinum recipiebantur: principesquè in eorum vices succedebant, hastatis post eos sequentibus: quod si a principibus etiã non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, vnoquè omnes agmine, iam nulla spe post se relicta, procurrebant in hostem. Hinc factus est locus pro uerbio, vt dum res eò adducitur periculi, vt extremo conatu, summisquè viribus sit enitendum, rem ad triarios rediisse, dicamus. Hoc modo pugnasse videtur diabolus cum Christo primo enim hastatus, ait. *Die vtriusque panes fiant.* Matthæi 4. nu. 3. & certè hasta in sacra pagina apertam tentationem significat; vt interpretes adnotant in hasta Gigantis Goliath. 1. Regum 17. num. 7. Eoque loco, ac certamine diabolus suam primo aperuit tentationem.

Secundò principes educit diabolus in aciem, hoc est viros glorie amantes, & honoris cupidos: quales principes esse solent. His pugnans. *Statuit cum supra pinaculum templi, & dixit ei, si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Matthæi 4. n. 6. Tandem venit ad triarios, extremoquè conatu, & summis viribus enitens; ostendit ei omnia

regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. *Hec omnia tibi dabo.* Ibi. nu. 9. & vt citatus Oleaster adnotauit. *Tentauit eum de Monarchia, quia putauit eum magnum virum, qui facile monarchiam ambire posset.*

Porro his cum Christo, quem non satis agnouerat, machinis vsus, cum Ioanne non ita se diabolus habuit; nouerat utique martium Ioannis vigorem multis, iam in solitudine tentatum congressibus, & probatum luctis; nouerat pectus adamantinum: ideo prioribus omisis tentationibus terrarum omnium per ministros pharisæos oblata monarchia tentat fortissimè: ideo pharisæorum principale concilium Baptistam, & ex sanctitatis, & ex oraculi testimonio magnum summa monarchia, & Messie dignitate maxima probant, & tentant; que tentatio quantum sit virium aperit ingens hominum principis ruina, de qua Diuus Cyprianus, lib. de ieiunio & tentatione. *Malum hoc (inquit) Adam in paradiso pulsauit, & strauit, cum subiectionem, quam Deo debebat, fastidians appetijt dominatum, & cum vellet esse: sicut Deus, sine Deo se vidit, & nouit.* Qua nimirum via putauit, se ascendere potuisse; eadè fecit ingētē sui, & suorum ruinā: nec minus nocet, que siti honoris appetētia, quā oblate dignitatis acceptio, quod fuit in causa, vt & Ioannes hodie oblata Messie dignitatē repudiaret. Et Christus regnorum omnium monarchiā procul reiecta uerit. *Vt patet (inquit citatus Cypri.) quod sicut perceptoris est altitudo quaesita, ita, & periculosissima est oblata.*

Ibidem. n. 4.

D. Cyp.

58.

Adami, ex appetentia honoris, ruina.

59.

Dignitas in oblata, in qua sita periculosa D. Cyp.

Ideo-

57.

Modus pugnandi Romanorum.

Matth. 4. n. 3.

1. Reg. 17. n. 7.

Matth. 4. n. 6.

Ibidem.

Ideoquè Sanctus Ioannes verus Dei legatus oblatam dignitatē renititur, ac reluctatur accipere: ne dignitate fallente desipiat in superbiam: nam vt ait idem S. Cyprian. Epist. 55. in Edition. Pamel. *Exaltatio, & inflatio, & arrogans, & superba iactatio, non de magisterio Christi, qui humilitatem docet, sed de antechristi spiritu nascitur.* Sed iam inquirendum, quare Iudæorum Senatus Messiam Ioannem appetunt, Christum reiiciunt Ad mores aliquot reddo rationes, singulas titulis distinctas singularibus.

LAVREA XV.

Ioannem Hebræi Messiam optant, quod eum sibi subditum, non imperantem volunt. Super eundem locum.

60. *In rubo Deus apparet, ne Hebræe in idololatriam incurrerent.*

61. *Vitiosos Deus finxit antiquitas, vt voluptati indulgeret.*

Quæro quorsum Hebræi Ioannem Messiam renuntiare, & regem publicare gestiunt? Certè vt ipse Messias renuntiat, hoc ipso nomine eis deferret, eorumquè optatis annueret, eo quod ab eis, & pereorum industriam in eā euectus esset dignitatem.

Hoc eorum læuum genium,

& ingenium præposterum, ac finistrum Christus agnouit, cum pastos conuiuio admirabili au fugit ne se Regem, quod meditantur, acclamarent. *Iesus ergo cū cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Ioann. 6. num. 15. quare nunc ef fugis IESV suauissimè, quos paulò ante peramanter associabas, & vnanimiter aggregabas? nimirum, quia illi ideo te in Regem euehere volebant, vt non honori tuo, sed vtilitati sue confulerent: vt tu illis hoc factum, & hanc regalem potestatem deberes: vtquè hanc tibi collatam gratiam quotidianis gratijs, ac beneficijs compensares, illiquè proinde rerum omnium abundantia florerent, ac regnarent, tu vero eorum deinde auarissimæ cupiditati inferuies. Ita Abulensis in capit. 21. Matthæi quæst. 45. subiungens rationem ob quam Ioannis 6. rex acclamari recusat, quem honorem Matthæi 21. inter applaudentes, & acclamantes. *Hosanna filio Dauid:* libenter excipit. *Fuit (inquit) quia volebant constituere eum Regem, quasi ab eis acciperet potestatem Regni per hoc, quod eum constituerent: talem autem constitutionem in Regem Christus detestabatur, quia ipse erat maior hominibus, & naturaliter erat Rex eorum, & Rex omnium Regum terræ. Apocalip. 1. quomodo ergo vellet, potestatem, quam ipse habebat, accipere ab alio; & potestatem quidem, quam super omnes habebat, accipere à paucis, & super paucos: valde enim in hoc suā potestatem*

Ioan. 6. n. 15.

Abulen.

Quare Christus fugit homines, qui eum Regem acclamare volebant.

Gg 2

minueret:

minueret: ideo tali modo numquam vellet honorem accipere: unde talem honorem non solum recusavit, sed etiã fugit.

In eam nimirũ homines dementiã veniunt, vt non ipsi Deo subditi esse velint, sed, vt sibi Deus subijciatur, exoptãt. Quærit Lyranus; quam ob causam Deus olim Moyfi in rubo paruit? Apparuit ei dominus in flamma ignis, in medio rubi. Exod. 3. n. 2. cur nõ in incorrupta cedro, cur non in aliqua arbore permagna, circũquaq; patulis diffusa ramis? excipe Lyrani responsionem. Erat populus Israel ad idololatriam pronus, & ideo apparuit in flamma, qua non potest imagine figurari, & in rubo sine vepre, vt in Hebræo dicitur, quia in talibus non potest imago fieri, ne populus Israel qui venturus erat ad locum illum, ratione dictæ apparitionis aliquid faceret, ad idololatriam pertinens. Erat enim ea natio ad vefaniam idolorum admodum procliuis, velletquẽ effingere sibi, & effigiare ex ea arbore Deum aliquem, quẽ fabricationis, dolationis, picturæquẽ, aut cælaturæ nomine sibi subditum potius haberet, quam superiorem.

Huc illud trahes. Surge fac nobis Deos, qui nos precedant. Exod. 32. num. 1. quasi dicant, Deos optamus eos, qui nostro ductu, auspicioquẽ fiant, qui nostro auro argentoquẽ consentur, qui nobis id debeant, nobisque proinde morem gerant, qui nihil eorum, quæ petierimus, denegent, memores, quod nostro sint pretio, ac labore facti: hac philantix, & proprij commodi via

incedunt, quicumquẽ alios promouent ad publica munera, prefecturas, ac dignitates priuati magis, quam publici commodi intuitu; ijquẽ aptissimẽ adumbrantur eo idolo, ac ligneo simulacro de quo sacer textus. Lignum de saltu præcidit opus manũ artificis. Ierem. 10. num. 3. vbi Lyranus pulchrẽ notat, eo ligni genere significari genus hominum, qui alienis meritis; manibusquẽ, & humeris potentiorum euehuntur ad celsa munia reipublice; idquẽ, vt videmus sæpe fieri, magnis promouentium fallacijs, & artificijs, proptereaquẽ dicitur in sacro textu. Opus manuum artificis. Talis enim promotio, inquit Lyranus, est ab hominibus, & non ab Spiritu Sancto. Nam qui illi manum porrexerunt, erexeruntquẽ suis, non publicis vtilitatibus, nouis, & peregrinis inuentis artificiosissimẽ consuluerunt, vt notauit idem Lyranus super illa verba. Argento, & auro decorauit illud. Quia, inquit, tales promotores promouent eum ad congregationem auri, & argenti, vt habeant partem sibi. Hęc videlicet eos pacit spes lucri capiendi, hac spe freti ea uana simulacra citra merita in dignitate sustentant: ideoquẽ pauld post dicuntur hæc vanissima simulacra humeris, & manibus portata. In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. Ibi num. 5. Portata, addit Lyranus, tollentur, nam a promotoribus inconuenienter sustentantur, quia incedere non valent per viam morum. Dũ verõ hoc genus

hominum

Ierem. 10. n. 3.

Lyranus.

Exod. 3 n. 2.

Lyran.

60. Apparuit Deus in rubo, qua in idoli affirmari nõ poterat

hominũ dignissimũ, quod deturbaretur a dignitatibus, indigne sustentari sciũt, sustentãtes se colere, venerari, & adorare coguntur, oblitũ debite suo muneri grauitatis, ac dignitatis. Enim verõ accepti beneficij cõseruatq; cognitio, ac memoria cohibet animos, deprimitq; Christiano præfule dignã potentiã, Vnde Dauid ait. Obmutui, & nõ aperui os meũ, quoniam tu fecisti. Psal. 38. n. 10. vbi Ecclesiæ iubar Augustinus addit. Quoniam tu fecisti me. Quid enim validiores frenos homini potest injicere, vt homo ipse taceat, & totis artibus contremiscat; quã ea vna cogitatio, quod à Deo sit conditus, & concreatus? hos ergõ frenos impij suis dijs adhibere conantur, dum tales tantũmodo adorant, quales suis manibus queant fabricari. Quapropter Nazianz. Epist. ad Nemesium affirmat, illos, vt patrociniũ vitijs suis haberent, vitia dijs suis affinxisse. Vitijs, inquit, etiam ipsis sacra instituitis. Ex quo illud efficitur, vt nõ solum impunitũ maneant, quod uis crimen, sed etiã laudabile, atq; honestũ habeatur; velut Deo, qui id coluit, gratum, & incundum. In eãdemq; sententiã loquitur idẽ S. Greg. Nazianz. oratione in sancta lumina, affirmãs, eos propterea vitiosos Deos sibi delegisse, vt peccatum dein nõ probrosum foret, sed honorificum. Vt (inquit) non modo crimine careat, sed præclarum etiam, ac diuinum censeatur. Non modo ergõ Deos fabricantur, sed tales effingunt, ac tam impios, vt omnem impietatis speciem eorum actio nõ rememorata ephemeride co

lorare, & cohonestare possint: eãq; ob causam Iudæi Christo obiectabant. Tu facis te ipsum Deum. Ioan. 10. n. 33. quasi dicerent, nos eum solum volumus adorare, & venerari Deum, quem nos ipsi faciamus, ideoq; ad Ioannem legationem mittimus vtriusq; nomine senatus, & ciuilib, & facti, interrogantem. Tu quis es? Ioann. 1. n. 19. vt si ille Deus, & Messias esse velit, hoc vnum sciat, eius honoris summi, dignitatisq; supremæ nos, & authores, & principes habiturum; nobisq; semper eo nomine fore debitorem: istiusmodi delusas hominum cogitationes Deos debitores sibi, ac beneuolos exoptantes sugillat Tertull. Apolog. cap. 3. his verbis. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit, homo iam Deo propitijs esse debet. In hos singulatim Deus inuehitur apud Dauidem. Existimasti iniquẽ, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Psalm. 49. num. 21. vbi Augustinus. Quia (inquit) mala facta placent tibi, placere putas, & mihi; Deum, quia non patris ultorem, vis habere participem: & tamquam corruptum iudicem, præda socium vis habere. Hęc ille. Quid aliud est (Exclamat indignabundus Seneca lib. de breuitate vitæ) vitia incendere, quam auctores illis inscribere Deos, & dare morbo, exemplo diuinitatis, excusam licentiam.



Ioan. 10 n. 33.

Ioan. 1. n. 19.

Tertul.

Psal. 49. n. 21. D. Aug.

Seneca.

Psal. 38. n. 10. D. Aug.

D. Greg. Nazianz.

61.

Deos vitiosos gētes effingunt, vt suis vitijs blandiretur, Nazianz.

LAVREA XVI.

Iudæi montanum Mesiã exoptant, vrbane nequitie infcium. In eundem locũ.

- 62. Deum mortales expetunt habere, qui sua vitia non scrutetur.
- 63. Cur alij lunam, solem alij venerentur?
- 64. Dij habentur, qui vitiorum licentia alijs sunt exemplo.
- 65. Huius rei exempla varia.

HEbræi errauerunt ab vtero; quapropter Christum videre refugiunt inter eos, habitantem, & Christi loco Mesiã auidè cupiunt habere. Ioãnem vrbes auersantem: montanum Deum votis omnibus appetunt, vrbane reieciunt: agnoscendo deprauata hominum genia, & ingenia, quæ id numen optant, quod ea, quæ perperam fiunt in vrbibus, haud videat, haud puniat.

Hoc malo æstro perciti aliqui mortales lunam sibi deam instituerunt, magno cæremoniæ fastu colendam: de quibus Ieremias. *Filij colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres cõf pergunt adipem, ut faciant placentas regina celi.* (hoc est lunæ) Ierem. 7. num. 18. Alij verò simili agitati delirio Soli erexerunt aras, de quibus Iob. *Si vidi solem cum fulgeret,* Iob. 31. num. 26. Ideo verò hi solem sibi adorandum delegerunt, vt nullum nocte nu-

men venerantes effrenè se vitijs dederent: illi verò è contrario lunam sibi cooptarunt in deam, vt internoctu simulatum numè colerent, interdum impunè peccarent, in quam sententiam luculenter vnus præ omnibus Sãctus Cyrillus Ierosolymitanus Catechesei 4. ita loquitur. *Cum itaq; ab errauerint quidam ab vno Deo, diuersemodè multi sentiebant: ac alij quidem solem ponebant, vt occidente sole, noctis tempore sine Deo essent; alij verò lunam, vt in die Deum non haberet.*

Alij verò, & si pro omni tempore deos sibi delegerant, at nõ nisi eos in veneratione habebant, qui sibi explendarum libidinum præluxissent exemplis: huc vana Romanorum venerunt, dum male suadã Venerem, turpem Iouem, cruentum Martem, Mercurium fraudulētum, aliorumq; exempla vitiorum irreligiosissimè colebāt. De quibus Minutius Felix in Octauio. *Quid loquar Martis, & Veneris deprehensum adulterium, & in Ganymedem Iouis stuprum calo consecratum? Quæ omnia in hoc prodita, vt vitijs hominum quadam authoritas pararetur.* Cum enim vitia natura sua sint ignominiosa elaborarunt mortales, vt illis diuinam conciliarent auctoritatem. *Vt* (inquit August. lib. 2. de ciuit. cap. 14.) *Tamquã auctoritate diuina sua sponte nequissima libido accenderetur humana.* Qua propter Lactantius Firmianus, libro 1. de falsa religione cap. 16 ita inuehitur in Deorum, imo vitiorum cultores. *Quid mirum si ab ea gente vniuersa vitia manarunt, apud quam ipsa vitia religiosa sunt, eaq; nõ*

S. Cyril. Hieroso

63.

Cur solẽ alij, alij lunam deo venerẽ.

Minut. Felix.

August.

Lactant

64.

ij adorantur, vt Dij, qui peccandi exemplo præluçit.

modo

62. Deum homines habere cupiunt eũ, qui suauitiam nõ agnoscat.

Ierem. 7. n. 18.

Iob. 31. n. 26.

Nazian.

modo non vitantur, verum etiam coluntur. Quod Sanctus Gregorius Nazianz. orat. 3. apolog. in dignissimum putat hominis dignitate. *Indignissimũ est* (inquit) *quod qua legibus vindicantur, ea illi, vt diuina, venerantur.* Ad aras porrò peccata ipsa confugerunt, vt in demnitatem, impunitatemquè obtinerent: quod Nazianz. orat. ad Nemesiã grauitè expendit, cuius nos verba laudauimus laurea proximè superiore.

S. Cyril. Hieroso

65.

firmatur exemplis

Idem.

Deridet hanc stultitiam D. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesei 6. *Incorporeus est Deus, & vnde adulteria arguuntur eorum, qui apud ipsos dij vocantur? Taceo Iouis in cygnum mutationes: pudet dicere illius in bouem transformationes: non decent enim Deum mugitus: machus apud Græcos Deus esse dicitur, & non verentur.* Haud absumili farentes infania, tum idem Romani, tũ Græci effusæ ebrietatis authorẽ Bacchum aris erexerunt; *Pudet dicere:* inquit Cyrillus Hierosolymitanus Catechesei 6. *vinum datũ est, vt exhilaret cor hominis, & Bacchus pro Deo celebratur.* In eam vsq; dementiam deuoluti sunt homines, vt vinum numinis loco habeant. Propterea verò, id excogitauerunt, vt Deum suum sui sceleris haberent patronũ. Subiungit deinde S. Cyrillus Hierosolymitanus. *Abundauit autẽ ad eõ fornicatio idololatria, vt feles, & lupos, & canes pro Deo adorauerint; & leo hominum vorator pro Deo humanissimo adorabatur.* Quid quæso eximia hominum ingenia eõ perpulit amentia? eõ cæcitatũ, & ignorantia ad eõ miserabiliter rede-

git? male suada fames extatandarum nequissimarum voluptatum, quæ cum Sanctissimis Dei legibus obtemperare nequeat, eos deos colit, qui sibi met obsecundent: qui si dij forent, non concupiscerent; vt egregie edisserit Athenagoras philosophus in sua pro christianis legatione de Dijs gentium. *Si dij* (inquit) *essent non concupiscerent, imo etiam si Deus carnem prouidentia diuina assumeret, nõ deberet tamen, aut ne posset quidem in ipsum cupiditatum seruitus cadere.* Id in Christo factum cernimus, qui humanam naturã sic extulit, & sublimauit ineffabili diuinitatis adhæsiõne, vt omnis, etiam leuissimi, sceleris redderet immunitatem.

LAVREA XVII.

Hierosolymitani legati Ioannem Mesiã habere præoptant, & quia nobilem; & quia ex tribu Leuitica, ac Sacerdotali.

- 66. Christus, vt abiectus contemnitur.
- 67. Ignobilem populum nobiles debent regere.
- 68. Mores nobilium quãdam excellentiam sibi vendicant.
- 69. Nobiles ad imitationem cogunt posteros.
- 70. Viri Iuda festinant ad vngendum Dauidem, quia eiusdem tribus erat.
- 71. Christus etiã in suos benignior.

Gg 4

72. Di-

72. Dives epulo, si minus in se, at in suis volebat extolli.

66. Christus contemnitur, ut ignobilis.

Am eo tempore Christi fama ceperat inclarescere; cum tamen eius nobilitas non apparet, eum Iudaei deridebant ea illusione. Non ne hic est filius fabri, non ne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & sorores eius nonne omnes apud nos sunt. Matthaei 13. nu. 55. Cur parentum nomina Pharisaei contemnendo recensent? Respondet Diuus Petrus Chrysológus, ferm. 48. Ne (inquit) in ipso videatur diuinitas, ne Deitas sentiat carnalium parentum nomina commonet, & diuulgat. At Ioannem, quem nouerant ex Sacerdotali tribu, quem erat cognatione regie permixta, originem trahere clarissimam, venerantur, suspiciunt, & propere adorant. Nihil enim aequè homines plerumque fastidiunt, quam subijci imperijs ignobilium.

Matt. 13 n. 55.

D. Petr. Chryso.

Abuléf. Deuter. 1. n. 15.

67.

ignomini, & ignobilitate populo praeficiendi sunt nobiles.

Quaerit Abulensis, in caput. 1. Deuter. quaest. 7. ad illa verba. Tuli viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes. Deuteron. 1. n. 15. Quare non nisi nobiles heroes effreni populo Moyses praefecit? Respondetque in haec verba. Quia cum homines paruae conditionis magne multitudini dominantur, aliqui animosi eius dominati se subijci non ferentes, dissensiones faciunt. Iam vero si nobiles praepnantur, & si gentis ingenium turbulentum sit, & seditiosum, facilius edomatur. Facit alia, quam reddit ibi Abulensis, responsio; quia facilius homines tolerant aliquem nobilem genere eis dominari, quam aliquem ple-

Abuléf.

beum, & maiori reuerentia tenentur. Hac enim de causa Aegypti Rex Pharaon, eiusque aulici magnam ceperunt animo laetitiam, ubi, descendentes in Aegyptum fratribus Ioseph, ipsum nobilem esse intellexerunt, qui publicas res ratione, & consilio administrabat, quod exemplum hoc Curru nu. 50. retulimus.

Praeterea nobilium exempla sunt clariora, quibus vulgus trahitur facillime. Hanc tertiam rationem assignat Abulensis citata, quaest. 7. Quia (inquit) magis noti sunt mores nobilium, quam ignobilium, quia propter generis altitudinem, famosiore sunt.

Sed quare supremum Hebraei rei publicae concilium, non nobiles alios, quam Sacerdotes legat ad Ioannem? Fortè, quia ipsi Sacerdotes erant ex eadem Tribu cum Ioanne, eamque propterea legationem ipsi Sacerdotes ambierunt, ut, & Ioannem facilius allicerent, & ipsimet Ioannis moribus, atque exemplis prope domesticis suauiter traherentur. Quia nobilitas (addit Abulensis) quamdam necessitatem videtur imponere hominibus, ut strenuos mores sui generis insequantur. Vbi notabis illud, sui generis, hoc enim Sacerdotes mirifice demulcebat, si & Ioannes moribus referret antiquissimorum Sacerdotum (qui in Leuitica tribu floruerunt,) eximium vite splendorem, quo ipsi Sacerdotes, ac Leuitae, si minus in se, at in Ioanne rege, & Messia instituto, non sine caeterarum tribuum inuidia perpetuo gloriarentur.

68.

Mores nobilitatis, & spe etabiliores.

Idem.

69.

Necessitatem imponunt potestatis nobiles sua exempla imitandi.

Quaerit

Quaerit in hanc sententiam Abulensis quare soli viri ex tribu Iuda Dauidem vixerunt in regem. Venerunt viri Iuda, & vixerunt ibi. Dauid, ut regnaret super domum Iuda. 2. Reg. cap. 2. nu. 4. Respondet Abulensis ibi quaest. 4. Verbis eiusmodi. Ex affectione, quia cum esset de Tribu sua, essetque vir bonus, & regno dignus, magis volebant eum sibi praesere, quam virum alterius tribus. ita ille. Indagat rursus, ibi quaest. 5. Quare secundo vixerunt iam semel vinctum. 1. Reg. cap. 16. n. 13. Estque; luculenta in nostram sententiam eius responsio, quae sic habet. Prima vinctio non fuit specialiter, nunc autem viri Iuda vixerunt eum specialiter sibi in regem. Vt scilicet, suum esse indicaret, ex sua tribu, patria, origine, societate denique, iunctissimamque familiaritate. Nec dubito, quin similibus cogitationibus instigati Sacerdotes, ac Leuitae simulac Ioannem ex Tribu Leuitica esse cognouerunt, festinarent, obtentaque legatione letitia gestientes venirent, ut quibus possent obsequijs Ioannem ad Messiae dignitatem ineundam pellicerent; persuasi, regem, ac Messiam sibi, quam caeteris aliarum tribuum beneficentiorum semper, & beneuolentiorum fore. Neque haec cogitatio erat a ratione prorsus aliena, nam etiam Christus consanguineis suis se praestitit in vita benigniorem, si vera est causa, quam aliqui reddunt apud Abulensem Matth. 9. quaest. 120. specialis fauoris, quo Christus, duos fratres Iacobum, & Ioannem arcte semper amplexus est. Ex

2. Reg. 2 n. 4 Abulen.

70.

Viri Iuda festinant ad vinctum Dauidem, quia erat ex eadem tribu.

1. Reg. 16. n. 13

71.

Christus etiam in suos indulgentior.

Abuléf.

quadam (inquiunt) affectione, quam Christus ostendere voluit cognatis suis.

Volebant tandem Ioannem Baptistam ad supremam dignitatem euehere, ut, & Leuitica tribus caeteris gloriosior esset, & ipsimet Sacerdotes sui Regis gloria pluris deinde apud caeteros estimarentur: sciscitatur Cardinalis Caietanus, ex quo fonte oriatur apud inferos ille misericordiae riuulus, ex ore diuitis epulonis eructans. Rogo te pater (Abrahamum alloquebatur) ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Luc. 16. num. 27. Quenam haec est in homine damnato caritas? Ea scilicet est, quae suam non aliorum felicitatem amat, quae si minus in propria persona, at in alia, quae ad se se quouis modo spectet, appetit extolli: audias Caietanum ad eum locum. Appetit suos esse, qui euadant miseriam, ut vel sic, hoc est in suis exaltetur. Haec Sacerdotes, & Leuitas cupidus incitabat, ut Ioannem ad accipiendam supremam dignitatem modis omnibus hortarentur, ut nimirum si non in se, at in homine suae tribus sublimaretur, ideoque quotquot potuerunt, ut hoc assequerentur, vti sunt artificijs, ac blanditijs, ut scriptum reliquit Chrysostomus hom. 15. in haec verba. Quia Ioannes continue ad Christum mittebat volentes magis Ioannem habere magistrum, mittunt ad eum, opinantes per blanditias eum allicere ad confitendum, se Christum esse. Haec Chrysostomus.

Luc. 16. n. 27.

72.

dices epulo, si minus in se, at in suis volebat extolli. Caietan

Chyso

LAV-

LAVREA XVIII.

Ioannes vocatus ad regnum, quia in eo regalis erat veritas; regalis autoritas.

- 73. Multa in Ioanne autoritas.
- 74. Veritatem in pectore Sacerdos habebat.
- 75. Obcecatur Pilatus veritatis iubare.
- 76. In veritate retinenda consistens vigor,
- 77. Quam verus debeat esse Rex.
- 78. Verba Regis, ut iuramentum.
- 79. Quam veri debeant haberi Regis sermones.
- 80. Ioannes tam verus, ut illi de se ipso dicenti fides haberetur.
- 81. Potiori iure veritas, quam Regum figura in nummis servari debet.

Tanta erat in Ioanne dictorum factorumque constantia, ut omnes persuasum haberent, verissimum fore, quidquid ipse de se diceret: iudeoq; legationem miserunt ad illum. Non autem mitterent (inquit Augustinus tract. 4. in Ioanem) nisi mouerentur excellentia autoritatis eius. Hanc ultra ordinariam propeque diuinam autoritatem demiratus Chrysostomus hom. 15. haec ait. Sic autem fidedignum estimaverunt esse Ioannem, ut ei de se ipso dicenti crederent. Vnde dicitur, ut interrogarent eum, Tu quis es. In quam sententiam recte accomodaueris, quod de Ioanne dixit

Augustinus in questionibus noui testamenti quest. 58. Tanta (inquit) sanctitate praeditus est etiam ab ipsis cunabulis Ioannes, ut nec falli, nec fallere credatur.

Sanè nulla re magis dignus erat Ioannes regni sceptro, quam incredibili veritatis amore; hac olim Deus Aaronem Pontificem Maximum, in eoque ceteros consequentes Pontifices, ac Sacerdotes honorauit. Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quae erunt in pectore Aaron. Exod. 28. n. 30. In quem locum Philo Alexandinus lib. de iudice scripsit in hanc sententiam. Quid in vita est aequè preciosum, ac veritas? Quam Vates sapiens inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis Pontificia, ubi est principalis vis animae, ut Sacerdotem per hoc ornamentum augustiorem faceret. Quid enim tam augustum reddere poterit summum Sacerdotem, quam veritatis insigne, pectore pro ornamento insertum?

Hoc insigni pectoris ornamento, hoc velut stemate regali Ioannes exultat, eoque legatorum vanos retundit impetus, Christo similis afferenti. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Ioan. 18. n. 29. Vbi ponderare est, veritatis nomine tremefactum fuisse praesidem, & foras exire coactum; vix enim Christus coram apparuerat, cum sacer textus in iungit, Exiit ergo Pilatus ad eos foras. Ibidem num. 29. Et rursus cum Christus inferret sermonem de veritate. Iterum (inquit textus) exiit ad Iudeos. Ibi num. 38. Veritatis nimirum splendore per-

August.

Exod. 28. n. 30. Philo. Alexan.

74.

Veritas in Sacerdotis pectore intulabat.

Ioan. 18. n. 29.

Ibidem.

Ibidem.

strictus

Bernar. Prouer. 3. n. 13.

75.

Pilatus veritatis iubar oculis sustinere non potuit.

Ioan. 1. n. 7.

Ioan. 1. n. 19.

Prouer. 12. n. 19.

Lyran.

76.

In tueda veritate constantia

strictus abcedat, quod insigniter adnotat Bernardus, fer. in illud. Beatus, qui inuenit sapientiam. Prou. 3. nu. 13. Reuerberata (inquit) acie protinus resiliuit, & rursus non sustinendo protinus egressus est. Quasi ipsam veritatem maiestate admodum verendam non potuerit oculis sustinere. Huic Christi de veritate testimonio, testimonium simile reddit Ioannes. Fuit hominis a Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine. Ioan. 1. num. 7. Hoc hodie praesertim testimonium perhibet legatis hebraeae reipublicae amplissimis. Et hoc est (inquit Euangelista) testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad eum. Ioan. 1. num. 19. Testimonium nimirum firmum, ratumque, & constans, quale iam ante reddiderat. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Prouer. 12. num. 19. vbi Lyranus subnotat dictum fuisse labium non labia. Quia (inquit) non variatur de vno in aliud. Hoc in legatorum facies euibrato splendore deferbuerunt a prima illa interrogatione, an Ioannes esset Christus, ad caeteras declinantes.

Proptereaque; ut paulò ante dicebam, re nulla magis dignus apparebat Ioannes reipublicae clauo sceptroque; quam testimonij constantia, stabiliq; eiusdem, quam ante publicauerat, veritatis asseueratione: veritas enim regalis virtus aestimatur. Nobile exemplum subijcio. A Iosepho Aegypti prorege exposcitur Benjamin, eumque Ruben a parentis am-

plexibus auellere conatur, obstringens suam fidem verbis illis. Duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi. Gen. 42. nu. 37. Nec magis incepto Iacob sermone mouetur, Quasi si dura flix, aut stet Marpesia cau-

Mouendus tamen mox ad illa verba Iudae. Nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in omni tempore. Gen. 43. num. 9. Quorsum Iacob vnus verbo mouetur, immotus ad alterius repetitas praeces? Nimirum mouetur Iacob Iudae promissione, quia rex erat Iudas, a rege autem mendacium procul abest, regem veritas comitatur: hanc reddit insignem rationem Venetus tom. 1. sect. 4. de Ioseph. quest. 274. Iacob (inquit) tandem compulsus nulli ex filiis voluit credere Benjamin, nisi Iuda, quia regium sceptrum, & regium verbum erat in Iuda: verum enim debet esse verbum regis. Vt enim grauius dixit Bernardus. Epist. ad Principem Theobaldum. Regi simpliciter dicere iurare est, & leue mendacium graue periurium imputatur. Quare Socrates oratione 1. apud Lipsium, & Ribadaneira de virtutibus principum dicere non dubitat, verba principis, perinde ac iuramenta, esse debuisse. Quam longe ergo Ioannes aberat a mendacio, tam proximus erat merito ineundi regnum. Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae. Psalm. 118. num. 106. Quare iuramento propositum addit super propositum enim iuratio potius debuisset adiungi. Dicti emphasim explicat Augustinus eo loco his verbis. Hoc appellat iuramentum, quod

Gen. 42. n. 37.

Gen. 43. n. 9.

77.

Quanta in Rege veritas in esse debeat

Venet.

Bernar.

78.

Verba regis habenda pro iuramento

Psalm. 118. n. 106.

August.

Statuit

statuit per Sacramentum, quia ita debet esse mens fixa, ut sit omnino pro iuratione, quod statuit. Id nimirum regem (qualis erat is, qui loquebatur) decet: indequē est, ut rex Theodoricus apud Cassiodorum lib. 3. Epist. 44. ita scribit. *Relena te nunc animos, quia non minus est, quod nostris verbis, quam quod horreis continetur.* Tam certa enim esse debent verba Regū, ut de eorū fide nihilo magis dubitemus, quam de ijs, quę sub manu, & sub claue domi nostrę possidemus.

Ita plane rata, firmaq; & certa erant Hebręorum omnium opinione verba Ioānis, ut omnes eius dictis potius, quam si rex aliquis loqueretur, stare vellent: ideoquē ipsum ad regis, ac Messię dignitatem, vel adulatorijs fraudibus ardebant euehere. Excipe verba Sācti Ioannis Chrysofomi homil. 15. ex sparsis in Ioannem. *Turba, inquit, ex ignorantia ad hanc venerunt suspicionem, ut Ioannem Christum aestimarent: hi vero à maligna mente ex qua interrogabant eum, aestimantes per blanditias attrahere ad hoc, quod volebant, eum: nisi enim excogitassent hoc, responderenti, non sum ego Christus, dixissent: non hoc suspicati sumus, non hoc venimus interrogaturi.* Ita Chrysofomus; sed hanc amplius de summo in Ioanne veritatis amore cōceptam opinionem in lucem, & in oculos omnium educit idem S. Ioān. Chrysof. hom. 15. in Ioā. his verbis. *Tanta autoritatis, ac tā verum Ioannem arbitrabantur, ut non solum de alijs testimonio, verum ipsi de se ipso crederent: neq; enim, nisi ea esset sententia, ipsum interrogatum mi-*

sissem, quid de se diceret: nostis enim, quod de se dicentibus, his dumtaxat maximē fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur.

Propterea proclamatur ad omnes reges Rex omnium sapientissimus Salomon. *Non decet principem labium mentiens.* Prouerb. 17. num. 7. Ac si dicat nullum tam deforme monstrum gignitur in rerum natura, ac mendacium in ore Regis. Nam ut scitē deliberat Sanctus Thomas opusculo de principum eruditione. Rex vno mendacio Deum offendit, seipsum dedecorat, ac suis parat scādalum. Porro si Rex Theodoricus apud Cassiodorum. lib. 7. variarum edicto cauet, ut integri conseruentur publica authoritate sub regali effigie excussumi, potiore planē iurē, quę excuditur in Regis ore veritas, integra semper, ac salua conseruari debet. Audias regem Theodoricum. *Omnino monete debet integritas queri, ubi, & vultus noster imprimitur, quid nam erit, si in nostra peccetur effigie? Sit mundum, quod ad formam nostrę serenitatis adducitur: claritas regia nihil admittit infectum.* Iam vero si nihil infectum, nihil imperfectum esse debet in regis imagine extra regem posita, quomodo toleranda erit aliqua imperfectio, non in regis, sed in Dei ipsius imagine, qualis censenda est veritas, nec in cuiusuis, sed in regis, qui etiam Deum representat, ore formata. Ideoque D. Thomas proximē citatus mendacem regem appellat mentitā, & adulteratam monetam, aliaq; multa prefatus, itatādē loquitur.

Cassiod.

79.

Quā certū esse debent verba regis.

Chryso.

Idem.

80.

Ioānes tā verus, ut illi de se ipso dicenti fidē haberent.

Prouerb. 17. n. 17.

Cassiod.

81.

Si regis imago in summis expressa integra seruari debet, quid veritas?

Cum ergo princeps non velit unum de denarijs suis esse falsum, quomodo velit seipsum falsum esse, & mendacem? Et subinde. *Qui (inquit) loquitur mendacium diaboli figuram gerit, & imaginem.* Vi de de hoc argumento nostrum Salazar. Prouerbior. 17. num. 7. nostrum etiam Torres in sua principis philosophia lib. 7. cap. 1.

Adde pro complemento huius laureę, S. Franciscum Xauerium alterum nostri cęli luminare maius, & filium parenti Ignatio penē parem, quem Pontifex maximus Urbanus VIII. in bullę suę canonizatione *Indorum Apostolum* appellare non dubitauit, tanta apud Orientales Indos sanctitatis, & incorruptę veritatis opinione floruisse, ut Indorum sapientes Brachmanes, ac Sacerdotes in Concilium cōuenerint disceptaturi, an Xauerium in Deorum numerū referre debuerint: in eamq; tandem deliberationem venerint; ut legationem ad illum, (sicut Hebręi ad Ioannem) facerent, rogareturquē Xauerius de se ipso, hominē mortalis, an Deus esset immortalis? facta insuper sponcione, eius ut postea dictis starent: adēo magnam de eius tum sanctitate, tum incorrupta veritate opinionē conceperāt. Scribitq; in suo itinerario Petrus Ordoñez accepisse se hoc ab Indorum Sacerdote, qui legationi interfuerat. Vide Ioānem Eusebiū in Historia S. Ignatij cap. 37. ut iure optimo Xauerio accommodare possis id, quod S. Ioannes Chrysofomus scripsit de Baptista. *Tan-*

ta autoritatis, ac tam verū Xaueriū arbitrabantur, ut non solum de alijs testimonio, verum ipsi de se ipso crederent. Neq; enim, nisi ea esset sententia, ipsum interrogatum misissent, quid de se diceret: nostis enim, quod de se dicentibus, his dumtaxat fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur.

ET CONFESSVS
est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. Ioa.

I. nu. 20.

LAVREA XIX.

Exemplo Ioannis contemnendę sunt dignitates.

- 82. *Magnum periculū, dignitate fungi.*
- 83. *Quare peritus scriba ab Apostolorum grege deiciatur?*
- 84. *Nouissimē Diabolus ambitionem Christo; ut presentissimum venenum obtulit.*
- 85. *Oranis mundi honos Diaboli est.*
- 86. *Diaboli artificium quale.*
- 87. *Dignitatem oblatam, non solum reiecit, sed detestatus est.*

EXpauit ad hanc legationē humilis Ioannes; quippe qui nouerat, sublimes dignitates frequētibus ruinis, & casibus insperatis esse obnoxias, *Excelsus* (inquit Hierony. Dan. 3.) *periculosus stat.* Imo animaduertit

Incorrupta Xauerij veritas:

Ioannes Eusebius

Chryso.

D. Hier

D. Hila.

Hilarius Matth. 4. Christum servatorem optimum non nisi doctrinæ suæ, & disciplinæ nostræ causa in pinaculum Salomonici templi sublatum, nec suis ascendisse pedibus, sed alienis manibus, & humeris baiulatum. Nemo (inquit) extollit se ad scilicet altitudinē, nisi ducente diabolo, non volens Christus ascendit, sed ut tibi ostendat exitū metuendum, ut demonstrat ruinā periculum, quod omnes gloriantes subsequi solet. Quod ad deo verū est, ut etiā in Pontifice Maximo ritē electo, & in suprema terrarū dignitate constituto legitimē, & vt reor, inuite, is erat Inocentius, subtimeret casum, & subuereretur ruinā D. Bernard. Epist. 237. ad ipsum data. Et si (inquit) nomē Patris deposui, sed non timorem, considero gradum, & casum vereor.

Quid ni timenda sit ingens precipitatio in eo, qui cuiusuis ambitionis gradibus ascendit? An non ideo ab Apostolatu iniuriosè propellitur ille prædoctus scriba, qui Matth. 8. tacitā illā interposuit, & suburbanā precē. Magister sequar te, quodcūq; ieris. Ibidē n. 19. ad quē locum Abul. q. 57. rimatus causam, reddit istiusmodi.

Quia (inquit) non erubuit petere rē magnā, scilicet fieri Christi apostolum, & habere dignitatē apud eū. Ideo mirū eum Christus in suorū numerū cooptare noluit: sed illa semouit seueritate, quæ suos vbi vis essent, erat cōsecutura. Vulpes foveas habent, & volucres celi nidus, filius autē hominis nō habet, vbi caput suum reclinet. Ibidē n. 20. Certē si Ioānes oblatam Messiaē dignitatem acceptaret, vel nō oblatā ap-

82.

Quantum dignitatis sit periculum.

D. Bern

Matth. 8. n. 19.

Abul. q.

83.

quare ab Apostolatus dignitate docuit scriba deturberetur.

Ibid. n. 20.

peteret, eū Christus nō à Præcursoris dignitate modo, sed ab amicorum albo expungeret. At ille, qua erat ad contemnendos honores animi promptitudine, hoc nervosissimum diaboli telū, demittendo caput, elusit, nervosissimū dico, & fortissimū telū, quo armatus Archidemō Christū laessere ausus est, offerens ei omnia regna mūdi. Vt, inquit D. Hilarius, quē neq; cibo pellexerat, nec loōmouerat, nūc vel ambitione corrūperet. Sed quemadmodū hęc haesta illæsum Christū pertrāsijit, ita Baptistā intactū præteruolauit, & vt Christus dæmonis ventum difflauit eo respōso. Vade retrō Satana. Matth. 4. num. 10. ita Baptistā hanc legationem multa polentem autoritate submissis responsionibus à se repulit, & nos Ioannis pariter, & Christi exempla deberemus æmulari illud citati Hilarij præ oculis semper habentes. Præbuit huius responsionis effectu magnum nobis Dominus exemplum, vt contempta humana potestatis gloria, & seculi ambitione postposita solum meminisset Deū, & Dominum adorandum, quia omnis seculi honor diaboli sit negotium. In quo ille negotio incredibili animarum iactura lucra sibi maxima conquirit: nam quemadmodum insignes aliquot luctatores in ipso luctæ feruore, ac discrimine norunt aliquod supplantandi, aut fallendi genus, & artificium, quo aduersarios facilē, & subdolē superent, ita diabolus, vbi ambiciosos ad honoris culmen euehit, certissimum habet impellēdi, & præcipitandi artificium:

D. Hila.

84.

extremū Christo diabolus ambitionē opponit, vt fortissimum telum. Matth. 4. n. 10.

D. Hila.

85.

Omnis saculihonor diabolinegotium.

86.

Notandū diaboliarificium.

de quo

Psa. 117. n. 13. Hugo.

Salmer.

87.

Oblatam dignitatē nō solum nō accepit, sed reiecit.

de quo illud. Impulsus eversus sum, vt caderem. Psa. 117. n. 13. Notandum, inquit Hugo, quidquid est in summo, si impellatur, de facili precipitatur, & ideo diabolus libenter ponit homines in dignitatibus. Et propterea Sanctissimus Ioānes non solum oblatam Messiaē dignitatē non admisit (quod satis erat, vt & diabolū eluderet, & tentationem profligaret) sed execratur insuper, & abominatur, quasi cōmissum scelus, quod notauit Salmerō, tom. 2. Euang. hist. or. tract. 22. his verbis. Illud est singulare, & admirabile, quod oblatam Messiaē dignitatem non solum non admisit, nequē silentio de illa amplectenda consenserit; verum etiam constanter, quasi abhorrendo usurpate dignitatis scelus, ut quē flagitium, dixit, non sum ego Christus.

ET INTERROGauerunt eum: quid ergo? Eliases tuus? Et dixit, nō sū. Propheta es tuus? Et respondit, non. Ioā. 1. n. 21.

LAVREA XX.

- Humilis se nemini præponit.
- 88. Nos docet Christus, vt non primum locum eligamus.
- 89. Phariseus elato superbia tumore bonorum iacturam fecit.
- 90. Dolus palestricus vt faciliē alios euincat.
- 91. Per superbiam Lucifer ruina irrepabili iactatur.

AD Christi mentē, atq; consilium se Ioānes effugiavit; quæ Christi mēs, quod consilium? illud. Recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: amice ascende superius. Lucæ 14. num. 10. Expendo cum Diuo Bernardo. fer. 87. in Cant. Non consuluisse Dominum, vt præter primos aliquem caterorum nobis locum eligeremus, sed vt vltimum, & omniū nouissimum omnibus votis amplecteremur. Propterea (inquit) non mediocrem, non penultimā, nō ipsum saltē inter nouissimos eligere locū nos voluit Dominus, sed recūde (inquit) in nouissimo loco, vt solus videlicet omniū nouissimus sedes teq; nemi ni, non dico præponas, sed nec cōparare presumas. Talis reuera extitit Ioānes, qui se neq; Eliæ cōfert, neq; Prophete cōparat. Absimillimū verò extitit ille Pharisæus, qui, quia se publicano homini, quoad munus, abiectissimo antetulit; omniū suorū meritōrū edidit ruinā; vt disertè animaduertit Chrysofostomus hom. 2. in epist. ad Timotheū. 2. tractās illa verba. Deus gratias ago tibi, quia nō sum sicut cateri hominum; sicut etiā hic publicanus. Luc. 18. num. 11. Quid (inquit) oro, publicano deterius? at cum esset innumeris peccatis obnoxius; phariseusq; id solum diceret; non sum sicut publicanus iste, omnia perdidit. Nimirum omnia Pharisæus perdidit, dum elatē se publicano homini etiam perditissimo antetulit.

E cōtrario verò Baptista omnium donorum summam, dum semet omnibus submittit, lucris

Luc. 14. num. 10. Bernar.

88.

Consilium Christi, nō, vt inter nouissimos, sed vt omniū nouissimus, sicut decanus

Chryso.

89.

Phariseus pro inani superbia cogitatu bonorum oraniā fecit iacturam.

fecit; omnes, semetabijciens, caco-
demonis impetus retudit; & ar-
tis athleticæ ritu prostravit ad-
uersariū. Solēt porrò athlete pe-
ritissimi poplitē artificiosē fle-
tere; nō vt victi cadāt, sed vt fur-
gāt victores; solent pede clā sup-
posito, simulare ruinā; alios, vt
proruāt. Hoc planē sensu acutē
expofuit S. Ifidorus Pelusiotā, il-
la verba. Septies in die cadit iustus.
Prouer. 24. n. 16. ita vt nō victus,
aut prostratus cadat: aliās pepe-
rā iustus nominaretur; sed artifi-
ciosus luctator, & ingeniosus sub-
miffione se deijcit, vt elatū glo-
ria, ac superbia trahat ad terrā:
Ifidorus lib. 4. epif. 158. Nō simplici-
ter, inquit, & absolute dictū est, sed
ideo, quia, qui legitimè certat, necessa-
rio etiā athleticè cadit. Hoc est, ex
athleticæ artis regula abijcit se-
met, vt attollatur. Sūt verò istius
modi abiectiones in iustis vltro-
neę, ac spōtaneę, quia estimatur,
& re ipsa sunt gloriosę; cū in su-
perbiis sint violētę; eo quod apud
illos estimantur, & re ipsa sunt
infames, cum accidunt.

Cadunt ergò humiles in athle-
tica Christi palestra edocti spōte
sua, vt palmā surgētes præripiāt,
emulati Christū, qui se abiecit,
vt sublimis assurgeret, cōtra ac fe-
cit Lucifer, (hūc superbię amātes
emulatur) qui vt ex editiori loco
ruinā faceret irreparabilē, altius
se extulit. Ascendā super altitudinē
nubiū, similis ero altissimo. Isaię 14.
n. 14. Vnde Optatus Mileuitanus
lib. 3. cōtra Parm. Hoc modo (in-
quit) Exaltatū est cor eius: vt sibi iam
nō homo, sed Deus fuisse videretur. Et
paudō post. Dixisti, ego sum Deus,

ideo quāuis nō sit vsus hac voce, tamen
aut fecit, aut passus est, quod effectū hu-
ius vocis implet, extulit cor suum.
Quapropter meritò ingemit D.
Bernardus apud D. Bonauētūrā
in soliloquio, c. 2. & quisquē no-
strū passim debuisset ingemisce-
re. Toties angelo apostata similis esse
volo, quoties præse desidero. Ea; va-
na cogitatione, quasi fatali ma-
china ab imis fundamētis cōuel-
lo, si quā extruxi, ad cælū vsquē
eductā meritorū turrim. Contra
verò si verā, ac sincerā animi sub-
miffionē, Ioānem æmulatus, am-
plector; eā ipsam virtutū turrim
celfissimā, hostibus inaccessā; vē-
tis incōcuffam, & omnibus belli
machinis impenetrabilē reddo.
Audi Abbatē Isaac ita loquentē
apud Casianū collat. 8. de orat.
c. 2. Fundamentis etenim talibus inni-
tentē, quāuis passionū imbres largissi-
mi profundatur, quāuis ei persecutio-
nū violenti torrētes instar arietis illi-
dantur, quāuis irruat, & incubat aduer-
sariorū spiritū sua tēpestat, non solū
ruina non diruet, sed nec ipsa aliqua-
tenus vexabit impulsio. Quapropter
sequenti c. 3. ita cōsulit. Iacienda
sunt prima profunda humilitatis in-
cōcussa fundamina, quæ scilicet turrim
pulsaturam cælus, valeant sustinere.

LAVREA XXI.

Ioānes, sicut Deus, per negatio-
nes melius, quam per affir-
mationes declaratur. Super
ea verba. Elias es tu? & dixit,
non sum. Propheta es tu? &
respondit, non. Ioā. 1. n. 21.

D. Bern.

Abbas
Ysaac.

90.

Athleta-
rū, vt ad-
uersarios
deijciant
artificiū.

S. Ifido.
Pelusio.
Prouer.
24. n. 16

Ifidor.
Pelusio.

91.

Lucifer,
dū se ef-
feri, elatū
ione, rui-
nā facit ir-
reparabi-
lem.

Isaię 14.
n. 14.

Optatus
Mileui.

- 92. Deus negationibus melius expli-
catur.
- 93. Item Ioannes per has proditur.
- 94. Satis magnum est, si de Ioanne in-
telligas, quid ille non sit.
- 95. Quidquid extra Ioānē est, Deus
est.
- 96. Magnę Ioannis laudes ex nega-
tionibus derivatæ.
- 97. Laudem ter geminam negatio-
ne triplici deprimit, & exte-
nuat.

DEUS, vt animaduertit D.
Dionysius Areopagita, c.
2. cælestis hierarchie, per
negationes cognoscitur à nobis
aptius, quam per affirmationes:
vt si dicas, Deus est incompre-
hensibilis, & infinitus: hoc est, nō
est compræhensibilis, non est fi-
nitus, vel si dicas: Deus nō est
sol, Deus non est Angelus, & sic
excurrendo per alia rerum gene-
ra. Vt excurret Augustinus, tom.
8. super Psalmum 85. his verbis.
Facilius dicimus, quid non sit, quam
quid sit. Terrā cogitas, nō est hoc Deus:
mare cogitas, non est Deus. Omnia, quæ
sunt in terra, homines, & animalia, nō
est hoc Deus: omnia, quæ sunt in mari,
& quæ volant in aere, nō est hoc Deus.
Quidquid lucet in cælo, stelle, sol, & lu-
na, non est hoc Deus. Ipsum cælum nō
est Deus. Angelos cogita, Virtutes, Po-
tates, Archangelos, Thronos, Sedes,
Dominationes, non est hoc Deus. Et
quid est? hoc solum potui dicere, quid
non sit. Hæc Augustinus. Hæc est
vna è magnis Dei laudibus, non
posse plenē prehendi, ac sepiri
nostris mentibus.

Hoc etiam laudis encomio
Ioannes Baptista ad Deum pro-

D. Dio-
nysius
Areop.

D. Aug.

92.

Deus me-
lius expli-
catur per
negatio-
nes.

93.

Ioannes
per nega-
tiones ap-
tius decla-
ratur.

pius, & singulariùs accessit: il-
le enim solus inter mortales me-
lius per negationes illas declara-
tur. Non sum ego Christus. Elias es
tu? Et dixit non sum. Propheta es tu?
Et respondit, non. Ioannes 1. n. 21.
Vnde August. serm. 23. de Sæctis.
Potuit (inquit) credi Christus, imo
iam ab eis, qui eius magnitudinis gra-
tia fallebantur, credebatur Christus, &
in illo morerentur, nisi ab illo confiten-
te corrigerentur. Ioānes tamen eorū
cogitationes exerrantes tem-
erè ad veritatis cognitionem
reuocabat, iterans illud, & inge-
minans. Nō sum ego Christus. Quid
ergò Elias es tu? & dixit non sum, pro-
pheta es tu, & dixit non. Ioan. 1. n.
21. Nequē curiosus aliquis vl-
tra inquiret, quid sit Ioannes? Sa-
tis epim alto laudum eius ocea-
no te credes, si passis velis nau-
gando, mente, & cogitatione af-
sequare; quid Ioannes non sit, fa-
tis est intelligere, quod Ioannes
non sit, sicut aliquis alius sancto-
rum hominum, quod nimirum
non sit sicut alter Ioannes, quod
non sit sicut Ecclesiæ culmen Pe-
trus: de eo enim Christus pleno
ore testatus est. Inter natos mulie-
rum non surrexit maior Ioanne Bap-
tista Matth. 11. n. 11.

Verumtamen dicis. Si Ioā-
nes non est sicut homo; at erit si-
cut angelus? Minimè verò. Vl-
tra tendit; non est sicut angelus
tantum, non sicut archangelus,
no sicut thronus, nō sicut Cherub
aliquis, aut seraph, vltorius eius
protenditur excellentia merito-
rum. Qua propter Augustinus,
serm. 23. Quisquis (inquit) Ioanne
plus est, nō tantū homo, sed & Deus est.

Ioan. 1.
n. 21.
D. Aug.

Ioan. 1.
n. 21.

94.

Satis ma-
gnū est, si
de Ioāne
intelligas
quid ille
nō sit.

Matth.
11. n. 11

95.

Quisquis
Ioāne plus
est, Deus
est.
August.

Itaque; Ioannis prerogative singulares, excellentiaque extraordinariae, & encomia prorsus divina eo more, modoque colligenda sunt, quo Dei Opt. Maximi incomprehensibilem naturam, quovis modo agnoscere possumus: ut docet Augustinus in Ioanne tract. 23. *Si non potestis (inquit) comprehendere, quid sit Deus, vel hoc comprehendite, quid non sit Deus, multum profeceritis, si non aliud, quam est, de Deo senseritis.* Hoc plane modo de Ioane ratioinari poterimus, dicereque licebit. *Si non potestis comprehendere, quid sit Ioannes, vel hoc comprehendite, quid non sit.* Satis enim laudabitur, si intelligas Ioanem non esse sicut Eliam, sed ultra Eliam, non esse prophetam, sed ultra omnes prophetas. Pergit ulterius Augustinus docens quomodo Deum, quovis modo mente queas apprehendere. *Non dum potes pervenire ad quid sit, perveni ad quid non sit, non est Deus corpus, non terra, non calum, non luna, non sol, non stella, non corporalia ista.* Hoc modo potes procedere in Ioanis laudum profundo oceano tentando, & quasi demissa bolide explorando. *Non dum potes pervenire ad quid sit Ioannes, perveni ad quid non sit.* Non est Ioanes corpus, non ad corporeas voluptates proclivis: alias non de illo diceretur. *Venit Ioannes, non manducans, neque bibens.* Matth. 11. num. 18. neque Sanctus Gregorius Nazianz. appellasset, orat. in Sancta lumina. *Nullius tibi hominem: non est terra: alias esset sub caelo: at Dives Petrus Chrysologus, serm. 91. plenis, ut aiunt, tibi decantat. Ioannes an-*

Idem.

96.

Magnae Ioanis laudes ex negationibus derivatae,

Mat. 11 n. 18. Nazianz. S. Petr. Chrysol.

te pervenit ad caelum, quam tangeret terram. Non est Ioanes caelum, alias moveretur, ut caelum aut ut arundinem, quod Christus diffidetur Matth. 11. num. 7. Et Dives Gregorius Magnus, to. 2. hom. 9. in cap. 2. Ezechielis ita explicat. *Omnes, qui vel derogatione deijcitur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est, quod Ioannes non erat, qui inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum, & derogationes tenebat.* Non est denique; Ioanes luna, vel sol, nam hi defectus varios sentiunt, & caliginosas aliquando patiuntur eclipses, at Ioannes iugi, perenni, claritate, & splendore sanctitatis illuxit.

Ad extremum animaduerto, tergemina illa negatione. *Et confessus est, & non negavit, & confessus est, quia non sum ego Christus.* Ioan. 1. num. 20. Voluisse Ioanem extenuare tres insigniores prerogativas; quarum illa fuit prima. *Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.* Luc. 1. num. 15. Secunda illa. *Inter natos mulierum non surrexit maior.* Matthaei 11. num. 11. Tertia fuit magna sui nominis celebritas, quae illum ad Messiam opinionem euexit. has ergo Ioanes refellit laudes, haec quoad potest, distat encomia, terna illa negatione; ut enim apposite dixit Augustinus tract. 32. in Ioannem, trine Petri negationi respondisse postmodum ternam confessionem. *Redditur (inquit) trinae negationi trina confessio.* Ita Ioanes triplicem sui nominis excellentiam triplici illa negatione attenuat, & attemperat. *Et confessus est, & non negavit, & co-*

Mat. 11 n. 7. D. Gre. Magn.

97.

laudē ter geminam negatione triplicem deprimunt, et lenat, extenuat.

Ioan. 1. n. 20.

Luc. 1. n. 15.

August.

confessus

confessus est, quia non sum ego Christus. Rursus comendat Rupertus Abbas lib. 1. in Ioannem singulare Sancti Ioanis submissionem animi, qui tot modis, tot negationibus omnem arrogantiae umbram exterminat, & omnem humilitatis formam exprimit, ut nos ad similem animi abiectioem invitetur; dum hanc eximiam in Ioanne suspicimus; & demiramur. *Notandum diligenter (inquit Rupertus) non frustra ore apostolico sumpta huiusmodi circumlocutionis exornatio. Res quippe (id est eius, quae in Ioane est veritatis, & humilitatis virtus) quae hic narratur, tanta est, ut dignè elocutio eius, splendentium sententiarum, quasi quibusdam oculis, illustretur: ut attendamus, miremur.*

Rupert.

LAVREA XXII.

Ioanis eximia animi submissione in augusta legatione. In eumdem locum. *Elias es tu? & dixit, non sum. Propheta es tu? & respondit, non.* Ioan. 1. n. 21.

- 98. *Secure pergit, qui sibi timet.*
- 99. *Apes, ne vento rapiantur, pedibus saxa asportant.*
- 100. *Apostolis tempestas feda objicitur, ut fragilitati suae diffidant.*

Haec grauisima legatio, & ad illam responsio, prudētissimam Ioanis submissionem animi declarant. Naues alto creditae, ne gubernaculo parum obediētes verrorum furij

periculosè volitent, antequam solvant e portu saburrae pondus accipiunt. Porro eget fides, & vita nostra hoc submissionis potēdere, ne vanissimae glorie ventis ad scopulos allidatur; eleganter Tertullus lib. de idololatria c. 24. de Christianorum fide inter vitiorum syrtes, & charybedes nauigante. *Inter hos (inquit) finus, inter haec vada, & freta idololatriae velificata spiritu Dei fides nauigat, tuta, si cantas secur, si attonita.* Quemadmodum verò christiana pietas, ac religio eò maiore cum securitate enauigat, quò maiore cum metu, ac formidine vela pandit, ita quò de se sentit submitusius, eò nauigat securius. Dūq; Ioanes toties respōdet. *(Non sum.) enauigatis animae feliciter, caeloque appropinquantis securitatem praestat, quam ipsi etiam caelicolae admirantur.* Ad hoc nauis exemplum aliud adiungo, ex apium prudentia desumptum: quae ventosos tractus peruolaturae tacito naturae instinctu lapillos apprehendunt, ut ventorum flatibus obstant, quo exemplo vitur Ambrosius lib. 1. de Virginibus his verbis. *Apes illa sapiens, cum aeris motus suspectos habet, lapillis saepe sublati, per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium precipiteat flabra ventorum; & tu caue illius apicula modo, ne alarum tuarum volatum aura mundi huius extollat.*

Tertul.

98.

Virtus, quae sibi timet, via in securam.

Ambro.

99.

Apes lapillos apprehendunt, ne ventis rapiantur.

Sed his exemplis haud indigebat Ioanes, qui alijs Ecclesiae principibus exemplar esse potuit. Ceteri quidem orbis Apostoli, quauis ex Christi praecipis, & exemplis edocti, ad inanem tamē glo-

riam, ita proclives erant, ut Christus alijs atque alijs vteretur antidotis, & remedijs; nec cum vberitamen prouentu. Percontatur enim Abulens. in cap. 8. Matth. quæst. 73. quorsum in horribilē illam, & periculosissimam tempestatem suos Christus Apostolos iniecerit? *Ecco motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus.* Matth. 8. num. 24. Responsum subdit istiusmodi. *Vt reduceret eos in considerationem sue fragilitatis, nam ex eo, quod Christus miracula magna faciebat, & isti adheebant ei familiariter, honorabatur a turbis, & ipse ex hoc gloriabantur.* Oportebat ergo, ne totius sanctitatis ruinam ederent, ut eos vel sic Christus de se se humiliter cogitare cōpelleret. Ast Ioānes tantum abfuit, ut his egeret antidotis, ut ubiq; locorum potius humilitatis magister appareret, & defensor accerrimus. Ad Apostolos Christus sapissimē contra vanam gloriam sermonem habuit, ut latē, fusēquē probat idem Episcopus Abulensis in Matth. cap. 23. quæst. 56. Nec tamen Christi hortaminibus se se in meliorem humilis vite frugem recipiebant. *Erant (inquit) discipuli valde inclinati ad desiderium honoris & glorie, & ideo saepe eis de hoc dici oportuit, & adhuc per hæc nō corripiebantur.* At Baptista totius sanctitatis magister spectatissimus, & si complurimis, grauisissimiq; occasionibus, quasi cassibus vanæ gloriæ circumdatur, Evangelici serpentis prudentia subter retia, humi repēs euadit; nequē vmquam de veræ humi-

Abulens.

Matth. 8. n. 24.

100.

Apostolis cum Christus nauiculis commisit Christus se peccatū, ut essent sue fragilitatis.

Abulens.

litalis via dimoueri potest.

LAVREA XXIII.

Ioannes gloriam vanam sui submissione declinat. In eundem locum. *Elias es tu? & dixit, non sum. Propheta es tu? & respondit, non.* Ioan. 1. num. 21.

101. Sagaces vana glorie insidie.

102. multiplici forma præditum monstrum, vana gloria.

103. Ne superbiret homo, è lato confectus.

104. Oculatas alas panno, post tergum reijcit, feditatem pedum aspicit.

105. Gloria sectatores Eleazarum in morte imitantur.

EOS etiam sanctos, quos eximia vitæ sanctimonia famæ celebritate euexit sub sidera, vana gloria, & peruerantèr, & pertinacitèr oppugnat. Eosquē omnes, si minus grauitèr, at certè leuiter vitiat, & contaminat præter vnum Ioannem Baptistam, quem hominum existimatione Christo parè tametsi vanæ gloriæ arces impetiuit, haud tamen inflexit magis. *Quam si dura silex, aut stæ Marpesia cautes.* De ea Diuus Basilus, in constitutionibus monasticis, cap. 11. *Callida (inquit) insidiatrix vana gloria, etiam in ipsius cali conuexis insidiarum aduersus nos collocatrix.* At eius insidias, eiusquē occultas fallacias, Ioannes lynceis

D. Basil.

191. Vana gloria subtile, ac pertinaces insidia.

oculis

102.

Vana gloria monstrum multiforme.

Dan. 4. num. 22. & n. 29. Michael Medina

Dan. 4. n. 27. D. Chry

oculis, non attollendo se, sed abijciendo, declinat.

Est porrò vana gloria monstrum horribile, & in multiplices formas, ac figuras semet explicans, adumbratum varijs Nabuchodonosoris metamorphosis, quæ quàm multigeneres extiterint, eleganter exponunt interpretes Danielis. cap. 4. à num. 22. potissimè ad illa verba. *Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs, ferisque erit habitatio tua, & fenum, ut bos comedes.* Dan. 4. num. 22. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 7. videtur innuere, hæc mutationem in speciem tantum, & non re ipsa fuisse factam: Dorotheus in Sinopsi, & Epiphanius in vita Danielis asserūt, Nabuchodonosorem fuisse mutatum exteriore corporis figura, & anteriore quidem parte bonis, posteriore vero leonis speciem gessisse, D. Thomas, lib. 2. de regimine principum cap. vlt. indicat, illum & si nō in corpore, at in sua imaginatione fuisse bestiam: nec simplicem, sed, ut aliqui non in celebres explicant, nunc hanc, nunc illam: aliorum insuper opiniones si scire appetis, adi interpretes eo loco. Porrò quocumquē modo id euenerit, siue re ipsa, siue secundum imaginationem, ut verosimilius apparet, dissimiliū animantium formas, ac figuras repræsentauerit. Quis ignorat? eas illum monstrosas formas induisse propter illam vanissimam gloriationem. *Non ne hæc est Babylon magna, quam ego adificauit in gloria decoris mei.* Daniel. 4. num. 27. quò videtur respexisse Chryso-

stomus, hom. 68. in Ioannem, his verbis. *Est vana gloria bestia varia, & multiformis, & ubiq; proprium virus disseminat.* Dicitur verò; *varia, & multiformis,* quia cum vanagloria procreetur ex consideratione cuiuslibet excellentiæ, qua quis plures, & interse diuersas prerogatiuas in se cogitat, eo, ni strenuè caueat, plures huius monstri figuras efformabit. Nabuchodonosor verò, qui sibi multas, & interse dissimiles affixerat excellentias, multiformes per consequēs, & multicolores huius monstri intra se efformasse, necesse fuit. Eoquē sensu ait citat. Chryso-stomus. *Est vana gloria bestia varia, & multiformis, & ubiq; proprium virus disseminat.* Et hoc planè virus in Ioannis animum transfundere hæc sagacissima bellua decreuerat, opera tamen irrita, & infausto successu tentauit hoc exequi. Nam dum Ioānes semet abijciebat, eius asperisionem veneni faustè deuibat.

Porrò cum Deus vellet Ioānem vsquē ad Messiam opinionē attollere, ut æquata cælo dignitas, quasi turris celsissima, non minaretur ruinam, ei pro cémento, fundamentoquē admirabilē supposuit humilitatem, fugatricem vanæ gloriæ. Quærit Theodoretus quare Deus hominē ad imaginem suam effigian-dum, altera parte nobili, altera vili compegerit, & copulauerit? *Vis (inquit) scire, quam ob causam, quandoquidem hominem sua imagine honoraturus erat, ipsum ex vili natura formauit? ne forte honoris abundantia insolesceret.* Haud dissimili ratione

Theod.

103.

Homo cōpositus ex limbo, ne magnitudinē honoris insolesceret.

se Deus

se Deus habuit erga Ioannem, quem cum talem efformauerit, ut hominum opinione par sibi foret existimandus in terris, hanc futuram eminentiam, atque praesentiam, tanta sociavit, & tam profunda animi submissione, ut superbire, aut evanescere nihil poterit.

Porro quemadmodum Ioannes fuit vox Aeterni Verbi per ipsum loquentis; & rursus, quemadmodum ipsum Verbum, ita ab Aeterno Patre prodit, ut ab illo, non recedat; ita Ioannes, qui erat vox, eo modo ad alios verbum ipsum, eiusdem arcana sensa transferebat, ut in se quoque retineret, imitatus, quoad fieri poterat, Aeterni Patris excellentiam, qui ut egregie ponderat Divus Bernardus lib. 2. de consideratione. Ita divinum Verbum emittit, ut non dimittat; quo exemplo Divinus Bernardus suum formabat, firmabatque Eugenium. *Sume* (inquit) *exemplum de summo omnium Patre, & Verbum suum emittente, & retinente. Verbum tuum, consideratio tua: quod si procedat, non recedat: sic exeat, ut non deserat.* Id consilium sua, & consideratione, & responsione Ioannes adequavit, a se, & ab humillima terrae, ex qua formatus erat, consideratione recedens nunquam, numquam mentis oculos auertens. Nam quemadmodum paulo suae pulchritudinis excellentiam tergo seponit, formam vero pedum inuentam habet praeculis. Ita Ioannes ex communi mortalium sorte genitum mortalem se meminit; & nisi vera, & copiosa Deigratia sibi ad-

D. Bern.

fit, inuentum se momento fore, & miseritimum reputat, in hos ille pedes figebat oculos, eos interim abducens ab innumera gratiarum varietate, & privilegiorum pulchritudine inenarrabili. Excipe Divum Petrum Damianum, lib. 2. Epist. 11. hoc ut ipse facias, adhortantem. *Imitare naturalis in pauone diversitatis exempli, qui ignobiles pedes praeculis semper habet, insignem vero caudae pulchritudinem post se spectabilem praebet; improprie est, unde se debeat in humilitate deprimere; post tergum gerit, unde valeat, quasi praeceteris avibus superbiere.*

Hoc ipsum nobis erit imitandum, auertendique erunt oculi ab iis, quae gloriosè gessimus; unde suboriri solet vanissima gloriola, quae est, veluti bellua, admodum periculosa, non laceffenda oculis, aut cogitatione irritanda. (Quod de castitate dici, & doceri solet) ne forte victus pariter, & victor, Eleazaroque similis evadas, qui lorica tum, armatumque regium Elephantem, dum strenuus apparat occidere, ipse ruentis onere miseritime opprimitur. *Dedit se ut liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen aeternum, & iit sub pedes Elephanti, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.* 1. Macab. cap. 6. nu. 46. quod egregie pendit Ecclesiae doctor Gregorius, tom. 2. in Iob. lib. 19. cap. 13. his verbis. *Quos ergo iste significat, quae sua victoria oppressit, nisi eos, qui victoria superant, sed sub ipsis, quae subiacent, superbiendo succumbunt? A quo miseritimo vincendi genere Ioannes*

D. Petr. Dam.

104.

Alarum pulchritudine paulo post iergo reitlat, feditate pedu habet praeculis.

1. Mach. c. 6. nu. 46.

D. Greg.

105.

qui glorie ambunt, in morte Eleazaro immittunt.

nes semper abhorruit, eod felicitius, quod se submissius ubique gessit.

LAUREA XXIII.

Ioannes, quod se magis honorificis titulis indignum praedicat, eod se ipsam digniorem manifestat.

106. *Nepotiani laus grandis.*

107. *Magna item Pauli in amore humilitatis.*

108. *Obstupescit Moyses regimine oblato.*

109. *Qui per humilitatem descendit, ascensum parat.*

Videtur huic loco convenire, quod in Nepotiano Sacerdotalem dignitatem recusante, demiratus Hieronymus Epist. 3. ad Heliodorū. *Quando* (inquit) *magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitabat, & merebatur negando, quod esse nolebat, eoq dignior erat, quod magis se clamabat indignum.* Quod acroama laudis in unum Ioannem dictum fuisse videtur; qui quod magis Messiae, Eliavè, aut alterius cuiusvis prophetae dignitatem repudiabat, eod magis, ac magis dignitate ipsa dignior apparebat: quod egregiae laudis genus multum postea sanctorum promeriti sunt, & consecuti.

Certe de Diva Paula ita loquitur Sanctus Hieronymus Epist. 27. ad Eustochium. *Fugiendo* (inquit) *gloriam merebatur, qua*

D. Hier.

106.

Magna Nepotiani laus.

107.

Magna item D. Paula in seclanda humilitate.

D. Hier.

virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens appetit comestores. Hoc pacto Ioannes, quod plus deuiabat ab honoribus, eod frequentius effugienti obviam veniebant. Magno se olim regimine Moyses abdicavit. *Qui sum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filias Israel de Aegypto.* Exod. 3. nu. 11. & rursus infra nu. 11. 12. & c. eandem praefecturam enixè detrectat; quam ambiciosus quispian appeteret studiosissime: rationemque reddit D. Gregorius Magnus in Iob, lib. 35. cap. 13. & Moyse, & Ioanni in honoris recusatione communem. *Quia* (inquit) *apud se mente humilis existit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expavit.* Non fecus Gedeon, dum se indignum credidit, qui regeret, ac gubernaret, imperio dignus apparet. *Dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberasti nos de Madian.* *Quibus ille ait; non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus.* Iudic. 8. nu. 22. Israelitae meritum honorem Gedeoni offerunt ex gratitudine: Gedeon oblatum, ac sibi debitum honorem recusat ex humilitate. *Ex humilitate* (inquit in eum locum Abulensis) *noluit elevari ad tam excellens genus principatus.* Se indignum reputans ea praefectura, qua dignissimus iudicabatur ab omnibus. Hoc pacto Ioannes, quia mente erat humilis, se non agnoscebat Eliam, neque Prophetam, omnibus se fraudabat honoribus: & gloriosis abdicatis titulis submississimis

Exod. num 11. n. 12. 13.

D. Greg.

108.

Moyse s expavit ad oblato regimini gloriam.

Iudic. 8. n. 22.

Abulc.

cum

cum Christo certabat officijs, celestium instar aulicorum quatuor, & viginti. *Viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citrinas, & phialas aureas.* Apocal. 5. num. 8. sed cuiusnam virtutis pondus deorsum inflectit heroes adeo diuinos? D. Anselmus. *Ceciderunt (inquit) coram agno nihil de se presumendo, sed humiliando coram agno.* Ideoque in regalem, ac supremam Empyrij dignitatem feliciter ascenderunt. Vnde Sanctus Petrus Damianus serm. 3. de Ioanne sic exclamat. *O beate humilitatis excelsa maiestas? que, dum suo iudicio in terra deprimitur; diuina prouehente clementia ad caelestia subleuatur: dumq; Deo se humiliter subiecit, ad Dei consortium excellenter affurgit.* Hec est enim vera via eundi sursum, descendere deorsum: hic trames certissimus ascendendi ad Dei maiestatem, descendere ad nostram vilitatem: quare Casiodorus de ani. cap. 19. post med. *Ad te Domine nemo se erigendo, peruenit, sed potius humilitatis ascendit: cum altissimus sis, proximior redderis supplicatione curuatis.* Nonne id publicano accidisse preclara cum testificatione memorat Evangelista: & publicanus a longe stans molebat, nec oculos ad caelum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Lucæ 18. nu. 13. hac profundæ humilitatis via, qua videbatur a caelo, & a Deo recedere; in caelum, & in Deum felicius, ac facilius ascendit; imo caelum ad se, ac Deum descendere coegit. Quod Bernardus serm. in Cantic. perpendens ait. *Qui non audebat, oculos*

ad caelum leuare: ipsum caelum ad se potuit inclinare. Hac ipsa via nos ascendere docuit mulier illa Chanaanæ de qua Matthæus cap. 15. Nam qua se se deiecit ad vilitatem canis, panis frustula sub heri mensa vestigantis, ait enim. *Etiā Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Matth. 15. num. 27. eadem humilitatis via ad Christi mensam, ad Filiæ Dei maiestatem ascendit. Audi Diuum Petrum Chrysologum, serm. 100. *Merito adoptatur in filiam, leuatur, honoratur ad mensam, que se sub mensa laudabili humilitate deiecit.*

LAUREA XXV.

Ioannis animi submissio non errat, dum se asserit non esse Eliam, neque prophetam.

110. *Qua ratione Ioannes prophetam se esse deneget.*
 111. *Tumor mentem precipitat.*
 112. *Non negat Ioannes, quod est, sed quod non est.*
 113. *Veritatis robur Trinitas.*

Mirum est, quod Ioannes, quem Christus appellauit Eliam Matth. 11. nu. 14. quemque appellauit non solum prophetam, sed plusquam prophetam Matth. item 11. nu. 9. & Eliam hoc loco, & prophetam se esse neget? num, qui pro tanta veritate in mundum venerat; quiq; re ipsa moriturus erat pro veritate, potuit hoc loco metiri?

absit:

absit: quo modo ergo rogatus. *Elias es tu? & dixit, non; propheta es tu? & dixit, non?* Ioann. 1. num. 21. Nimirum oculata est, & lynceos oculos habet animi submissio; artemque introspicit, & excogitat artificium, quo verissimè astruit, id se non habere, quod habet. Erat Ioannes propheta, & prophetam se esse diffitebatur: diffitebatur nimirum, se quempiam ex antiquis esse, qui Messiam longe post futurum prænuntiabant: numquam enim non patet veritati locus apud eos, qui se cæteris studiosè subijciunt.

Quemadmodum ijs, qui se gloriantur extollunt, numquam non mentis lumen obscuratur, & acumen obtunditur. Habes eximium veritatis huiusmodi testimonium apud Diuum Petrum Damianum, serm. 2. de Sancto Vitali expendentem locum illum 3. Regum cap. 19. vbi acerrimus, & acutissimus omnium rimator Elias submissiois animi defectu ignorantia tenebris cæpit offundi, & quasi in meridie cæcutire, palpareque: roganti enim Deo. *Quid hic agis Elia?* Respondit, zelo zelatus sum pro Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel, & altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus. 3. Regum cap. 19. nu. 14. Quid est, quod septenos milenos iustos, ac sanctos heroes Elias non vidit, qui minutissima quæque; peracutè solebat aspicere? Quare se solum superesse credit, cum superent septem millia? *Et derelinquam (inquit Deus) mihi in Israel septem millia virorum, quorum ge-*

nerua non sunt incuruata ante Baal. Ibi num. 18. *Quia (inquit citatus Damianus) qui humilis, & occulta Dei nouerat, elatus, & aperta nesciebat.* Quemadmodum Lucifer per elationis vitium illud mentis lumen amisit, quo solis orientis iubar æquabat radijs vsquequaquè diffusis, ac nebulis omnibus propulsatis: quod tacite videtur exprobrare Isaïas. *Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris?* Isaï. 14. num. 12. (non enim minorem lucem Lucifer in spirituali, quam sol in materiali caelo sortitus est) hanc mentis claritatem simillima phrasi scriptura alibi detexit, dum de Dauid ita loquitur, vel Dauid de se ipso. *Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Dixit Deus Israel mihi: locutus est fortis Israel, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei, sicut lux aurora, oriente sole mane absque nubibus rutilat. 2. Regum 23. nu. 2. Quod si roges, quis Luciferum ex ea mentis altitudine deturbauit in tenebras? Respondit Sanctus Bernardus sermone 1. de Auentu, fuisse superbiam, quæ rationis acumen hebetare solet, & obtenebrare. *Superbia (inquit) qua tam velociter ipsum quoque sideribus cunctis clarius micantem, eterna caligine obtenebrauit Luciferum.* Hoc ipsum videre possumus in superbo rege Nabuchodonosore; qui, cum vidisset celebrem statuam ex metallis varijs conflata; vt enim ait sacer textus. apud Danielem. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem, & brachia de argento, porro venter, &*

ii femora

Apocal. 5. n. 8.

D. Ansel.

D. Dam.

109.

Humilitas descendendo docet ascendere.

Casiod.

Luc. 18. n. 13.

Bernard.

Ioann. 1. n. 21.

110.

Quomodo prophetam se esse negat.

D. Petr. Damia.

111.

Elatione animi obtenebrat.

3. Reg. c. 19. n. 14.

Matth. 15. n. 29

Chrysol.

Matth. n. 14.

Matth. 11. n. 9.

Ibi. nu. 18. D. Dam.

Isai. 15. n. 12.

2. Reg. 23. n. 2.

Lucifer pro se perbia caligat.

Dan. 2. n. 32.

Ob eadē obsecatur Nabuchodonosor.

Dan. 3. n. 1.

2. Reg. 6. Ambro.

femora ex ere, tibia autem ferrea, pedum quedam pars erat ferrea, quedam autem fictilis. Dan. 2. num 32. Hęc cum Daniel aperisset, ad interpretationem venit, & ait. Tu rex regum es, & Deus caliginum & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: & omnia, in quibus habitant filij hominum, & bestia agri, volucres quoq; cali dedit in manu tua, & subditiōe tua uniuersa constituit, tu es ergo caput aureum. Dan. 2. num. 37. & 38. hęc cum Daniel dixisset, ei quē caput aureum tantum accomodasset, desipuit rex, & pręsuperbia infaniit: ac mox captus mentis oculis, nec vidēs ad alios cętera spectare, totam sibi aptat imaginem, argentiquē, eris, ferri, ac luti immemor aurum cogitat; meditatur aurum, ex auroquē integram statuam cōflari imperat; proh cęcitatē elatę mentis? Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorū sex. Dan. 3. num 1. mira res: cęca mens gigantea mole se metitur, latum quidem sex, altum cubitos sexaginta; vide quam pręceps, quam temeraria, quam cęca sit superbia. Quia beatus Daniel (ait Theodoretus ibi. orat 3.) illū esse aureum caput dixit: ipse totam ex auro imaginem molitur. Hęc est causa, ob quam Deus Michol reginam admodum superbam sterilitate damnauit: illa namquē pręsuperbia maritū humilē derisit 2. Reg. 6. ideo teste D. Ambrosio lib. 4. epist. 30. Sterilitatis damnata est, ne superbos crearet, Ego dicerem, ne cęcos crearet: nam superbi a veritatis via continuo

aberrant. Cum verò Iohannes foret semper humilis inter dubias aliqui, & ancipites loquendi formulas viam veritatis enuntiandę cernebat acutissimē, quod acumen admiratus D. Gregorius Magnus homil. 7. in Euangelia, ita loquitur. Negauit plane, quod nō erat, sed non negauit, quod erat, ut veritatem loquens, eius membrum feret, cuius sibi nomen fallaciter non usurpauit. Et certē propter hunc amorem veritatis eximium Iohanni fauit impensē Sanctissima Trinitas, quę veritati numquā non patrociniatur. Ita explicat Ecclesię lumen Augustinus illum locum. In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum Matthęi 18. num. 16. In quem locum ipse Augustinus tract. 36. in Iohannē cap. 8. constantem trium testium veritatem refert ad trium diuinarum personarum singulare patrocinium. Per hoc mysterium (inquit) Trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis: vis habere bonam causam? Habeto duos, vel tres testes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Pro eo enim omnis dubia causa facilē decidetur, qui verissimos hos tres testes pro se habuerit patrociantes; sicut habuit Sanctus Iohannes Baptista, Patrem, nimirum Malach. 3. num. 1. Filium Matth. 11. a num. 7. Spiritum Sanctum Luc. 1. num. 15. eius causa diuinis adēo testibus firmata eternū constans, fixa, & immutabilis permanebat. (.)

D. Gre.

112.

Iohannes nō negauit, quod erat, sed quod non erat.

Matth. 18. n. 16. D. Aug.

113.

Trinitas stabilitatē veritatis.

Malach 3. n. 1. Matth. 11. n. 7. Luc. 1. n. 15.

LAV-

LAVREA XXVI.

Exemplo Iohannis gloriosafacta abdenda sunt, & occultanda.

- 114. Suam laudem Daniel occultat.
- 115. Sanson mirabile facinus occultat.
- 116. Diuus Petrus extasim occultat.
- 117. Iohannes eximium suorem abscondit.
- 118. Humilitate Iohannes-Baptista ad Dei similitudinem accessit.
- 119. Humilis Deo perquam vicinus.
- 120. Quare Deus sub Christi humanitate dicatur inuisibilis.
- 121. Vltimum locum in rerum ortu Adamus sortitur, ne superbus euaaderet.
- 122. Anima est Dei imago.
- 123. Humilitate insignis vir Deo paradudicatur.

Dan. 1. n. 3. & 4.

Ibidem n. 6.

A Propheta Daniele capiendum erit exemplum. Cū enim Nabuchodonosor pfecto domus suę imperasset, vt spectabiliores iuuenes Hebręorum regali sator profapia seiungeret. Et ait Rex Asphenex pposito Eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, & de femine regio pueros, qui possint stare in palatio regis. Dan. 1. num. 34. Eos Daniel meminit his verbis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iuda Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Ibidem n. 6. vbi indagare, & scire est, quade causa Daniel, cum suum, & aliorum nomina speciatim inculcat, non addit, se, & socios

esse de femine regio, cur inuoluit silentio laudem illam de femine regio? ratio hęc est: ne scilicet se, qui vnus erat eorum, videretur attollere: id enim Danielis animi submissio sua generositate iudicabat indignū; quod in eum locum adnotauit scitē Theodoretus in hęc verba. Licet mentis illius intueri modestiam; cum enim hic personarum nomina posuerit tribus Iuda simpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit. Ad eum modum se gefit, licet dispari in materia, generosus adolescens Sanson; is enim postquam furibūdum, leonem lacertos, torosquē brachijs corripuit medium, stravitquē, & strangulauit, rediuit domum, nec tamen virile factū parentes suos edocuit. Patri, & matri (inquit textus) noluit indicare. Iudicum 14. num. 6. Ne scilicet gloriam deprędari, & popularem auram depeculari videretur. Magna (inquit ibi Brixianus) indolis iudicium, ac generosi animi, atq; parati ad maiora aggredienda, cum tam pclarum facinus non curauerit parentibus indicare. Hanc Abraham virtutē coluit, qui filium iustus immolare: rei adēo magnę clandestinam parat executionē: ideo domo egreditur horis antelucanis, ideo propositum suū nec Sarę aperit, ideo famulos iubet expectare. Expectate hic. Gen. 22. nu. 5. ipse solus cum filio immolando mōtem superat. In causa fuit, ne tanti facti testes, ac laudatores quęsuissē videretur, ita Philo Alexandrinus, lib. de Abraham. Data (inquit) opera, etiam

Theod.

114.

Daniel suam occultat laudem.

Iudic. 14. n. 6.

Brixia.

119.

Sanson occultat facinus mirabile

Gen. 22. n. 5.

Philo Alexad.

Ii 2

à ter-

à tergo relictis duobus famulis, ne se coram testibus ostentare videretur.

Hac animi generosi altitudine excellit Apostolorum vertex Petrus, qui Actor. 20. actus in extasim, terris sublatus, ad caelestia volat spectacula, superiorum oraculorum factus auditor. Querit ergo D. Iohannes Chryf. hom. 14. in acta. Quare paulo post accitus à Cornelio, non declarat se caelestia vidisse spectacula? Respondetq; paucis, sed rem ipsam manifestatibus. Quia (inquit) erat alienus à vana gloria. Hæc ipsa mentis nobilitas in Ioanne Euangelista persplenduit, qui suum nomen abdidit, & abscondit, quoties suam aliquam relaturus erat excellentiam. Recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Ioann. 13. nu. 23. in quem locum D. Cyrill. Alexand. lib. 5. in Ioannem cap. 15. Nomen suum (inquit) celauit, ne inanis cuiusdam gloria causa, diligi se à Christo, dicere videretur. Quod etiã venerabilis author Beda aureo velut a terisco notauit quæst. sub Geneleos exordiũ præmonens eximiã Moyfis animi submissionem, qui in opere suo suum nomen inscribere refugit. Cuius exemplum (inquit) in nouo testamento Iohannes sequens Apostolus, ubicumq; de se aliquid referre voluit, nomen suum studiose siluit. Hanc vitandi vanam gloriam curam, disciplinamque accepisse primò Ioannem Euangelistã á primæuo magistro suo Ioanne Baptista, credere par est. Qui tanta fuit animi submissione quanta nullus (modo Christum, & Deiparam excipiamus)

vmquam extitit: vt ex istius modi negationibus facile perspicacibus erit intelligere. Eaq; adẽo singulari subiectione animi ad Dei similitudinem propius accessit, vt enim scitè edisserit Diuus Basil. in exhort. ad filium spirit. Vir humilis Deo est similis, & in templo pectoris sui gestat eum, superbus autem, cum sit Deo odibilis, Diabolo similis est. Sed in quo humilis, Deo similis apparet? nimirum in abdicendis rebus splendidis, & gloriofis; sic enim Christus faciebat. Obijciens (inquit Augustinus in Psal. 63.) aspectibus humanis hominem, seruans intus Deum.

Exaggerat hoc idem argumentum S. Irenæus Dei Optimi Maximi documento tacito, qui diuinæ naturæ splendorem ideo occultauit, dum humanam prodidit, ne, si diuina vsurparetur oculis, minore in pretio haberetur, vsuquẽ, & consuetudine oculorum contempta, & neglecta ab aliquibus esset: id aperit D. Irenæus lib. 4. contra gentes, cap. 37: Si pessimus videretur (inquit) fieret contemptibilis: ideo factus homo est; & inuisibilitatem quidem Patris custodit, ne quando homo fieret contemptor Dei, visibilem autem rursum ostendit Deum, ne in totum deficiens homo cessaret esse, vita enim hominis visio Dei. Ex quibus verbis (etsi parũper obscura videatur) satis apparet, quã periculosa haberi debeat arcana suppellectilis, & interioris hominis ostentatio, quandoquidẽ S. Irenæus sapiētissimũ pariter, ac piētissimũ Theologus celsurã nullã timet, dũ audacter affirmat diuinã Dei faciẽ

caelicolas

Act. 20.

D. Chry

116.

occulit extasim D. Petrus.

Ioã. 13. n. 23. D. Cyri Alexand.

117.

Codit eximium famulorũ Iohannes.

118.

Ioãnes Baptista humilitate ad Dei similitudine accessit.

D. Basil

119.

Vir humilis Deo similis.

August.

D. Iren.

120.

Quare Deus sub Christum manitate sit inuisibilis.

caelicolas omnes caelo beantem sibi cauere voluisse ab humanis oculis, ne videlicet, si sæpe videretur, neglectui foret, & contemptui. Porro etsi diuinitas positiuo, si videretur, contemptu negligi nequaquam potuisset; at negatiuo, aliquo modo contemni posset, vt puta coleretur minus religiosè, ac postularet eiusdem manifestata cognitio.

Et verò hoc genere laudis dubio procul noster Iohannes effluit. Vederat olim Deus, quam pronus, & procliuus homo futurus esset ad gloriã: quã in suas laudes effusus; huic cæci animi appetitioni ab ipsis mundi primordijs iuit obuiã. Querit enim Procopius in Genes. euoluẽs illum locum: Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animam viuẽtem. Gen. 2. nu. 7. Quare Adamum Deus cæterorum operum nouissimum efformauerit? Respondetquẽ in hæc verba. Ne gloriaretur, & se quasi iactaret cooperatorem Dei. Ille tamen præpostera glorię cupidine furens, vt omne mortale genus agat in præcep, à nouissimo loco anhelat ad primum, delusus eo dæmonis instinctu. Eritis sicut Dii. Gen. 3. n. 5.

E contrario verò Ioãnes licet omnium applausu, & existimatione ad Messia; atquẽ adẽo ad primum honoris locum euehẽdus, se tamen vltro deiicit ad vltimum, vt se submissione ad sublimiorem cognitionem Christi eueheret, atquẽ adẽo ad diuinitatis participationem eleuaret.

Ad Procopij apophthegma adiungo aliud Theodoretĩ rimantis, & curiosè interrogantis, cur Deus hominem caelicolam futurum, non ex solaribus radijs, sed ex luto vili fuerit fabricatus? Responsum reddit, id magno diuinę prouidentia; consilio factũ, ne quãdo multum gloriæ, & horis sibi arrogaret: Quandoquidem (inquit) hominem sua imagine honoraturus erat, ipsum ex vili natura formauit, ne forte honoris ab exultantia insolensceret. Quid de Ioannis animi submissione dicam, qui nequẽ ea communi cum Adamo Dei imagine; nequẽ illa singulari laude, qua Messias fuit existimatus, & omnium votis expetitus, in superbiam aliquam fuit elatus.

Certè quò diuina Dei imago in Adamo custodiri potuisset illẽsa; luto vili, oculi debebat, & occultari; idem D. Zeno confirmat apud Lipomanum in Catenâ, rimatus studiosè, quẽnam sit illius imaginis natura, de qua Deus ita loquitur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostram Gen. 1. num. 26. Numquid eam ideo nos non habere censebimus, quia non paret? Habemus plane (inquit ille) & quidem manifestam ex eo ipso, quod non est partibus nota, incõprehensibilis Dei imago, inuisibilis sit, necesse est; deniquẽ oculis non est subiecta mortalibus. &c. Quod si, vt isthęc in principe generis nostri Adamo perseueraret, & conseruaretur imago, opus fuit, vt occultaretur, & ab oculis procul amoueretur humanis, fit inde planè consequens, vt ex

Procop

121.

Adamus cæculus post creaturã Dei opera, vt se submutaret, non extolleret

Gen. 3. n. 5.

D. Zen.

Gen. 1. n. 26.

122.

Anima abscondita est imago Dei.

eo, quod Ioannes se iudicat indignum, qui sit Elias; qui sit propheta, qui sit Messias; ea propter, & Messias, & Elias, & propheta haberi dignus sit. Et sane ex testimonio Diui Ioannis Chrysofomi homil. 43. ad populum. Nulla re magis ad Deum, quis appropinquat, quam humilitate, quam honoris contemptu. Cum nolis (inquit ille) gloriam contempnere, dic, Deo par sis, si contempsero, & statim contempnes.

LAVREA XXVII.

Extat amplius, & apparet in Ioanne quanta sit, & quam mirabilis hęc animi submissio, ex eo quod ceteri mortales inexplēbiler honores sitiant.

- 124. Glorie cupidus magnus Alexander.
125. Dolore contabuit, plures orbis esse audiens.
126. Ad triumphos velocitate clarus.
127. Magna Pauli humilitas, maxima Ioannis.

Lucet mira animi submissio in Ioane, ex eo quod infatigabiliter ardeat in mortalibus honoris appetentia. Testem appello Alexandrum Magnum, in quo insanabile fuit, & implacabile glorie desiderium. Qua de causa Tertullianus, lib. de pallio c. 4. Alexandrum Magnum animi magnitudine maiorem magno mundo, glorie tamē

D. Chry

123.

Homo huiusmodi Deo par.

Tertul.

appetitione multo minorē appellare non dubitat. Habes (inquit) ex isto fonte astuantem magnam regem sola gloria minore. Tanta enim aviditate glorie flagrabat Alexander, vt cum audisset ab Anaxarcho philosopho plures esse mundos, altē ingemuerit, teste Valerio Maximo lib. 8. cap. 50. in hęc verba. Heu me miserum, qui nec vno adhuc quidem sum potitus; angusta homini possessio glorie fuit, que Deorum omnium domicilio sufficit. Exerratit sane Alexander, a deoq; exorbitavit pre honoris immensa cupidine, vt quod homines dijs omnibus satis esse credebant ad gloriam, id ille sibi satis esse non putaret. Hinc ille cursus velocissimus ad obtinendas victorias, quem Daniel non perniciose velocitate pedum, sed alarum incredibili dexteritate declaravit. Post hęc aspicebam, & ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat quasi avis quatuor supra se. Daniel, 7. num. 6. Quæro in primis, cur pardo assimilatur Alexander? Responsum reddit ibi Carthusianus. Quia quasi pardo pluribus regnis, veluti coloribus, est ornatus. Pulchrè quidē; sed cur pardo adiunguntur alę? Quia (inquit idem Carthusianus) ad victorias potius tamquam avis videbatur volare, quam irē. Optimè; sed ille pungit adhuc scrupulus, quorū pardo nō duo, sed quatuor innectuntur alę? nebulam meo, si possum, intendo pellere responso. Ad honores consequendos monstrosa sunt artificia, & extraordinaria inuenta, que non binas nos docent, sed quaternas, ac multiplices affigere alas.

124.

Alexander Magnus, qui appetens fuit gloria.

Valer. Max.

125.

Audiens plures esse mundos, ingemuit.

Dan. 7. n. 6.

Carthu.

Idem.

126.

Ad victorias, vt avis celeriter volabat.

Sed

Sed quot, ac quantas alas honoris appetentia ceteris iniungebat, tot imo plures innectebat Ioani, vt honores fugeret. Certè Apostolus Paulus, vt humanam gloriam refugeret, que suboriri poterat ex magnifica illa (alijsq; similibus) reuelatione. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum. 2. Corint. 12. num. 2. eas omnes multifariam occultabat: nam illam, quidem non nisi post annos quatuordecim detexit: vt D. Chrysofomus obseruat in eum locum: nec in propria, sed in aliena persona, vt notat D. Ambrosius; cum quē multas reuelationes habuisset, non nisi vnam declarat, vt Theophylactus animaduertit. Nec his contentus, abortiuum se ipsum nominat illis verbis. Nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi. 1. Corint. 15. num. 8. pre mirabili animi submissione abortiuum se nuncupat, quod idem est, atque non hominem se nominare; vt Theodoretus ibi obseruauit. Cum vellet, inquit, se omnium hominum vilissimum, & abiectissimum appellare: abortiuo fetui se ipsum comparat, qui in hominum catalogo non recensetur. Sed huic eximie Apostoli Pauli animi submissione singulari preluxit exemplo Ioannes, dum rogatus, quid esset; & omni se fraudat ornamento laudis, & nihil interim esse se dicit, preter vocis sonitum. Ego sum vox. Ioannis 1. num. 23. tanto certè potiore, quam Apostoli, submissione argumento, quanto vox factu est natura sua ignobilior, quanto quē accidens

2. Cor. 12. n. 2.

D. Chry

D. Amb.

Theoph.

1. Cor. 15. n. 8.

Theod.

127.

Magna Apostoli Pauli, maior Ioannis humilitas.

Ioā. 1. n. 23.

a substantiæ nobilitate longius recedit.

Itaque ex honoris immensa cupiditate late per omnes dominante spectabilior in Ioane persplendet humilitas: quanta autē vulgò in hominum animis honoris sitis inardeat ex sequentibus patebit exemplis.

LAVREA XXVIII.

Ex honoris immensa cupiditate late per omnes diuagante spectabilior, insignior quē in Ioanne splendescit humilitas.

- 128. Deambulatio Empedoclis vana.
129. Eiusdem vanitate funus dignum.
130. Muti scenolę feruens desiderium glorie.
131. Nouus modus glorię aucupandi.
132. Somniat Iosephus in honoribus acquirendis, & laboriose seruat acquisitos.
133. Turrim erigunt gigantes ad glorię consequendam.
134. magna imperij sitis in Hazaele.
135. Mortales ad maiora semper aspirant.
136. Ioannis excellentia.
137. Summa laus, illesa humilitas in summo munere.

Grigētinus Philosophus Empedocles pre impatiente honoris cupiditate ed deuenit infaniz, vt greis

Ii 4

vreretur

Tertul.

128.

Empedoclis in celsis in celsissimus

Rhena.

129.

omne va nissimus interius

130.

Mutij Scenola ardēs glorie desiderium,

Tertul.

vteretur crepidis, quò tinnitu inter ambulandum excito hominum cerneret aures, animosque circumstantium ad suas laudes impelleret. Testis sit Tertullianus libro de pallio capite 4. his verbis. *Sericatus, & crepida eratus incessit, digne quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid subintraret, cymbalo incessit.* Illud prætereà narratur de eodem Empedocle mirabile; nimirum honoris causa se præcipitem in Ætnæ incendiū icessisse. *Quò* (inquit Rhenanus apud Pamelium Tertulliani interpretem libro, de Pallio capite 4. nu. 839.) *se coniecerat latenter absq, arbitris, ut Deus factus putaretur, dum mortuus ignoratur.* Nequè hoc vitium Græcorum animos tantum incessit, Romanorum etiam inuasit pectora, adèoque inualuit Mutij Scœuolæ corde, vt, quia in cœde Porfenæ Regis aberrarat, dexteram igni impostam honoris causa in conspectu Regis adfferit: fortitudinem Rex admiratus eum liberum dimisit. Mutius igitur, vt aliquam grati animi significationem Regi daret, indicauit trecentos iuuenes in eum similiter coniurasse, qua re territus Porfena, acceptis obfidibus bellū deposuit. De eo Martialis.

Vt cre quā potuit contempto Mutius igne, Hæc spectare manū Porfena nō potuit.

Vide Liuium libro 2. ab vrbe cōdita. Hic ergo Mutius Scœnola adèo ludis, & honoris amans erat, vt quam apud suos gloriā Regis interfectione emere non valuit, eā emerit adustione manus, indicat hoc Tertullianus li-

bro ad Martyres capite 4. *Mutius* (inquit) *manum suam dexteram cremavit, ut hoc factū eius fama haberet.* ac si diceret, qui illud assequi nō potuit, hoc habuit: nec nos prætereat monstruosus ille inuentus honoris consequendi, quo vsus est Horostratus, cum totius orbis terrarum admiratione, dum Dianæ Æphesinæ templum toto orbe longè celeberrimum incēdit: cur autem id fecerit, declarat Aulus Gellius libro 2. cap. 5. his verbis. *Vt tam nobili scelere nominis sui famam immortalē redderet.*

A prophanis ad sacra veniam 9. Ioseph honores consequendos multò ante somniabat; Genesis 37. n. 9. eos verò post quam consecutus est, vt diu conseruaret, nullum lapidem non mouebat. In quā sententiam quærit Abulensis, quare fratrum suorum nō nisi proceriores, robustioresque adduxerit ad Pharaonē, ait enim Textus *Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege.* Genesis 47. num. 2. respondet Abulensis ad eum locum in hæc verba. *Vt putaret, eum esse de bono genere, & facili eum in Dominum sustinerent.* Ecce quam studiosè Ioseph eos honores quos obtinendos multò antè somniauerat, obtentos laboriosissimè conseruabat. Audiamus deinde vanissimam Gigantum vocem semet exhortantium. *Venite faciamus turrim, & celebremus nomen nostrum.* Genesis 11. nu. 4. quænam hæc est peregrina adèo, adèoque inaudita nominis celebritas turris ad cæli vsque culmen pertin-

131.

Nozū glorie aucupium

Gen. 37 n. 9.

Gen 47

132.

Ios. ph de honoribus acquirendis somniabat, ac quos laboriosè conseruabat.

Gen. 11 n. 4.

gentis?

Phil. Alexand.

133.

Gigantes fama desideriorum erigunt.

Psal. 104 n. 37. Philo. Alexand.

Hebrai filios immolant.

gentis? superbiæ nimirum, quæ ea, quæ fieri non possunt, factum iri pollicetur. Quò tendebat ista superbia, aut quid consequi parabat? nomē & gloriā: ita Philo Alexandrinus lib. de confus. linguarū. *Nihil, inquit, aliud querentes, nisi vt nomen suum magnum magis, quam bonum transmittant ad posteros.* Ita ille. Tales planè erāt illi apud Hebræos patres, qui, vt humanam gloriā obtinerent, ad posterorūque transmitterent, sub paterno nomine nouercale in filios odiū exercebant. *Immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs.* Psalm. 105. num. 37. Demiratus Philo Alexandrinus inquit, quoniam impulsore, ac persuasore patres in tam horribile, & à natura humana alienum vitium prolapsi sunt? redditque; subinde rationem, ob quam id fecerunt. *Cupiditate, inquit glorie in præsens, & fama in posteros.*

Quam ardentè insuper, & impatienter flagrēt mortales honoris appetentia, ex Hasaelis casu liquebit. Is enim, vt primum resciuit ex Elisei oraculo, regem Syriæ Benadab, ex ea, qua affligebatur egritonia, mortem cum vita commutaturum, vtquè insuper agnouit ex eodem propheta, rege mortuo, ac sepulto se ad regni clauum adfessurum, tanta exarsit regalis honoris cupidine, tam intemperantè æstuauit amorem regnandi, vt paululum expectare nō potuerit, qui regis mortem accelerauerit; diequè subsequente per refrigerationis simulationem ipsum regem suffocauerit. *Cumquè venisset* (inquit

textus) *die altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius, quò mortuo regnavit Hazael. 4. Reg. 8. nu. 15.* Quærit recondite eruditionis author Abulensis, tam festinæ mortis causam, reddiditque; istiusmodi. Ibidem quæst. 26. *Præ desiderio regnandi, nō potuit sustinere, quod moreretur ipse Benadab, sed ipse occidit eum.* Et rursus eadem quæstione. *Impatiens* (inquit) *mora, vt citò regnaret, voluit occidere Benadab.* Adèo ardentis honoris desiderio anhelabat, sed quam vehemens in hoc, & in alijs mortalibus regnabat honoris appetentia, tam præstans, tam efficax, tam deniq; *velox* in Ioāne Baptista floruit auiditas humilitatis, quæ cum pelliceretur, impellereturque; ad oblatos honores, eos incunctanter semel, & iterum recusauit.

Haud impar exemplum estimabitur illud. Expugnatus Rex Syriæ, vna cum duobus, & triginta regibus, consultat rursus, & deliberat, de ineundo secundo certamine. Nec inter cōsiliarios defuit, qui ita mentem aperirèt suam, & sententiā ferret. *Amoue Reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & instaure numerū militum.* 3. Regum 20. num. 25. Quærit ergò Abulensis ibi. q. 11. Cur Reges arceri iubet, & amoueri, ac regum loco strenuos duces substitui? Respondet in hæc verba. *Quia si aliqui non reges præficerentur exercitibus, desiderio exaltationis sue ad maiora, pugnetur acriter, quod nō facerent reges, qui nō expectabāt aliqua maiora, propter hoc, quod erāt in culmine honoris.* Ita Abulēf.

134.

Quatain Hazael dominadi suis.

4. Reg. 8. n. 15. Abulēf.

3. Reg. 20. n. 25. Abulēf.

135.

mortales ad maiora semper aspirant.

Quo

Quò loco duo erunt obseruanda; alterum, eos, qui in culmine sunt honoris, ac dignitatis fieri plerumquè desides, & otiosos, cù nihil superesse videatur, ad quod altius adspirent, vnum tamen, cumquè singularem esse Ioannè, qui cum in summa dignitate esse potuisset, & in summo omnium applausu, eam ideo recusauit, vt quo apud homines se plus deprimeret, eò coram Deo sublimius ascenderet: alterũ, mortales affequendi honoris gratia mortis periculis apertissimis semet obiectare solere: Ioannè autè, vt Christus Dominus Messias esse crederetur, ipse verò talis reputari desineret, cruentam mortem vltro appetuiffe.

Pruriebat hic calamus, & avidissimè festinabat impulsus desiderio exempla plura cumulãdi, quibus ardentissima honorum sitis mortalium visceribus inæsttuans amplius ostenderetur, sed incitatum sisto calamum, quia vnum id certo scio: etiam si omnia consequendi honoris artificia mentis oculis proponantur, & cum ijs conferantur, quibus Ioannes vsus est ad honores euitandos, tantum ab his illa superatum iri, quantum te nebras sol meridianus excedit. Illud adieciſſe fat erit ex Rupert. lib. 2. de victor. Verbi Dei, cap. 12. nequè humanam, nequè angelicam naturam honorè magnam sustinere, ac possidere potuisse, quin superbiret, vt videre est, tũ in angelo, tũ in Adamo. Magna, inquit Rupertus, vtriusquè celsitudo: illius in principatu angelico;

istius in propagando genere humano: neuter pondus tanti honoris humiliter ferre potuit: ut patè uterquè creatura lenis. Vnde cõficit, & concludit, quod pertractat, argumentum: nimirum præter Deum, neminè frui posse magnis honorib[us], quin humilitatis faciat iacturam: *Ecce (inquit) comprobatum est ex duobus, scilicet, ex summo angelo, & ex homine, qui prior conditus, & pater omnium fuit constitutus, quia principatum omnium nullus humiliter ferre potest, nisi Deus increatus.* Hæc ille: & hinc Sancti Ioannis laus affurgit incomparabilis, qui summi honoris pondus, & Messie estimationem, sine iactura humilitatis spectatissimè tulit.

DIXERVNT ERGO
ei, quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto. Ioann. 1. n. 22. 23.

LAVREA XXIX.

Ioannes totus quotus erat, vox erat: & vox quidem philomelæ instar iucundissimæ.

- 138. Totus Ioannes erat vox ad salutem inuitans.
- 139. Ante natalem diem, tripudys loquebatur.
- 140. Exemplum lusciniæ commodum.
- 141. Nullum commune cum terra cõ-

mercium

136.

Ioannis excellencia.

Rupert.

137.

similans illa (a humilitas in summa dignitate.

mercium in Ioanne.
142. Zacharias mutus plurifuriam loquitur.

Hæc vox omnium gentiũ vocibus dilaudari satis numquam poterit: nos aliquot eius encomia percurramus: ac in primis certò sciamus propterea Ioannem de se dixisse. *Ego sum vox.* Ioannes 1. n. 23. quia si minus ore, at exemplo totus erat vox. ita præclare notat Venetus tom. 4. sect. 8. quæst. 460. his verbis. *Fuit vox, quia non tantum eius predicatio, sed vita, vestitus, cibus, & quidquid erat in eo, erant voces ad benè viuendum inuitantes.* His exemplis, his factis egregijs personabat longius, qui etiã antequam nasceretur, non verbis agebat, sed factis, non sermonibus loquebatur, sed saltibus, vt benè notauit Chrysostomus in encomio natalis venerandi Præcursoris apud Suriũ tom. 3. mense Iunio. *Nondum nascitur, inquit, & saltibus loquitur: nondum ei permittitur clamare, & per facta auditur.* Ad hæc quemadmodum Dei vox periucunda est, ita Baptiste vox est persuauis: contemplatus olim philosophus quidã suauissimæ philomelę guttur infatigabile, incautam, (vt legitur apud Plutarchum in Apophthegmat.) apprehēdit, plumas omnes auellit, cumquè nihil penè corporis, ac carnis reperisset, fertur exclamasse. *Vox tu es, & nihil præterea;* quod in Ioannem mirè conuenit: in quo nihil carnis esse videbatur, propterea nec suæ profapix nomen hereditarium habere vo-

Ioan. 1. n. 23. Venet9

138.

omnia in Ioanne voces erant ad bene beatitudinis inuitantes.

D. Chry

139.

Antequam nasceretur, saltibus loquebatur.

Plutarc

140.

exemplū philomelæ peridoneum.

luit, ne carnis, & sanguinis aliquid habere videretur; propterea præter camelinam pellem vestis genus omne repudiavit: propterea epularum delicias pertegus vix melle siluestri, & locustis vescitur: propterea se domo, lecto, & alijs vitæ commodis abdicauit: de quo argumento Chrysostomus tom. 2. in cap. 3. Matth. homil. 10. *Nequè enim vel lecto indigit, vel lecto: non mensam, vel aliqua eiusmodi requisuit, sed angelica quadam vita, mortali incarnate resplenduit.* Propterea etiam vestimentũ de pilis camelorum habuit, vt habitu quoquè ipso mundi contemptum doceret, suadens ceteris nihil cum terra habere commune: sed ad priorem nobilitatem reuerti, quam habuerat Adã priusquam de victu vestitusq[ue] curaret. Nota illa verba. *Nihil cum terra habere commune.* Quamuis enim communem cum ceteris mortalibus carnem gereret, ita tamen illam domabat, vt gerere non videretur, & propterea D. Ioannes Chrysostomus operis imperfecti hom. 27. expendens illud. *Venit Ioannes non manducans nequè bibens.* Matthæi 11. num. 18. *Nihil (inquit) carnis erat in eo, nisi visio sola.* Quod si nihil carnis aut corporis erat in Ioanne, ac rursus vox erat; illud iure optimo in illum iactaueris. *Vox tu es, & nihil præterea.* Vox (inquam) suauissimę philomelę, ad cuius decantandã melodiam, lusciniæ item melos, ac guttur flexanimum appetebat D. Theodorus Stud. oratione de Ioanne Baptista. *Si vocali (inquit) alicui lusciniæ, que verno tempore pulchrè recinat, nostra esset similis oratio,*

Chryso.

141.

Ioannes nihil cõmune habuit si videtur.

D. Io. Chryso.

Matth. 11 n. 18

D. The.

immemoret

inueniret fortasse, quemadmodum posset parumpè laudare magnam illà vocem, quæ hodie nascitur. Ita ille: quasi ad commendandam hanc diuinam vocem nulla alia vox accommodata foret, nisi philomelæ vox acutissima, ocysima, præstantissima.

Et verò par erat, vt qui totus erat vox, nasceretur ex patre, qui ideo fraudatus fuerat voce, vt se totum transformaret in voces; quiquè, si minus ore, at stylo, at manu, at litera loqueretur. Excipe Tertul. lib. de idololat. cap. 23. Etenim Zacharias temporali vocis oratione mulctatus, & nomen filij sine ore pronuntiat, loquitur in stylo, auditur in cera, manus omni sono clarior, litera omni ore vocalior.

LAVREA XXX.

Prophani conuiuæ intemperantiæ cantibus oblectantur; Deus inter conuiuia non nisi pænitentia vocibus, ac lachrymis exhilaratur, in eadem verba. Ego sum vox. Ioã. 1. n. 23.

143. Fides crassa ad suaves cantus inepta.

144. Veteres in conuiujs varijs musica instrumentis utebantur.

145. Vox intemperantiæ, rauca, ingrata.

146. Per pænitentiam fit Ioãnes vox acuta, æternum Patrem ad se trahens.

147. Cælum etiam molliuit.

148. Huiusmodi cantilena Christum allecit.

Ioannis vox mira se acuit abstinentia, vt inflexanima pænitentia melodia acuta vox fieret, Deumquè ad se se pelliceret: Nam & in chordis (ait Chryso- stomus tom. 5. homil. 54.) crassa quidem ad cantus suauitatem inutilis est. Et quidem intemperantiæ vox, vox est crassa, & sono musicam reddit iniucundam: qualis dari solebat in veterũ conuiujs, in quibus solemne fuit musicos adhiberi, qui cantilenis, & gutturi inflexionibus discumbentium animos demulceret. Addebant alij tubicines, & buccinatores: laudo Plautum de lauto conuiuio.

(ristromata Lectos eburatos, auratos, babilonicæ percussatq; tapetia, fidicinas, tibicinas, sambuccinas.

Hæc porro instrumenta, & alia istiusmodi veteres in conuiujs personabant, cantatrices etiam Persarum Rex Darius in mensa fertur habuisse. Martialis lib. 9. Epig. 65. interroganti, quod nam optimum crederet conuiuium? Respondit mature.

Quod optimũ sit queritis conuiuium? in quo Choraules non venit.

Ita ego censeo: musici enim, & choraules magis conuiuas tumultu torquent, & intemperantiæ, quam recreant cantionibus. Hæc videlicet est vox intemperantiæ, vox crassa, rauca, iniucunda; tantum interiora animæ contristans, quantum rudes conuiuarum aures exhilarare videtur.

Pænitentia vero vox, vox est

Chryso.

143.

fides crassa ad cantus suauitatem inutilis.

144.

musice in veterũ conuiujs varijs instrumentis.

Martial

145.

Vox intemperantiæ, vox crassa, rauca, iniucunda.

acuta

146.

Ioannis pænitentis vox acuta æternũ Patrem ad se trahens

Matth. 3. n. 18.

Matth. 3. n. 2.

147.

Cælum etiam attraxit.

Luc. 7. n. 37.

D. Petri Chryso

acuta: qua Ioannes modulatè canens cælicolas, ac Deum ipsum attrahebat: ac proinde nõ est mirum, ad huius diuinæ vocis suauitatem descendisse Æternũ Patrem nube circumfusum rutilante, eo modo, quo audita forte propè ianuam iucundissima voce folio Rex affurgens appropinquat auditurus propius, & attentius: donec cantu mirificè recreatus, se prodens fenestram aperit; quod etiam fecisse videtur Æternus Parens, qui pænitentia voce Ioannis ore formata suauiter exhilaratus nubem aperit, & talem in Christum Ioãnis etiam voce fruentem emittit vocem. Hic est filius meus dilectus.

Matthæi 3. nu. 17. Porro non est mirum Ioanni tam suauè sonanti, tam acutè canenti, & Æternum Patrem, & ipsum cælum admouisse aurem, & auscultatis appropinquasse, ipsemet inclamante Ioanne. Pænitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 3. num. 2. Nam si quis est, aut esse potest in terris sonus, qui Dei aures exhilaret, is certè nullus est alius, quàm qui ab ore, & corde pænitentium lachrymis efformatur.

Sit mihi probationi locus ille: Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod accubisset in domo Pharisei, attulit alabastrũ unguenti, & stans retrò. Lucæ 7. nu. 37. Infert se se pænitens mulier, Deum in conuiuio exhilarata cætu suauissimo, melosq; dulcissimum de more veterum regum regi cælorum cantatura. Attende Diui Petri Chryso-

logi verba sermone 93. Venit (inquit) pietatis, non voluptatis exhibitura conuiuium, pænitentia mensam, panem doloris infert, & ad delicias Deitatis totas, totam pulsat cordis sui, & pectoris symphoniam. Ita Chrysologus. Ecce causa, ob quam Christus ad Pharisei conuiuium spontè venit; nimirum, vt pænitentis mulieris, non Pharisei muscen audiret. Ecce causa, ob quam ad Ioannem dulce pænitentia canticum modulantem aures cælum admouens appropinquat; & Æternus Pater accedit, & Ioannis voci suauem vocem emittit concordem, vtriquè enim Christi diuinitatè restatur. Ecce tandem causa, ob quam Spiritus Sanctus specie columbæ (quæ delectari assolet gemebundo pænitentia cantu) ad Ioannem è cælo delabitur. Quod si teste Chryso stomo hom. 42. in Matthæũ Decachorda cithara dicitur homo; qualis quæso cithara, quam suauiter, quam iucundè, quam modulatè sonans foret talis homo, & homo missus à Deo?

LAVREA XXXI.

Ioannis vox, & prædicatio dulcis. Super eadem verba. Ego sum vox. Ioann. 1. num. 23.

149. Ioannis concio mellita.

150. Ioannes Dei guttur suauissimi.

148.

Pænitentia cantus etiam Christum allecit.

Chryso.

kk

mm.

num.

151. *Admiranda lapidis natura, qua Ioannis exprimitur.*

Venerabilis Beda, exponens rationem, propter quam Ioannis cibus dicatur esse mel; iuxta illud. *Et locustas, & mel siluestre edebat.* Marc. 1. num. 7. hæc addit verba (quæ amplam nobis fegetem exhibere potuissent, eius laudes metendi.) *Quia (inquit) eius predicatio fuit adeo dulcis, ut Christus putaretur.* Erat nimirum vox hæc vox Dei, suavissimè, quò vellet, inflectentis.

Ideoquæ Ioannes singulariter eadè cum Christo vaticinia participat; ad vtrumlibet enim dirigitur illud oraculum? *Guttur illius suavissimum.* Cantic. 5. nu. 16. quæ verba Pfellus antiquus pater apud Theodoretum exponit de Ioanne Baptista, cuius vox dulcifona, cuius prædicatio faccaro, & melle suavior erat. *Guttur eius (inquit) Diuus ille præcursor, qui & verbi, & sponsi vox dicitur.* Quanta verò illam Deus condierit suavitate, quam mellea asperferit iucunditate, explicat Ecclesiæ lumen Diuus Hieronymus tom. 2. aduersus Luciferianos verbis illis. *Planè angelum, qui eremi deserta seclutus, oculis spectantibus Christum, nihil aliud est dignatus aspicere; qui eloquijs Domini, quæ melle, & fauo dulciora sunt, dignam Deo vocem erudiuit.* Hæc Hieronymus.

Hanc nimirum vocem Ioannes annos triginta erudiuit lachrymis, erudiuit orationibus,

erudiuit inedia: vide an hæc sit vox, & lingua illa erudita, quam sibi datam gloriari videtur Ecclesia apud Esaiam cap. 5. post repudiatam Synagogam, incipit enim Deus loqui. *Quis est hic liber repudij matris vestrae, quo dimisit eam.* Ibi numer. 1. Deinde loquitur Phropheta, siue Ecclesia eius nomine. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo, erigit manè, manè erigit mihi aurem, ut audiam, quasi magistrum.* Ibi num. 4. Sonuit enim diuinus hic magister in aurora, & in primo manè legis nouæ, voce adèo dulci, ut omnes ad sui dilectionem traheret: quare tres Patres apud Theodoretum de Ioanè explicant illa verba. *Vox dilecti mei, ecce iste venit, saliens in montibus.* Cant. 2. num. 8. *Dilecti vox (inquit) præcursor est, ille penitentia promulgator diuinas instruens vias, ac dirigens semitas.* Ideoquæ dicitur. *Guttur illius suavissimum, & totus desiderabilis.* vel, ut alij transferunt, & totus desiderium.

Merito igitur dictum est ab Hieronymo. *Dignam Deo vocem erudiuit.* In ea enim præter admirabilem dulcedinem diuinæ splendor eloquentiæ eluxit admirabilis. Venit hic in mentem, quod de lapide Pantarba narrat Hiarchas apud Philostratum in vita Apollonij lib. 3. capit. 14. lapis est, ut pulchritudine spectabilis, sic admirabilis virtute: ardet suavi quodam splendore, radijs perstringens oculos, diè vel nocte media accendit: at, quod mireris, id ipsum lumen

Esai. 5. n. 1.

Ibi n. 4.

Cant. 2. n. 8.

Tres Patres apud Theodoretum.

Hierar. apud Philostratum.

151

Mira lapidis natura, qua Ioannes adibrant

spiritus

Mar. 1. n. 7.

149

Prædulcis, ac mellea Ioannis prædicatio.

Cant. 5. n. 16. Theod.

150

Ioannes Dei guttur suavissimè.

D. Hier

spiritus est, adèo potentis efficientis, ut procul abiunctos lapides attrahat, vniatquæ: quantumquæ illa vis diffunditur, tantum (dictu mirabile) obtinet imperij, acervosquæ lapidum, non secus, ac apum examina trahit in vnum; adde, quod natura, ne tam præciosam munus vilesceret, non modo occultis terræ visceribus abdidit, sed, & facultatem indidit, qua ex captantium manibus efflueret, nisi cauta diligentia teneretur.

Quæ omnia mirificè conueniunt diuinitus eruditæ Ioannis eloquentiæ, linguæ facundissimæ, gutturiquæ suavissimo; si lux quæritur, quid illustrius? *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. num. 35. si vis, quid potentius? *Tunc exibant ad eum Hierosolym. & omnis Iudæa circa Iordanem.* Matth. 3. num. 5. si latebræ, quid occultius? annos triginta latuit interiore solitudine. Hæc porro eloquentia, hæc eruditio Ioannis animo diuinitus infusa tautas vires habuit, ut miti quodam dominatu se se insinuaret in Iudeorum pectora, quæ nullæ alix machinæ potuissent expugnare.

LAVREA XXXII.

Ioannis vox mysterijs magna; super eadem verba, *Ego sum vox.* Ioann. 1. n. 23.

- 152. *Vt verbum præit vox, sic Ioannes Christum.*
- 153. *Quo modo anteit vox Verbum.*
- 154. *Efformatur vox ex tenui cordis spiramine.*
- 155. *Omnia vox Christi magna.*
- 156. *Ioannes vox maxima.*
- 157. *Lex antiqua voce magna incipit expirare.*
- 158. *Ex magnis Euangelij, & vocibus Ioannis Baptiste vox proditur.*
- 159. *Cur vox Ioannes sit.*
- 160. *Ioannes tantum concionabatur, non scribebat.*

152.

ECQVIS non magnam Ioannis laudem reputet Dei fuisse vocem, atquæ adèo, tam proximam Deo extitisse, quam vox vicina est verbo; agnoscit mysterium Diuus Ioannes Chrysostomus homil. 27. operis imperfecti his verbis scribens. *Quanto vox proximior verbo, non tamen verbum, tanto Ioannes proximior Christo, non tamen Christus.* Agnoscit etiam Diuus Bernardus sermone de natiuitate, & inter magnas Ioannis laudes annumerat. *Ioannes nimirum (inquit) tanto propinquior erat Deo, quanto vox vicina verbo, cui nulla voce alia media, quod foris sonet, operietur intimari.* Agnoscit, & quidem cum miraculo Sancto Ioannes Chrysostomus orat. de Sancto Ioanne Baptista apud Lipoman. tom. 3. *Omnia miracula (inquit) in populo versatur verbum, & vox predicat.* At, ut auguror, ipse tecum obmurmuras. Vox verbum non præit, sed potius subsequitur, contra atquæ hic ene-

Ioannes tam proximus est Christo, quam vox proxima est verbo.

D. Ioan. Chryso.

D. Bern

S. Ioan. Chryso.

153.

quomodo vox præcedat verbum.

nit : hic enim Iohannes præit Christum : hoc est vox præcedit verbum : præfagit hoc tacitum murmur, & abegit prouidè Diuus Petrus Chrysologus serm. 137. paucis, sed disertis verbis, dum illum sensum expenderet. Factum est verbum Domini super Iohannem. Luc. 3. num. 3. Sed dicis (inquit) mihi, quid, quod vox præcedit verbum? præcedit, sed non præcellit. Præcedit quidem iuxta illud Sæcra Gregor. Nazianzeni orat. 38. Quia præuiam lucernam splendidissima illa lux sequitur, & vocem Verbū. Non præcellit secundum illud Augustini homil. 44. cap. 2. in opere 50. homil. Præcedit ille, præcedit obsequendo, sequitur ille regendo, sequitur enim nascendo, antecedit regendo. Vides, vt hæc conueniunt planissimè, & concordant facillimè?

Quin etiam vox tenuissimo formatur ex aere ducto ex cordis interiore receptaculo. Videtur enim ab ore, (verba sunt Lactantij Firmiani lib. de opificio Dei cap. 15.) Sed ab intimo pectore vox oriri. Vnde Iohannes, cum sit vox Dei, ex intimo Christi spiramine, ex anhelitu cordis Dei, intrinsecò amore efformatus videtur exurgere : innuit id Diuus Petrus Chrysologus serm. 160. Totus (inquit) ad Dei amorem (supple, & ex amore) natus angelico testimonio comprobatur. Et verò ex hac magna Iohannis cum Deo cōiunctione fit, vt quemadmodum Dei vox magna est, ita vox Iohannis magna quoquæ censetur. De Christi Dei voce ait sacer textus. Clamans voce magna emisit spi-

ritum. Matthæi 27. num. 5. Rimanatur Origenes causam tomo. 2. tract. 35. ob quam dicatur magna Christi vox? Digne Deo (inquit) requirendum, quæ fuit illa magna vox Christi, & magna rebus significantibus; magna mysterio; puto autem, quod omnis vox Christi magna sit, & si fuerit lenis. Hæc Origenis doctrina accommodari potest Iohanni Dei voci, de quo, & in morte, & in vita, dici etiam potuisset. Clamans voce magna emisit spiritum. Matthæi 27. num. 50. ad eum enim longè, latèquæ personuit ingenti voce, vt ad conuexa cæli spatia, & ad extrema terrarum littora pertingeret. Tam magna voce (ait Ambrosius in Psalm. 36.) clamauit, vt ad eius sonum secreta caelestia resulerent, terram mouit, celum impleuit, ideoq; vocis nomen accepit.

Super hæc, quemadmodum Christus Dominus præmissa voce magna exhalauit animam, iuxta illud, Iesus autem emissa voce magna expirauit. Marc. 15. nu. 37. ita vetus lex incipit expirare emissa Iohannis voce magna : erat enim Iohannes vox magna, & ideo in deserto clamans, vbi non nisi magnæ voces exaudiuntur : ac rursum quemadmodum Centurio ex illa Christi morientis ingenti voce ipsum Christum Dei filium esse cognouit. Videns autem Centurio, quia sic clamans expirasset, ait verè hic homo filius Dei erat. Marc. 15. num. 39. ita, qui attentè considerauerit, Moysaicam legem non nisi edita hac ingenti voce expirasse, ita planè concludet, verè hæc lex non

Matth. 27. n. 5. Origen.

155.

Omnis vox Christi magna

Matth. 27. n. 50

Ambrosius

156.

Iohannes vox quæ magna.

Marc. 15. n. 37

197.

Lex vetus expirat voce magna, vt Christus.

Maarc. 15. n. 39

erat

erat humana, sed profus diuina. Ac tandem sicut inter extremam mortis lucem ille verè Christianus agnoscitur, qui voce semimortua Iesum dulciter ingemnat, ita legem veterem vmbra fuisse nouæ ex eo planè deprehenditur, quod moriens hac Iohannis voce Iesum indicat, & inclamitat.

Quin etiam colligo huius diuinæ vocis interminatam magnitudinem ex eius discipuli præ magnis vocibus, & ad extremas orbis oras, & ad mundi finè vsq; sonituris. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Iohan. 1. num. 1. Quas voces iure magnas appellat Euthymius Zigabonus in orthodoxæ fidei dogmatica pa-noplia parte 1. tit. 11. Nos enim (inquit ille) magnis, excelsisque vocibus filij diuinitatem percipimus, & prædicamus: quænam sunt ille: ille nimirum: Deus, Verbum, in principio, cum principio, in principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quod si discipuli vox tanta fuit, quænam fuerit magistri, qui nõ aliud, quam à voce sibi nomen imponit? præterquam, quod discipuli voces, magistri esse censentur. Euangelistam autem Baptistæ fuisse discipulum, vt verosimile dixi. Currus. 1. Laur. 45.

Cæterum ad maiorem huius vocis intelligentiam sunt aliqua ex Patribus adnectenda. In primis, vt animaduertit Augustinus serm. 20. de Sanctis Iohannes fuit vox, quia sicut per vocem verbum in mente latens, alijs declaramus: sic Pater Æternus per

Iohannem Verbum suum latens in carne mundo manifestauit. Deinde sicut vox loquentis anteuertit mentem, & intelligentiam audientis, sic Iohannes prædicatione sua anteuertit Christi notitiam, & fidem in mentibus Iudeorum, eamquæ illis indidit; ita Diuus Gregorius homil. 20. in Euangelia. Tertio vox præit verbum, & conceptum audientis, sequitur tamen verbum, quod præcessit in mente loquentis : per uocem enim verbum suum, & conceptum loquens reuelat audienti. Sic Iohannes præcessit, quidem notitiam, & verbum Dei in mentibus auditorum : hoc tamen Dei verbum præcessit Iohannem, quia videlicet fuit ab æterno; ita Sanctus Ambrosius in caput 3. Lucæ. Addè Augustinū in serm. 76. in appendice. Sicut enim, quando verbum corde concipimus, necessaria est vox, quasi quoddam vehiculum verbi, & quamlibet verbum ipsum per oris sonum, ad alium transferamus, tamen illud integrum etiam intra nos, idest clausum à loquente sic transfertur, vt tamen in sua sede teneatur. Ita, & omnipotens Pater innotescere nobis volens sapientiam, & Verbum illud, quod in principio erat Deus apud Deum, sicut ipse testatur. Eructauit cor meum verbum bonum, beatum Iohannem, quasi uocem, per quam ad nos verbum suum proferreret, assumpsit. Deniquè sicut vox citò elabitur, ita Iohannis tantum fuit uiua voce concionari, & Christum indicare. Nam, eius officium non erat, scribere sua oracula diu permāfura, hoc enim fecerunt Isaias,

159

Rationes ob quas Iohannes vox dicitur.

D Gre.

Ambrosius August.

160

Iohannis nõ fuit scribere, sed loqui.

D. Pet. Chrysol.

Luc. 3. n. 3.

D. Greg. Nazian.

August.

Laetan. Firmir.

D. Petr. Chrysol.

154.

vox extenuissimo cordis anhelitu, & spiramine uideatur efformari.

Iohan. 1. n. 1. Euthy. Zigabo.

158

Baptista uocis magna colligitur ex magnis Euangelistæ uocibus

August.

aliquè prophetæ, quorum quilibet non vox tantum, sed & clamus scribæ, velocitè scribens erat.

LAVREA XXXIII.

Ioannis vox clamat tum solitudinis, tum pudicitie laudè. In eadè verba. Ego sum vox. Ioan. i. n. 23.

- 161. Quare turturis nomine Ioannes intelligatur.
162. Civitatem relinquit Samuel.
163. Annis triginta comoratur Ioannes in deserto.
164. Solitudo paradisi.
165. Christi gloria in solitudine splenduit.
166. Etiam post mortem castus pudor vultum Ioannis exornat.
167. Castitatis procuratrix modestia.
168. Castitas pro munimine habet modestiam.

DE hac voce intelligo illud ex Cantico Canticorum. Vox turturis audita est in terra nostra. Cantic. 2. num. 12. quod ut scribam, it mihi preius facularius Diuus Gregorius Nifenus, hom. 5. & Diuus Epiphanius hæresi. 59. Nec non Catena trium Patrum, quorû hæc sunt verba. Vox turturis audita est in terra nostra. Turturum nominans adventus sui prophetam, & precursorum, ut potè solitarium, & pudicum: cuius vox est penitentiæ predicatio. Apellat in primis solitarium, in qua laude sic effloruit, vt omnes vinceret anteuntes: de ea diximus Cur

Cantic. 2. n. 12. Epiph.

161.

quare Ioannes turturæ significatur.

ru 3. Laur. 13. Erat Samuel addo solitudinis amans, vt paucissimas horas ciuilibus negotijs impèderet; cuius ego veritatis preclarum arripio testimonium ex illo loco. 1. Reg. 9. vbi cum exeutes vrbe Ramatha interrogasset Saul, vbi nam Samuel adesset? reddiderunt ipsi. Festina nunc, hodie venit in ciuitatem. Ibidem n. 12 illa quippe die expectatissimus erat illius in urbem aduersus, ceteri dies agebantur in solitudine, vna tantum dies in vrbe: ceteri ducebantur in solitudine lente, hinc festinantur in vrbe peragebatur, vnum pro omnibus accipe Diuum Gregorium Magnum. Quid est ergo (inquit) quod dicunt: festina nunc, hodie venit in ciuitatem, nisi quia raro videbatur in ciuitate, videlicet tarde veniens, cito recedens. Sed fuerit Samuel solitudinis perstudiosus, at Ramatham redibat, at in urbem quandoq; veniebat: at non procul à ciuitate habitabat: Ioannes verò Baptista, & procul habebat, & totos triginta annos in eremo ab vrbe semotissima; vitam agebat perbeatam. Per beatam dico: nam in solitudine, & liberius, & frequentius arcana mysteria beatitudinis sempiternæ se pãdunt: quod vt Deus, velut umbratili figura, picturaquè monstraret, gloriam suam Israelitis ostendit, non in Ægyptum, sed in eremum respicientibus. R. Spexerunt (inquit) facer textus) in solitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube. Exo. 16. num. 10. quod egregie expertus Diuus Hieronymus in carcere se esse putabat, & extra pa-

1. Reg. 9.

Ibid. n. 20.

162.

Samuel raro in ciuitate.

D. Gre.

163.

Ioannes totos 30. annos in deserto.

Exod. 16 n. 10

D. Hier

radisum

164.

Solitudo paradisis

radisum: dum extra solitudinem habitabat. Mihi (inquit ille Epist. ad Rusticum) oppidum carcer est, & solitudo paradisi. Ibi videlicet angelorum chori spectabiles se illi obijciebant: ipsum audi in regulis monachorum ita scribentem. Solus deserta penetram: sicubi concana vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi mea erat orationis locus: & vt mihi testis est dominus, post multas lachrymas, post callo oculos inherentes, nonnumquam videbar mihi interesse agminibus angelorum: & letus, gaudensquè cantabam, post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Hac de causa Christus se crebrò abducebat in solidinè, vt videre quis poterit Luc. 1. n. 35. Luc. 4. num. 1. Matth. 17. num. 1. Marc. 9. num. 1. ideoquè nò nisi in Thaboris abditissimo recessu gloriam sui corporis ostendit, vt alibi ex Tertulliano dicemus: & hinc colligere possumus, quæ S. Ioannes spatio annorum triginta cælitum spectacula habuerit in solitudine, quot, & quales cum Angelis, & cum Deo sermones contulerit, de solitudinis laudibus dicam, aspirante numine, tomo. 1. in Matt. ad illa verba. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ Matt. 3. n. 1.

Luc. 1. n. 35.

Luc. 4. n. 1.

Matth. 17. n. 1.

Marc. 9. n. 1.

165

Gloriam suam in solitudine Christus ostendit.

Matt. 3. n. 1.

Nyssen. Epipha. 3. Patrum

Pergo ad aliud genus laudis; quo Ioannem Nyssen, & Epiphanius, & trium Catena Patrum sublimem extulere, dum eum, & solitarium; & pudicum nominarunt, equis vniquam Ioannem antetulit pudicitia? quæ quanta, & quam angelica; ac diuina in Ioanne viuo vigerit, facile col-

liget, qui eius etiam mortui pudorem, ac modestiam confiderauerit cum D. Ambrosio lib. 3. de virginibus; eius namquè vita functi etiam pudor persplenduit allato ad regalem mensam, &posito coram capite, oculis citra natura legem, ad modestiam compositis; ne etiam mortui; si aperti fuissent, videre cogeretur adteros: aures admoue D. Ambrosio in eam sententiâ, sensumquè; ita loquentem. Clauduntur lumina, non tam mortis necessitate, quam horrore luxurie. Ecce quanta fuerit eius pudicitia oculorum, etiam post mortem mirificè enituit, & hinc colligere possumus, quæ, & qualis Ioannis modestia in vita fuerit. Modestiam ille virgineo pudori tuendo procuratricè elegit: solent ij, qui de rebus grauissimis litigant acutissimum, vigilantissimumquè procuratorem eligere, qui causam suâ strenuè defendat. Est castitas virtus, cui lites mille vitia intendunt; Nulquamquè potest procuratricè eligere in suis causis præstantiorè, quâ modestiam, quæ omnes aduersarijs nocendi vias occludit, vnde Terrullianus lib. 1. ad uxorem cap. 8. Stude (inquit) modestie, que pudori procurat. Quod si hæc modestia foris in sensibus reluceat, indicat illesam, illibataquè; interioris animi sanctitatè, quâ, vt Rupertus egregie declarat, Spiritus Sanctus magnoperè dilaudat in anima sancta, illis verbis. Genæ tua sicut fragmen mali punici. Cant. 4. num. 3. Ruboris videlicet in maxillis colorem locat, tãquam signum eius, quæ later in-

D Amb

166.

Ioannis vultus etiam post mortem ad pudorè compositus.

167.

litigantes diligenter suam procuratorè eligunt.

Tertul.

168.

Castitas aduocata habet procuratricè modestiã

Cant. 4. n. 3.

trinsecus, sanctitatis: Ideoque eo quasi sigillo exterius impresso subiungitur. *Abiq; eo, quod intrinsecus latet.* Ibidem num. 3. per anteriorem enim verecundiam declaratur interior castitas: proptereaque exclamat eo loci Rupertus. *O verè laudabilis verecundia, ubi & intus conscientia munda, & foris facies verecunda est.* Hinc est illud verecundiae, & pudoris encomium varijs distinctum titulis apud Bernardum ferm. 86. in Cant. *Verecundia splendida gemma morum, bona indolis index: continentie soror, lampas pudica mentis, propugnatrix puritatis innata, fame custos, vita decus, virtutis sedes, virtutum primitiae, insigne totius honesti.* Ita ille. Sed multa, quae in hanc sententiam dici poterant, quaeq; sanctissimi Ioannis pudor, ac modestia longissimis excessit intervalis, alibi dicenda.

LAVREA XXXIII.

Hæc vox veterum meta, novarum fuit exordium. Super ea ipsa verba. *Ego sum vox.* Ioan. 1. num. 23.

- 169. *Concionatores voce, & verbis magis, quam armis pugnant.*
- 170. *Ioannes vaticiniorum veterum finis.*
- 171. *Quanta sacri verbi efficacia.*
- 172. *Est instar securis predicatio.*
- 173. *Vna Christi voce manus militum terretur.*

IVuat huc transferre verba Eusebij Emisseni hom. in dominica 4. aduentus. *Hæc vox (inquit) finis veterum, & novorum principium est: omnis enim lex, & propheta usq; ad Ioannem: discant igitur Ecclesia predicatorum non armis pugnare, sed voce, audiant dominum dicentem, ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarij vestri; si ergo volunt vincere, ore pugnent, qui tale os, & talem vocem habent, cui inimici resistere nequeunt: sic Ioannes faciebat, & ideo se interrogantibus dicebat. Ego vox clamantis in deserto.* Hæc Eusebius Emissen.

Ex quibus duo maximè inclarescunt: alterum, Ioannis vocem veluti metam, terminumq; extitisse antiquarum vocum: Tertulliani testimonio ad stipulante in lib. contra Iudæos cap. 8. *Lex (inquit) & propheta usq; ad Ioannem baptizatorè, baptizato enim id est, sanctificante aquas in suo baptizate, omnis plenitudo spiritualium retro charismatum in Christo cesserunt signante visiones, & prophetias, quas aduentu suo adimplevit.* Idcirco clamat Eusebius (*hæc vox finis veterum, & novorum principium est*) idcirco Anna mater Samuelis ait. *Recedant vetera de ore vestro.* 1. Reg. cap. 2. n. 3. vbi Isidorus Clarius. *Videtur (inquit) Spiritus Sanctus, ut in prophetis solet altiùs extulisse huius mentem, & os, ut subindicaret, iam preparari longè maiora, quam umquam fuerunt, aduentus scilicet Christi.* Supple in quo ceteræ voces Christi voci Ioanni ultro cederent. Idcirco Isaia 43. hortatur Deus. *Nememineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego nova facio om-*

Eusebij Emisseni.

169

Predicatores non armis, sed voce pugnent exemplo Ioannis.

Tertul.

1. Reg. 2. n. 3. Isidorus Clarius.

170

Ioannes veterum vaticiniorum meta, ac terminus

nia.

Isai. 43. n. 18.

Oleaster.

Mat. 11 n. 11.

D. Hier.

Chryso.

Cypria.

nia. Ibi num. 18. vbi est sermo de mysterio Incarnationis, quod Ioannes venit, ut ad significaret, prædicaretque: quare Oleaster in hunc locum. *Quid hoc novi est Domine, quod tanti facis, neq; tamen explicas, quid illud sit? Secretum inquit, meum mihi, secretum meum mihi, decrevi homo fieri, carnem induere.* Obliti cetera, hoc vnum recordamini, cessent iam veterum prophetarum vaticinia, cessent oracula Ioanne iam loquente, & latentem inter homines Deum digito demonstrante: ideo enim dictum est. *Omnes propheta, & lex usq; ad Ioannem prophetaverunt.* Mat. 11 num. 11. non quod post Ioannem prophetæ non fuerint, sed quia lex, & propheta, quos scriptos legimus, quidquid prophetaverunt, de Christo vaticinati sunt: vnde quando dicitur, omnes propheta, & lex usque ad Ioannem prophetaverunt, Christi tempus ostenditur: ut quem illi dixerant, esse venturum: Ioannes venisse ostenderet: ita Hieronymus Matth. 11. & Epist. ad Algas. quæst. 1. Chryso. homil. 19. operis imperf. & homil. 32. in priorem ep. ad Corinth. Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 9.

Alterum, quod ex verbis Eusebij inclarescit, illud est; quanta nimirum sit vis, quanta potestas in ore concionatorum, quorum voces, & acumina Ioannis iam tunc vox, & acumen agebat, ac repræsentabat. Hæc voces fidem in latas totius orbis oras, ac regiones propalarunt, teste Apostolo ita scribente. *Fides vestra annuntiat in uniuerso mundo.* Ad Ro-

man. 1. num. 18. Ipsa semet fides prodebat, ac propagabat ad eum, ut idemmet Apostolus fateretur, vbi Christianorum verba audirentur, haud opus esse sua ipsius prædicatione. *A vobis (inquit) diffinitus est sermo Domini, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui.* 1. ad Thef. 1. num. 8. *Qui enim (inquit) Chrysostomus in eum locum) Discipuli fuerant, ij in doctorum gradu consistebant, numquam enim Euangelij prædicatio constiterat, sed igne vehementius in omnem terrarum orbem inuaserat.* Inuaserat nimirum vniuersum orbem, acrias superbiæ arbores, ac potestates sternens, humique prouoluens. Enimverò Euangelica prædicatio est acutissima illa, minacissimaque securis, de qua idemmet Ioannes ait. *Iam enim securis ad radicem arborum posita est.* Matth. 3. num. 10. vbi D. Hieronymus. *Prædicatio (inquit) sermonis euangelici, qui ex utraque parte acutus est gladius, securis appellatur.* Hæc prædicatio ritu securis, crebris ictibus sternit infidelitatis querceta: hæc instar acuti teli, hostiles acies felicissimè fundit, ac fugat; quod Christus significanter innuit, cum irruentes in se acies vno verbo deiecit. *Ut ergo dixit eis; ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Ioann. 18. nu. 6. Quorum casum ridens Augustinus ad eum locum, exaggerans diuini verbi vim ac potentiam. *Vbi (inquit) nunc militum cohors? ubi terror, & munimen armorum? vna vox turbam odij ferocem, armis terribilem, sine telo villo percussit, repulit, strauit.* Sed de hoc argumento dicam Mat. 5. num. 2.

ad Rom. 1. n. 8.

171.

Quanta verbi diuini vis, & efficacia.

1. ad Thef. 1. n. 18. Chryso.

Matt. 3. nu. 10. Hieron.

172.

Euangelica prædicatio instar acutissima securis.

Ioan. 18. n. 6.

173.

Vna Christi vox sternit militum cohortem.

ET

ET INTERROGA-
uerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo Baptizas? si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta. Ioan. I. nu. 25.

LAVREA XXXV.

Enodata literæ difficultate lux infunditur præfenti textui.

- 174. *Ioannis baptismus non contra, sed supra veterem legem.*
- 175. *Nulli alij baptizare datum baptismum penitentia.*
- 176. *Ex sacris literis constabat baptismum fore, in Christi aduentu.*
- 177. *Vnde illa oritur criminatio, quid ergo baptizas?*
- 178. *Cum dicitur, neque propheta, de quonam intelligunt?*
- 179. *Cur pharisæi ad Christi verba silent.*

O Pere pretium erit hoc loco indagare, vnde hæc cōsecutio diriuetur, si tu nō es Christus, neque Elias, neque propheta, quorsum baptizas? Ut id perspicuum fiat, duo obseruabis: alterum, baptismum Ioannis nouum, quid fuisse, nec in lege vetere contentum, nec rursus contra, sed supra legem exercitum. Ut enim præclare docet Augustinus lib. 5. contra donatum cap. 9. in scripturis veteris

testamenti nulli prophetarum, nec vlli vnquam hominum concessum fuit, alios baptizare baptismum penitentia, nec vlla ceremoniarū veteris legis hunc exercebat baptismum.

Alterum obseruandum illud erit, prædictum olim fuisse, & promulgatum prophetarum vaticinijs Christi temporibus futurum aquæ baptismum in remissionem peccatorum. *Effundā (inquit Deus) super vos aquam mundam, & mundabitini ab omnibus inquinamentis vestris.* Ezech. 36. nu. 24. Et rursus: *si ablucrit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.* Isaiæ 4. nu. 4. vbi Diuus Hieronymus Baptismum Chisti docet intelligi. Mitto alia prophetarum testimonia, quibus induci Iudæi aquæ baptismum tempore Messie futurum sperabant: quod fuit in causa, teste Augustino, proxime citato, vt Ioannes baptizans apparuerit, quod omnium animos ciceret, mentesque inertes, & humanis rebus inherentes erigeret, & expergefaceret, vt de aduentu Messia proximo cogitarent.

Illi ergo non ita perfectè arcana sensa scripturarum penetrantes, hunc baptismum ministratum iis putabant, aut per Christum ipsum, aut per vnum eorum, quos cum ipso venturos sperabant. Cum autem ex Ioannis responsione accepissent, ipsum neque Christum esse, neque Eliam, neque quempiam prophetarum, animum induxerunt, argumentum se habere criminā-

175.

nulli alij concessum baptismum re baptismo penitentia.

176.

Ex vaticinijs constabat Messia tempore futurum aquæ baptismum.

Ezech. 36. n. 24. Isai. 4. n. 4. D. Hier.

August.

di,

177.

Vnde de dicitur illa criminatio, quid ergo baptizas? Ioan. I. n. 25.

Deuter. 18.

178

Cū dicit, neque propheta, de quonam propheta intelligat?

Vide Cardin. Tolet. annota. 62. in c. I. Ioan.

Luc 20. n. 4.

179.

Quare Pharisæi ad Christi verba non responderunt?

di, & arguendi Ioānem, quod illis verbis facere aggrediuntur. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta.* Ioā. I. n. 25.

Notandum deinde hoc loco prophetam, non prophetam vniuersim significare, nec etiam vnū aliquem ex præteritis tantum. Sed indiscriminatim illum ipsum, quem isti patabant, venturum Christi tempore, promissumque Deuter 18. siue illi sibi persuaferint, eum ex prioribus excitandum in maiorem aliquā officij dignitatem, siue alium quempiam excellentiorem nasciturum: nam si solum de propheta aliquo præterito loqueretur, verba ipsa sibi non constarent, quandoquidem eorum nulli baptizare licuit; quando enim dicunt. *Quid ergo baptizas, si nō es propheta*, ad significant, fas illi fuisse baptizare, si propheta foret: nec tamen hoc de quopiam priorum prophetarū sentiebāt: loquebantur ergo de propheta venturo cum Christo, & Elia, & idcirco cum Elia prophetam cōiunxerunt.

Et hic est legitimus, ac genuinus prædictorum verborum sensus, ex quo enodatur etiam subobscura mēs illorum verborū Christi Domini ad Pharisæos. *Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus?* Luc. 20. nu. 4. ac si diceret. Vtrum illi baptizare fas erat; an non? Vtrum inuentus proprius erat ille baptismus, an à Deo mandatus, & iniunctus? Ad quæ verba Pharisæi ancipiti cogitatione frementes nihil audi-

sunt respondere, inficiari enim illum baptismum esse de celo verebatur, propter populares homines. Annuere autem idcirco noluerunt, ne Ioannem verum esse Messie præcursores, facile conuincerentur, quandoquidem per aquæ baptismum iuxta prædicta vaticinia Ioannem constabat aduenisse: quamuis enim Iudæi baptismi discrimen ignorarent, fluctuantque, haud agnoscentes, quin præcursor esset accessurus, probè tamen norant, præcursores futurum, qui aduentum Christi per aquam baptismi apertè demonstraret.

RESPONDIT EIS
Ioannes dicens, Baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego nō sum dignus, vt solua eius corrigiā calceamenti. Ioan. I. n. 26. 27.

LAVREA XXXVI.

Humilitas Ioannem sublimem extulit. In hæc verba. *Cuius ego non sum dignus, vt solua.* Ioan. I. n. 26.

- 180. *Ioseph humilis.*
- 181. *Maior in Ioanne relucet humilitas.*

182. Hu-

374.

baptismus Ioannis nō erat contra, sed supra veterem legem.

August.

182. Humilitas est via ad honorem.
183. Quantum attollat.

Gen. 37
9.

Ambrosius

180.

Joseph hoc
amilitas.

181.

maior ta
men sple
dit in lo
no.

D.Petr
Damia.

ILud olim in Ioseph extitit admirabile, quod cum somniasset solem se, & sidera deuenari. Genes. 37. num. 9. Ipse tamen patrem deuenabatur humillime, & obsequentissimè morem illi, & obsequium gerebat; quod obseruauit Diuus Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 17. *Ioseph (inquit) cum somniasset, quod sol, & luna, & stelle adorarent eum sedulum tamen obsequium deferebat patri.* Mihi tamen illud est admirabilius, Ioannè non clausis, sed apertis oculis, non in somnijs, sed in pomeridiana luce cernentè oblatam sibi Messic dignitatem, non recusasse solum, sed Christo parenti optimo, cui illa debebatur, humillimum illud obsequiū detulisse preclara cum testificatione humilitatis admodum prodigiose. *Cuius ego non sum dignus, ut soluū eius corrigiam calceamenti.* Certè hæc profunda adèo Baptistæ submissio illum extulit in supremam illam altitudinē. *Non surrexit maior. O beate humilitatis excelsa maiestas (exclamat Sāctus Petrus Damianus ferm. 3. de Baptistā) qua dum suo iudicio in ima deprimitur: diuina prouehente clementia, ad caelestia subleuatur: dumq; Deo se humiliter subicit, ad Dei consortiū excellens assurgit: ille quippe se cum ceteris hominibus perhibet terram, ac terrena loquentem: Dominus autem, testatur, nullum eo, inter natos mulieris, surrexisse maiorem.*

Venio ad preclarum illud testimonium, quod est ad manum

apud Sophoniam. *Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godolia.* Sophon. cap. 1. num. 1. Cui loco lumen fānerat peridoneum Remigius Altissimo. dorensis in hæc verba. *Hic ergo speculator filius Chusi, qui interpretatur humilitas; habebat auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini: de magnitudine Domini generatur humilitas, hic talis, ac tantus benè dicitur fuisse in diebus Iosæ regis sanctissimi: qui interpretatur eleuatio Domini; tempore ergo eleuationis existit filius humilitatis, quia per humilitatem eleuamur ad caulestem eleuationem.* Hæc Remigius, ex quibus videre est, hanc animi submissionem, & à Dei ipsius magnitudine originem trahere; & dum semet omnibus subiicit, ad celi sublimitatem euehit; cernere etiam est, per humilitatem, quasi per auream scalam ascendisse, & superasse Baptistam, ad Dei vsq; estimationem, & opinionem. Affero tibi locum aliū non minus illustrem ex 1. Reg. ubi Samuel repudiatis ceteris filijs Isai, venit ad Dauidem natu minorem, auditquè mox à Deo. *Surge, & unge eum, ipse est enim.* 1. Reg. 16. num. 12. Vbi D. Gregorius cognomento Magnus. *Quid est (inquit) surge, & unge eum? an tantus erat paruulus, ut sedendo ungi non posse? sedendo quippe tangere alta non passimus. Magna est virtus, magna celsitudo hominū si ad eorum summa nec propheta pertingunt.* Planè hoc ipsum mirabiliter in Baptistam quadrat, quem humilitas in tantam altitudinē euehit, ut ad illud nec prophetæ pertingerent; quandoquidem videmus,

Sophonias 1. n. 1.

Remigius

182.

Humilitas euehit

1. Reg. 16. n. 12
D. Greg

183.

quantum euehit, et attollat.

Luc. 16. n. 16.

ante illū prophetas esse desisse: nam. Lex; & propheta vsq; ad Ioannem. Luc. 16. num. 16.

LAVREA XXXVII.

Eiusdem argumenti amplificatione. In eadem verba: *Cuius ego non sum dignus.* Ioann. 1. num. 26.

184. Magnus Moyses, quia humiliter de se sentit.

185. Centurio mirabilis hac in re.

186. Petrus & Paulus duce humilitate Ecclesie principes facti sunt.

187. Manus calceis addita, Christi caput tangit.

188. Hac via coronam meruit Iobus.

189. Christus se Dei filium ostendit ab Empyreo caelo descendens.

D. Anti.

QVærit D. Antiochus hom. 70. qua de causa Moysen Deus in caput hebreæ reipublicæ euehit? respondetq; in hæc verba. *De se cum modestissime sentiret; eò ipsum Deus, præter ceteros omnes, qui in terra morabantur, euehit in sublime.* Eum porò eò altius euehit, quo ipsius de se ipso erat submissior æstimatio; nam vt rectè subnotat idè pater Sāctus Antiochus hom. citata. *Quantò quis se infra se deicit, tantò hunc sublimius subuehit Deus, & eleuat.* Hac arte Cæturio meritò humilitatis ascēdit sub sidera. Sic enim (inquit Chrysostomus homil. 3. in Mattheum. Centurio dixit, non sum dignus, vt intres sub tectum meū, & propterea dignus effectus, supraque omnes Iudæos iure mirabilis. Hoc artificio vsus est Paulus, illud inge-

184

Sublime euehitur Moyses, eo quod de se sentiret humillime.

Idem.

Chryso.

185

Centurio antiochi submissione mirabilis

minans. *Non sum dignus vocari Apostolus.* 1. Cor. 15. n. 9. eaq; perspecta in dignitate dignissimus inuenitur, qui primus, & omnium excellentissimus inueniatur. Sic etiā Paulus (inquit citatus Chryso. ait, non sum dignus vocari Apostolus, i leo omnium primus inuentus est. Eodem ascendendi cōpēdio Petrus Ecclesie culmen adiuit. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Luc. 5. n. 8. Propterea, inquit idè Chrysostomus, factus est Ecclesie fundamentum: nihil enim sic est amicum Deo, quam si quis se minimis annumeret, hoc est caput totius philosophiæ, atq; fastigium.

Hac tandè via Baptistam Deus euehit ad sidera, eum prius ad pedes affectu deuoluendo: ruere ardebat ille ad Christi pedes, ad obsequia calceaminis se vtrò demittere sitiebat, ideoq; eā Christus manum calceamento deuotam erexit ad caput. Manus (inquit Chryso. hom. 1. in Mattheū, quam calceamento indignā putauit supra caput suum Christus attraxit. Eademq; paucis mutatis repetit hom. 38. ad populū, (ne quis alium, siquid iam dictū iterum repetierit, facillè arguat) in hæc verba. *Si tu magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse putes, & magna tūc erūt. Sic & Centurio dicebat. Non sum dignus, vt intres sub tectū meū: & propterea dignus factus est, & admirationi super omnes Iudæos habitus. Sic & Paulus dicens. Nō sum dignus vocari Apostolus: & propter hoc omnium primus factus est. Sic & Petrus dicebat: Exi à me, quia peccator homo sum Domine: & idcirco factus est Ecclesie fundamentū. Itidem, & Ioannes. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius:*

1. Cor. 15. n. 9.

Chryso.

186

Petrus, et Paulus ad primatū ascendunt gradibus humilitatis.

Luc. 5. n. 8.

187

Manus calceamentū deuotè ad Christi caput erigitur.

Chryso.

Et ideo amicus quodq; fuit Sponsi. Et ma-
nua, quam esse calceamento dixit in-
dignam, hanc super caput suum Chri-
stus attraxit. Inter cetera verò exē
pla, illud Ioannis eminent, & elu-
cet amplius, quò ipsius Ioannis
manus ad Christi pedes dum ten-
dit, ad caput euehitur. O verè di-
gnam tanta Dei honorificentia
Ioannis submissionem? hac via
ad perfectionis culmen Iob etiā
festinabat. Tunc surrexit Iob, & sci-
dit vestimenta sua, & ronsquē capite
corruens in terram adoravit. Iob. 1.
num. 20. In quem locum ita fa-
tur Origenes lib. 1. Primum sur-
rexit, & ita demum se prostravit. Sur-
rexit ad pretium, prostravit se ad pa-
cem; surrexit ad victoria perfectionē,
prostravit se ad corona susceptionem.
Quasi regalem coronā dignē ac-
cipere non potuerit, nisi se prius
ad terram deiecerit, opusquē fue-
rit humilitate præeunte, vt re-
galis corona consequeretur; quo
etiam modo Deus hominum ef-
timatione fit magnus, cū re ipsa
Bethlemo in antro pusillus appa-
ret. Excipe Tertull. lib. 2. contra
Marc. cap. 2. Deus tunc maximè ma-
gnus, cū homini pusillus. Deus enim,
vt ponderat D. Petrus Chryso-
logus, dum excendit, vt homo,
cognoscitur vt Deus; inuitabat
eum aliquando diabolus, vt à
Salomonici tēpli vertice se præ-
cipitem daret in aerem, quo ag-
nosci potuisset filius Dei. Si filius
Dei es, mitte te deorsum, scriptum est
enim. Matth. 4. num. 6. at ille, vt
Deus agnoscat, non è Salo-
monis templo, sed ab Empyreo
cælo descendit in oras imas, in-
fimaquē mundi regiones. Sc(in-

Iob. 1. n. 20.

Origen.

188

Hac via Iob ad regalem coronam ascendit.

Tertull.

Matth. 4. n. 6.

quit Diuus Petrus Chrysologus
ferm. 13.) Dominum se utiquē Deū
intelligi voluit, qui non de pinna tem-
pli tantum se dedit ad terram, sed de
calis se ad inferos usquē iactauit. En;
in quo se Dominum agnosci,
Deumquē manifestè probari dis-
cupit, in submissione scilicet, &
abiectione. Quo etiam pacto
Christo similis apparuit Ioan-
nes, qui quò se plus abdebat, ab-
ijciebatquē, eò magis, duce di-
uina Dei prouidentia, gloriosior
efferebatur, & inter natos mu-
lierum maximus publicabatur.
Eaquē via ampliora Dei benefi-
cia, & merebatur, & conseque-
batur, quod de Diua Magdalena
adnotauit Augustinus de verbis
Domini sermone 29. *Que etiam
sedens secus pedes Domini audiebat
verbum illius.* Lucæ 10. num. 39.
prudens utiquē, & superiorum
mysteriorū intelligens ad pedes
federat. *Quanto autem (inquit Au-
gustinus) humilius ad pedes sedebat,
tanto amplius capiebat.* Ita sanctissi-
mus Ioannes se habuit, vt notat
Augustinus tomo 10. lib. 5. hom.
44. *Se, inquit, agnouit, vt ad pedes
Domini seruus humiliaretur, ne ven-
to superbia lucerna extinguere.*

D. Petr. Chryso.

189

Christus se Dei filium ostēdit: ab Empyreo cælo descendens

Luc. 10 n. 39.

August.

LAVREA XXXVIII.

Locupletatur amplius idem ar-
gumentum. In ea ipsa ver-
ba. *Cuius ego non sum dignus.*
Ioan. 1. n. 27.

190. Quo

- 190. Quo Paulus ascenderit per hu-
militatem.
- 191: Zachæus corpore minimus, mag-
nus humilitate.
- 192. Saul ad dignitatem regiam pro-
mouetur, quia de se parum cogi-
tabat.
- 193. Humilitas dignitas dignitatum,
honorum honor.
- 194. Nihil est sublimius humilitate.
- 195. Admiratione potius, quam com-
paratione explicatur.
- 196. Omnem mortalium comparatio-
num rationem transcendit humi-
litas.
- 197. Grano sinapis comparata humi-
litas, figuratè celestem continet
magnitudinem.
- 198. Ioannes Christo par esse videtur.

P Ergo idem argumentū lo-
cupletare, Ioāni squē ad dēo
ad celsitudinem viam ad-
mirari; atripio exemplū ab Apo-
stolo ex animi sui abiectione vo-
ciferante. *Ego sum minimus Apōsto-
lorum.* 1. ad Corin. 15. n. 9. hanc ta-
men extremā sui de se ipso aesti-
mationem, quò ipsum reris, eue-
xisset? Ad supremā nimirum alio-
rum de ipso reputationem: exci-
pe Chrysologum. *Propter hoc (in-
quit) hom. 38. ad pop.) Omnium pri-
mus factus est.* Quæ fortassis causa
extitit, vt idē Chrysostomus ora-
tione encomiastica in principes
Apostolorū, quæ extat to. 5. illū
dixerit, eò sub sidera sublimius
euolasse meritorū cumulīs, quo
corpore in terris minor appare-
bat. *Paulus (inquit) os Christi, Iyra
spiritus, qui tricubitalis est, & cælum
attingit.* Similis planè Zachæo,
qui sub exteriorē specie contēp-

1. Corin. 15. n. 9.

D. Petr. Chrysol.

D. Ioan. Chrysol.

190

quo altitudo dicitur humilitatis via Paulus ascendit.

tibili animū gestabat fidereum:
animo hauri Chrysologi verba
fer. 14. *Satis, inquit, hic animo mag-
nus erat, qui pusillus videbatur in cor-
pore, nā mente tangebatur calos, qui cor-
pore homines non aquabat.* Habent
hāc felicitatē pusilli, quod ple-
rūq; submissè de se sentiūt, quò
felicior, & facilius Dei gratiam,
& cælitū amicitiam ineunt: sit
tibi Ioānes testimonio, qui aesti-
matione quidem sua neq; erat
Christus; neq; Elias, neq; alius
prophetarū: dumq; se propè ni-
hil aestimat, ab omnibus aestima-
tur propè Deus: *existimante autem
omni populo, ne forte ipse esset Christus.*
Luc. 3. n. 15. tāta Deo cura est at-
tollendi humiles. Illustre hūc ar-
gumentū deriuo ex lib. 1. Reg. 15
n. 17. Electurus Deus regē, quē
Hebræorū caput institueret, Is-
raelitas omnes collustrat oculis:
at quem regia maiestate dignū
reperit? Eum planè, qui se cli-
entis etiā nomine præ humilitate
credebat indignum, quod, rebus
postea immutatis, illi Deus ex-
probauit. *Nōndē, cū paruulus es, in
oculis tuis, caput in tribubus Israel fa-
ctus es?* 1. Reg. 15. n. 17. Nā vt pō-
derat egregiè Abulensis. *Quò ma-
gis humilitatem sequebatur, eò magis
super regalē gloriam eminebat.* Quod
quā rectè cadat in Ioannē ipse
consideraueris; qui dū suo se co-
gitatu prouoluit ad pedes Chri-
sti, aliorū opinione in caput eri-
gitur.
Mirabar aliquādo mecū ipse
considerans, quare diuinus Salo-
mō Christi Ecclesiā laudaturus à
pedibus caperet exordiū. *Quā pul-
chri gressus tui, ò filia principis! Cant.*

D Petr. Chrysol.

191

Zachæus corpore minimus, spiritum maximus.

Luc. 3. n. 15. 1. Reg. 15. n. 17.

192

Saul aestimatione sua minimus, ad dignitatē regaliē promotus.

1. Reg. 15. n. 17. Abulens.

Ll 2

7. num.

Cant. 7. n. 1.

Ibi. n. 4.

Ibi. n. 4.

Ibi. n. 5.

7. num. 1. adaugebat admiratio-
tionem subsequens maiest-
tas comparationum. *Collum tuū,*
sicut turris eburnea. num. 4. Turrim
verò eburneā admirabili opere
fuisse fabricatā, quis ignorat?
Oculi tui sicut piscine Hesebon. Ibidē,
eas item piscinas certū est, fuisse
pulcherrimas, crystallina aquarū
redondantia. *Nisus tuus, sicut turris*
Libani, qua respicit contra Damascū.
Ibi nu. 4. *Caput tuum, ut Carmellus.*
num. 5. *Come capitis tui sicut purpura*
regis, ibi eodem. nu. Mitto ceteras
eiuscemodi, quæ reliquas
Ecclesie virtutes adsignificabāt,
magnificisq; addeō similitudinibus
exprimebant, sola animi sub-
missio Ecclesie pedibus adūbra-
ta, nullaq; alterius rei præclaræ
collatione decorata animi mei
cogitationem in partes varias di-
strahebat. Duplicabat stuporē,
quod aliarum virtutum compa-
rationes essent, omnium, quæ in
ea re dari possunt, perfectissime:
Nam ebur turris eburneæ ossa
reliqua candore superabat: aqua
piscinarū Esebon liquores alios
perspicuitate vincebat; Carme-
lus cæteros amenitate mōtes an-
teibat; purpura omnes aliarū ve-
stium colores antestabat: quan-
toq; sublimius aliarum virtutū
æstimatio his comparationibus
attollitur, tãto humilior animi
submissio ad pedes deuehitur ijs
verbis. *Quā pulchri pedes!* Quid er-
gò dicēdū? Christiana humilitas,
quā Dei filius suis sudoribus em-
pturus é cælo venit in terras nul-
li Indiæ margaritæ, nulli gem-
mæ, aut irradianti carbunculo
comparabitur? Certè nulli: cum

enim cæteræ virtutes suis com-
parationibus æquantur, sola ta-
men hæc virtus omnes compa-
rationes longissimè exuperat,
omnesquè illi sunt profus in-
æquales: de qua dici iure po-
test. *Non conferetur tinctis India*
coloribus, nec lapidi sardonico precio-
sissimo, vel saphyro. *Non ad aquabi-*
tur ei aurum, vel vitrum, nec com-
mutabuntur pro ea v. sa auri excelsa,
et eminentia, nec commemorabuntur
incomparatione eius. Iob 28. num.
17. & 18. licet enim aliæ virtu-
tes iustos, ac sanctos homines,
ad eos summos euehant hono-
res, de quibus Vates Regius.
Nimis (inquit) honorificati sunt a-
mici tui Deus. Psalm: 138. nu. 14.
si tamē in ijs summis honoribus
desideretur humilitas, sunt ip-
somet honores honoris inopes: si
verò adfit, ipsamet est honoris
honor, & dignitas dignitatis.
Audi Diuum Bernard. sermone
34. in Cantica. *Humilitas in hono-*
re honor est ipsius honoris, & digni-
tas dignitatis. Omnis itaque dig-
nitas ipso dignitatis nomine
indigna est, si humilia dedigna-
tur.

At, si hæc ita se habent, quī
fieri potest, ut non capiti, sed pe-
dibus cōparetur animi submis-
sio? Nimirum, quia humilitas tã
nobilis est, tamq; præstans vir-
tus, & excellens, ut tunc sursum
attollatur, cum deorsum vidē-
tur inflecti: & tunc magis ele-
uetur, cum magis deprimi vide-
tur, quod vnus præ alijs ad
eum locum Legionensis obser-
uat his verbis. *Infimi sunt pe-*
des in corpore, hos tamen laudibus

princípio

Iob. 28.
n. 17. &
18.

Psal. 138
n. 14.

193

humilitas
honoris ho-
nor, & di-
gnitas di-
gnitatis.

194

Nil est
humilita-
te subli-
mius.

Legion.

195.

Admira-
tione po-
tius, quæ
compara-
tione ex-
plicatur.

Matt. 11
n. 9.

196.

humilitas
Christiana
compara-
tiones, &
exaggera-
tionis om-
nes exsu-
perat.

princípio celebrat, quia his nihil est
sublimius in Ecclesia. Et paulò post:
Ecclesiam (inquit) filiam principis
nominant, id est satam à Deo, vel cer-
tè præditam generoso, & alto pectore,
idquè, quod valde mirum est, ex in-
cessu colligunt, quia ex Christiana hu-
militate spiritalis maxima existit al-
tudo. Quapropter humilitas
Christiana delineatur non tam
pedum comparatione, quam ad-
miracione illa profus diuina.
Quam pulchri gressus tui o filia prin-
cipis! Sublimen enim humilita-
tis excellentiam admiracione
Deus potius, quàm compa-
tione significat, ut, & Christum
fecisse legimus, cum Ioannis mi-
rificam virtutis explanauit ex-
cellentiam, nequè enim narrā-
do, sed admirando dixit. *Quid*
existis in desertum videre? arundi-
nem vento agitatam? Sed quid existis
videre? hominem mollibus vesti-
tum? Sed quid existis videre? Pro-
phetam? Etiam dico vobis, et plusquam
Prophetam. Matth. 11. n. 9.

Itaque ideo ceteræ Ecclesie
virtutes comparationibus expli-
cātur, Christiana verò humilitas
nō nisi diuina illa admiracione.
Quam pulchri gressus tui o filia prin-
cipis! quia cæteræ omnes virtu-
tes capi possunt, & includi mag-
nificis comparationibus: ipsa ve-
rò animi submissio exaggeratio-
nes omnes, & comparationes in-
tra se ipsam claudit, utpote mi-
nores, omnesquè lōgè exuperat,
utpote maior: quemadmodum
cælum rotunditate omniū ma-
xima ambit, & circūdat res om-
nes corporeas: apporto ex Euan-
gelio nobile exemplum Christi

Domini adferentis. *Simile est re-*
gnum cælorum grano sinapis, quod mi-
nimum quidem est omnibus oleribus.
Marc. 4. n. 32. si sinapi (cuius no-
mine Lyranus eo loci humilita-
tem significari docet) minimum
quid est, & penè nihil, quomodo
regnum cælorum maximum rerum
omnium similat, & repre-
sentat? An quia humilitas, quæ
est, oculorum iudicio, minima,
(eodq; grano sinapis minimo si-
gnificatur) cæterarum virtutum
terminos sua coerçet immensa
magnitudine? ita innuit S. Pe-
trus Chrysologus serm. 98. *Reg-*
num (inquit) illud diuinitate fulgēs,
diffusum toto cælo tota terra dilatatum
minima, imò minimorum minima si-
militudo concludit. Est ergò hæc
virtus specie quidē perexigua,
re ipsa addeō magna, addeō largè
latèquè patens, ut omnes loco-
rum differentias, terrarum di-
mensiones, cælorum circūquaq;
latitudines cōprehendat: ideoq;
addit citatus Chrysologus. *Hoc*
minimum Dei tota magnitudine mū-
di magnificentius inuenitur. In hanc
sententiam declarat Augustinus
lib. de Sancta virginitate, illa
Christi Domini verba. *Beati pau-*
peres (spiritu quoniam ipsorum est reg-
num cælorum. Matt. 5. n. 3. *Quos (in-*
quit) sine ulla controuersia humiles
intelligimus. Hi namq; quo se mi-
nores prædicant, eo maius Reg-
nū, Regnū videlicet cælōrū pos-
sident. Hoc autem genus laudis
vltro cadit in Ioannem adstruē-
tē, se nō esse Eliā, neq; prophetā;
parumq; absuit, quin affereret, se
esse nihil. Dum enim se tantum
vocem nominat, se prope nihil,

Marc. 4
n. 32.

D. Petr.
Chrysol.

197

humilitas
grano si-
napis sig-
nificatur,
in se
cæli mag-
nitudine
claudit.

Idem.
August.

& minimum se esse profiteretur. Sed hoc minimum Dei tota magnitudine mundi, magnificentius inuenitur. Hæc namque virtus quantumuis videatur minima, hominem reddit mundo maiorem, Deoque specie parem: specie dico parem ex ductu, ac directione Guerrici Abbatis sermone de Ioanne p̄sistantis ea verba, eaq; Christo, & Ioanni pariter adaptantis. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: Cantic. 5. num. 2. Ioannes* (inquit ille) *Iesu, & Iesus Ioanni, Ioannes Iesum predicat, & Ioannem Iesus commendat & par pari redditur, par, inquam pari, enim verò si Ioannes Christo se proclinabat, illud ingeminans. Ego à te debeo baptizari. Matthæi 3. num. 14. Illi Christus vicissim, & illius semet humilitati pronus adclinavit Cuius manibus, (inquit D. Maximus) quod nulli est prestitum prophetarum, se Dei filius inclinavit. Vnde S. Ambrosius in Psal. 118. sermone 20. Humilitas (inquit) virtutū omnium caput est, quæ totum, velut quoddam nostrorum acutum fouet corpus.*

LAVREA XXXIX.

Amplificatur idem argumentum. Super eadem verba. *Cuius ego non sum dignus. Ioan. 1. n. 27.*

- 199. Cur Deus superbos à se remouet, humiles sibi adiungit.
- 200. Diuinitas humilitatis est so-

- cia.
- 201. Non nisi hoc itinere Deus ascendit.
- 202. Lucifer, & Adam ascendendo descenderunt.
- 203. Ioannes Luciferi locum suppleuit humilitate.
- 204. Ioannis humilitas aduersatur superbiae Luciferi.

Locum non ita facile equamentis trutina pondereamus. *Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* Psalm. 137. num. 6, mirabilis mihi semper visus est hic locus, ex quo redditur hic sensus, sublimis est rerum omnium molitor, & moderator Deus, cumque sublimis sit, & excelsus, imà tamen, & humilia sibi proximiora, & coniunctiora videt: excelsa verò, & elata à se procul, & longè abiuncta cernit. Id verò quomodo fieri possit, non ita facile apparet: cum enim Deus supremus sit, & altissimus, ea que in alto posita sunt, sibi propiora, quæ verò in loco humili sita, remotiora diuino intuitu vsurpare debuisset; vtrouis Deus ibi sensu accipitur; vel naturali, in quo est vbi-que rerum, ideoque tam proximus rebus omnibus, quam sibi met intimus: vel sensu morali; in quo magis augetur eadem difficultas: in eo enim Deus in Empirio solio, vt rex in palatio, ad esse putatur: eaque adèò, que sublimiora sunt, proximiora sibi, non remotiora, videre necessarium debuisset. Ne ergò te morer, angamvè difficultatibus, au-

Psal. 137 n. 6.

Guerr.

Cant. 6. n. 2.

198.

Videtur Ioannes Christo par.

Matt. 3. n. 14.

D. Max

S. Amb.

D. Aug. 199.

Quo sensu superba Deus à longè agnoscit, humilia de proximo.

D. Aug.

D. Bern

200.

Diuinitas humilitati familiaris adhaeret.

D. Aug.

Luc. 1. n. 38.

201.

Non nisi humilitatis via ascendere Deus potuit.

Ephes. 4 n. 9.

di Augustinum sermone de Ascensione. *Videte fratres magnum miraculum: excelsus Dominus, & superba de longè cognoscit, vt deprimat, humilia respicit, vt attollat.* Ideo nimirum celsa à se remota procul intuetur, quia superbiam à se longissimè femouet: è contra verò humilia idcirco propè se videt, quia humiles euehit ad se se. *Erigat se ergò superbus (inquit Augustinus eo loci) quantum voluerit, cerè in alto habitat Deus, vis tibi propinquet? humilia te: nam tanto à te erit altior, quanto tu elatior.*

Et verò idcirco Ioanni adèò appropinquauit, cum hominum æstimatione, tum baptismi ablutio, quia Ioannes submississimè se habebat in omnibus, qua propter Diuus Bernardus, Epistola 42. post. med. *Nescio (inquit) quo pacto familiaris humilitati propinquare solet diuinitas.* In eademque sententiam ingeminat, & inclamat audiri longè cupiès August. paulo ante cit. *Altus est Deus, erigis, te, & fugit à te, humilitas te, & accedit ad te.* Abijcit se se Virgo Santissima. *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. num. 38. accedit extemplò Deus, & fit mater dignitatis à Deo admirabilis, vt par possit, maior adèò fieri nō possit. Quid matrem Dei commemoro? Deus ipse licèt excogitaret alios, atque alios ascendendi modos, nullum planè aliū, quo ipsemet ascēdere possēt, inueniret; meum me fallit iudicium, nisi id Apostolus apertè significauit. *Qui descendit, ipse est, qui ascēdit supra omnes celos.* Ephes. 3. num. 9. Christus enim, qui di-

uinitate interminabili nihilo poterat esse sublimior, humanitate humili excellior esse valuit, pulchrè id commendat Bernardus. *Cum (inquit) per naturam diuinitatis non haberet, quò ascenderet, per humilitatem quò modo cresceret, inuenit.*

E contrario verò Lucifer in primis, Adamusque infelicitèr ceciderunt, quia non humilitatem, rectam ascendendi viam institerunt, quos ductores, imò se ductores ne sectaremur, hanc certam Christus tradidit ascendendi viam. *Nec mirum, si descendendo Christus ascendit* (verba Diui Bernardi sermone 4. in Ascens.) *quando priorum uterq; cecidit ascendendo.* En, vt vtriusque Adami pariter, & Luciferi casu horreremus, excogitat Deus modū, quo descendat, vt Ascensionis iter mortales edoceret, audissimos ascendendi. *Quia ergò (inquit citatus Bernardus) non erat, quò ascenderet, descendit altissimus & suo nobis descensu suauem, ac salubrem dedicauit ascensum.*

Hanc ascendendi viam regiā faustissimè sectatus est Ioannes Luciferi ruinam exhorrescens, qui cum angelorum foret altissimus, cathedraque frueretur incomparabili, insatiatus honorū, honorem eum summum amisit, quem mirificæ humilitatis encomio, meritoque Ioanes adeptus est; præclarè id in rem nostram scriptum reliquit Cancelarius Parisiensis his verbis. *Videtur Ioannes primus post Mariam positus in ordine seraphinorum loco Luciferi.* Nec immerito eius cathe-

D. Bern

D. Bern

202.

Lucifer, & Adamus ascēden'o ceciderunt.

Idem.

Cancel. Paris.

203.

Ioannes humilitate euehitur ad locū Luciferi.

dram nactus est, qui eiusdem profus aufugit e diametro superbiam: nam dum Lucifer ascendere tentat in celū, ait enim. *In calum conscendam.* Isai 14. nu. 13. Ioannes mente, & cogitatione descendit in terram, de se illud explicans. *Qui de terra est, de terra loquitur.* Ioan. 3. num. 31. Dum Lucifer vanissimè deliberat superbo dominatu euehi super omnes, ait enim. *Super astra cali exaltabo solium meum.* Isai. 14. num. 13. Ioannes verissimè ita statuit. *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo.* Ioann. 3. num. 27. quæ verba non de Christo, sed de Ioanne sunt intelligenda, vt animaduertit eo loco Cardinalis Toletus: Rursus dum Lucifer delirat sublatus ad Aquilonem, mundi verticem, illudquè effutiens. *Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis.* Isai. Eodem 14. n. 13. Ioannes ad Austrum, mundi pedes, affectu delabatur, illud ingeminans. *Cuius ego non sum dignus, vt solua eius corrigiam calceamenti.* Ioann. 1. n. 27. Tandem dum Lucifer Dei similitudinem appetens, eam ipsam amittit repetens præ vanitate. *Ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo.* Isai. eodem cap. nu. 14. Ioannes sui nominis eleuationem, & imminutionem discupiens, vt illa verba indicant. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioann. 3. num. 30. Eam est adeptus similitudinem Dei, ad quã homines cogebantur ancipites hærere. nõ valentes diiudicare, vter esset Messias, Ioannes ne, an Christus?

Isai. 14. n. 13.
Ioan. 3. n. 31.
Isai. 14. n. 13.
Ibidem. Ioan. 3. n. 27.
Isai. 14. n. 13.
Ioan. 1. n. 27.
Isai. 14. n. 14.
Ioan. 3. n. 30.
204
Opposita
Ioanis hu
militas lu
ciferi su
perbia.

LAVREA XXXX.

Humilitas Deo appropriat, & Deus approximat humilitati. Ad eadem verba. *Cuius ego non sum dignus.* &c.

205. *Sola humilitas Deo adhaeret.*
206. *Deum ad se trahit.*

DVM se Ioannes proficitur indignum, qui Christi calceaminibus ligandis, soluendisquè subseruiat; apparet maximè dignus, qui Deo proximius accedat. Porro sola humilitas Deum digna est atrectare. Luc. 8. Inter angusta viarum premebatur Christus vndiquè, vndiquè tangebatur; vna tamen muliere reuerenter tangente eius oram vestimenti corinud ait. *Quis me tetigit.* Lucæ 8. num. 45. cum Petrus admirandus exclamat. *Præceptor, turba te comprimunt, & affligunt, & tu dicis, quis me tetigit?* Lucæ 8. nu. 45. Pulchrè igitur Diuus Gregorius lib. 2. in Iob. cap. 16. *Ecce (inquit) turba premebant Dominum, sed tamen sola tetigit, qua ad illum humiliter venit.* Ex quo inlaret, solam animi submissionem Deum tangere: cæteri namquè comprimebant, & affligebant; hæc mulier, quia humilis erat, meritorū vertice tangebatur: tangentequè omnes, qui humiliter semet, & submissè gerent; quo sensu Tertullianus grauitè loquitur cap. 10. de penitentia in

Luc. 8. n. 45.
Ibidem. D. Greg. 205
Sola humilitas Deum tangere dignatur.

hec

hæc verba. *Cum te ad fratrum genua protēdis, Christum contrectas.* Igitur cum Ioannes se suapte sponte, ad Christi pedes submittit, indignum se æstimans, qui calceamēti soluat ligamina, tunc maximè dignus reperitur, qui Deum baptizet, verendumquè cælicolis caput, mortalibus manibus atrectet. Testimonium cape locuples, & luculentū, quod anima Deo vnice dilecta experta fuit, & facris litteris testata: vix enim eius odor humilitatis Deum afflauerat cælo sublimem, iuxta illud. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis.* Cant. 1. num. 12. Vbi D. Bernard. Bonus (inquit) humilitatis odor, qui ipsum quoquè, regium accubitus gratia suauitate resperserat. Vix inquam, Deum humilitas afflauit, ac resperfit odore suauissimo, cum Deus cælo lapsus, animæ humili adhærescit. *Fasciculus mirra dilectus meus mihi, inter vbera mea comorabitur.* Cant. 1. num. 13. Antè (inquit Bernard. serm. 43. in Cant.) Rex; modo dilectus, ante in accubitu regio, modo inter sponsæ vbera: magna humilitatis virtus, cui etiã maicitas deitatis tam facilè se inclinat; cito qui longè erat, in breui factus est propè. Hac insigni animi subiectione Deum Ioannes ad se se pellexit, & e celo auocauit. Videreturquè ad humilitatē Deus teste Augustino cælos quasi cōpulsus inflexisse. *Inclinauit cælos, & descendit.* Psalm. 17. num. 10. *Humilitas (inquit Augustinus serm. 175. de tempore) Deum nobis inclinat.* Idcirco aperto cælo ad orã

Cant. 1. n. 12. D. Bern.
Cant. 1. n. 13. D. Bern.
206
humilitas Deum ad se trahit
D. Aug.
Psalm. 17. n. 10.

Iordanis vox Patris auditur, figura Spiritus Sancti columba delapsa videtur; Dei filius vni-genitus à Ioanne Baptista, & baptizatur, & tangitur. Idcirco mirabilia Deus per humiles operatur, illis inherens, illos instigans, illos roboras. ad præclara quæquè ac mirabilia. Nonne id accidit Iudith ex animo humili? aude-ret illa tyrannum tot armatorū millibus stipatum stricto pugione aggredi, nisi præsens Deus affuisset? *Non (vt ait eo loco Lyranus) inuadere tantum tyrannum & per mulierē, videbatur valde magnū.* At humilitas illi numen conciliauit, numen animum, addidit, ideoquè dicebat. *Non in multitudine est virtus tua Domine: nequè in equorum viribus voluntas tua est: nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Iudith. 9. nu. 19. Nonne Eliseus dum Iordanis impetum sistere non valeret ad primam pallij Elię percussionem, vt miraculum faceret, ad Elię nomē, ad magistri prius merita mentis oculos reflexit? *Vbi est Deus Elię etiam nunc? percussitquè aquas, & diuise sunt hęc, atquè illuc & transijt Eliseus.* 4. Regum 2. num. 14. Audi. D. Gregoriū lib. 1. Dialog. cap. 2. *Perpendis (inquit) quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet? Tunc exhibere magistri meritum virtutem potuit, quando magistri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem sub magistro redijt, quod magister fecerat, & ipse fecit.* Vides, vt humilitas Deum trahat ad se se? Vt

Lyranus
Iudith vbi gloria ex humilitate.
4. Reg. 2. n. 14. D. Greg.
Elisei humilitas Iordanē diuidit.

retur

retur miracula? Vide insuper in Christi natiuitate, morteque miracula prauia humilitate patrata. Nato Christo regibus Magis fidus apparet prodigiosum, eos intus commouet, & suauiter impellit, vt noua itinera, ac pericula subeant, Iudeorum nouum regem inuestigantes, quod vsque tandem procumbentes Bethlemo in antro repertum adorant. O miraculum humilitatis reges ad adorationem vsque attrahētis? Audi S. Leonem ferm. 7. in Epiphania. *Non dum imperantem demonibus, non mortuos suscitantem, non caecis visum, aut claudis gressum, aut mutis eloquium reformantem, vel in aliqua diuinarum virtutum actione viderunt: sed puerum silentē, in quo nullum quidem apparet de potestate signum, sed magnum praeberetur de humilitate miraculum.* O miraculū humilitati debitum? Sed ad maiora miracula veniamus, imò ad Epilogum miraculorum, quae Deus in crucem elatus de mundo, de Diabolo, de carne triumphaturus ostendit: at qua maxime virtute triumphauit? Humilitate. *Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Ad Philip. 2. num. 8. Excipe D. Leonem ferm. 4. de passione. *Ibi tota diabolica dominationis conterebatur aduersitas; & de elatione superbiae victrix humilitas triumphabat.*

D. Leo.

Christi hu-
militas o-
peratrix
miraculo-
rum.

Philip.
2. n. 8.
D. Leo.

HÆC IN BETHANIA facta sunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans. Ioan. 1. nu. 28.

LAVREA XXXI.

Elucidatur hic textus, & locupletatur adductis aliquot Christiani baptismatis encomijs.

- 207. Notantur loca, quibus res memora dignae sunt.
- 208. An dua fuerint Bethania.
- 209. Mysterium transitus redeuntiu à captiuitate.
- 210. In aqua per baptismum nascimur.
- 211. Christus piscis, nos pisciculi.
- 212. Aquae dignitas ex antiquitate, & Dei veneratione.
- 213. Ex aqua primum anima ortum habuere.
- 214. Aqua ab Spiritu Sanctificabatur.
- 215. Christus in torrente traditur dedicans Sacramentum baptismatis.

Sancti 16. a lafra
Luculentum fuit hoc testimonium Iohannis Baptiste, ideoque Iohannes Euangelista disertis illud verbis recenset ab eo loco. *Et hoc est testimoniū Iohannis, quando miserunt Iudaei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas.* Ioan. 1. n. 19. Idcirco locus ex-

Ioan. 1. n. 19.

primitur,

207

Notatur
loca, quibus
sunt
res memo-
rabiles.

D. Hier

Origen.

D. Chry

Ios. 18

208

An fue-
rint dua
Betha-
nia?

D. Cyr.

primitur, vbi fuit exhibitum: historici enim adnotare, atque describere solent loca, quibus factae sunt res memorabiles, vt & historiae fidem augeant, & res ipsae altius in auditorum animis haereant, locus porro fuit Bethania, vltra Iordanem sita. Diuus Hieronymus lib. de locis hebraicis scribit, Bethabaram esse sitam trans Iordanem, vbi Iohannes baptizabat, & Christus ab eo baptizatus est; additque sua aetate eos, qui baptismum recipiebant, religionis causa eo loci baptismum recipere assueuisse: Origenes item to. 2. scribit, omnia antiqua exemplaria habere Bethaniam, locum tamen esse mendosum, legendumque esse Bethabaram: eidemque subscribit sententiae Chrysostomus homli. 16. animaduertens, Bethaniam non esse trans Iordanem, sed prope Hierusalem, quindecim distans stadjijs; at Bethabaram urbem esse trans Iordanem in tribu Benjamin, de qua meminit sacer textus Ios. 18. Vnde veteres scriptores vnam tantum Bethaniam Hierosolymis finitimam meminerunt. Sunt, qui hac via incedunt; suntque, qui alia gradiuntur, duas fuisse Bethanias contendentes, sed hi mendacij, illi veritatis vestigijs insistant: non erat tamen floccipendendum id, quod antiqui fatentur, omnia tam graeca, quam latina exemplaria Bethaniam habere, & ita legit Cyrillus, nec mihi probari potest locum tot exemplarium veritate receptum scaterem mendacij.

Ergo, ne a veteribus deuie-

mus, rursusque ne loca commiscamur, quae non extant; statuo, legendum esse Bethaniam, quae tamen sit eadem cum Bethabara: omnisque difficultas ortum ducit ex Graeco, Latinoque idiomate, quod non eadem semper habet literarum distinctionem, quae est apud Hebraeos; Bethania igitur sita prope Hierosolymam scribitur cum *Y ain*; at Bethania sita vltra Iordanem scribitur cum *X aleph*, domumque; nauis ad significat, idest statio phaselli, quo tranabatur flumē, quod idem prorsus est, atque Bethabara, hoc est domus transitus: nisi nauis Bethaniam significare illum locum, vbi prope flumen erat ratis, & nauis habitatio, vt accidere solet, prope ipsam Bethabaram, & vocabatur Bethania cum *X aleph* idest domus nauis, Latine verò & Graece defectu literarum vtraque scribitur cum *alpha*, vnde anxietas orta fuit interpretibus. Neque ideo cogaris geminare Bethaniam, cum enim vtraque diuersis literis scribatur, non idem, sed diuersum nomen habetur.

Illud animaduertentim Hebraeos ab Aegyptiaca captiuitate redeuntibus hac via Iordanem transmeasse, mysterio admodum diuino: vbi enim praesagium fuit Christiani baptismi, eo loci sinu tibus hinc inde prodigiose semet aquarum cursibus siccis passibus Hebraei transeunt, vt Christiani vis baptismatis adumbraretur, quam vim diuinus etiam spiritus iam inde ab exordio rerum omnium aquis innatans meditabatur. *Spiritus Domini ferebatur super*

Decidit.

209

Mysterium
transitus
redeuntiu
a captiui-
tate.

aquas.

Gen. 1. n. 2. D. Hier.

Gen. 1. n. 2. Solus, inquit Hieronymus ad Theophylum, spiritus Domini, in auriga modum, super aquas ferebatur, & nascentem mundum in figura baptismi parturiebat. Ut videlicet in aqua filij Dei nascerentur, in eademque salui, & incolumes euaderent, appellerentq; gloriae portum tranquillissimum. Excipe Tertull. lib. de baptismo cap. 1. Nos (inquit) pisciculi secundum Iohannem nostrum Iesum Christum in aqua nascimur, nec aliter, quam in aqua permanendo salui sumus. Ad cuius loci maiorem intelligentiam, adnecto hic, quae Pamelius ad ea verba Iohannem nostrum commentatur. Facit, inquit, ad intellectum huius loci B. Optatus Afer lib. 3. aduers. Parmeniam. (uti etiam ante me adnotauit Latinus, & Franciscus Baldus.) Hic, de Christo loquens inquit, est piscis, qui in Baptismo per inuocationem fontalibus undis inseritur: ut quae aqua fuerat, & pisce etiam pisceina uocitetur. Cuius piscis nomen secundum appellationem graecam in uno nomine per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet Iohannes enim (sic lego) Latine est Iesus, Christus, Dei Filius, Saluator. Quod ipsum repetit B. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei cap. 23. uoces autem graecae, quae singulis uocis Iohannis literis indicantur haec sunt, Ιησους Χριστος Θεος υιος εωτηρ. Est ergo Christus piscis, & Christiani sunt pisciculi, qui in Baptismatis aqua generantur. Utque hanc Deus diuinam generationem futuram multo ante nobilitaret, iam inde ab ipso nascetis orbis exordio uoluit, ut res ceteras aqua cum antiquitate, tum dignitate praerent, quod,

Tertull.

210

In aqua per baptismum nascimur.

Optat9.

Latini9 Fracif. Balduin

211

Christus piscis, nos pisciculi,

August.

ut probem, nullius locupletiore testimonio, quam eiusdem Tertulliani uti possum, qui eodem lib. 3 ita loquitur. Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tenebrae erant super abyssum, & spiritus Dei super aquas ferebatur. Genes. 1. n. 2. habes homo in primis aetatem uenerari aquarum, quod antiqua substantia, dehinc dignationem, quod diuini spiritus sedes. gratior scilicet ceteris tunc elementis: nam & tenebrae tunc adhuc sine cultu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata & calum rude: solus liquor semper materia perfecta, laeta, simplex, de suo pura, dignum spectaculum Deo subiciebat. Nec illud tandem eiusdem Tertulliani, & eodem cap. praetereundum erit. Ordinato (inquit) dehinc per elementa mundo, cum incolae darentur, primis aquis praeceptum est, animas proferre, primus liquor, quod uineret, edidit, ne mirum sit in baptismo, si aquae ante mare nouerunt. Tandem cap. 4. expensum primaeuam illam Spiritus Sancti super aquas innatationem. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Gen. 1. num. 2. Ita factur. Sanctum utique super sanctum ferebatur, & ab eo, quod super ferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabatur, ita de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare coepit. Sed hanc baptismi praestantiam Christus proximus suae passioni nobilitauit impensius. Querit D. Hieronymus, quare Christus obiturus mysteria passionis uenerit ad torrentem Cedron. Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus. Ioan. 18. n. 1. Redditq; causam, nostri scilicet dedicationem baptismatis. In torrente (inquit)

Tertull.

Gen. 1. n. 2.

212

aqua dignitas ex antiquitate, perfectione, & Dei uocatione.

Tertull.

213

Ex aqua primum anima ortu habuerunt.

Gen. 1. n. 2.

214

Aqua sanctificabatur ab spiritu, quod uehebat.

D. Hier.

Ioan. 18. n. 1.

traditus,

quam habere potuit cum Christo, similitudinem: eiusdem quoque admirabilem collige sanctitatem ex eo, quod talis, ac tantus fuerit, ut una cum Patre, & Spiritu Sancto equiparari quodammodo potuerit in pernecessario illo de Christo testimonio reddendo coram effusa, & hinc inde concurrante Hebraeorum multitudinem.

LAVAEA XXXVII.

Amplius eadem Ioannis auctoritas admirabilis commendatur, quam Euangelistae uenerantur, quam Hebraei alioquin peruicaces, & sequuntur, & colunt. Super eadem uerba. Vidit Ioannes IESVM uenientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei. Ioan. 1. num. 29.

- 247. Ioannes Euangelista Baptista testimonio Christi diuinitatem probat. Omnes Euangelistae de Ioanne meminere propter luculentam auctoritatem.
- 248. Qualem in Ioanne Iudaei auctoritatem agnoscerent. Obdurata Iudaeorum malitia.
- 249. Ioannis testimonio plures ad Christum redeunt. Tantus fuit, ut potuerit Christo auctoritatem conferre,
- 250. Omne hominum genus Christo lucrabatur.

Tantum Baptiste opinionem imbiberat ipsemet Euangelista, ut illius testimonio stabilenda putaret diuinitatis mysteria: cum enim dixisset. In principio erat Verbum. Ioannis 1. n. 1. Et rursus. Verbum caro factum est. nu. 14. addit, ut irrefragabile testimonium. Ioannes testimonium perhibet de ipso. Ibidem n. 15. quasi diceret, si Baptista dixit, quis contradicere? Ecce qualem, ac quantum de Baptista opinioe S. Ioannes Euangelista imbiberat, cuius auctoritate Euangelicam historiam confirmare non dubitat; cum ipsi aliqui tanta ineffet auctoritas, ut dicere non haesitauerit. Quod uidimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostrae contrectauerunt de Verbo uita. Ioan. Epi. 1. capite 1. nu. 1. quod si Euangelista hoc ipsum uiderat, quod si haec oculorum intuitu usurparat, & manuum contrectatione deprehenderat, quid opus erat, Ioannis Baptista, qui haec non tam proximè expertus fuisse uidebatur, addere testimonium? Respondet grauitè, ut solet, Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Ioannis his uerbis. Cum multa iam de Dei Verbo, quibus de natura Dei Patris Filius ostenditur, nobis Euangelista exposuerit, nunc ad legentium fidem grauissimo teste uisitur. Erat Ioannes Baptista (inquit Card. Tolerus) magni nominis, & opinionis apud Iudaeos: unde Euangelista Euangelij ueritatem Ioannis auctoritate confirmat, ita ut propter eandem causam omnes Euangelistae Ioannis Baptista perhonorificam fecerint mentionem.

Addit deinde Euangelista duo

Nu eiusdem

Ioan. 1. n. 1. num. 14 num. 15

247

Ioannes Euangelista Christi diuinitatem firmat testimonio Baptista.

Ioan. epif. 1. c. 1. n. 1.

Cyrrill. Alexan.

Toletus

propter luculentam Ioannis Baptista auctoritatem omnes Euangelistae honorificam fecerint mentionem.

252

Joannes primus Dei sub specie no habuit delitescere indicat.

Rupert.

Dan. 3. n. 92.

Primus olim agnovit Nabuchodonosor.

IOānes eximia sanctitate cōspicuus, & vel ipsa Dei testificatione omnium longè maximus eligitur, vt filium Dei humani corporis angustijs delitescentem indicare incipiat, & cecutientibus indigitare: quod munus ad eo censetur augustum, vt non nisi ab istiusmodi heroe tractari debuerit. Antequam Deus humanos artus induerit, confimilis testificationis vmbra nō nisi in monarcha tēr maximo Nabuchodonosore prēmisit, vt grauisimè pendit Rupertus Abbas, lib. 6. de victoria Verbi Dei cap. 22. Is enim rex primus extitit, qui pleno ore, & apertis, vt aiunt, tibijs in Deo filiū esse decantauit. Et species quarti similis filio Dei. Dan. 3. n. 29. adpono Rupertus verba. Speciosa, inquit, victoria pars filij Dei, quod illi manifesta cōfessione prius confusus est inimicus, quam amicus. quis enim saltē ex omnibus prophetis tam aperte nomen istud expressit, filium Dei: mundus eū non cognouit, nec solum eum non cognouit, verum etiam annuntiationem de eo, nec saltē Iudeus ferre potuit, quia ergo non possent portare saltē cultores Dei, nec paterentur, audire vllum esse generationem Dei, vllum esse filiū Dei: per hunc summum ex principibus suis, quē Iudeus, aut Gentilis arguere non posset, cuius opprimere os non audeat mundus, hoc nomen primitus audiuit, filiū Dei. Hęc Rupertus; quę in quantā cedant Joānis laudē, cognitione affequetur is; qui per penderit, Deū primordialē eam filij Dei notitiā non nisi per re-regē potentissimū inculcare voluisse, quē verò eligeret, nisi vnū

omniū tēr maximū Ioannem, vt Christū hominem, & inter homines agentem Deum simul esse, admirabili testimonio demonstraret? Quippe, qui tanta auctoritate florebat ob insignem vitę sanctitatem, vt, & si miraculum nullum patraret, id tamen posset auctoritatis suę pōdere suadere. Quęrit Abul. in cap. 10. Mat. th. quęst. 16. quare Christus ante, nō post mortē discipulos p̄dicatum misit? Fuit, inquit, vt haberent aliquam auctoritatem Christo mortuo, quia, si eo viuento non p̄dicassent, nec aliqua miracula fecisset, esset incogniti, & in reputatione nulla habiti inter Iudeos: nūc verò, quia Christo viuento Iudei viderent eos multa facientes, haberent eos in honore. Hęc ibi Abulensis. Ex quibus magna Baptistę laus exoritur, & eius quāta fuerit auctoritas, apparet, ex eo, quod cum nullum fecerit miraculum, eius tamen auctoritas summa erat, & omniū maxima: quam ille, vt acquireret, omni ope admissus est, acq̄sitam multifarijs virtutum splendoribus adornauit, adornatā morte tuitus est. Aures admoue p̄docto Card. Toletio in Luc. c. 1. an. not. 21. Ne (inquit) ad testimonium de Christo reddendum, aliqua ex parte minus idoneus videretur, irreprensibilem vitam instituit; de quo Cyrillus lib. 2. Thesau. cap. 4. rem scripsit notatu dignissimam, cum nimirum Iudei Christum transgressorem legis contumeliosè appellarent, Ioannem, quę erat inuicta animi generositate, ne quā suum testimonium infirmaretur, propter legem

Abulēf.

253

Christus ante passionē discipulos, et p̄dicando, & miracula faciendo exierunt.

Toletio.

Cyroll. Alexan.

fortiter

254

Quare pro lege moritur.

fortiter occumbere voluisse, eamquē contra Herodem tuendo cruentam mortē appetiuisse: quod testimonium de Christo exhibitum firmum perduraret, vtquē obuiaret sinistra de Christo opinioni, apertē facto ipso declarans, non esse legis transgressorem eum, de quo, qui testimonium reddebat magnus Baptista, pro lege mori, non recusaret.

Ideoquē Christus interuentium agmina ad illum tamquam ad magistrum accessit. Nec mirum, Ioannis grandęui vocem Christi diuinitatem vbiquē locorum tanta vi personuisse: qui adhuc in vtero ei p̄clarum testimonium detulit, ea iā tunc auctoritate plenum, quę postea cum maioris ætatis maturimis testimonijs conferri potuisset: bibe auribus illud Ambrosij lib. 2. Comment. in Lucam cap. 2. Non solum (inquit) ab Angelis, & Prophetis, & pastoribus gratia Domini accipit testimonium: omnis ætas, & uterquē sexus euentorumquē miracula fidem adstruunt; Virgo generat, Sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magnus adorat, vtero clausus Ioannes exultat, vidua confitetur. Nota illud (vtero clausus exultat) eius enim non dum nati testimonium grauisimis Sanctissimorum hominum testimonijs æquiparatur.

Ambro.

Dignū se testem fecit.

Non dicitur natus testatur.

LAVREA XXXIX.

Commendatur amplius eadem Ioannis auctoritas ex eo, quod omnes vnā quatuor Euangelistę eum sub exordium meminerunt, & velut in fronte Euangelij spectabilem collocarunt. Super eadem verba. Vidit Ioannes IESVM venientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei. Ioann. 1. num. 29.

255. Omnes Euangelista sub exordium Ioannem meminerunt.

Ioanne testificante Christi hostes confundebantur.

256. Commendabilius reddebat Euangelium.

257. Patris Aeterni auctoritatē p̄ferebat.

Deo proprium est, veritatem edicere.

258. Credentium Dux.

259. Lucerna lumine tenebris conspultos ad Christum renocauit.

SOlenne est hac tempestate sacris scriptoribus, vt quos edunt in lucem libros, spectabiles efficiant, prima fronte, insignes aliquot eius rei, de qua p̄sertim tractant, icones, pulchrè effigiatas p̄figere, vt cum primū in manus venerint, eximia specie, insigniq; pictura legentium oculos oblectent. Id verò primū quatuor Euangelistę consuetudinis videntur induxisse: quādoquidē omnes sub initium fa-

255

Omnes Euangelista sub Exordium Ioannem meminerunt.

Nn 3

cre nil-

Marc. 1. n. r.
Luc. 1. n. 2.
Ioan. 1. n. 6.

Toletus Luc. 1. n. 14.

August.

Guerric

Ioanne te
se Chris-
ti hostes
facile cõ-
fundeban-
tur.

historie excellentem Ioanes Baptista effigiem, imaginemque adumbrarunt, Diuus Marcus cap. 1. num. 1. Diuus Lucas cap. 1. a num. 2. Diuus Ioannes cap. 1. a num. 6. Diuus Matthæus cap. 3. a num. 1. Hinc potissimum Toletus in Luc. cap. 1. annot. 21. commendat Ioannis incomparabilem illam magnitudinem de qua sacra facienti Zachariæ renuntiarat Angelus: *Erit magnus. Luc. 1. num. 15. Hæc (inquit Toletus) magnitudo in Ioanne inuenitur, & quidem mira: quia omnes Euangelistæ eius testimonio usi sunt, contra incredulos ad veritatem Christi confirmandam, quod eum maximū fuisse in hominum opinione ostendit. Sed illustrius testimonium est Augustini lib. 2. de consensu Euang. cap. 6. vbi multa præfatus. Vnde (inquit) iam videndum est, de ipso Ioanne quatuor Euangelistarum narrationes, quemadmodum inter se nõ discordent. Mirificè enim omnes vnà Euangelistæ incommodanda Ioannis persona conspirarunt. In eadem etiam sententiam indagat Guerricus Abbas ferm. 3. de Baptista, quorsum tanta fuerit cura de Ioanne, vel Euangelistis enarrantibus, vel prophetis etiam, & angelis annuntiantibus? Redditq; istiusmodi responsum. *Kt testis Domini talis induceretur, cuius splendore, & autoritate inimici facile confunderentur. Ita ille.**

Eodem sermone inquit amplius Guerricus, cur omnes Euangelistæ insignem de eo fecerent mentionem. Idquè eò factum fuisse ab omnibus autumat, vt

nimirum Baptiste nomine commendabilius redderetur Euangelium. Cum enim ferm. 3. Ioannis encomium, ac laudem eximiam retulisset ex Mattheo. *Propterea (inquit) Marcus quoq; Lucas, & Ioannes initia librorum præconij eius dedicauerunt, vt videlicet auctoritas tanti nominis prima fronte prælati totum deinceps commendabilius redderet Euangelium.* Hæc enim Guerricus. Hanc ipsam rationem reddit etiam Isidorus Clarius expendens, quare Diuus Marcus Euangelium suum ab exordio Ioannis nomine, vt ornamento condecorat, illustrat, & exornat: *Ponit ergo (inquit) Ioannem initium Euangelij; tu vero cogita, vt huic principio non desit sua maiestas.*

Nequè enim Ioanni Baptista quæcūq; sed maiestas inerat regia, augusta, & imperatoria: imò autoritate pollebat Ioannes Aeterni Patris; nam Christus verè dixerat. *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me.* Ioannis 5. num. 37. Quod testimonium Pater Aeternus per Ioannem vocem suam etiam reddidit; ideoquè sæpe huius testimonij fit mentio. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit, vt testimonium perhiberet de lumine.* Ioannis 1. num. 7. Et iterum. *Ego testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Ioannis 1. num. 34. Hinc colligitur, Ioannè singulari prærogatiua sempiterni Patris autoritatem prætulisse, vt eius in terris filium diuino verborum pondere, & infallibili testimonij sinceritate notum,

Idem.

Isidorus Clarius.

256

Comenda-
bilis red-
debat E-
uangelium

Ioan. 5. n. 37.

Ioan. 1. n. 7.

Ibi n. 34

257

Aeterni Patris au-
thoritatem
præferre-
bat.

cele-

Isai 42. n. 9.

Deo pro-
prium est
veritatem
edicere.

Ioan. 18. n. 37. Saluian

Chryso.

258

Credetium
Dux.

S. Petr.
Chrysol

celebremque, & illustrem faceret; liquet vterius soli Ioanni decus egregium, & insignem honorem, quem soli sibi multo antè reseruarat, Aeternum Patrem contulisse: proprium enim Dei erat infallibilem veritatem pronuntiare; de qua apud Isaiam. *Gloriam meam alteri non dabo, que prima fuerunt ecce venerunt, noua quoque ego annuntio antequam oriantur, nota vobis facio.* Isaiæ cap. 42. nu. 9. de hoc honore maximo, quem Deus pro stemmate habet, ait vnigenitus Dei filius de eodem gloriatus. *Ego in hoc veni in mundum, & ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati.* Ioannis 18. num. 37. Qua de re disertè Saluianus lib. 3. de prouidentia Dei. *Sermo (inquit) ipse testis est, quia necesse est, quidquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium veritatis.* Hunc Dei honorem Ioannes participauit, & infallibili testimonij veritate Dei vices gessit in terris, vt magnificè perpendit Sanctus Ioannes Chrysostomus hom. 5. in Ioannem in hæc verba. *Tu autem cum à Domino missum intelligas, nihil iam humanum ab eo dici, annuntiarivè existimes; non enim suum quidquam, sed mittentis arcana denuntiat, est enim nuntij officium, nihil ex se dicere.*

Porrò, quia summa autoritate munitus accessit, eaque omnes ad fidem pertraxit: quam aptissimè appellatur à Sanctis Patribus omnium credetium dux, signifer, & antesignanus: ita appellat Sanctus Petrus Chrysol. ferm. 92. his verbis. *Nascitur ma-*

ior homine, par angelis, signifer superni Regis. Ita Sanctus Cyrillus Hierosol. Catech. 3. *Veteris (inquit) testamenti finis, & noui est principium baptisimus, Ioannes erat dux eius.* Et Catech. 10. *Testatur (inquit) Ioannes Baptista, maximus quidem inter prophetas, Archidux autè noui testamenti.* Ideoque augusta regni cælorum annuntiationem primam Ioanni Deus reseruauit, priuilegio admodum singulari, vt cum Doctore maximo adnotauimus.

Illud etiam est huius loci, scire nimirum, propterea Euangelistas in ipsomet Euangelicæ historie introitu posuisse Ioannem, vt ardentis, ac lucentis tantæ lampadis splendoribus cæci mortales ad veram lucem Christum facilius peruenirent. Ita Guerricus Abbas ferm. 3. de Sancto Ioanne. *Propterea (inquit) Marcus, Lucas, & Ioannes initia librorum præconij eius dedicauerunt; vt videlicet lucerna in isto vestibulo ingressu ardens, ac lucens perduceret ad lucem, qua lucebat in tenebris, sed a tenebris nequibat comprehendere.*

**HIC EST DE QVO
dixi, post me venit vir, qui
ante me factus est: quia
prior me erat, Et ego nesci-
bam eum, sed vt manifes-
tetur in Israel, propterea
veni ego in aqua bap-
tizans. n. 30. 31.**

S. Cyrill.

Guerric

259

Lucerna
in Euangeli-
lij vestibulo ar-
dens, & lu-
cens sedes in-
tebris vocat ad
Christum.

LAVREA XXXXX.

Enodantur aliquot difficultates ad hunc textum spectantes, quæ prima fronte difficiles apparent.

260. Iohannes Christum indubitanter agnoscebat.

261. Quasi significatione Iohannes dixerit, Christum non novisse.

Refutatur prima responsio.

262. Eum non de facie agnouerat.

Ex Columba descensu: ex paterna voce nihil attigit, quod ante non agnosceret.

IVVAT in presentiarum (breuissimè de more genioque meo) concordare loca prima specie pugnancia, ut ea, quæ paulò ante dixi, quæquè deinde subiungam, clariora euadant. Igitur ex illo loco. Iohannes prohibebat eum dicens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Matth. 3. nu. 14. constat, Iohannem Christum, quis esset, agnouisse; quia enim cognouerat, ideo prohibebat, eo quod sciret, Christum baptismo non egere. Hoc ipsum manifestius intelligetur ex illo alio loco. Altera die vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, post me venit vir; qui ante me factus est. Iohannis 1. n. 29.

Hinc exoritur quæstio, quomodo Iohannes dicat. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & ma-

nentem super eum, ille est, qui baptizatus in Spiritu Sancto. Iohann. 1. n. 33. mirum est ó Iohannes sanctissime, quod cum Christum antea cognouisses, & indicauisses, modo dicas. Et ego nesciebam eum? Cur ita? Augustinus, Strabus, & Lyranus aiunt, cognouisse Iohannem, esse Christum; sed non cognouisse, eum potestatem in igne baptizandi sibi soli reseruatum, donec Spiritum Sanctum super eum vidit descendentem. Huic tamè doctrinæ aduersatur, quod Iohannes iam ante dixerat. Ille vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne. Luc. 3. num. 16. melius Chrysostomus homil. 16. in Iohannem Euthymiusquè, & Theophylactus Iohann. 1. num. 33. scribunt, eum ante quidem redemptorem, ac Deum Christum cognouisse: cum ad eius aduentum in vtero etiã matris exultasset: sed de facie non agnouisse, priusquam ad baptismum accederet, cum Christus in Nazareth, & Ægypto: Iohannes in solitudine totam ante vitam peregisset; simul autem, ac vidit ad se se venientem, diuino spiritu afflatus, illum ipsum esse cognouit, quem iam natum nouerat; quem post se venturum, & in spiritu, & in igne baptizatum predicauerat.

Quæadmodum olim Samuel, ut notat Rupertus, certo sciebat inter filios Isai vnũ esse, qui in Regem foret promouendus, cum nullum eorum de facie cognouisset: & simulac Dauidem vidit, Deo illuminante, eum esse cognouit, ut videre est 1. Reg. 16. num. 12. Nam eorum non pro-

Iohann. 1. n. 33.

August. Strabo. Lyranus

refutatur prima responsio.

Luc. 3. n. 16.

Chryso. Euthy. Theop.

262

Eum non de facie agnouerat.

1. Reg. 16. n. 12

bo

Matt. 3. n. 14.

260

Iohannes Christum dubio procul agnoscebat.

Iohann. 1. n. 29.

261

quo sensu Iohannes dicit, se eum non agnoscebat.

bo sententiam, qui columbam super Christum, antequam baptizaretur, venisse dicunt, Evangelistis, ut censeo, repugnantibus. At dices, quorsum ergo Iohanni dictum est à Deo. Super quem videris spiritum descendentem, ipse est? Iohann. 1. num. 33. Respondet S. Hilarius lib. 6. de Trinitate, hoc non Iohanni propter ipsum, sed propter adstantem populum dictum fuisse, ut nimirum diuino testimonio Christum illum esse doceret, quem antequam cognouisset, predicauerat. Ne quis, ut ait Chrysostomus, existimaret, solius Iohannis testimonium diuino testimonio non confirmatum, aut cognitioni, aut familiaritati, & gratiæ datum esse. Quid ergo Iohannes ex Spiritu Sancti delapsu, quid ex voce desuper audita cognouit? Nihil noui, sed ut expendit Beda, & Rupertus Abbas in cap. 1. Iohannis. Eius quæ antea habebat cognitio stabilita firmata, & corroborata fuit. Hęc ita dicta sint ex placita veterum Patrum sententia: ut noua etiã sententia non displiceat, quæ fortè planior, & dispellendis nebulis obiectionum accommodatior appareat. Posset namquè aliquis calumniari, id quod diximus Curru 2. Laurea 4. Christum Iohannem in solitudine agentem non semel inuisisse. Nam si inuisit, ergo iam eum Iohannes antea ex facie cognouerat: vel ergo, recantanda erit palinodia, fatendumquè, eum Christum nunquam antea adiuisse: vel aliter explauanda sunt illa verba. Et ego

Iohann. 1. n. 33. S. Hilarius

ex columba descensu, ex voce Patris nihil cognouit, quod antea non cognouerat.

Rupertus

Præcluditur obiectio.

nesciebam eum. Quare explanatio erit istiusmodi. Ego nesciebam eum, hoc est, ego de illo iudiciũ non ferebam eo modo, quo homines ferre solent de ijs hominibus quos amicè tractant, & familiariter agnoscent: non ductu humano: sed instinctu plane diuino dixi, quicquid de illo dixi; non impulsus amicitia, aut cognitione, sed diuina reuelatione eius supra omnes homines excellentiam ostendi. Estquè hæc significatio in sacris literis propria iuxta illud. Qui dixit patri suo, & matri sue: nescio vos: & fratribus suis ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Deuter. 33. num. 9.

ET TESTIMONIUM perhibuit Iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem, quasi columbam de celo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum: hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto, Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Ioã. 1. n. 32.

33. 34.

LAV-

LAVREA XXXXXI.

Tanta fuit Ioannis auctoritas, vt eam eleuare, ac deprimere necessum fuerit, ne diuina crederetur.

263. De Ioanne loquens Euangelista verbo utitur accomodo.

Delendo errori insudat Euangelista.

264. Obuiam venit Euangelista, ne quis plus iusto Baptistam veneretur.

Laudes Ioannis in Christum deriuantur.

265. In alijs citra periculum laudes augentur, in Ioanne periculum est, nisi minuantur.

266. Quanta foret Elie auctoritas.

Mirum, quanta sit Ioannis auctoritas: quantis, & quam diuinis firmata testimonijs; quam sublimibus vallata reuelationibus. Itaque temperanda fuit, non augenda. Expendit Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Ioan. cap. 7. verbum illud, quo vsus est Euangelista in explicanda Christi diuinitate. In principio erat Verbum. Ioan. 1. num. 1. Nam illud (erat) non contradicit perpetuitati; e contrariò autem in declaranda Baptistæ natura utitur eo tempore, ac verbo. Fuit homo missus à Deo. Ioan. 1. num. 6. si causam roges? reddit Sanctus Cyrillus. De beato Baptista (inquit) congruè nimirum, vt de mortali homine, ac procreato (fuit) exclamatur, nec isto solum contentus tu-

Cyrill. Alexan.

Ioan. 1. n. 1.

Ibi. n. 6.

tissimè adiecit (homo) temeritatem nõ nullorum euertens. Quare hæc vitima verba adiecit; temeritatem nonnullorum euertens? Quia nimirum temerè inhæserat multorū animis, Baptistam esse Christū; huic errori delendo operam nauat Euangelista: nouerat enim difficultè mortales ab ea opinione auellendos: & quodd maximè notandum est, in hoc ipso capite, vbi tantoperè in extenuanda indebita, de Baptista opinione laborat, maximoperè desudat in Christi Domini auctoritate amplificanda, vt vel hinc colligas, quantum Baptistæ nomen Christi nomen excederet apud Hebræos, quantumquè Ioannis locupletissimum testimonium Christi nomini, & auctoritati prodesse potuerit.

Itaque fuit eius auctoritas tanta, tantum nomen, tamquè notum, & vbiquè celebre; vt modū ei adhibere oportuerit. Querit Chrysostomus homilia 5. in Ioannem. Quid opus fuerit Ioanni Euangelistæ Baptistæ gesta prosequenti diminutionem illā addere. Non erat ille lux. Ioan. 1. num. 8. quorsum laudis incrementa diminuit, qui cæperat amplificare? Chrysostomus homilia 5. in Ioannem rationem reddit in hæc verba. Quippe cum dixerit missus est, vt testimonium perhiberet de lumine, prosequitur, non erat ille lux. Nequè id temerè, sed quoniam frequenter apud nos, qui testimonium perhibet, maior est, eo, cui perhibetur, & maioris plerumquè auctoritatis apparet: nequè de Ioanne huiusmodi oriretur suspicio, ab ipso statim principio

263

D: Ioane locutus Euangelista verbo utitur accommodo

Error delendo insudat Euangelista

Ioan. 1. n. 8. Chryso.

264

It obuiam Euangelista, ne quis Baptistam plus æquocolat.

667

eam penitus tollit. Nec Euangeliste solum id fecerunt, sed Archangelus Gabriel in eius annuntiatione celeberrima, eiusdem magnitudinem cautè, & cum moderatione pronuntiat. Erat magnus. Luc. 1. num. 15. Ne tamen videretur æquari ei, de quo absolutè dicendum erat. Hic erit magnus. Luc. 1. num. 31. subdit (coram Domino) eo modo, quo nos dicere solemus. Ille est magnus coram Hispaniarum, aut Galliarum rege; ita enim eius magnitudinè ostendimus, vt Regis nomen augeamus, & amplificemus maiestatem. Pulchrè id obseruat Diuus Ambrosius lib. 1. in Luc. Diuinitatem est, inquit, etiam de Ioanne, quia erat magnus: sed ille, quasi homo magnus; hic quasi Deus magnus. magnus Ioannes, sed coram Domino. Pulchrius Simeon Metaphrastes in Commentar. de Sancto Ioanne Baptista apud Lipomanum his verbis. Futurum autem eum magnam predicat, non quidem absolutè, sed coram Domino. Quin ipsemet Ioannes tantam de se opinionè sparsam vbiquè, & longè, latèquè disseminatam egrè ferès, clamabat. Quæ me arbitramini, non sum ego. Actor. 13. nu. 25. Et rursus. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quia dixerim non sum ego Christus. Ioan. 3. num. 28. Eamquè nominis gloriam, quam in se homines collimabāt, Ioannes in Christum dirigebat. Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Ioan. 1. num. 28. Ecce venit post me, cuius non sum dignus calcamenta pedum soluere. Actor. 13. num. 25. Tanta itaque erat

Luc. 1. n. 15.

D. Amb

Metaph

Laudes Ioannis in Christum deriuantur

Act or. 13. n. 25

Ioan. 3. n. 28.

Ioan. 1. n. 28.

Act or. 13. n. 25

Ioannis sanctitas, & auctoritas, vt cū in alijs sine periculo, queat augeri, in Ioanne periculum foret, nisi minueretur.

Et ideo Christus Dominus ad confundendam Iudeorū pernicitiam Ioanis auctoritate omninū opinione maxima sæpe utebatur, vt Matth. 11. num. 18: & rursus Matth. 21. num. 25. 26. 32. Marci 11. num. 30. Luc. 20. num. 4. Ioan. 5. num. 33. monet enim magis maioris auctoritas, & luculentius persuadet persona clarior; vnde factum est, vt princeps Iehu ignori prophete de se vaticinium transferret in Eliā, vt persuaderet efficacius, & vehementius impelleret. Sermo inquit, Domini est, què locutus est per seruum suum Eliam Thebitem. 4. Regum 9. nu. 36. Percontatur Abuleus quæst. 38. eius capitis, quare per Eliam in suas aures traditum vaticinium dicat, quod nõ nisi à vatè, qui se eodem cap. nu. 6. vnixerat, audiuit? respõdetq; in hæc verba. Respondendum quod Iehu allegabat semper verba Elie quia dicta Elie erant maioris auctoritatis; quia ipse fuerat propheta excellentissimus tempore suo. Sed polleat bonis auibus, Elias auctoritate omnium, quam velis, maxima, illa tamen cum Ioannis auctoritate collata dubio procul euanescit; quam citra controuersiam, omnium maximam Christus obijciebat sepæ oculis relictantium phariseorum.

265

In alijs citra periculum laudes augentur, in Ioanne periculum est, nisi minuantur.

Mat. 11. n. 18. & c. 21. n. 25. 26. 32. Marc. 11. n. 30. Luc. 20. n. 4. Ioan. 5. n. 33.

4. Reg. 9. n. 36.

266

Elie prophete auctoritas, quare foret.

Vidi

VIDI SPIRITUM
descendēte, quasi columbam
de celo, & mansit su-
per eum. Ioan.
I. n. 32.

LAVREA XXXXII.

Humilitas mentis aciem acuit,
vt diuina mysteria subtilius
penetrentur.

267. *Ioannes acute videt, quia erat*
Angelus.

268. *Elie intellectus obtunditur im-*
opia humilitatis.

269. *Vnde Ioannes magnus appa-*
reat.

VNde quæso tã acuta Ioã-
ni oculorũ acies, vt aper-
tos cælos videat, & Spiri-
tum Sanctum columbina specie
descendentem? in primis, quia
angelus erat, in quem sensum
huic interrogationi satisfacit D.
Fulgentius ferm. de Sancto Ste-
phano dum simili quæst. facit sa-
tis: quærit enim quare Sanctus
Stephanus cælos vidit apertos?
Respondetquẽ, eam visionẽ an-
gelicẽ faciei debitam fuisse. Nam
viderunt faciem eius, quasi faciem an-
geli. Actor. 6. num. 15. Tali (in-
quit D. Fulgentius) miraculo an-
geli faciem decebat honorari: Quod
quã rectẽ conueniat in Ioan-
nem, faciliẽ est videre, qui Matt.

Act. 6. n
15.
D. Fulg
Mat. II

11. & Malach. 3. angelus appel-
latur, nec qualiscumquẽ: sed an-
gelus dignus, qui ante faciẽ Dei
semper ambulet, ideoquẽ etiam
dignissimus, qui cælos videat
apertos, & Spiritum Sanctum
supra Dei filium descendentem.
Tali miraculo angeli faciem decebat
honorari.

Sed vterius, ad rem magis,
& ad titulum, inquirò vnde ter-
restri angelo hæc tam aquilina
perspicacia? Cui nimirum Deus
foli diuinum spiritum videndũ
credit: ex profunda videlicet ani-
mi submissione, quẽ oculos in-
dit anime, & ingenerat acutissi-
mos. Habes in abditiis sacræ pa-
ginæ thesauris aliquot exempla
perillustria. Primum apud Oseã,
vbi Deus teste Ruperto, vt Israe-
lem ad insignem visionem eue-
hat, ad propriæ inscitie, & stul-
titiæ cognitionẽ prius inducit.
Scito te Israel stultum, prophetam in-
fanum. Oseã 9. num. 7. audi Ru-
pertum tom. 1. lib. 3. commen-
tar. in Oseam. Ad magnã, inquit,
visionem illum excitare intendit ad-
hortando, vt sciat, se esse stultum; quia
videlicet hac est visio, quam loquutus
est vir, cum quo est Deus. Quibus
verbis allusionem facit ad ea ver-
ba Salomonis. Visio, quam locutus
est vir, cum quo est Deus, & qui Deo
secum morante confortatus ait. Stul-
tissimus sum virorum, & sapientia
hominum non est mecum. Proverb.
30. num. 1. etenim etiam Salo-
mon, vt ad abditissimã superarũ
rerum cognitionem ascenderet,
ad profundissimam inscitie, &
stultitiæ suę cognitionem prius
descẽdebat. Aliud insuper habes

Malach
3.
267
Ioannes
acute vi-
det, quia
erat an-
gelus.

Rupert.

eximium

apoc. 433

215

Christus
in torrens
tra iur.
dedicans
Sacramẽ
tum bap-
tismi.

traditus, dedicans regenerationem
nostram, & baptismi Sacramentum.
Hęc occasione loci, in quo ex-
hibitum fuit celeberrimũ illud
Ioannis de Christi diuinitate
testimonium, de quo paulisper
infra.

ALTERA DIE
vidit Ioannes IESVM
venientem ad se:
Ioan. 1. n.
29.

LAVREA XXXXII.

Christi in Ioannem gratitu-
do.

216. *Vult Christus, vt exemplo suo*
gratitudinem colamus.

217. *Deus castigat ingratos, & quo-*
modo.

218. *Liberationem ex Ægypto ingra-*
ti Moyse, non Deo tribuunt.

219. *Iudæ vicem tenent ingrati.*

220. *Gratitudo omnium virtutũ re-*
gimen.

221. *Christus quoquẽ grati animi*
speciem indicat.

222. *Oblata a latrone fides Christo, vt*
gratularetur, vim intulit.

ALTERA die, idest po-
stridie eius diei, quo le-
gatis Iudæorum celebre
illud, de quo egimus, testimo-
nium dedit (die enim proximẽ
elapsa reddiderat Ioannes illud
testimonium) nec mora, die pro-
ximẽ subsequente grati animi

significationem Christus exhi-
bet, inuisit Ioannem, & sua
honorat præsentia, eaque nos
itione, & actione gratitudinem
docet: quemadmodũ enim Deus
a nobis collatorum beneficio-
rum gratitudinem exigit; ita ip-
se se nobis magnorum obsequio-
rum gratum exhibet remunera-
torem: quod verò grati animi
significationem sibi vendicet,
apertẽ liquet ex illo potissimẽ
loco. *Et scietis, quod ego sum Domi-*
nus Deus vester, qui eduxerim vos de
ergastulo Ægyptiorum. Exod. 6. nu.
7. ad quem locum Oleaster. Vult
(inquit) Dominus nos scire. benefi-
cia eius, hac pena punire solet ingra-
tos, scilicet ignorantia beneficiorum
suorum. Vt reuera puniuit He-
bræos, Dei, qui eos ex Ægypti-
tiaca seruitute eduxerat, pror-
sus oblitos. Videns populus, quod
moram faceret descendendi de monte
Moyse, congregatus aduersus Aaron,
dixit: surge fac nobis Deos, qui nos
precedant. Moyse enim huic viro, qui
nos eduxit de terra Ægypti, ignora-
mus, quid acciderit. Exodi 32. nu.
1. Alios Deos sibi fabrefieri ro-
gant: verũ, qui aderat, Deũ
non recordantur: in quos propte-
reã inuehitur Chrysofostomus. ho-
mil. 17. in Acta Apostolorum
his verbis: Quid dicis Moyse, qui
eduxit nos? non spectas eum, qui edu-
xit, sed negas beneficium; & bene-
factorem fugas: Moyse illi (inquit)
qui eduxit nos de Ægypto, nusquam
Dei nomini, sed omnia Moyse tribunt,
Nota inter alia illa verba. Negas be-
nesiciũ, & benefactorẽ fugas. Nihil e-
nim equẽ Deũ procul exliminat
atq; ingrãtudo: quẽ proditorẽ

216

Exemplo
suo Chri-
stus grati-
tudine do-
et.

Exod. 6
nu. 7.

217

Deus ig-
norantia
beneficio-
rũ punit
ingratos.

Exod.
32. n. 1.

Chryso.

218
liberatio-
nẽ ex Ægi-
pto Moyse
non Deo
tribuunt
ingrati.

Mm

Iudam

Iudam cum Christo simul esse non permittit, sed eum a Christo procul fugat. *Cum ergo accepisset ille bucellam, exiit continuo.* Ioānis 13. num. 30. Quærit Chryso- stomus homil. de Baptismo Christi, huius discessionis mysteriū referat; ad eos, qui in maximas incidunt infelicitates, eo quod gratias Deo Opt. Max. agere dememinerint. Excipe Chryso- stomum. *Quando (inquit) ultima cena communicavit Iudas, nocte illa postrema ceteris omnibus recumbentibus ipse se proripiens excessit: illum imitantur, & isti, qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt. Nisi enim exisset ille, proditor factus non esset.* Et verò Chryso- stomus homil. 7. in 1. ad Corint. docet, ingrati- um animum in Deum timendum nobis magis esse, quam gehennæ cruciamenta. *Id nobis, inquit, gehenna formidabilius sit, ut in talem, ac tam beneficium amicum ingrati videamur, & perfidi.*

Hoc ingrati- tudinis vitium, ut fugiamus, exemplo hoc Christi edocet, ad Ioannem, qui de se pridie publicum dixerat testi- monium, reueniens. Porro gra- titudo est virtutum omniū cus- tos, qua custodiende virtutes, & obtenta à Deo beneficia secura conseruantur: ut innuit Apo- stolus, virtutes primum colligens; custodem deinde adhibens gratitudinem. *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vin- culum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris: in qua, & vocati estis in uno corpore, & grati estote.* Ad Colloc. 3. num. 14. Quod notauit Chryso- stomus;

homil. 26. in Matthæum in hæc verba. *Optima quippe beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio.* Ea caput hominum Christus vsus, perpetuè grates agebat Parenti Optimo Maximo, vt patet Ioā- nis 11. vbi Christus. *Pater (inquit) gratias ago tibi, quoniam audiisti me.* nu. 41. quapropter Sanctus Ennodius libro 5. Epistola 10. *Pro impensis, inquit, gratias nō referre, & Deus in carne constitutus exhorruit.* Nouerat enim, quam iu- cunda sit Deo ipsa grati animi significatio. Verè namq; dixit Chryso- stomus homil. 2. in pri- mam ad Corint. *Deo nihil gratius, quam sibi, & alijs gratum esse pro be- neficijs collatis.* Hac virtute in- signis erat Iacob, de quo sacer- textus. *Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus.* Genesis 35. numero. 14. postquam videlicet illi se Deus spectabilem dederat in Bethel, ne ingratus videatur, colum- nam erigit lapideam beneficij testem. *Considera (inquit ibi Chry- so- stomus) quomodo in nominibus locorum memoriam immortalem be- neficiorum reponat.* Hæc grati ani- mi exhibitio, hæc acceptorum commemoratio beneficiorū sig- nificatur illa laudis immolatio- ne, de qua vates regius. *Immo- la Deo sacrificium laudis.* Psalm. 49. numer. 14. Vbi Ecclesiæ lumen Augustinus. *Hæc (inquit) im- molatio, hoc sacrificium laudis est, gratias agere illi, à quo habes quidquid boni habes.*

Et verò quod Deus à nobis ob accepta beneficia poscit, id

ipsum

220

gratitudo virtutum omnium custos.

Ioan. 11 n. 41.

S. Enno

Gen. 35 n. 14.

Psal. 46. n. 14.

Ioā. 13. n. 30. Chryso.

219.

Iudā imi- tantur in grati.

Chryso.

Collat. 3. n. 14.

LAVREA XXXXIII.

Ioannis de Christo testimo- nium.

223. *Venit Christus ad Ioannem, ut accipiat ab eo testimonium.*

224. *Ioannis auctoritas, qualis, & quanta.*

225. *Christus non à quibuslibet testi- monium accepit.*

226. *In reddendo testimonio audax Ioannes.*

RVrsus ad Ioannem Chri- stus accedit, vt Ioannes de eo præclarū illud red- deret testimonium. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioā. 1. num. 29. Hæsitat Theophylactus in caput primum Marci, indagans causam, qua ductus Christus in oram Iordanis viam ierit? Enim verò Christus cul- pam nullā consciuerat, qua elui aliquomodo posset in baptismo: cur ergò venit, nec semel ad Ioā- nem? hæsitatio sublatā, hac ratione Theophylacti mens fe- dit, & conqueuit. *Vt (inquit) manifestaretur à Ioanne populo; nam quia eò confluebant, apparet, quod ideo venerit, ut testimonium acciperet co- ram multis, quis esset.* Accepit uti- què Christus testimonium Ioā- nis illa voce probatū. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioā. 1. n. 29. Qua Ioānis cōmendatio- ne Christus non sui, sed creden- tium causa eguit, vt testimoniū omni maius exceptione benefi- cij loco acciperet.

Affero in medium testimo-

Mm 2

nium

ipsum nobis præstat ob eximiū opus quodpiam in eius relatum gloriam; sit latro fugi testimo- nio, qui cum præstitisset fidem, accepit à Christo subinde grati animi specimen, ipsum scilicet paradysum; tantamquè Christo gratulandi audidissimo vim intulit, quantam in illum gratiam credendo contulerat: vt hoc lo- co rear, impletum illud. *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. n. 12. dum enim felix ille latro integrā Deo fidem obtulit, vim quodammodo tum Deo, tum cælo ipsi intulit; vt oblata fidei meritò cælum sibi aperiretur, eo modo, quo rei cuiusuis emptor oblata pecunia vim ex contractus natura emer- gentem infert venditori, vt solu- at. Testor Augustinum serm. 144. de tempore post med. *Non inuastisti (inquit) regnum celorum, vim fecisti, credidisti, rapuisti: hodie mecum eris in paradiso, non te differo, tantæ fidei hodie reddo, quod debeo.* Et verò quam eodem die gratitudinem latroni præstitit, eandem Ioanni reddidit subse- quenti.

ALTERA DIE
vidit Ioannes IESVM ve- nientem ad se, & ait. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1.

nu. 29.

221

Christus se gratum quod præ- stitit.

Matth. 11. n. 12

222

Oblata a latrone fi- des Christi, vt gra- tularetur vim in- tulit.

August.

Ioan. 1. n. 29. Theop.

223

Venit Christus ad Ioannem, ut accipiat ab ipso te- sti. moniū.

Ioan. 1. n. 29.

224

Ioannis au- thoritas, qualis, & quanta.

August.

nium Augustini homil. 44. in lib. 50. homili. Breuiter ergo (inquit) commendo charitati vestrae magnum Sacramentum. Quoniam multi futuri erant, qui putarent, Christum non esse, nisi hominem. Ideo magnus homo, quo maior in hominibus non fuit, perhibuit ei testimonium Ioannes subditus, inclinatus, humiliatus. Tantam vero illi Deus auctoritatem imperijt, ut inde sibi testimoniū maius arriperet, ut luculentè notauit Abulens. in cap. 11. Matthæi quæst. 18. his verbis. Laudauit Ioannem Christus, quia hoc proficiebat in laudem ipsius Christi: perhibuerat enim Ioannes testimonium de Christo, & erat Præcursor eius. Quanto autem esset maior auctoritas Ioannis, tanto firmitus esset testimoniū. Idemquæ notat in cap. 3. Matth. quæst. 72. his verbis. Istud autem erat conueniens, non solum in fauorem Ioannis, sed magis in fauorem Christi, & Christi intererat, Ioannem magnam habere auctoritatem. Ideoquæ; eius ordinè vitæ Deus sic direxit, ut omnibus partibus, ac numeris testimonium integraret amplissimum; de quo Rupertus lib. 2. in Matthæum ita scribit. Nequæ verò solummodo ex deserto in omnem Regionem Iordanis, verum & ex matris utero in lucem presentem in testimonium venit. Idcirco senibus iustis datus est: idcirco sterili utero conceptus: idcirco adhuc in utero matris sue Spiritu Sancto repletus est: idcirco cum gaudio multorum, & admiratione plurimorum natus est: idcirco duce Spiritu Sancto in desertum à seculo fugit, & vitam Angelicam duxit, omnem ordinem vitæ irreprehensibilem gessit: victu, ac vestitu

Abulens.

venerabilis, ut esset idoneus testis, & omnibus his medijs in testimonium venit. Hactenus ille. Hoc adèò luculento testimonio Christus eatenus occultus, manifestari ceptus est: sic illud interpretor. Dominabitur à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Psalm. 71. nu. 8. ut ante me est interpretatus Sanctus Bruno Carthusianorum author in illum psalmum. Aflumine, id est, à Baptismo; ac si dicat, à tempore baptismi incipit apparere dominium eius per prædicationem suam. Hoc est tum per ipsam Dei vocem; quæ erat Ioannes, tum per subsequentem Christi prædicationem; tum deniquè per illapsum Spiritus Sancti specie colū bæ descendentis, & Patris vocem intonantis. Hic est filius meus dilectus. Quo sensu dixit ipse Ioannes. Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Ioann. 1. num. 31. Quod subnotans Sanctus Isidorus lib. 2. de de offic. Eccles. cap. 24. Cui (inquit) ita datum est baptizare in aqua, ut Christus, qui in aqua, & spiritu baptizaturus erat, Ioannis baptisate manifestaretur in Israel, quando Spiritus Sancti descensione, & Patris noua voce filius Dei, palam cunctis ostensus est.

Ioannemquæ idcirco talem Deus fecit, totquæ; ac tantis ornauit excellentijs, & encomijs, ut ab eo tam eximium testimonium obtineret, quantum nullus hominum reddere potuisset in terris. Quemadmodum enim Christus dæmonum testimonia, licet verissima, abhorrebat, repudiabatquæ; iuxta id: Dæmonia multa eieciat, & non sinebat ea loqui.

Marc.

Marc. 1.
r. 34.
Theoph.

225

Christus non a quibuslibet testimonium accipere volebat.

Chrysol.
Theop.
Euthy.

226

Intrepida Ioanis audacia in reddendo testimonio.

Ioan. 1.
n. 28.Philo
Alexand.

Marc. 1. n. 34. propterea, quod ab impurissimis spiritibus proferebantur, quod adnotatū reliquit Theophylactus in cap. 2. Marci. Non enim (inquit) volebat Sanctus ab immundo ore commendari, & testimonium accipere. Ita Ioannis Spiritus sanctissimi, purissimiquæ, & innocentissimi auebat, & appetebat testimonium nullatenus suspectum: sed quare id testimonium in Bethania, non alibi, reddi voluit? Causam hanc reddit in eum locum Chrysofomus, Theophylactus, & Euthymius; ut nimirum Baptiste in dicendo libertas intelligeretur, qui non domi, non in angulo, non in alio obscuro, & secreto loco, sed palam, ac publicè in loco celeberrimo, atquæ frequentissimo, quo agminatim homines, alij baptismi suscipiendi, alij fluminis traijciendi causa confluebant, luculentum testimonium de Christo perhibuit, ideoquæ disertè dicitur. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Ioann. 1. num. 28. Hæc, qua Ioannes circum circa roborabatur, audacia illum omnibus venerabilem reddebat, & admirabilem: de qua Philo Alexandrinus lib. Quis rerum diuinarum sit heres, his verbis. Sunt profecto admirandæ virtutes, vel fiducia, vel sermonis libertas aduersus præstantiores: quando res eam postulat. De qua Curru 6. Laurea 34. & Curru 5. Laurea 37. 38. 39. 40.



L A V R E A XXXXIII.

Testimonium Ioannis sine suspitione. Super eadem verba. Vidit Ioannes IESUM venientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei. Ioan. 1. n. 29.

227. Quare Christus Spiritum Sanctum non à se, sed à Patre procedere astruxit?

228. In solitudine vixit Ioannes, ut testimonium de Christo firmitus euaderet.

229. Probatum exemplis.

230. Huius rei crebra mentio in Euangelio.

231. Increpatur Iudeorum duritia.

VT testimonium Ioannis locupletissimum foret, & omnibus nominibus probatissimum, rerū euentus Deus ita composuit, ut Ioannes totos triginta annos vitam viueret solitariam, ne quis eius testimonium, vel propter ipsius cum Christo consanguinitatem imminueret: vel propter humanam aliquam rationem leuiter etiam infirmaret.

Euoluens Maldonatus eum locum. Cum autem venerit Paraclitus, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Ioann. 15. num. 26. sciscitatur, quare non dicat Christus, Spiritum Sanctum etiam à se procedere? Quia (inquit) id apud homines magis minuire, quam commendare poterat eius testimonium,

Maldo.
Ioan. 15
n. 26.

227

Quare Christus non dixit, Spiritum Sanctum à se sed à Patre procedere?

Mm 3

cum

cum enim de ipsomet ageretur suspic-
tum potius Spiritus Sancti testimoniū
videretur, si dixisset, a se procedere.
Hæc ille. Eodem prorsus modo,
voluit Deus, ut Ioannes omnem
vitam degeret in solitudine, ne,
si ciuilem, & urbanam institue-
ret viuendi rationem, Christi q;
cō sanguineus agnosceretur, eius
de se testimoniū eo nomine in-
firmaret, quo etiā sensu Cardi-
nalis Toletus exponit. illud. *Et
ego nesciebam eum.* Ioan. 1. num. 31.
Prudenter (inquit) dicit, & ego nes-
ciebam eum, sicut etiam prudent. simē
Deus Ioannem testimoniū perhibi-
turum Christo, vitam egisse solitariā,
& remotam ab omni humana conuer-
satione disposuit, ne quis humano af-
fectui testimoniū hoc tribueret, ma-
ximè, quia Christus illi secundum car-
nem coniunctus erat, propterea dicit,
& repetit iterum, nesciebam eum,
id est, ego nec noueram eum, nec me
humano affectu ductum existimetis.
Hæc Toletus. Iterum annot. 7.
in Luc. cap. 3. reddit rationem,
cur Ioannes annos 30. solitarius
ageret. *Vt (inquit) omnem suspitio-
nem contra sui testimoniū veritatem
remoueret, cum enim esset secundum
carnem Christo coniunctus, si conuer-
satus esset cum eo, & cohabitasset cum
hominibus, suspicandi occasionem ac-
cepissent affectu carnis illum duci, que
suspicio ablata fuit, quoniam in deser-
to habitans, nec videndi occasionem ha-
buerat. Idemquē notat Euthy-
mius in eum locum. Et ego nes-
ciebam eum.* Ioan. 1. num. 31. *Vt
(inquit) proprium testimoniū ab
omni suspitione remoueret.*

Tolet.

Ioan. 1.
n. 31.

228

Ioānes vi-
tā egit so-
litariam
ut eius de
Christo te-
stimoniū
firmiter e-
uaderet.

Idem.

229

Probatur
authori-
tate.

Euthy.

Chrysof.

Sed venio ad grauiora Patrū
testimonia. Igitur Chrysof-

mus hom. 16. in Ioannem. *Nes-
ciebam (inquit) eum : insuspicabile
testimoniū aperte monstrans : id non
humana esse amicitia, sed à diuina re-
uelatione factū. Quapropter Elias
etiam Cretenis Comment. in
Gregor. Nazianz. orat. 1. ad illa
verba. (Iesus baptismo tingitur. Quo-
niam (inquit) cum carnis cognatiōe
inter se inuēti erant, idcirco ne Ioan-
nes propinquitatis causa Christo testi-
monium præbere videretur, hoc à Spi-
ritus Sancti gratia procuratum est, ut
ipse per totum primæ atatis cursum in
solitudine degeret, ne amicitia ductus,
aut artificio quodam hoc testimoniū
edere videretur, verum tamquam à
Deo cognitum habuisset, sic ipsum pro-
nuntiaret : ea de causa aiebat. Ego nes-
ciebam eum.* Audiendus insuper
Euthymius cap. 1. in Ioannem
super illa verba. *Et ego nesciebam
eum. Ne putarent, (inquit) quod illū
iam olim agnosens, talia de eo ferret
testimonia, gratiam ille præstans tam-
quam cognato, ait. Ego ignorabam eū,
priusquam ad Iordanem veniret, ut
pote semper in deserto versatus. At
quē cum adhuc in matris esset utero,
cognouit eum, & præ gaudio exulta-
uit. Verum id, non fuit naturaliter,
sed supernaturaliter, & quomodo nul-
lus omnino hominum cognouit.*

Elias
Cretēsis

Euthy.

230

Huius lu-
culenti te-
stimoniū
crebra in
Euāgelio
mentio.

Ioā. 1. n.
7.

Fuit

Ibidem
n. 8.

Ibidem
n. 15.

Ibidem
n. 19.

Ibidem
n. 32.

Ibidem
n. 34.

Ioan. 1.
n. 29.

Ioan. 3.
n. 26.

Ioan. 1.
n. 35.

Tolet.

231

Arguitur
Iudeorum
duritia.

Fuit homo missus à Deo, cui nomen
erat Ioannes, hic venit ut testimoniū,
perhiberet de lumine. nu. 7. Et rur-
sum. Non erat ille lux, sed ut testi-
monium perhiberet de lumine. nu. 8.
Et tertio eodem capite. Ioannes
testimoniū perhibet de ipso. num.
15. Quarto. Et hoc est testimoniū
Ioannis, quando miserunt Iudei. Ibi-
dem num. 19. quinto, & testimo-
nium perhibuit Ioannes, dicens num.
32. sexto, Et ego vidi, & testimoniū
perhibui, quia hic est filius Dei. n. 34.
Adde celebre illud testimo-
nium. Altera die vidit Ioannes Ie-
sum venientem ad se, & ait. Ecce ag-
nus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Ioannis 1. num. 29. De quo po-
stea testimonio Baptiste discipu-
li dixerunt. Rabbi, qui erat tecum
trans Iordanem, cui tu testimoniū
perhibuisti. Ecce hic baptizat, & om-
nes veniunt ad eum. Ioan. 3. n. 26.
Nec ille intuitus Christi, & Ioā-
nis encomiastica exclamatio se-
mel in Iordane tantū facta, sed
semel, & iterū additur enim pau-
lō post. Altera die iterum stabat Ioā-
nes, & ex discipulis eius duo, & respi-
ciens Iesum ambulante dicit. Ecce
agnus Dei. Ioan. 1. num. 35. cu-
ius loci commentarius Cardina-
lis Toleti, ita habet. *In excusabi-
lis profecto est Iudeorum duritia, qui
cum pridie audissent magnificum testi-
monium à Ioanne de Christo exhibi-
tum, & tunc viderent Ioannem ab
omnibus negotijs expeditum, & res-
pondere paratum, nihil prorsus ab eo
de Christo quaesierunt, propterea Ioan-
nes ipse sponte sua, iterum de illo testifi-
catur. Sed fatius erit Euthymij
verba hic audire. Nō casu (inquit)
hæc loquitur, sed quia non dum Iudeo-*

rum insensibilitatem attigerat, nemo
enim, quid iam de ipso interrotaue-
rat, rursūm hæc de ipso dicere cogitur,
mentemq; eorum iteratis vocibus ex-
pergefaceret quasi dormientem. Ita il-
le. At priusquam loculentissim;
huius authoritas excellentiam
manifestare pergā, fert animus
interferere paucula de Ioannis
manu, ac digito Christum com-
monstrante.

LA VREA XXXXV.

Ioannis manus authoritas, &
digiti demonstrantis admi-
rabilitas. Super illa verba
Ecce Agnus Dei. Ioan. 1.
num. 36.

- 232. Varijs modis loquuntur manus.
- 233. Manus voces, est sermo commu-
nis inter omnes homines.
- 234. Loquaces manus, & digiti lin-
guos.
- 235. Ioannes agrum ostendit digito
loquente.
- 236. Præclara quæq; ostensione sui lau-
dantur.
- 237. Ioannis digitus reliquo corpore
exusto remansit.
- 238. Hebræi Deum vident super ma-
re rubrum submergentem Ægy-
ptios.
- 239. Ioannis testimoniū Christi
testimoniū aliquo modo excedit.
- 240. Propheta generatim loquuti,
Ioannes singulariter.
- 241. In Ioannis testimonijs sem-
per aduertitur particula demonst-
ratiua.

Mm 4

Tam etfi

T Ametsi Sanctus Ioannes Baptista dum Christum ostendit manu, lingua etiam collaudat; maiori tamen, ut reor, eum laude ornat manu dilaudans, quam ore commendans. Habet enim manus suas voces, easque sonoras, ac praeclaras: quas Italianus Rex Theodoricus apud Casiodorum lib. 1. vari. Epistola 10. appellat. *Musica mutam, quae ore clauso manibus loquitur.* Unde Claudianus. *Nutu manibusque loquax.* Demetrius Cynicus cum aliquando intuitus esset hominem facundo gestu mirabilem; eum *Non agere, sed arguta manu affari* dixit: ut refert Caelius Rhodiginus lib. 5. Itaque vix dici potest, quantum manus adiuverit optimum oratorem, & rei difficilis persuasorem: nam caeterae eloquentiae partes persuadentem adiuvant, manus loquuntur: an non his poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timeamus? interrogamus? persuademus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, praenitentiam, & unius cuiusque rei sequendae viam ostendimus? An non manus concitant? inhibent? supplicant? probant? hortantur? exclamant? An non in demonstrandis locis atque personis adverbiorum, atque pronominum vicem obtinent? ut in tanta per omnes gentes, nationesque linguae diuersitate, hoc unum omnium hominum communis sermo esse videatur. Cum ergo Ioannes a solitudine digrederetur ad Iordanem. *Ut testimonium perhibe-*

Casiod.

232

Manus loquuntur
multipliciter.

233

manus voces, sermo communis inter omnes homines.

ret de lumine, ut omnes crederes per illum. Ioannis 1. num. 7. manus artificio, hoc est; communi omnium hominum sermone loquitur: ideo manu indicat, inducit, inflectit, incitat, hortatur, & persuadet.

Nec solum manu indicat, sed singulariter indigitat digito: nam etiam ipsi digiti voces suas habent peculiare, ac singulare; de quibus illud dicitur apud Casiodorum lib. 4. vari. *Orchestra rum loquacissima manus, & linguosus digiti.* Et apud Diuum Cyprianum de Spectaculis. *Verba manibus expedere, & loqui digitis.* Indicat ergo Ioannes, imò indice digito proclamat, illum ipsum Christum, quem ostendit, Messiam esse caelo lapsum, terrisque diuinitissime a maioribus expectatum. Ideoque Sanctus Andreas Hierosolymitanus Episcopus Cretensis in oratione de amputatione capitis Praecursoris, Ioannem appellat vocem silentij, eiusque digito Deum ostendenti linguam affingit, & vocem. *Vox, inquit, è tacente, qui per id quod voce carebat, pater sterilitatis sustulit infertilitatem, qui loquenti digito agnum ostendit.* At cur loquenti digito agnum Ioannes ostendit? an quia Christus externo suarum laudum praecone non egebat? an (quod in idem redit) quia fat erat digito ostendi? Esto, iuxta illud Diui Ambrosij lib. 1. Exam. cap. 9. *Plus est, quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur: suo enim utitur testimonio, non alieno suffragio.*

Porro Christus suis se prodigijs, ac miraculis publicabat

Ioan. 1. n. 7.

Casiod.

D. Cyp.

234

Loquaces manus, et linguosus digiti.

Andreas Hieroso.

235

Ioannes loquente digito agnum ostendit.

D. Amb.

vbique

Idem.

236:

Praeclara quae laudantur ostentio sunt

Tertull.

Ioan. 1. n. 36.

Molan.

vbique: ideoque addit citatus Ambrosius. *Bonorum operum proprium est, ut externo commendatore non egeant, sed gratiam suam, cum videntur, ipsa testentur.* Hoc ipsum Christum intuentibus eueniebat, ipse tacitus aspectus, & obiecta oculis Dei hominis imago eum mirabilem pariter, & amabilem personabat. Excipe Tertulliani verba lib. de Pallio cap. 6. vbi de vero probo, ac virtute claro, & si veste humili, sic effatur. *Etingui philosophia vita contenta est: ipse habitus sonat: sic denique auditur philosophus, dum videtur.* Quibus ostendit tacitis virtutibus suas inesse voces laudatrices morum, & eximia sanctitatis commendatrices: proptereaque; Sanctus Ioannes Christum ostendebat, ut populares caeteri ad Christum oculos dirigerent, & aures intenderent ad eas efficacissimas voces, quas non lingua, sed aspectu ipso Christus efformabat; fuitque adeo celebris haec Ioannis indigitatio, ut propterea Ioannes pingi soleat cum agno, quem ostendens dixit, *Ecce Agnus Dei.* Ioann. 1. nume. 36. ut passim videmus, probatque Molanus de Historia SS. imaginum lib. 2. capit. 11. ut verò distinguatur a bruto agno, appingunt nonnulli ad caput eius aureolam, & in humeris vexillum crucis. Apud Graecos verò cum agno non exprimitur, loco tamen agni manibus chartulam praefert, in qua Graeco idioma te scripta sunt haec verba. *Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* De

quo argumento pro maiori eruditione vide Molanum lib. 3. cap. 20.

Fuit praeterea haec indigitatio meriti tanti, tantique privilegij, ut sint, qui scribant, eum digitum, quod Ioannes Christum indicavit, ignibus impositum, re liquo corpore absumpto, ignis immunem superfuisse. Refero verba Abulensis ad cap. 14. Matt. quae st. 44. quae sunt eiusmodi. *De corpore Ioannis aliqui asserunt, fuisse ignibus traditum, totumque exustum: sed superfuisse digitum illum, qui flammarum vires non sentiret, quo Ioannes Christum monstrauerat, dicens. Ecce Agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi.* O ter felicem, ac ter beatum digitum, qui Deum monstrare meruit! dignus plane digitus, qui non flagret ignibus; qui nullis pereat casibus; dignus, qui eduret ad mundi finem, ut eo etiam tunc miraculo Christum demonstret auersantibus. Certè tantum Christi interfuit Ioannis digitus Christum ipsum indicans, ut Christus digiti operam, & obsequium futurum larga totius manus beneficentia iam inde a natiuitate compensare voluerit. *Etenim manus Domini erat cum illo.*

Nec mirere digiti breue obsequium compensatum fuisse diuturna manus munificencia: nam vix dici potest, quantum haec manus extensio, digitique indicatio Christo profuerit: Abulensis enim Praesul eruditionis acerrimae quae st. 8. in cap. 3. Matthaei testatur, maiorem fuisse quodammodo Ioannis, quam Christi pro-

Abulen.

237
Ioannis digitus reliquo corpore exusto superfuit.

bationem,

bationē testificationemquē diuinitatis. Nam Ioannis probatio erat magis determinata: indicabat enim specialiter, & personaliter ipsum Christum. Quē admodum enim Israelitę Deum in mari rubro inuicem sibimet indigitabant super agglomeratas recurrentium aquarum moles, humana specie, ac forma spectabilem. *Iste est Deus meus, glorificabo eum.* Exodi 15. n. 2. Vbi Lyranus ex antiqua Hebręorū traditione ita scripsit. *Litera, iste, facit demonstrationem ad sensum, quia filij Israel videbant Deum, & ostendebant eum digito super mare rubrum.* Hoc, si ita accidit, declarat perspicuē ipsam Ioannis determinationem indicantis Christi personam, ac ostendentis illo signo. *Ecce Agnus Dei.* Quemadmodum Moyses, & Israelitę repetebant. *Iste est Deus meus.* Quapropter Abulēnsis in cap. 3. Matth. quęst. 8. *Potest, inquit, dici, quod licet probatio Christi esset simpliciter maior, quam testimonium Ioannis de eo, tamen probatio Ioannis videbatur ex hoc maior, eo quod erat magis determinata, & aperta, cum ipse diceret. Iste est filius Dei; & iste, qui tollit peccata mundi, & iste solus est, qui descendit de celo. Et, qui non credit in ipsum, ira Dei manet super eum, & qui credit, habet vitam æternam.*

Porro, vt notat Rupertus lib. 9. in Matth. alij prophetę generalius de Christo, Ioannes veró specialius, & singularius locutus est. *Prophetarū officium fuit, promissionem eandem absq; certis prænuntiare personis: verbi gratia, vt ait Esaias. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium:*

neq; iste, neq; alius prophetarum ad certam aliquam personam missus est, ut tale aliquid euangelizaret, nisi hic plusquam propheta Ioannes, qui ad hoc missus est, vt presentem Christum hominibus digito demonstrans, viā ante faciem eius ipsa demonstratio prepararet, pro hac excellentia Ioannes plusquam propheta, & Angelus est. Similiter loquitur Cardinalis Petrus Damianus sermone primo de S. Ioanne sub finem. Ioannes (inquit) propheta; imò plusquam propheta, quia quem venientem nuntiat, digito demonstrat. Propterea quē in Ioannis testimonijs semper adiungitur, aut particula, aut pronomen aliquod demonstratiuum: vt cum dicitur. *Ipsē est, qui post me venturus est.* Ioann. 1. num. 27. Et iterum. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioā. 1. num. 25. Et rursus. *Hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Ioann. 1. num. 33. Nec non. *Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Ibidem num. 34. Et per hanc ad eò determinatam testificationem dicitur etiam Ioannes plusquam propheta. Vnde Cæsarius dialogo 3. ita loquitur. *Maior autem prophetis est, quod ipsum, de quo illi vaticinabantur, vidit in carne; illiusq; verticem tetigit, quo contremiscunt vniversa; quem omnes patriarchę & propheta per somnia, aut enigmata tantum imaginanti sunt.*

Cæterum pro coronide huius Laureæ animaduerto, sacrum digitum, quo S. Ioannes Christum indicauit, conseruari etiā num, coliq; , & in magna reuerentia haberi in insula Melita apud equites religiosos Sancti

Ioannis,

240
Propheta generaliter locuti, Ioannes singulariter.
Pct. Damian.

241
In Ioannis testimonijs semper adiungitur particula demonstratiua.

Ioā. 1. n. 27.
Ioā. 1. n. 25.
Ioā. 1. n. 33.
Ibid. 34.
Cæsarij Dialo. 3

Exod. 15. n. 2. Lyranus
238
Hebręi viderunt Deum super mare rubrum. Aegyptios submergere.
Abulēnsis.
239
Testimonium Ioannis pro diuinitate aliquo sensu maius extitit, quā testimonium Christi
Rupertus.
Esai 7. n. 14.

Ioannis; in eumquē digitum insertos annulos in Republicam Christianam spargi solitos, vt qui illum sanctissimum digitū Christi indicem adire, & aduenari non possunt, eos saltem, qui ipsum attigerunt, annulos, quanta possunt religione colant.

LAVREA XXXXVI.

Quanta Ioannis autoritas: quantus honos illuxerit ex eo, quod inter duas diuinas personas sit cooptatus, vt dignū ferret testimoniū. Super eadem verba. *Vidit Ioannes IESVM venientem ad se, & ait. Ecce Agnus Dei.* Ioan. 1 n. 29.

- 242. Tres in terris testimonium dāt de Christo Pater, Spiritus Sanctus, & Ioannes.
- 243. Ioannes medius Trinitatis.
- 244. Ioannes Verbi personam supplebat.
- 245. Christus ore illius verba facit.
- 245. Medius Trinitatis.
- 246. Aequalis Ioannis cum Christo aequalitas.

Tanta est Ioannis autoritas, vt in reddendo de Christo testimonio Patri, & Spiritui Sancto loco Æterni Verbi adiungeretur. Tres enim sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. Ioan. 5. num. 7. in terra quoq;

Ioan. 5. n. 7.

tres sunt, qui testimonium perhibent de Christo, Pater in Iordane dicens. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Matth. 3. num. 17. Spiritus Sanctus in columbæ specie in Iordane super Christi caput adfās: deerat tertium testimonium: voluit ergò Deus, vt Ioānes vnā cum Patre, & Spiritu Sancto testimonium redderet de Christo, dicere tquē. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1. num. 19. Ecce qualiter Ioannes in testificanda Christi diuinitate ipsius Christi, aut Verbi diuini loco ponitur, & quasi duabus diuinis personis adęquatur, quod demiratur D. Bern. tom. 2. ferm. de priuilegijs Ioannis, nā cum in diuinis processibus Verbum Diuinū medium locum obtineat, eò videtur ascendisse Ioānes, dum duabus alijs diuinis personis in reddendo de Christo testimonio coniungitur. Pater (inquit Bernard.) *auditur in voce, Spiritus Sanctus in columbæ specie monstratur, adest Ioannes totius medius Trinitatis.*

De quo argumento præclare etiam loquitur Rupertus Abbas lib. 3. in Mattheum, subnotans secundam Trinitatis personam tum temporis magno cū mysterio tacuisse, quia scilicet tunc Ioannes loquebatur. *In testimonio veritatis (inquit Rupertus) hoc totum factum est, vt secundum legem diuinam stabile fieret testimonium. Hinc Ioannes Euangelista dicit, & tres sunt, qui testimoniū dant in celo. Pater, & Verbum, & Spiritus Sanctus. Personā Patris ex*

voce,

242
Tres in terris testimonium dant de Christo, Pater Spiritus Sanctus, & Ioannes
Matt. 7. n. 17.
Ioan. 1. n. 19.
D. Bern.
243
Ioannes medius Trinitatis.
Rupertus. Abb.
Rupertus.

244
 Iohannes super plebat per sona Verbi diuini.
 voce, que de celo venit, audita est; persona Spiritus Sancti talis apertis, sicut columba descendit, Persona Verbi presens quidem aderat in carne, sed silebat, neque illa hora loquebatur testimonium sui: in Ioanne autem testimonium perhibebat, quia super Ioannem (sicut iam dictum est) propter hoc perhibendum testimonium Verbi Domini factum fuerat. Hactenus ille. Pende illa verba (in Ioanne autem testimonium perhibebat) quia scilicet secunda Trinitatis persona Ioannis ore loquebatur, & Ioannes Verbi diuini loco vna cum Patre, & Spiritu Sancto testimonium dabat. In eamdemque sententiam scribit Seuerus Antiochenus in ritibus baptismi tom. 6. Bibliot. Patrum, in hæc verba. *Tres testes erant ibi super Iordanem, Ioannes manus suam imponebat, & Spiritus Sanctus super Filium descendebat, & Pater, qui clamabat ab excelsis, hic est filius meus dilectus.* Et propter hanc rationem Sanctus Laurentius Iust. ferm. de S. Ioanne Ioannem appellat mediū Trinitatis, quia secundæ personæ in testificando locum subiit. *Lucerna (inquit) factus est iudicis, seculi interuentor, Prophetarum finis, vox Regni, & totius mediū Trinitatis.*

245
 Christus illius ore loquebatur.
 Quia verò in testificando mediam Trinitatis personam agebat, eius testimonium auctoritatem plusquam humanam videbatur habere: unde pelles illam nebulam, ait enim Christus Dominus. *Ego autem non ab homine testimonium accipio,* Ioan. 5. nu. 34. Ioannes tamen homo erat, & de illo clamat scriptura. *Fuit homo*

missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine. Ioann. 1. nu. 7. Si Ioannes homo erat, & de Christo testimonium perhibebat, quorsum ait Christus, se non ab homine accepisse testimonium? An quia Ioannes sicut erat plus propheta, ita plus homine, prope Deus erat? An quia, quod Ioannes deferebat testimonium, non tam suum erat, quam Patris Æterni, qui inspirabat? tu hæc ipse videris, ac decideris æquus horum mysteriorum æstimator: & utroque modo litem dirimas, non poteris uon incredibiles, & incomparabiles Ioannis prærogatiuas demirari. Ad eam tandem Ioannis excellentiam, qua vna cum Æterno Patre, & Spiritu Sancto pro Christo, & loco Christi reddidit testimonium, alludit Chrysostomus homil. 3. operis imperfecti Ioannis cum Christo æqualitatem commonstrans. *Quantūuis (inquit) fuerit persona laudabilis, in sua causa non potest esse testis idoneus, venit Ioannes, quasi magni regis preparator fidelis: qualis rex, talis & nuntius regis, natus ex gratia non ex natura: sicut Christi conceptionem ante Angelus nuntiavit, sic & istius: sicut illius nomen, antequam conciperetur, auditum est, sic & istius: sicut illius potestas, antequam nasceretur, ostensa est, sic & istius virtus, antequam nasceretur, manifestata est.* Ac si diceret Chrysostomus. Ex ea, quam Ioannes quoad hominum opinionem habet cum Christo cæterarum rerum æqualitatem, eius etiam æqualitatem collige testimonij, nec non virtutis eā,

quam

Ioan. 1. n. 6.

Chryso.

246

Aliqualis Ioannis cum Christo æqualitas

Num. 24. nu. 4

humilitas mentis oculos exaccit,

D. Petr. Cellensis.

3 Reg. 19. n. 10

268

Ethiomet. hæc ob videtur humilitatis inopia.

Ibi. n. 18. D. Petr. Damian

eximiū huiuscæ veritatis testimonium Num. 24. *Dixit auditor sermonum Dei, cuius obturatus est oculus. qui visiones omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.* num. 4. vbi mirari est, quod oculi aperiuntur cadentes in terram, nam cum quis ruit in facie, oculos natura duce claudit, non aperit: quapropter mysterium hæc agnosco non vulgare, agnouitque prius, & commendauit Diuus Petrus Cellensis lib. de panibus cap. 13. in Bibliot. Patrum tom. 8. *Visum non recipit, qui non cadit, humilitas in casu, in visu intelligentia, eius verò, qui ita cadit, aperiuntur oculi.* Et infra. *Procidens itaque ad virtutum vestigia recipit lumen oculorum.* Non secus Baptiste accidit, qui dum aperto ore profiteretur. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.* arcanam intelligentiam, & internos mentis oculos magis, ac magis aperuit. Superbia quidē mentis oculos occludit, oppilat, & obturat, at animi submissio recludit, recluditque, & in angelicam reponit claritatem: testor Eliam superarum rerum eximium indagatorem, qui tamen cæcutit in illa querela. *Domine prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus.* 3. Reg. 19. n. 10. vbi notare est, quod se solum derelictum queritur, cum tamē septē millia iustorum super fuerint: dicitur enim paulò post. *Et derelinquā mihi in Israel septē milia virorum, quorum genus non sunt incuruata ante Baal. & omne os, quod non adorauit eum osculans manus.* Ibi n. 18. Indagat huius atre caliginis causam D. Pet. Damian. ser. de S. Vi

tali demiratus, qui fieri potuerit, ut vates superarum rerum cogitatione ceteris omnibus sublimior se solum iustum superesse crediderit, cum septem millia super fuerint: cur tot hominum millia non vidit, qui cætera omnia videbat? reddit citatus Petrus Damianus luculentam rationem in hæc verba. *Qui humilis & occulta Dei nouerat, elatus & aperta nesciebat.* Addeo rebus caliginosaq; est superbia: addeo luminis, & rationis omnis effugatrix. Nō aliā etiā ob causam dicitur Christus, æterna veritas, & lumen indeficiens se se ab oculis phariseorum subduxisse. *Iesus autē abscondit se, & exiit de templo.* Ioan. 8. num. 59. utique abscondit se, seq; ab eorum oculis subtraxit, quia superbiæ vitio tuebant. Ita Gregorius hom. 18. in Evangelia. *Quid (inquit) abscondendo se Dominus significat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba sequi contemnunt? Eam quippe, quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem.*

Ioannes verò Baptista, quia superbiæ nebulas numquam obduxit, alijs inaccessa mysteria perspicue velut in speculo nitidissimo intuebatur: fert Deus legē, ut eadem die comedatur paschalis agnulus, si quid verò superfuerit, in mādatis dat, ut inter ignes consumatur. *Si quid residuum fuerit, igne comburentis.* Exod. 12. numer. 10. quid autem designat ignis nomine, nisi salutare Spiritus Sancti flammæ: quibus committere debemus, que obtusam nostræ mentis acie præteruolūt.

Ioan. 8. n. 59.

D. Greg.

Exod. 12. n. 10

D. Greg.

Hoc est (inquit Gregorius Magnus in Iob. lib. 20. cap. 10. quae capere de Deo non possumus, humiliter Sancto Spiritui reservemus, quia plerumque humilitas ea aperit, quae ad intelligendum impossibilia esse videbatur. Proh quanta, & qualia incernarrabilis animi submissio caelestia arcana Baptistae reclusit. Extremum adnoto propter hoc caeleste spectaculum, quo Ioannes Spiritum Sanctum vidit columbina specie e caelo delapsum in Christum, magnum appellari Luc. 1. num. 15. si verum est, quod scribit Divus Ambrosius lib. 8. in Luc. ad finem, ubi dum quaereret, quorsum unius tantum Zachaei staturam pusillam sacer textus adnotaverit Lucae 19. numer. 3. ita secum statuit. *Nondum viderat Christum: merito adhuc pusillus. Denique Ioannes magnus, quia & Christum vidit, & spiritum sicut columbam super Christum manentem.*

Luc. 1. n. 15. D. Amb.

Luc. 19. n. 3.

269 Vnde Ioannes magnus apparuit.

LAVREA XXXXXIII.

Obedientia caelestia meretur spectacula. In eadem verba. *Vidi Spiritum descendentem, quasi columbam de caelo, &c.*

270. *Obediens Dei conspectum meretur.*

271. *Mossem ad caelestem visionem ducit obedientia.*

Hebraei, obedientia regente, & movebant, & locabant exercitum.

272. *Iacob prevaluit contra Deum obediendo.*

273. *Angeli ante oculos obversantur obedientibus.*

HIC unum pra omnibus herit advertere, solum obedientem dignum esse, qui rerum diuinarum cernat spectacula: soli enim Ioanni, qui in Bethania propè Iordanem habitabat, hoc est, in domo obedientiae iuxta interpretamentum Lyrani super ea verba: *Hac in Bethania facta sunt, trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.* Ioan. 1. num. 27. *Bethania (inquit Lyranus) interpretatur domus obedientiae, ideo per hoc significatur, quod Ioannes, ex obedientia Dei, venerat Christum nuntiare.* Ioanni, inquam, cui obedientia imponitur baptizandi dicitur. *Super quem videris spiritum descendentem; quasi solus obedientiae proptus executor dignus sit, qui diuini spiritus in terras descensum queat intueri, non secus Elias dignus erat, in cuius conspectum Deus daret, & qui se in Dei oculos eueheret, quia ipsius nutibus promptissimus obtemperabat.* *Vivit Dominus, in cuius conspectu 3 Reg. 17. nu. 1. illustrat hunc locum D. Athanasius in vita Antonij his verbis. Non computabat Elias praeteritum tempus, sed tantquam quotidie in certamine positus, tantalem se praebere cupiebat, qualem sciebat Dei dignum esse conspectibus, purum corde, & praeparatum obedire voluntati eius.* En Dei praesentia dignum censet Athanasius illum, qui paratus sit, ac promptus Dei nutibus obedire: qualis Elias, qui Deum continuo sibi praesentem efformabat, sequè perpetuò, ut Dei nutum explora-

Ioan. 1. n. 27. Lyrang

1. Reg. 17. n. 1. D. Athanasius.

270

Obediens Dei praesentia dignus.

ret,

raret, ad eius aspectum efferebat.

Nec Hebraeorum ducem designatum, totque patrandis extra, & intra Aegyptum miraculis destinatum Moysen per aliam, quam per eximie obedientiae viam Deus deduxit ad celeberrimum rubi spectaculum propius intuentum. *Solue calceamenti de pedibus tuis.* Exod. 3. dixerat enim Moyses. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Ibidem n. 3. Perinde atque frui non posset abditissimarum rerum spectaculo, quin obedientiae via incederet, eaque prius virtute exerceretur, quae suapte natura ducit, ac dirigit ad diuinae mentis arcana contemplanda: profero Ambrosium lib. 4. Hexameron cap. 3. suum huic sententiae calculum adhibentem. *Dominus, (inquit, ille) volens Moysi ostendere suae operationis miraculum, quo cum ad obedientiae studium provocaret, in igne visus est in rubo, & rubus non exurebatur.* Perinde, ac nihil Deus aliud, eo tam celebri spectaculo consequi vellet, quam ut in eo Moyses futuram disceret obedientiam, qui non nisi per praesentem obedientiam iam didicerat, eo ascendere.

Exod. 3 n. 3.

Ambro. 271

Mosse obedientia via Deus ducit ad caelestem visionem.

Num. 9. n. 18.

autem obedientiae imperium non tam ex voce aliqua, aliquo vel oraculo, quam ex ipsius columnae igneae internoctu, & nubis umbriferae interdiu motu palam fiebat, ut e re ipsa testatur Caietanus. *Non aliud, inquit, significatur imperium, quam ascensus nubis significans proficiscendum esse.* Vbi enim nubes moveri capta erat, viam omnes obtemperandi auidi adornabant: ubi primum Deus mota vel leuissimè nube annuebat, ad nutum omnes incunctanter affurgebant. Ergo ex signo obedientiae pendebat illud caeleste vexillum, sub quo Hebraei Deo duce prodigio se militabant, & nocturnum illud columnae igneae diurnumque nubis umbriferae spectaculum ad eò celebre non nisi obedientiae promptitudine vigeat, ac perdurabat.

Rursus, quid mortalibus, & superis admirabilius Iacobaei lucta; qua Iacob cum angelo, cum Deo ipso arctissimis nisibus colluctatur, & quod humanam superat fidem, de Deo ipso victor euadit, ait enim angelus. *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis.* Genesis 32. dumer. 28. Sed quam illi virtute ad Dei amplexus, ad divinos intuitus, ad familiares cum Deo sermones accessit? Obedientia. Ita Divus Cyrillus Alexandrinus in capite 12. Osee ad illa verba. *Invaluit ad angelum, & confortatus est.* Osee 12. num. 4. Vbi ille legit. *Invaluit in Deum, additque, Invaluit in Deum in laboribus, non quasi cum Deo pugnavit, sed obediens potius.*

Hebraei per desertum ab obedientia nutu, & caelestia locabant, & movebant.

Caietan

Gen. 32 n. 28.

Cyrrill. Alexan.

Osee 12 n. 4. 272

Iacob prevaluit contra Deum obediendo.

002

Tandem

Tandē, quid spectabilius, quā
hominem mortalem cælestium
civium agminibus, & immorta-
lium angelorum choris sociari?
Id planē vltra communem ho-
minum fortem Iacobo accidit.
*Fueruntq; ei obviam angeli Dei, quos
cum vidisset, ait, castra Dei sunt hæc.*
Genes. 32. num. 2. Quod si roges,
qua id virtute promeritus fue-
rit? Respondeo cum Abbate Ru-
perto lib. 3. cap. 13. non alia id
obtinuisse virtute, quam ea, quæ
cælestibus est iucundissima obe-
dientia: vbi enim ille Isaac pa-
tris peregit mandatum, obedi-
entiaquē exactē fuit perfunctus,
angelorum turmis comitari me-
ruit, & honorari. Excipe arcana
mente Ruperti verba. *Postquam
(inquit) præceptum patris peregit, re-
vertenti obviam fuerunt angeli Dei, ut
sciamus, quia post obedientia laborem
cuiq; superest, supernis reuelationibus
glorificari, & cælestium spirituum cre-
bra visitatione iam in hac vita remu-
nerari.*

In huius Laureæ exordio in-
dicavi Ioannis obedientiam ex
Lyrano, eam rursus indico ex
S. Cypriano ferm. de Baptismo
Christi. *Quod negat asēsū, inquit,
non idcirco factum est, quod obedi-
entiam detrahat imperanti, sed quod, iu-
dicio suo, seruo subdi non competat
maiestati.* Ex Sancto Chryso-
stomo in enarrat. breui in 3. cap.
Matth. ita loquente. *Cur Ioannes
primo Christum prohibuit, ne a se ba-
ptizaretur, post modum verò assensus
est? Quoniam non erat admodum con-
tentiosus, ac pertinax, quin, & indig-
nitatem ipse suam, & obedientiam de-
tegit.* Ex Diuo Bernardo sermone

1. de Epiphania. *Quid mirum, si
tremet homo, nec audet attingere san-
ctum Dei verticem, caput adorand-
um angelis, reuerendum potestati-
bus? Acquieuit Ioannes, & obediuit,
baptizauit agnum Dei, & aquis lauit.*
Eandem ex alijs obedientiā in-
dicare, non est opus.

EXISTIMANTE
*autem populo, & cogitanti-
bus omnibus in cordibus suis
de Ioanne, ne forte ipse esset
Christus: respondit Ioannes
dicens omnibus. Ego
quidem aqua bap-
tizo vos.* Luc.
3. n. 15.

LAVREA XXXXXIII.

Textui lux infusa primum: Ioā-
nis deinde apud omnes no-
mē, æstimatio, autoritas.

- 274. *An id testimonium iungatur cū
eo, quod habetur Ioan. 1. n. 19.*
Diuersa fuerunt testimonia:
- 275. *Ioannes respondet internis co-
gitationibus.*
- 276. *Iudæi difficulter auellabantur à
Ioanne ad Christum.*
*Deprimit Euangelista Baptistæ opi-
nionem, ut extollat Christum.*
- 277. *Cur columba supra Christi caput
stetit, reddente Patre testimo-
nium de filio.*
- 278. *Cur Christus in Thabore, non
in Iordane iubetur audiri.*

Soluitur

*Soluitur questio in laudem Ioan-
nis.*

- 279. *Æternus Pater Ioanni filium
commendat.*
*Christus docuit Discipulos magis-
trorum reuerentiam.*
- 280. *Nulla sit umbra peccati in eo qui
alijs prædicat.*

QVI presentem locum cū
celebri illa legatione, quā
miserunt Iudæi ad Ioānem
Baptistā Ioannis 1. n. 19. attentē
conferunt, meritō dubitant, an
responsum hoc Ioannis, quod in
presentiarum D. Lucas, & Diuus
Matth. cap. 3. num. 11. Nec non
Diuus Marcus. cap. 1. num. 8.
recitant, vnum, & idem fue-
rit, eodemquē tempore acci-
derit, atquē illud, quod Ioānes
narrat? quod idem sit, similitu-
do sententiæ probare videtur:
quod diuersum: illud suadet,
quod in hoc loco Ioannes respō-
disse dicitur populo, & quidem
nō interroganti, sed tacitē secū
cogitanti: in illo alio scribitur,
respōdisse Sacerdotibus, & Leui-
tis non modo interrogātibus, sed
acutē arguentibus. Preterea hoc
testimoniū, vt tres Euangelistæ
cōmemorant, redditū fuit ante
baptismū: illud verò, vt Ioānes
testatur, nō nisi post Christi bap-
tismū, fuit exhibitū. Quapropter
probabilius esse videtur, diuersa
fuisse testimonia, vt D. Ambros.
vt Beda, vt post illos Maldonat9
in hunc locum sentire videtur.

Ioan. 1.
n. 19.

Matth.
3 n. 11.
Marc. 1.
n. 8.

274

An præ-
sens testi-
monium sit
idē cū eo
quod nar-
ratur Ioā-
1. n. 19.

Diuersa
fuerūt te-
stimonia.

D. Amb.
Beda.
Maldo.

nisse: scribit enim Euāgelista, il-
lū non verbis vllis, sed solis cogi-
tationibus respōsum dedisse. *Exi-
stimante autem populo & cogitantibus
omnibus in cordibus suis, ne forte ipse
esset Christus, respōdit Ioānes, ego qui-
dem aqua baptizo.* Ex quo colligi
videtur, longē aliud hoc, atquē
illud fuisse testimonium.

Ceterū tantū erat Ioānis no-
men, tanta celebritas, & authori-
tas, vt ab omnibus hebræorū or-
dinibus haberetur pro Christo.
E contrariō verò Christus a pau-
cis Iudæis fuit cognitus: nō enim
adducebantur, vt crederent, po-
tuisse illū esse Mesiā; de Bapti-
sta autē tantā Iudæi omnes con-
ceperūt opinionē, vt auocari vix
potuerint ab opinione Mesiæ.
*Existimante populo, & cogitantibus
omnibus in cordibus suis de Ioanne,
ne forte ipse esset Christus.* Lucæ 3.
num. 15. Vbi consideranda sunt
illa verba. (*Cogitantibus omnibus*)
rudibus scilicet, ac literatis, lai-
cis, & Ecclesiasticis: faciuntquē
pro hac parte verba Diui Ioan-
nis Chrysoptomi homilia 15. in
Ioannem. *Cum Ioannes (inquit)
frequentē à se Iudæos ad Christum lō-
gē eorum opinione inferiorem dimit-
teret, egre ipsi ferebant, & rubore per-
fundebantur: quippe, qui Ioannem ma-
gistrum potius habere, quā Christum
voluissent, palam tamen id dicere ve-
rebantur.*

Ex hac verò summa Ioan-
nis autoritate, & celebritate
nominis intelligitur, quare S.
Ioānes Euāgelista tantoperē de-
fudat in persuadēdis mortalibus,
Ioannē Baptistā immortalē Deū
non esse: idcirco enim appellat

275

Ioānes hic
respondit
internis
cogitatio-
nibus.

Luc. 3.
n. 15.

Chryso

276

Iudæi dif-
ficulter à
Ioanne au-
ellabantur ad
Christū.

Oo 3

hominena

Genes.
32. n. 2.

Rupert.

273

Angeli o-
bedientibus
obviam ve-
niant.

S. Cypr.

Chryso.

Ioānis o-
bedientia

D. Bern

Ioan. 1. n. 6.

hominem: idcirco dicit missum. *Fuit homo missus à Deo.* Ioanis 1. n. 6. idcirco dicit, Ioannem non esse lucem, sed hominem de luce ipsa testificantem. *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.* Ibi num. 8. *Cur* (interrogat Rupertus lib. 1. comment. 1. in Ioannē) *lux esse denegatur, nisi quia lux idem, & Christus esse putabatur.* Quod laudis encomium cum semel, & iterum equa mentis trutina pependit Cardinalis Toletus rupit admirabundus in hæc verba. *Magna commendatio Ioannis hoc loco ab Evangelista insinuat, dū dicit. Non erat ille lux, quasi diceret, tanta fuit opinionis, & tanta virtutis, ut illum non fuisse Christum, declarare per necessarium videatur: non enim negamus de aliquo, nisi que aliqua ratione ei inesse, apparent.* Ut igitur vniuersa hominum, & æterna salus non periclitaretur, dum homines plus æquo æstimationis Ioanni deferrent, omni ope enititur Evangelista Ioannes, in extenuanda, & infringenda Baptiste opinionē, ut quantum Ioannes hominum opinione deprimetur, tantum eadem Christus excresceret.

Et ex hac summa nominis celebritate, qua Ioānes eo tempore fruebatur, reddenda est præclara ratio (quam aliud agens paulò ante hoc eodem Curru tetigi) ob quam Spiritus Sanctus columbæ specie super Christi caput assitit in Iordane: Patrisquæ vox desuper intonuit. *Hic est filius meus dilectus.* Matth. 3. n. 17. causa enim fuit, ut scilicet, ne audita sola voce, filius Dei Ioannes, nō

Ibin. 8. Rupert

deprimit Enag. l. 1. ta Baptista opinio nē, ut attollat Christi nomen

Cardin. Toletus

Matth. 3. n. 17.

Christus esse censeretur. Tanta enim erat apud populum Ioannis existimatio: ut (nisi columba distinctius, & propius indicasset) vocem de Ioanne, non de Christo esse contenderent. Hanc causam in Baptiste laudem plurimi facio, quia eā reddidit Augustinus. tom. 4. de consensu Euang. lib. 2. cap. 15. *Vox* (inquit) *de celo facta est, ut illis potius qui audiebant, indicaretur, quod ipse esset filius Dei.* Quasi populus, qui spectator aderat (nisi Pater eo signo proprium filiū indigitaasset) rem dubiam in Baptiste fauorem, & honorem foret adiudicaturus: quod ne fieret, descensu columbæ, signo visibili Deus præcauit. Tanta quippè fuit authoritas Ioannis, ut populus æquilibrium, & iudicij equi pondio dubius hæsitaret: esset ne Ioannes Messias in publicam mortalium salutem in orbē venturus.

Ad hæc de voce Patris in Christi baptismo, inuestigo amplius. Cur in Christi transfiguratione delapsa è cælo eiusdem vox Patris inclamat. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Matth. 17. n. 5. in baptismo verò Christi, eadem vox, sed non eiusdem prorsus verbis de cælo ruit. *Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus.* Matth. 3. n. 17. Magna ergò exoritur quæstio, cur in Thabor, non in Iordane, Christus, ut magister iubeatur audiri? Cui quæstioni facio satis; primòquæ ita respondo; non iubetur audiri Christus, vbi Ioannes loquitur, qui cū sit vox Dei, ipsum homines dum

277

Cur colūba supra Christi caput assitit, Patre de filio testimonium reddente.

August.

Matth. 17. n. 5.

Matth. 3. n. 17.

278

Cur in Thabor, nō in Iordane Christus iubetur audiri.

audiunt,

discitur quæstio in laude Iōnis Baptista.

Petrus Dam.

Beda.

audiūt, Deū videtur audire. Respondeo secūddò Christus ibi assitit, ut discipulus Ioannis; discipuli autem coram magistris audire, non loqui solent: Ioannes extulit vultum, & arrexit faciē, ut magister Christi, quod insignitè ponderat Diuus Petrus Damianus oratione de Baptista. *Totus* (inquit) *ad stupeo baptizanti, hominemq; Dei magistrum reueor, dignitatem admiror, veneror dignationē.* Vides in quantam dignitatem ascenderit Baptista? In tantam nimirum, ut ipsius Christi æstimatione magister; utq; hominum æstimatione, eius hominis, qui simul est Deus, doctor, & instructor habeatur.

Vbi subit honorifica, & magnifica de Ioanne cogitatio: si enim Rex ei doctori magnum cōfert honorem, quem Principi Regnum suorum hæredi destinat, ac declarat magistrum, quantum quæso honorem, quantam gloriam contulisse par est, ut cogitemus. Æternum Patrem Iōni, quem filij Vnigeniti veluti præceptorem posuit; ut enim olim Macedonum Rex Philippus vocat ad se se Aristotelem Philosophorum omnium facilè principem, eiq; filium Alexandrum erudiendum tradit, & enixè commendat. Ita, si magna licet cōponere paruis: Pater Æternus filium Vnigenitum ad Ioannem portat in Iordane docentem: eumq; palam Ioanni commendat, præclara cum testificatione laudis. Excipè Bedam in cap. 3. Diui Lucæ. *Meritò Ioannes inter natos mulierum nulli secundus est, cui*

se baptizandus Christus, se videndus inuisibilis exhibet spiritus, suum de cælo filium commendat Pater. Æquamentis trutina hæc vltima verba pondera; cui suum de cælo filium commendat Pater. Illudquæ semel, & iterum expende, & tecum ipse recogita, quis, quem, cui commendet. *Sed cum* (verba sunt Clem. Alexand. lib. 1. pædag. capite 6.) *Cum Deus esset, nihil didicisse fuit consentaneum, nequæ enim quis Verbo maior fuerit; sed nequæ magister, ac doctor est eius, qui solus est magister.* Hæc Clemens rectè addidit, ne quis amore Iōnis deliraret, aut desperet in hæresim: sapiet tamen ille, nec extra Christianæ fidei cancellos exiliet, qui dixerit Christum ad oram Iordanis Ioanni magistrum agenti reuerentiam exhibuisse, quò discipulos erga magistros eximiam reuerentiam perdoceret: ideoquæ Diuus Bernardus Tract. de Passione Dominica cap. 7. *Humiliatus est* (inquit) *Ioanni baptismo sito, qui ab ipso potius debuit baptizari.* Dicit verò: *humiliatus est Ioanni,* quia Christus cæterorum more, dum baptizaretur, inclinato capite reuerentiam præbuit exteriorem: cum enim Christus ad baptismū venisset inter peccatores, peccatoris etiam speciē voluit inducere. Et hinc deducitur vltima ratio, ob quam Christus in Baptismo non iubetur audiri. Nā Christus in baptismo peccatoris imaginem referebat, in transfiguratione verò summam è suggestu concionatorio loquentis auctoritatem representabat; quo discrimine videtur æternus parens

279

Æternus Pater Iōni cōmendat filium.

Clem. Alexan.

Christus docuit discipulos reuerentiā magistrorum.

D. Bern

280

Nulla sit ombra peccati in eo, qui alijs proponitur audiendus.

Oo 4

significare

significare voluisse, nullam scele-
ris speciem, aut umbram peccati
esse debere in eo, qui alijs propo-
nitur audiendus.

LAVREA XXXXXV.

Vbinam Ioannes, dum propè
Iordanem fuit, habitauerit?

281. *In Iordanem in spelunca ha-
bitavit.*

282. *Hanc speluncam sepe Christus
adiuit, Ioannem visendi causa.
Ioannes ad amorem natus, excludit
omnem timorem.*

Siquem curiositas subeat, ar-
deatq; sciendi desiderio; vbi-
nam Ioannes per id tempus,
quo baptizabat, habitauerit, sub-
didit ne, an in spelunca aliqua? Res-
pondeo in spelunca habitasse. In
spelunca nimirum celebri, in qua
sepe Dominus Iesus præcurso-
rem suum Ioannem inuisens in-
gressus est. Refero, quæ scribit
Cardinalis Baronius tom. 1. ann.
Christi 31. Ex Sophronio, & alijs.
*Erant inquit senex quidam habitans
in monasterio Abbatis Eustorgij, Ioan-
nes nomine, quem scilicet Episcopus
Hierosolymitanus voluit ducem mona-
sterij constituere; ille vero non ac-
quiescebat, dicens. In montem Sina ora-
tionis causa pergere volo. Et ita salu-
tato Archiepiscopo iter arripuit, trans-
nadatoque Iordane fluuio, cum vix uno
lapide processissent, cepit senior rigo-
re detineri, ac post paululum inuasit
eum febris. Cum vero in tantum ex-
exerceret ardor febris, ut ambulare
non posset, inuenerunt speluncam par-*

281
*In spelunca prope
Iordanem habitavit*
Baron.
Sophro.

*...nulam, in quam ingressi sunt, ut re-
quiescerent: & in ipsa spelunca tres
dies commorati sunt, tum senex in-
somnia respexit quendam adstantem
sibi, & dicentem: dic senex, quod ire
vis? Respondit, in montem Sina. Di-
cit ei, ne, quaeso, recedas hinc. Cum
vero seni id persuadere non posset, ab-
cessit. Febris vero seni acius infesta
erat. Rursus nocte sequenti idem seni
adstitit eodem habitu, & ait. Quid
senior affligi vis, audi me, & nusquam
hinc proficiscaris. Ait illi senex. Tu
quisnam es? Respondit is, qui appa-
ruerat. Ego sum Ioannes Baptista, &
ideo tibi iubeo, ut nusquam recedas:
nam spelunca ista breuis maior est me-
te Sina: quippe in hanc sepius Domi-
nus noster IESVS, cum me visitaret,
ingressus est. Pollicere mihi, quod hic
habitabis, & ego mox tibi sanitatem
restituo. Quod senex audiens liben-
ter spondit, se in eadem spelunca
permansurum: & continuo sanus effe-
ctus, perseverauit ibidem toto vita sua
tempore. Speluncam vero illam fecit
Ecclesiam, appellatur locus Sapsas. Hæc
Sophronius apud citatum Baro-
nium.*

282

*In hâ spe-
lunca sepe Chris-
tus ingres-
sus inuis-
ens Ioan-
nem.*

Et vero tam eximia fuit Ioan-
nis sanctitas, ut illam Iordanis
oram, regionemque mirò sancti-
tudinis odore, ardoreque beaue-
uerit, ad eum ut efferati leones ibi,
quodammodo mansuescerent.
Eo refero, quod idem Sophro-
nius citatus subinde memorat.
*Fuit inquit in eodem loco Sapsas cõ-
morans in speleo senex alius, tanta vir-
tutis, ut leones secum in eadem spe-
lunca susciperet, atque cibum in sinu
suo ipsis præberet. Hæc Sophronius.*

Nec miror, ibi mansuescere
leones, vbi, qui olim trepidabat

Iorda-

Iordanes, formidinem mutat fi-
duciam; quique ad arcæ testamē-
ti præsentiam ire preceptis, & pro-
perè prouolui solitus in mare,
repente pedem retro egerat, quò
alludens David. *Quid est, inquit,
tibi mare, quod fugisti, & tu Iorda-
nis, quia conuersus es retro sum.* Psa-
l. 113. num. 5. nunc formidare iam
nescius ad Ioannis, Christi què
præsentiam amoris emulus col-
ludit vndis. Qua de causa D. Cy-
rillus Hierosolymitanus cate-
chesi 12. asserit, Christum postea
ad Ioannem venisse in Iordanem
hominem iam factum, ut huma-
nitate placaret tremebundum
flumen, quod diuinitas ipsa tre-
faciebat. *Quoniam inquit ante car-
nis assumptionem mare vidit illum, &
fugit, Iordanus est conuersus retror-
sum. Assumpsit corpus Dominus, ut
mare videns sustineret: Iordanus sine
timore illum susciperet. Et reverà
ita accidit, suscepit Iordanis Deum
paccatissimè, suscepit etiam Ioan-
nes amantissimè. Nam cum to-*

*Iordanem
placat hu-
manitas,
quem ter-
rebat di-
uinitas.*
Psa. 113
n. 5.
D. Cyri-
Hieroso-

ta Trinitas a seffet. Pater scilicet
in voce. *Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi complacuit.* Matth. 3. n.
17. Spiritus Sanctus in colum-
bæ, in Christi caput deuolantis
specie; *Et vidit Spiritum Sanctum
descendentem sicut columbam, & ve-
nientem super se.* Matthæi 3. num.
17. Christus in propria persona,
Ioannes haud timet. Excipe au-
ribus Diuum Petrum Chrysol-
ogum fermone 160. *Si Pater, inquit,
de celo intonat, si filius Iordanis insis-
tit fluentis, si Spiritus Sanctus corpo-
raliter apparet de supernis, quid est,
quod Iordanis, qui fugit ad præsentiam
legalis arcæ, ad totius Trinitatis præ-
sentiam non refugit? quid est? quia
pietati obsequitur, incipit esse timori:
hic Trinitas exercet gratiam totam;
totam secum loquitur charitatem: ibi
elementa corripit, ut seruos insti-
tuat ad timorem: inter hæc tamen ta-
lia, & tanta intrepidus stat Ioannes,
quia timere non potest, qui totus ad
Dei amorè natus angelico testimonio
cõprobatur. Hactenus Chrysologus.*

Matth.
3. n. 17.
Matth.
3. n. 17.
D. Petr.
Chryso.

*Ioannes
ad amorè
natus ex-
cludit om-
nem timo-
rem,*



CVRRVS



CVRRVS QVINTVS

TRIVMPHI
VERÆ GLORIÆ S.

IOANNIS BAPTISTÆ MULTIFARIA
Laudum suppellectile diuersimodè
condecoratus.

TEXTVS EX D. MATTHÆO,

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famā IESV,
Et ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista: ipse surre-
xit a mortuis: Et ideo virtutes operantur in eo. Herodes
enim tenuit Ioannem, Et alligauit eum, Et posuit in carce-
rem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim
illi Ioannes. Non licet tibi habere eam. Et volens illum oc-
cidere: timuit populum, quia sicut prophetam eum habe-
bant. Matth. 14. num. 1. 2. 3. 4. 5.

EX D. MARCO.

IPSE enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, Et vin-
xit eum in carcere, propter Herodiadem uxorem Phi-
lippi fratris sui, qui duxerat eam. Dicebat enim Ioannes
Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias
autem insidiabatur illi, Et volebat occidere eum, nec pote-

rat.

rat. Herodes enim metuebat Ioannem: sciens eum virum
iustum, Et sanctum: Et custodiebat eum, Et audito eo mul-
ta faciebat: Et libenter eum audiebat. Marci 6. nu. 17, 18.
19. 20. 21.

EX D. LVCA.

HERODES autem tetrarcha, cum corripere-
tur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, Et de omnib⁹
malis, quæ fecit Herodes: adiecit, Et hoc super omnia, Et
inclusit Ioannem in carcere. Luc. 3. num. 19. 20.

EX D. IOANNE.

IPSI vos mihi testimonium perhibebitis, quod dixerim.
Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.
Qui habet sponsam sponsum est: amicus autem sponsi, qui stat,
Et audit eum, gaudio gaudet, propter vocem sponsi. Hoc
ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere,
me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est. Qui
est de terra, de terra est, Et de terra loquitur. Qui de caelo
venit, super omnes est. Ioā. 3. n. 28. 29. 30. 31. 32.

VOS misistis ad Ioannem, Et testimonium perhibuit
veritati. Ego autem non ab homine testimonium ac-
cipio, sed hæc dico, ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens,
Et lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce
eius. Ioan. 5. n. 33. 34. 35.

ET abiit iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat
Ioannes baptizans primum, Et mansit illic. Et multi ve-
nerunt ad eum, Et dicebant. Quia Ioannes quidem signū
fecit nullum. Omnia autem quæcumq; dixit Ioannes de hoc
vera erant. Ioan. 10. n. 40. 41. 42.

Ille

ILLE ERAT LV-
terna ardens, & lu-
cens. Ioan. 5.
num. 35.

LAVREA I.

Ioannes tum ignis amorem in-
tus nutrit in pectore, tum
foris lucis splendorem par-
titur in populos.

1. Elias adhuc puer qualis genitori fuerit uisus?
2. Ioannes scintillat ore, & corde.
3. Deus igneus, ignea lex, ignei illius ministri.
4. Igneus etiam Ioannes Seraphinus Christo proximior.
5. Illum nondum natum ignis Spiritus S. inflammavit.
6. Curandum potius ardeat, quam lucere.
7. Luceant, qui uehementer ardent.
8. Simulata lux, quæ ab igne non procedit.
9. Ioannis caput tellure aliè desoßum.

HAVD incelebres
authores perhibent,
Eliæ patrem Soba-
cham uidisse aliquã
do filium ab splen-
dentibus, & albicantibus Ange-
lis saluari, & igneis fascijs inuol-
ui, flammisquæ, quasi alimentis
vitam ducere. Quod prodigium
suspensum tenuit patrem, donec
Ierofolymam venit scitatu ora-

Elias ad-
huc puer
qualis ge-
nitori ui-
sus fuerit

cula Sacerdotum, quibus cum
rem totam ex ordine aperuisset,
indubitatum accepit oraculum,
fore ut ille puer multa in luce,
ac cæli iubare copioso uiueret,
ut ignea uerba ore præferret, ut
igneo vigore iudicaret Israellem.
Ita scriptum reliquere Epipha-
nius in uitis Prophetarũ, & Do-
rotheus in Synopsi, quæ Eliæ
miracula Baptista, nouus alter
Elias aut anteuuit, aut equauit:
qui tot annos in eremo cælesti
igne pastus vitam duxit. De Elia
testatur sacra pagina. *Et surrexit
Elias, quasi ignis, & uerbum ipsius,
quasi facula ardens.* Eccli. 48. nu. 1.
de Ioanne itidem contestatur.
Ille erat lucerna ardens, & lucens.
Ioan. 5. num. 35. Nimirum no-
uus alter Elias diuinos spirabat
ardores, anhelabat igneas faces,
& in auditorum corda scintillu-
las euibrabat. Quapropter Diuus
Bernardus sermone in natiuitate
Ioannis illa uerba meditatus.
*Genimina uiperarum quis ostendit uo-
bis fugere à uentura ira,* Luc. 3. nu.
4. *De quanto (inquit) mentis feruore
procedere putas scintillas istas?*
Et uerò Deam igneam natu-
ram habere confirmant sacra uo-
lumina, nam Deuteronomij 4.
ait Moyses. *Dominus Deus tuus ig-
nis consumens est.* n. 23. Et Aposto-
lus. *Deus (inquit) noster ignis cõ-
sumens est.* Ad Hebr. 12. num. 29.
Æquũ uerò erat, ut igneus Deus
igneam ferret legem. *In dextera
eius ignea lex.* Deuteron. 35. nu. 2.
rursus par erat, ut in Emphyreo,
seu in igneo celo habitaret, utq;
Seraphinos spiritus igneos, ac flã-
mitomos ad manum, semper sibi

Epipha-
Dorothe-

Eccl. 48
n. 1.

Ioan 5.
nu. 35.

D. Bern
2

Scintillat
etiam Ioã-
nes ore, et
corde.

Luc. 3.
nu. 4.

3

Deus ig-
neus, ignea
lex, ignei
proximi-
ores sibi mi-
nistri.

Deuter.
4. n. 23.
Ad Heb
12. n. 29
Deuter.
35. n. 2.

proximos

Carthu.

proximos haberet. Quemadmo-
dũ uerò Deus propinquiores si-
bi semper adesse uoluit in cælo
Seraphinos spiritus flãmiferos,
ita etiam in terris Ioannem Se-
raphinum amoris ignibus ardẽ-
tem sibi proximiorẽ esse man-
dauit: Seraphinum appello, quia
teste Dionysio Carthusiano to. 5.
de sanctis, serm. 6. de Beato Ioã-
ne Bapt. amoris Dei ignibus in-
cessantẽr ardebat. *Creatoris, in-
quit, sui inestimabiliter aestuabat amo-
re, charitatis implebatur ardoribus, &
nouis assidue dilectionis sancta reuo-
uabatur, ac penetrabatur incendijs: flã-
ma amoris purissimi omnia intima eius
suauissimè uisit, atq; innumerabilibus
uicibus inflamabatur in Deo, & quasi
in continuis stetit ardoribus charitatis.*
Ita ille. Hunc ergò Seraphinũ a-
moris ignibus ardenti sibi pro-
ximiorẽ Deus esse uoluit, ita ut
corã facie sua ambularet, iuxta
illud celebre Malachię uaticiniũ.
*Ecce ego mitto angelũ meũ, & prepara-
bit uia ante faciẽ meã,* Malach. 3. n.
1. seu, ut est apud Matthẽũ. *Ecce
ego mitto angelum meum ante faciẽ
tuã.* Matt. 11. n. 10. & apud Lucã,
antefaciẽ quoq; Dei ponitur. *Præ-
ibis enim ante faciẽ Domini parare
uias eius.* Luc. 1. n. 76. dignus quip-
pè erat terrestris hic Seraphinus,
ut & coram facie Christo proxi-
mior semper adesset, & omniũ,
quotquot in cælis administrãt,
solus in terris uices suppleret.
Dignus, ut hunc ignẽ, quò natu-
raliter eum habere uideretur, an-
tequam nasceretur, acciperet: il-
le enim Spiritus Sanctus, qui ig-
nis imagine descendit Actor. 2.
quiq; Dei matrem Luc. 1. beauit

Matt. 3.
n. 1.

Matt. 11.
n. 10.
Luc. 1.
n. 76.

4

Igneus e-
tiam Ioã-
nes Sera-
phinus -
Christo
proxi-
mior.

Act. 2.
Luc. 1.

illapsu omnium longè beneficẽ-
tissimo, Ioannem quoq; nondũ
natum feliciter occupauit: qua-
liter autẽ id fecerit, exponit D.
Bernardus in natiuitate Ioannis
his uerbis. *Nouus ille ignis, qui re-
uens elapsus, & celo per os Gabrielis in
aurem intrauerat Virginis, & per ma-
tris aurem introiuit ad paruulum.*

Vbi uerò editus est in lucem,
& arsit, & luxit: arsit sibi, luxit
alijs. *Ardebat sibi (inquit citatus
Bernardus) nobis autem lucebat.*
solusquẽ spectabilis naturam
æmulabatur Solis, is enim quò
ardentior extat, eò lucidior ap-
paret: ita Bernardus citato ser-
mone. *Solis (inquit) splendor ig-
neus est, & cum feruet acrius, etiam
oculis lucidior exhibetur, sic sapien-
tis ardor internus foris lucet, & si nõ
ei datur utrumquẽ, curat semper ar-
dere magis.* Etenim nihil æquẽ
Deus in nobis ardentẽ optat, at-
quẽ, ut ardeamus: nam simul ar-
dere, & lucere non est omnium.
*Singulariter, inquit citatus Ber-
nardus, Apostolis, & Apostolicis ui-
ris dicitur, sic luceat lux uestra. ni-
mirum tamquam accensis, & uehemẽ-
ter accensis, & quibus non timeatur à
flatu quolibet, aut impulsione vento-
rum.* Ita plane arsit, & luxit Ioã-
nes, cum interrogaretur, an es-
set Messias Ioan. 1. ut accura-
tẽ notauit Rupertus Abbas lib.
3. de din. offic. cap. 11. *Et confes-
sus est, quia non sum ego Christus.* Ibi
numer. 20. *Agitante, inquit, uen-
to Pharisæica interrogationis hæc scin-
tilla splendida ueritatis emicat, de
flamma ignis diuini, qui calebat ar-
dens, & lucens in Sanctamente Ioan-
nis.*

Et etiam
nondum
natum ig-
nis spiri-
tus Sacti
inflam-
auit.

D. Bern

6

Si nõ da-
tur uirũ
quõ possi-
dere, ar-
deas po-
tius, quã
lucens.

7

Lucens,
qui uehe-
menter ar-
dent.

Ioan. 1.
n. 20.
Rupert.

Pp

Con-

Bernar.

8

Simulata lux, qua non ab igne procedit.

Bernar.

Luc. 12. n. 49. Cardin. Toletus

D. Bern.

Contrarium verò plerumque accidit: illi enim, quibus maximè timere debeas, nihil æquè curant, atque simulatam præstare istiusmodi lucis ostentatione: de qua rursus idem Bernardus (qui quòd huius pericali magnitudinem perspectius agnovit, eò de ea pluribus in locis plenius disputavit) ille ergò de verbis If. iæ fer. 3. mentitam eam lucè capit his verbis. *Mutuata est, aut certe simulata lux, qua non ab igne procedit.* Nam si divini amoris ignem non habes, quì firmam, ac tutam doctrinæ lucem habere poteris? Vis hanc ratam, firmam, ac securam assequi? *Primum* (subiungit Bernardus) *quare feruorem, nec dubium, quin & splendor adijciatur tibi.* Nam feruor igneus fons, & origo est splendoris: vnde, qui feruorem ignis, aut ignem ipsum nutrit in pectore, is non potest non irrutilare, & splendescere: ideoque, vt recte citato ferm. 3. expendit Bernardus, non dicit Christus se lucem sed ignem terris immisisse. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur.* Luc. 12. n. 49. vbi Cardinalis Toletus. *Explicat Christus* (inquit) *quantum sibi cordi sit, hunc ignem accendi in terris hominumque corda eo cremari, & inflammar.* Si ergò Christus avidissimè cupit, vt tua voluntas inflammeretur, vt tuum cor ardeat amoris igne, quid, tu solam lucè, hoc est, doctrinam mentis affectas? *Cognovisti certè* (concludit Bernardus de verbis Ifaiæ fer. 3. *quid Deus velit, quid lucere se, finas? peruersus est iste appetitus lucendi.* Porro illud sub huius finè ex-

kursus velim, vt aduertas, Ioannè nimirum sic penitus exaruisse, sic ardentis diuini spiritus flammam inclusisse medullis, & ossibus, vt extincto vitali spiritu, extinguui non potuerint. Colligo id ex eo, quod scribitur in tractatu reuelationis capitis S. Ioannis apud D. Cyprianum: non multos post annos (si vera est ea historia) eius intumulatum caput fumum exhalabat. Ita enim ibi legitur. *Monachis in visione Angelica dictum est, ite ad palatium Herodis, qui quondam hic fuit perfidus princeps: introentes perspicite diligenter, & vbi fumum de terra ascendentem videritis, fodite ibi caput Ioannis Baptiste incunctatè inuenietis.* Quis autè semiphilosophus non intelligat, fumum signum esse ignis tum naturale, tum instrumentale: quis ignoret, vbi fumus est, ignem subesse.

Ioanis caput tellure altè de fossam.

LAVREA II.

In eius mente plus splendoris irrutilat, in cuius corde plus amoris exardet. In eadè verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. n. 35.

- 10. *Christus venit Seraphinos in terris factururus.*
- 11. *Plus lucent, qui plus ardent.*
- 12. *Acutius videt, qui ardentius diligit.*
- 13. *Opera illuminant.*
- 14. *Virtutis exercitatio doctrinam mentis affert.*
- 15. *Literatorum fumi suggillantur.*
- 16. *Sine ala charitatis, ala scientia non volat.*

D. Bern.

D. Bern.

10

Christus venit Seraphinos in terris factururus

Idem.

11

Plus lucent, qui plus ardent.

Idem.

1. Ioan. c. 4. n. 8.

Ioan. 21 n. 7. D. Pet. Chyfol.

D Bernard. ser. 3. de verbis Isaie ita inuehitur in Luciferum. *Ecce rex noster novus in terra angelos fabricaturus aduenit: atque, vt tabernaculus amplius, & liuore proprio torquearis; non qualescunt, nec inferiores alicuius ordinis angelus, sed Seraphim: audi enim quid ipse loquatur. Ignè, inquit, veni mittere in terram; & quid volo nisi, vt accendatur? vult ergo Seraphim fabricari.* Et re ipsa fabricatus fuit ardētè pariter, ac lucentè S. Ioannè Baptistam. Et rursus D. Bern. de Seraphinis ardētissimis celi ciuibus, ita loquitur. *Putemus Seraphim totos diuino igne succensos, succendere vniuersa, vt singuli ciues sint lucerna ardentis, & lucetes.* Quales igitur D. Bernardus hos seraphicos spiritus considerabat in celo, talem se Ioannes exhibebat in terris. Exardebat intrinsecus sinceris amoris ignibus; traslucebatque extrinsecus fidereis doctrinarum luminibus, & splendoribus. Porro in ijs rebus, quæ nostram fidem attinēt, & vltra naturæ metas se tēdunt, illi clariùs lucent, qui flagrantius ardēt; *Lucet ergò Ioannes* (ait Bernard. de verbis Isaie fer. 3.) *tāto vtiq; clarior, quāto amplius feruet.* Enim verò amor diuinus non est, vt humanus, cæcus, sed lynceus: vnde Ioannes Epist. 1. c. 4. n. 8. *Qui* (inquit) *nō diligit, non nouit Deum.* Ibi nu. 8. Diligebat præ alijs Ioanes Euāgelista, ideoque præ alijs acutiùs videbat. Etenim cum se Christus in littore spectabile dedisset, cæteris hesitantibus, solus Ioannes. *Dominus, inquit, est.* Ioan. 21 n. 7. *Qui diligebatur a Iesu* (inquit Chrysolog. ferm. 78.) *ait: Dominus est; primus qui diligitur, videt; quia se-*

per amoris oculus acutiùs intraret, & semper viuacius, qui diligitur, sentit. Cū verò Christus ex mētura nostræ dilectionis nos diligeret, equū est, vt credamus, ideo Ioannè plus fuisse dilectum, quia & ipse plus diligeret: quod insinuat Euthymius in c. Ioan. 21. his verbis. *Ioannè diligebat Iesus plus videlicet cæteris, & qui plus diligi dignus erat.* Quomodo autè dignus erat plus diligi, nisi plus diligendo: atque ad eò acutiùs intuen-do. Estque ea lux ab amore, velut à sole producta certior, quippe, quæ ab operum experimētō maius iubar habet claritudinis, maiora fulgoris incrementa. Expende cū Beda, quomodo errabundū duo discipuli Christum non, nisi ex operibus, agnouerint. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Luc. 24. n. 36. Et paulò antè. *Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* n. 31. Antequam ad opera Christus accessisset: *tenebatur* (inquit sacer textus) *oculi eorum, ne eum agnoscerent.* Ibi n. 16. Admo-nuit Dominus manus operi amoris indici, ac mox subitanea lux discipulorum oculis fuit oborta; manifestè declarans lumē intelligentiæ, in rebus, quæ salutem attinēt, ab amoris diuini fonte prodire; Bedam auscultemus dicentem. *Quæ scriptura sacre expositione non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt, audiendo præcepta Dei illuminati non sunt faciendo illuminati sunt.* Opera namque ex diuini amoris idea per manus in executione ducta, à cordis igne, velut à sole, copiosam emittunt lucem in oculos, qua facili cernant, quæ alii; neuti-quā cernere potuissent, hoc ore, tenoreque illud expla-

12

acutiùs videt, qui ardentius diligitur

Euthy.

Luc. 24. n. 36.

Ibid. 16.

Beda.

13

Opera illuminant

Pfal. 83 n. 8.

14

Operosa virtutis exercitatio plurimam mentem doctrinam affert

D. Bern

15

Literato vni summi per obscuri suggillantur.

Idem.

16

Sine ala charitatis ala scientia non volat.

no. Ibunt de virtute in virtute. Psalmo 83. num. 8. Hoc est ex diuini amoris ductu, nufuque magnos in virtutibus progressus iusti facient; inde vero talis, ac tanta lux resiliet in mentem, vt ea, que erat domus virtutis, cum doctrinae domo nomen commutet: quare Chaldaica editio sic habet. *Ibunt in domum doctrinae.*

In domo eiusmodi cathedra Ioannes erexerat, ex eaque celestis doctrine radios a diuini amoris ignibus prodeuntes longe lateq; euibrabat, & quod altiori erat in loco, dignitateq; precursoris, ed clariùs fulgurabat: contra ac multi faciunt, in quorum similes inuehitur. D. Bern. in prefatione vite S. Malachie. *Quæ (inquit) mihi ostendas, vel de illorum numero, qui videntur dati in lucem gentium, non magis de sublimi fumantè, quam flamma vè. Hi sunt, qui fumos vendunt, qui non virtutis iubar pro ratione sui muneris indiscriminatum in omnes liberaliter effundunt: hi sunt, qui Luciferum perperam imitantur, scientie, non amoris facibus fulgurantè, de quod D. Bern. ser. super vidi Dominum. Superbus ille Lucifer (inquit) lucem preferens, non ignem habet, alteri tantum innixus ale casum facere potuit, non volatum, exultant lucidus, non incensus.* Ita ille: & rursus ser. 4. exponens binas alas, quibus Seraphim volabant. *Leui (inquit) cognitionis ala, sed sola non sufficit: ruit citius, qui vna tantum ala volare contendit, & quo magis attollitur, peius colliditur: vbi vero intelligentiam caritas committatur, volet securè, quisquis eiusmodi est, volet sine fine; quia volat in eternitatem.*

LAVREA III.

Ioannes erat lucens, & ardens exemplo pariter, ac doctrina. Super eadem verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. n. 35.

- 17. *Lucere, & ardere perfectorum est.*
- 18. *Ioannes doctrina, & exemplo lucebat.*
- 19. *In utero matrem illuminat.*
- 20. *Lampas ardeat per bona opera.*

Lucet, nec ardet, qui docet, nec tamen charitatis igne flagrat: ardet vero sine luce, qui Dei quidem feruet amore, nec tamen doctrinae lucem ei cularur in proximos. Excipe Magni Bernardi serm. de natiuitate Baptistæ ita statuentem. *Lucere tantum est vanum, ardere tantum est parum, lucere, & ardere perfectum.* Ita ille. Prælucebat ergo Ioannes doctrina, vt grauitè de more notat Tertull. lib. contra Iudeos c. 9. his verbis. *Ille fuit lucerna ardens, & lucens, ut potè, qui non tantum vias eius parabat in eremo, sed & agnum Dei demonstrando illuminabat mentes hominum pro ratione suo, vt eum esse intelligerent agnum, quem Moyses passurum nominabat.* Prælucebat itè exèplo implens Euangelicū oraculū. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed supra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.* Matth. 5. n. 15. Ad quæ locū Abulens. q. 90. *Prælati, inquit, vocantur lucerna; quia sicut illa posita est, vt illuminet omnes, qui in domo sunt, ita, & prælatus per vite sue excellentiam omnibus bene viuendi*

lucens

Bernar.

17

Lucere, & ardere perfectorum est.

Tertul.

18

Lucet doctrina, & exèplo

Matt. 5. n. 15. Abulens.

LAVREA III.

Ioannes tamquam lucerna diuini numinis claritatem participans fidei iubar alijs frangeratur. In eadem verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. n. 35.

- 21. *Scientia, & doctrinae lumen aq; omnibus effundendum.*
- 22. *Discrimen inter iustos doctos, & indoctos.*
- 23. *Magistri Deo assimilantur.*

Quemadmodum corporea lux semet in omnes partes diffundit; ita spiritualis, que micabat in Ioanne, in omnes aq; tendebat: cuius fuit illustris figura candelabrum illud, quod internoctu diffuso lucernarum lumine templum illustrabat, ideoq; per noctem iubebatur incendi lucernæ Levitici 24. n. 3. *Ponetq; eas Aaron a vespere vsq; in mane coram Domino.* Ibi num. 3. Quod candelabrum lucernis fulgurans interlucentibus iustos effugiabat in mundi tenebris late fulgurantes. *Vt coruscemus, inquit Procopius in eum locum in mundi tenebris scientia, & vite honestate, sicut enim in vnoquoq; iusto scientia rû dona varia, lucernarum instar errorum tenebras effugantium.* De istiusmodi iustis hominibus doctrinae splendore fulgentibus loquitur Origenes to. 1. in Num. hom. 5. his verbis. *Siqui sunt, qui in hoc tabernaculo Dei omnibus ingredientibus scientia & doctrine lumen ostendunt,*

Leuit. 24 n. 3.

21

Scientia, & doctrina lumen aq; omnibus diffundit.

Origen.

Ioan. 1. n. 7.

Bernar.

19

Etiã in utero matrem illuminat.

Idem.

D. Cyr.

20

Lampas ardens per bona opera.

lucens exemplum tribuere debet. Id Ioannes ritu præstantissimi Prælati executioni dabat; nec non instar lucernæ flammiferæ, quemadmodum enim hæc in alto locari solet, vt illuminet omnes, qui in domo sunt, ita Ioannes in præalto dignitatis gradu constitutus, venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, & omnes crederent per illum. Ioan. 1. nu. 7.

Ad hæc micabat Ioannes doctrina ad eo præcoci, vt in vterò positus, quasi lucerna abdita sub modio matrem illuminaret. Ita Bern. serm. de natiuitate Ioanis. *Illuminavit ergo (inquit ille) iam tunc modium suum sub quo latebat, paulo post mundum novis illustratura fulgoribus.* Illuminavit (inquam) hæc lucerna modium, ac matrem suam eximij dono vaticinij, & singularis reuelatione mysterij; excipe citatum, nec fastiditum vnoquæ, aut fastidendum Bernardum. *Illo (inquit) in tempore solum adhuc potuit illuminare modium suum, soli interim lucere matri, magni ei pietatis sacramentum reuelans, motu nouæ exultationis.* Postmodum vero operum excellentia facilius eloquutus erit, & lampadi doctrinae exempli igniculos adiuncturus: quod vt a nobis fieret, anxie commendabat D. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 15. his verbis. *Non in hoc confidas, quod solum lampadem habes, sed custodi illam ardentem: non in hoc solum confidas, quod credis, sed fidem ardentem conserva, vt luceat lux tua coram hominibus per bona opera.* Ita Cyrillus.

omnes isti candelabrum mysticum nominentur, Hæc ille. O ceterorum omnium longè pulcherrimū candelabrum Ioannes, fidei lumen longè Jarèq; euibrans in omnes mundi partes, quàm verè mihi videris adubratus speculatore illo, què Deus his verbis alloquitur. *Et tu fili hominis speculatorem dedit te filiis Israel.* Ezech. 33. nu. 7. Querit D. Prosper lib. 1. de vita contemplatiua cap. 20. Quare vir sanctitate conspicuus comparetur speculatore edito in loco vigilantis? Idquè factum docet, vt ex alto loco doctrine lucè latiùs eiaculetur. *Ut (inquit) sicut speculatoris est, de loco editiori prospicere; & plus omnibus contemplari; ita Sacerdos debeat esse propòsita sublimitate celsior cunctis, & maioris scientia habere gratiam. qua possit sub se viuentes instruere.* Hæc ille.

Hoc modo se Ioannes Baptista gerebat, qui in præalto sanctitatis apice cõstitutus, quasi cælū multis ornatum luminibus salutarem lucem in omniū animos euibrabat. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas aternitates.* Dan. 12. num. 3. Interpretes 70. hanc vltimam partem ita transferunt. *A iustis multis, quasi stellis in sæcula, & ultra.* Quapropter D. Hieronymus hæc ipsa verba simpliciter de viris iustis intelligit: priorem verò partem non, nisi de iustis doctis, ac literatis explicat, qui Baptiste more, modoquè doctrinarum lumina circumquaq; diffundunt. Excipe Diuum Hieronymum Epist. ad Paulinum,

scribentem in hæc verba. *Vides quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia: alij stellis, alij celo comparantur.* Iusti nimirum illiterati stellis singulatim comparantur, quia quilibet iustorū non plus lucis impertit Ecclesie, quàm stella celo: at verò iusti prædocti ideo stellato celo conferuntur, quia doctorū quilibet est instar stelliferi cæli, quia tot doctrinarum lumina administrat Ecclesie, quot siderum facies fidei reum cælum circumquaq; terris omnibus ostentat.

Cæterum non celo tantum fidereo: sed Deo Opt. Max. comparabuntur ij, qui terrarum doctores Ioannis exemplo in Ecclesia constituuntur. Querit Anselmus Lugdunensis, quare Apostolos Christus titulo præceptorum fraudat, dū eos ita instruit. *Vos autem nolite vocari Rabbi.* Matth. 23. num. 8. Quare ita? Non ne ipsi magistri erant constituti orbis terrarum? Ita planè, voluit tamen Deus vt, tales cum essent, de eo insigni titulo neququam gloriarentur, erat enim ille titulus Deo potius, quàm hominibus debitus. *Ne (inquit Anselmus) quod Deo debetur, vobis presumatis, nec alios Rabbi vocetis, ne diuinum hominibus honorem deferatis.* Hæc ille. Vbi aduertendum est, quod ita diuinum illis honorem comunicauit, vt eo ad ceterorum hominum vterentur vtilitatem, non abuterentur ad arrogantiam: concinit illud. *Omnis scriba doctus in regno calorum similis est patri familias, qui prefert de thesauro suo noua, & vetera.* Matth. 13. num. 51.

22

Maganū discrimē inter iustos doctos, & indoctos.

Anselm Lugdu.

Matth. 23. n. 8.

23

Deo assimilatur, qui magister minus exercet.

Matth. 13. n. 51

Quo

Ezech. 33. n. 7. D. Prof.

Dan. 12. n. 3.

D. Hier.

Quo loco Deus ipse Pater familias nominatur: Pater videlicet vtriusquè familie, gentilis, & hebræe; Pater vtriusquè reip. nouæ, & veteris, vtramquè illuminauit, & abundanti doctrina fecundauit: huic Patri familias assimilantur hi, qui doctrine lumen alijs impertiunt, quod subnotat idem Anselmus Lugdunensis his verbis. *Intelligentibus dignum testimonium reddit, dicens, eos similes esse sibi.* Nequè altius comparatio potuit ascendere, quàm vt cum Deo iusti, qui alios docent, compararentur. Et verò, cum alijs multis, tum hac etiam parte Ioannes Deo simillimus euasit.

Anselm Lugdu.

LAVREA V.

Doctrina Ioannis omnibus attemperata. Ad ea ipsa verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. n. 35.

- 24. *Ioannes se se omnium captui accommodabat.*
- 25. *Hoc ipsum Moyses peregit.*
- 26. *Eandem prudentiam Dauid adumbrat.*
- 27. *A doctore procul absit adulatio.*

Comparatur Ioannes lucernæ, quia quemadmodum lucerna adstantium oculis facillimè accommodatur attemperata luce, libri cuiuspiam, aut opaci alius corporis interpositione, pro varia oculorum conditione: ita optimus concionator,

qualis erat Ioannes Baptista, omnium se captui accommodat, militum, publicanorum, & populi: militibus enim interrogantibus, quid facerent, vt salui fierent, respondebat. *Neminem conculcatis, nequè calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.* Luc. 3. nu. 4. nec non publicanis sciscitantibus. *Quid faciemus?* Accommodatè satis reddebat. *Nihil amplius, quam, quod constitutum est vobis, faciatis.* Ibidem num. 13. rursum turbis interrogantibus, quàm inirèt salutis eternæ viam? ille placidissimè, & ad eorum naturam aptissimè hoc responsum dabat. *Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat.* Ibi, num. 11. Ad eum se se Sanctissimus Ioannes, ut futuris concionatoribus esset exemplo, dissimilium hominum captui accommodabat: & quæ cuiquè conuenirent, prædicabat: deprimens, quodammodo sublimitatem doctrine ad captum communem hominum, & popularium: ritè Moyses, de quo illud testimoniū perhibet sacra pagina. *Posuit velamen super faciem suam, quod in effusus ad Dominum aufererat, donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia, qua sibi fuerant imperata: qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam; sed operiebat ille rursus faciem suam si quando loquebatur ad eos.* Exod. 34. num. 35. itaque Moyses velum aufererat, vt Deum alloqueretur: reponebat, vt cum hominibus sermonem faceret: nequè enim hebetes Israelitarum oculi eum lucis splendorè, quem facies Moysi euibrabat,

Luc. 3. n. 14.

Ibi n. 13

24

Se se omnium captui accommodabat.

Ibi n. 11

Exod. 34. n. 35

25

Hoc ipsum Moyses peregit.

P p4

ful-

Oleaster.

sustinere poterant ideoque iubari illud obnubens attemporabat ad eorum, cum quibus agebat, capacitates, unde disertè Oleaster. *Debent* (inquit) *predicadores se se capacitatibus audientium accommodare.*

Ad hæc, sicut lux, prout conditio loci exigit, non illuminat tantum, sed alias præstat proprietates, modo acrem, modo tenuem inducens ardore: modo lutum indurans, modo ceram liquefaciens. Ita concionator diuino numine afflatus pro vario rerum euentu, pro multiplici conitione locorum variè & multifariam se gerere debet. Natus est in hanc sententiam locus ille, quo apud regem Geth faciem suam Dauid immutauit. *Et immutauit os suum cor. 1. Reg. 21. num. 13.* Quem locum pertractans Franciscus Georgius Venerus, (quem sub Veneti nomine laudare soleo) tom. 3. quæst. 400. *Mutauit* (inquit) *aspectum pro conditione loci, & temporis, & hoc in doctrinam predicatoris, qui non semper, nec ubique, nec cum omnibus eodem modo se gerere debet, sed cum verbis, ac rebus vultum accommodare, ac mutare.* Ita ille, quam doctrinam expressit ad viuum Ioannes, qui ad Herodis aspectum se formabat in leonem, quem rex ipse timebat. *Herodes enim metuebat Ioannem* Marci 6. num. 20. Ad arrogantium Pharisæorum intuitum euibrabat iracundiam, *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à vêtura ira.* Matth. 3. num. 7. Ad populi mansueti occursum mansuescebat, & vt agnus agnum indicabat. *Ecce agnus Dei. Ecce qui tollis peccati mundi.*

1. Reg. 21. 13. Veneti 9.

26

Eadem Dauid prædicatione adhibetur.

Marci 6. n. 20.

Matt. 3. n. 7.

Ioann. 1. num. 29. Preterea quæadmodum lux nemini adulatur. sed omnibus æquos, ac maculas æquè demonstrat; ita Ioannes Baptista nullius adulator extitit; sed æquus reprehensor omnium, omnium manifestator errorum. Ioannis imitatorum se præbet Apostolus hæc scribens. *Nequè enim aliquando fuimus in sermone adulationis.* 1. ad Theſſalon. cap. 2. num. 5. quo loco Brixianus. *Observa* (inquit) *qua sincero predicatori seruanda sint, vt scilicet non assentietur.* Ita ille. A Ioanne verò Baptista cuius Apostolus extitit imitator, tam procul aberat adulatio, quàm procul absunt à sole caligines. Ecce qua Regem adulatione salutat. *Non licet tibi habere eam.* Matt. 14. num. 4.

Ioan. 1. n. 29.

27

à Do Flore pro ocul absit adulatione.

1. Ad Theſſal. 2. n. 5.

LAVREA VI.

Ioannes instar lucernæ ipsissimum Christi lumen in se præferentis, ac præmonstrantis. In eadem verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. n. 35.

28. *Præcox in Ioanne sensus aduentus Christi.*

29. *Ioannes, vt lucerna, accenditur Christi amore, ac lumine.*

30. *Ideo dicitur fulgere lumine alieno.*

31. *Erat lucerna diuinum lumen ostendens.*

32. *In altum elata, vt mon, tract. vii.*

33. Vni-

Bernar.

43. *Vniuerso mundo lucem fenerat.* **D**iuus Bernardus ferm. de priuilegijs Ioannis Baptistæ miratur huius diuinæ lucernæ lumen, ac splendorem venientis Christi iubari fuisse adæo perfimilem, vt ipse multo ante lucem perciperet. *Verè ardens* (inquit Bernard.) *& vehementer accensus, quem sic accepit flamma celestis, vt iam Christi sentiret aduentum, qui nec dum sentire poterat, vel se ipsum.* Nec aliter posset accidere, quandoquidem Ioannes Christo tam proximus aduenit, quam Soli finitimus exoritur Lucifer, qui inter alia cæli sidera nitet, ac fulget Soli proximior. Quare Chrysostomus operis imperfecti hom. 27. *Multa* (inquit) *stelle ante lucem procedunt, nuntiantes aduentum eius, nulla tamen earum Luciferi nomen habere meruit, nisi vna, que cum ipsa luce procedit.* Sic solus Ioannes Solis proximè venientis lucerna esse meruit solari lumine participato.

28

Præcox in Ioanne sensus aduentus Christi.

Author operis imperfecti.

29

Ioannes, vt lucerna prope posita, accenditur Christi amore ac lumine.

Ioan. 5. n. 33.

S. Petr. Chrysol.

Lucernam alteram super alteram propè positam sæpe videmus accendi protinus, & inflamari: at longè disiunctam alteram alterius ignem concipere miraculo vertitur, & prodigio inaudito. Christus igitur lux, & lumen erat; teste Ioanne cap. 1. num. 5. & 7. Ioannes Baptista eiusdem luminis erat lucerna. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. num. 35. Erat quæ lucerna eiusdem cum Christo luminis, vt notauit Sanctus Petrus Chrysol. ferm. 87, his verbis. *In Ioanne Dominus accendit sui luminis, & præmi-*

si lucernam. Et verò quò Ioannes tum consanguinitate; tum officio, tum deniquè venientis ad se Sanctissime Virginis, ac diuini Verbi hospitio proximior fuit, eò Christi facilius hausit flammam, & lumen incendit.

Quo circa S. Cyrillus Alexandrinus in Ioannem cap. 1. lib. 3. Et si confessus est, Ioannem ad eos sanctitatis terminos peruenisse, quo humana natura peruenire potest, non isto tamen, sed alieno virtutis iubare fulsisse animaduertit his verbis. *Lucerna beatissimus appellatur Baptista, quoniã prout mensura hominum capax est, ante manifestationem Christi, non suo lumine, sed alieno præfulsit.*

Certè Christus ingressus est orbem terrarum peccatorum nocte caliginosissima oppresum, & obrutum densissimis ignorantie tenebris: eamquè perpetuè noctis umbram, umbram mortis Zacharias appellauit. *Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent.* Lucæ 1. num. 79. Venienti filio parat æternus parens inter has tenebras lucernam, idest Ioannem longè latèquè fulgentem. De qua Sanctus Hieronymus in illa verba. *Parauit lucernam Christo meo.* Psal. 131. num. 17. *Ioannes* (inquit) *à Deo Patre dicitur preparata lucerna, qui eum in huius mundi tenebris venturum annuntiauit, sic enim, & ipse Dominus vocat; ille erat lucerna ardens.* Et Cassiodorus in eundem psalmum. *Parauit lucernam, idest lumen prædicationis Baptista Ioannis, qui fuit reuera lucerna Christi mundanis tenebris celeste lumen ostendens, de quo ait Dominus. Ille*

Cyrrill. Alexad.

30

Idcirco dicitur fulgere alieno lumine.

Lucæ 1. n. 79.

D. Hier.

Psal. 131 n. 17.

Cassiod.

31

erat lucerna in tenebris latè s diuinum lumen ostendens.

erat

erat lucerna ardens, & lucens, lucerna sine dubio lucens, que non carnalibus oculis, sed spiritalibus apparet: & in toto mundo emitteret de Domini sui oleo saginato copiosissimam charitatem. Venisse autem Ioannem, ut tamquam lucerna tenebras errorum caliginosissimas fugaret, & occultatum Christi lumen ostenderet, docet alter Ioannes, qui de Christo loquens, & de tenebris cæcutientium peccatorum. *Lux (inquit) in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, fuit homo missus à Deo, ut testimonium perhiberet de lumine.* Ioan. 1. nu. 7. Quocirca August. serm. 22. de Sanctis. *Quia (inquit) uniuersum mundum, peccatorum tenebræ, & nox infidelitatis oppræsserant, & solem iustitiæ aspiceret non valebant, beatus Ioannes, quasi lucerna præmittitur.*

Hanc porrò lucernam æternus parens sustulit in altissimū sanctitatis montem, vnde omnibus, modo oculos aperirent, lucem transmitteret, ne cespitarent, aut ruerent in præcipitia. Quare Augustinus tract. 2. in Ioannem. *Ad hoc creatus est mons, id est Ioannes, ut prior radios excipiat, & oculis tuis nuntiet.* Verum quidē est, Apostolos etiam orbi terrarū, lucernarum instar illuxisse: verumenim verò fateor quidem fuisse lucem mundi, sed omnes simul, vel singulos singularum prouinciarum: at solus Baptista lucem fænerauit uniuerso mundo. Quare Hugo de Sancto Victore instit. Monast. serm. 73. de Ioanne ita loquitur. *Ipsè cū Apostolis imò præ Apostolis nuntius Christi, lux mundi.* Quapropter S. Bo-

nauent. serm. 1. de Sancto Ioāne Ecclesiæ vestigijs insistens illi accommodat Isaia vaticinium. *Dedi te in lucem gentium.* Isaia 49. num. 7. Additquē hæc verba. *Notandum ergo ad præsens, quod Ioannes lux fuit, & quia veram lucem annuntiavit, & quia predicando, baptizando, & docendo, mundum illuminauit.* Et in cap. 1. Ioannis ad illa verba. *Non erat ille lux. Ibi nu. 8. Sed qualiter hoc? quia inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne: sed de discipulis dicitur, vos estis lux mundi, ergo multo magis de Ioanne: Quare verò Christus paulò post venturus sui luminis in Ioanne accēderit, & præmiserit lucernam videamus.*

LAVREA VII.

Deus Ioannem præmiserit lucernam suo iubare translucentem, ut homines gustato tenui lumine immensum postmodum aduentantis solis non refugerent. Super eadem verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioann. 5. num. 35.

- 34. *Christus splendore suo Ioannem prius illuminauit, ut ad venturum sui iubare splendidius oculos affuefaceret.*
- 35. *Christus suum attemperauit fulgorem.*
- 36. *Homines non nisi lucem modicam videre poterant.*
- 37. *Per stellam Deus attraxit Magos*

Isai. 49. 3. 7.

33

uniuerso mundo lucem fænerat.

Ioan. 1. n. 8.

Ioan. 1. n. 7. August.

August.

32

Lucerna in altum elata, ut monstraret viam.

Hugo de Sancto Victore.

S. Bona

ad solem.

- 38. *In quavis re paulatim procedendum.*
- 39. *Homines Christi iubare intueri non poterant, attemperatum vero Ioannis lumen aspiciebant.*

Chrysol

Regustanda, & instillanda sunt minutatim illa, superiore laurea, citata Chrysolologi verba. *Accendit sui luminis, & præmiserit lucernam, ut degustato lumine iam diuini Solis iubare ipsum perferrent, ipsam Deitatis caperent claritatem.* Vbi quærere erit, quare Deus non alius, sed sui luminis accenderit lucernam? Nimirum succendit Deus in Ioanne sui luminis splendorem Deificum, qui si non ad viuum Christi numen, ac lumen exprimeret, at adumbraret, at similaret: utquē illud in Ioanne subobscore representatum homines affuescerent intueri, & maiora conari paulatim, ne postmodum mortalibus membris infusam diuinitatem, ceu solem clausum nube, refugerent cernere velle: in quam sententiam attento animo haurienda sunt illa verba Chrysolomi hom. 3. operis imperfecti. *Sol appropians ad processum, antequam appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, ut procedens aurora aduentum diei demonstraret. Sic Dominus natus in mundo, antequam appareat, spiritus sui fulgore transmissio illuminauit Ioannem, ut procedens ille aduentum Saluatoris annuntiet: ne forte subito veniens, & dicens, se esse filium Dei, propter ipsam magnam, atque terribilem indicationem rei ipsius, magis se incredibiliorem ostenderet. Ita*

34

In Ioanne spiritus Christi splendor inerat, affuefacies oculos aduenturum iubare splendens.

Chryso.

ille: vbi attende illa potissimum verba. *Spiritus sui fulgore transmissio illuminauit Ioannem.* Ut idem nimirum Dei iubare gustaretur in Ioanne primum tenuiter emicans, utquē; deinde illucescens ruilantius in Christo (ignorantiæ obtento velamine) non refugeretur. Adluit Diuus Bernardus serm. 1. de aduentu. *Propterea (inquit) benignissimus saluator, & medicus animarum descendit ab altitudine sua, & claritatem suam infirmis oculis temperauit.* Nam ut bellè notat D. Bonauent. serm. 1. de Sancto Ioanne Baptista. *Lux etiam miro modo usum delectat, quando se illi contemperat.* E contrariò verò præstringitur visus inspecto repente fulgore nimio: uti docet Sanctus Dionysius Areopag. de Eccles. Hierarch. cap. 2. his verbis. *Etenim non solares fulgores infirmis pupillis intueri, non periculosum.* Quasi diceret in hoc non est periculum, in suspiciendo verò euibratos solis splendores, magnū est periculum. Nece ipsa cogitatio præterijt Augustinū tract. 2. in Ioannem. *Modo (inquit) quia cecidisti, & factus est saucius corde, unde videri illa lux non potest, venit ad te talis, qualem posses videre, & talem se hominem præbuit, ut ab homine quæreret testimonium.* Erant videlicet homines per id tempus nocturnis aibus similes, quæ non relectis Solis fulgoribus, sed absente Sole, stellarum tantum, aut lunæ sub luce mediocri volare audent. *Lippientes (inquit) Rupertus lib. 1. in Ioannē) imò verò obcæcati erant oculi hominum ex puluere terrena cupiditatis, & idcirco lux*

D. Bern

35

Qualiter Chrysolomus suum attemperauerit fulgorem.

D. Bon.

S. Dion. Areopa.

August.

36

Homines nocturnis similes non nisi lucem modicam videre poterant.

Rupert.

vera,

vera, quanto magis lucebat, tanto magis illos offendebat. Ne ergo Christi diuini Solis obuius splendor, ac fulgor oculos offenderet caecutientes, sua Sol ipse Christus occultat, & attemperat lucem: nam ut bene scribit Sanctus Petrus Chrysol. serm. 87. Infirmis longa hominibus obscuratis, nisi sensim refusa fuerit, fit inimica lux. Vfus est ergo Deus artificio, & ne mundus aeger oculis Christi iubar immensum auerfaretur, Ioannis lucernae modicum, ac temperatum splendorem praemisit. Nisi prius (inquit August. serm. 22. de Sanctis) Beatum Ioannem, velut lucernam praemitteret, claritatem eius totus mundus sustinere non posset.

Hac arte ad diuinitatis confessionem Magorum mentes Deus adtraxit. Vidimus Stellam eius in oriente, & venimus adorare eam. Matth. 2. num. 2. Ut scilicet per lumen stellae attemperatum, & oculis comensuratum, ad semioccultam, & irrepertam hactenus Solis claritatem pelliceret: ita citatus paulo ante Chrysol. Magos (inquit) tenuiter micans stella assuescit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipsum fontem luminis, & dierum. Hoc prudentia, hoc diuina sapientia exigebat, ut ad rem cognitu difficillimam pedetentim homines irent, enim verum nihil repente fit summum, ac proinde necessarium est, ut res paulatim procedant, & incrementa capiunt paulatim modica, ut ad summa possint peruenire: in quam sententiam scite Tertullianus lib. aduersus Hermogenem cap. 24. Omnia (inquit) opera sua Deus ordine consummavit incultis pri-

mo elementis depalans quodammodo mundum, deinde exornatis rebus, velut dedicans; nam & lumen non statim splendore solis impleuit, & tenebras non statim solitio luna temperauit, & calum non statim sideribus, stellisque signauit, & maria non statim belluis frequentauit, & ipsam terram non statim varia fecunditate dotauit. Haec Tertullianus, quibus ostendit, sic Deum rerum ordinem disposuisse, ut res singulae ad suam perfectionem paulatim tenderent, non repente peruenirent: ut enim grauitur animaduertit Diuus Ambrosius in Exameron cap. 7. Prius condit, & molitur res corporeas, deum perficit, illuminat, absoluit: imitatores suos nos esse voluit, ut prius faciamus aliqua, postea venustemus; ne dum simul utrumque adorimur, neutrum possimus implere. Quapropter Tertullianus de Trinitate tom. 5. cap. 26. Gradatim (inquit) & per incrementa fragilitas humana nutiri debuit, periculosa sunt enim, quae magna sunt, si repentina sunt.

Quo circa ante se lucernam Deus misit, ut ipse postea Sol adueniret: ut qui lucernam videret, intelligeret adesse solem, quemadmodum, cum primo mane sublimem motem Solis radijs illuminatum habitantes imis vallibus populi suspiciunt, Solem paulo post totam latam regionem collustratum certo sciunt. Sic ergo (inquit August. tract. 2. in Ioan. Omnes illi, ad quos Christus venerat, minus idonei erant, eum videre, radiauit Ioannem, & per illum confitentem se radiatum, ac se illuminatum esse, non qui radiaret, aut illumina-

naret,

Petrus Chrysol.

August.

Matth. 2 n. 2.

37

Per stellam Deus Magos attraxit ad Solem.

Chryso

Tertull.

D. Amb.

38

In qualibet parte paulatim procedendum.

Tertull.

August.

naret, cognitus est ille, qui illuminat. In eademque sententiam loquitur Rupertus Abbas lib. 1. in Ioann. in haec verba. Non lucis ipsius, sed oculorum culpa erat, quod per semetipsam agnoscere non poterat: eius ergo impatientes se se auerterant, & quasi dorsum ad Solis ortum dederant; Ioannem autem velut montem Solis: ad dijs illustratum tolerabilius aspiciebant. Certum nisi Deus industria hoc vteretur artificio, Christi aspectu fraudaretur, non iuuaretur Hebraeus populus, ut enim acute Lactantius Firmianus aliud pertractans argumentum, sed quod hoc iuuat. Cum ageret (inquit) cum homine veritatis ignaro, formare hunc a principio, tamquam rudem debuit; eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Ita ille. Vnde, & Beda in cap. 4. Marci. Non enim (inquit) rudes adhuc auditores tanti capiebant arcana Sacramenti, quod filius Dei Aeternus, homine assumpto ex Virgine deuotus esset in mundo, sed paulatim per agnitionem glorificate humanitatis introducendi erant ad fidem diuinae aeternitatis. Et paulo post subiungit haec verba. Tempore autem procedente cum capaciores ad intelligendum suos videret auditores, etiam filium Dei aperte predicauit dicens. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Rupert. Abbas.

39

Ioannes Christi in bar coruere non poterat, attamen Ioannem lumen libentius attendebat.

Lactan. Firmia.

Beda.

LAUREA VIII. Locupletatio eiusdem argumenti. In eadem verba. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioan. 5. n. 35.

10 Ioannes lucerna diuinitatis index. 11. Christus oritur nocte tenebras ignorantiae fugaturus.

12. E tenebris lux oritur.

Praui lucernam Christo meo. Psal. 13. n. 17. Euthymius ad hunc locum contendit lucernae nomine Ioannem esse intelligendum, qui Christum prauiuit. Per lucernam (inquit) ipsum Domini praecursorem intellige, de quo scriptum est. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Euthymio adheret Sanctus Laurentius Iustin. serm. de S. Ioanne Baptista ita de eo scribens; Lucernam etenim sibi parauit, non ad lucem, neque ad solatium, sed testimonium, sui que aduentus praesigium, atque diuinitatis indicium. Praui (inquit Pater per prophetam) lucernam Christo meo. Nota illa verba: diuinitatis indicium. Haec enim lucerna diffuso lumine tam longe, lateque fulgurabat, ut lucem Christi Solis fulgentissimi adubrare potuisset. Inexplicabilem in orbem terrarum lucis copiam Christus apportabat, & humanis oculis primo intuitu imparere: qua de causa praemittit Sol diuinus Luciferum rutilantem, ut eo aegris mortaliu oculis usurpato assuescant homines a magna fulgurantis Luciferi, ad maximam Solis lucem sine offensione oculos dirigere: nec id satis visum; ad hoc etiam se diuinus Titan prodit nocte media, tum, ut densae tenebrae lucem immensam attererent; tum, ut tanta, ac tam diuina lux aegris oculis sine offensione aliqua possit oboriri. Subaperit id, licet obscure Tertullianus libro 5. aduersus Marcionem,

Psal. 13. n. 17. Euthy.

S. Laur. Iustin.

40

Ioannes lucerna diuinitatis index.

Tertul.

41

Christi oritur nocte, tenebras ignorantie fugatur

cap. 9. Fortasse (inquit) an & mystice factum, ut nocte Christus nasceretur, lux veritatis futurus ignorantie tenebris. Hoc est, nocte nascitur media, ut quemadmodum Sol humanus ad nostrum rediens hemispherium inde incipit tenebras attenuare: ita Sol diuinus efficiat, & radios inter nocturnam caliginem modice primo, clarius deinde fulgentes suauius nostris oculis ingereret. Hoc enim lucis artificioso temperamento magnam nobis peperit utilitatem hilaris Solis ortus. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitie.

Malach 4. n. 2.

Malach. 4. n. 2. de Christo hæc in nostram utilitatem suauiter attemperate explanat Clemens Alexandrinus exhortatoria ad Gent. Nox veteratur lucem, & propter timorem occidens cedit diei Domini, sunt omnia lux, que sopiri non potest, & occasus credidit Orienti. Credidit videlicet Orienti prius Lucifer nitidus in luce valde pulchro; credidit deinde Soli Orienti clariore iam luce fulgenti. Ad lucem namq; Solis cum tanta temperie transiuimus à luce Luciferi, ut nullius bene temperatæ mentis oculi aspectu lucis offendantur.

Clemens Alexan.

Postquam autem Lucifer extinctus disparuit, assuefactis iam mortalibus oculis excreuit augmento mirabili Solis immensum iubar, & orbis oras copleuit vniuersi. Huiusce veritatis in signe testimonium aues habes Matth. 28. ad illa verba. Vespere Sabbati, que lucefcit in prima Sabbati. Ibi n. 1. In quo loco D. Petrus Chrysologus ser. 74. hæret laboriosè; nã sub versperu sub noctem nõ So-

Matth. 28. n. 1. S. Petr. Chrysol

let splendescere, sed tenebre se tũ maximè intendunt: nec Chrysologus eluctatur dubitatione, do nec in eam sententiam sedet calamus; Vespera mater noctis parturit die, mutat ordinem, di cognoscit auctorem: radiat de nouitate mysteriũ, anhelat Creatori seruire, non tempori. Ac si diceret, mutato rerũ ordine noui Solis aduentu fugate tenebre veteres exulant, & obeunte nocte dies perpetuus inclaudit. Et rursus idẽ D. Pet. Chrysologus ser. 45. in eandẽ relapsus hæsitacione, eam iteratõ soluit his verbis. Vesper finit, non inchoat die; sed hic elementorum auctor elementorum vices mutat. Discipulis nox mutatur in die, Iudeis dies vertitur, & mutatur in nocte. Ita ille. Quod verò hoc acciderit, & nocturnas tenebras consequuta sit lux clarissima, meritõ sit Ioannis, cuius lumen modicum oculos ad immensum iubar assuefecit.

42

e tenebris lux ori-

Idem.

LAVREA IX. Ioannis lux Christi lucem preire videtur. In ea ipsa verba. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioan. 5. n. 35.

- 43. Ioannes erat lux ipse lucis.
44. Cautè monetur Orbis, illum non esse æternam lucem.
45. Ipse idem de se clamat.

V Terq; lux erat Christus, & Ioanes: de Christo ait Euãgelista. Erat lux vera. Ioã. 1. n. 9. de Ioãne itidẽ. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioann. 5. n. 35. Por-

Ioan. 1. n. 8.

Ioan. 5. n. 35.

ro

Ioan. 1. n. 9.

43

Ioannes erat lux ipse lucis.

Ioan. 1. n. 8.

44

Cautè monetur orbis, illum non esse æternam lucem.

45

Ipse idem de se clamat.

Luc. 3. n. 19. Bernar.

ro huius lucernæ luce erat ostendenda illa Christi lux. Ast, si Christus lumen est, & lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Ioã. 1. n. 9. quo pacto, ut cernatur oculis, indiget alia luce? Ut illud laudis acroama de Ioãne verissimè dictũ credas. Ioãnes erat lux ipse lucis: ut enim de Christo canit Ecclesia in hymno ferie 3. ad matutinum. Consorts Paterni luminis. Lux ipse lucis, & dies. Ita quodammodo de Ioanne dici potest. Lux ipse lucis. Quia verò multi huius lucis immenso iubare erant excæcandi, exclamat alter Ioannes, & precauens hortatur. Non erat ille lux. sed vt testimonium perhiberet de lumine. Ioã. 1. n. 8. Quasi diceret; erat quidem Ioannes Lucifer; nuntius Solis, sed non erat ipse Sol. Tantum quippè huius sideris immensa claritas excreuit, vt opus fuerit astrologo, theologovè subclamante (non erat ille lux.) Quemadmodum tanta erat Romæ olim triumphantis imperatoris gloria, vt, ne gestientis animi desiperet inani gloria, ne vè populus maiorem de illo, quam humanæ nature deberetur, imbiberet opinionem, quidam ex Senatus consulto, à tergo vocem illam ingeminaret. Memento te esse hominem. Quin etiam ipsemet Ioannes. Cogitantibus omnibus, ne forte ipse eset Christus, respondit dicēs omnibus, veniet fortior me, cuius nō sum dignus, &c. Luc. 4. n. 16. Ac si (inquit Bern. de verbis Isaie ser. 3.) manifestè dicere videatur, quid admiramini intuentes splendorem meum? nõ sum ego Sol, longè aliũ videbitis eũ.

Ergò quicumq; Ioannis lucem latissimè fulgurantem contendis emulari, arripe, queso cõ filium D. Ioannis Chrysoctomi, qui hom. 22. ad populum in hæc verba te videtur exhortari. Si nõ potes Sol fieri, fias stella dumtaxat, tantum ascende super terram incipe emulari sideribus. Ita ille. Ac si diceret. Nequis esse, aut saltem nequis videri Sol, at esto irradians Lucifer; esto velut alter Ioãnes: nec Lucifer esse audeat esto planeta: planeta esse nõ potes? at esto stellula, que scintillet amoris igne, que doctrine luce fulgeat. Eò porrò Apostolorũ mētes Christus erexerat. Vos estis lux mundi. Matt. 5. n. 14. Non prouincie, dixit, non huius, vel illius regionis, sed mundi, vt se terris attollerent, adeoq; eximia vitæ sanctitate sublimes apparerēt, vt quasi Soles mundo vniuerso lucē fenerarēt, & quemadmodum lux tenebras fudit terris, ita animis ipsi fugarent, vt enim egregiè notat D. Hilarius in eum locũ. Natura luminis est, vt lucē, quocumq; circumferatur, mittat, illataq; adibus tenebras interimat luce dominante.

Chryso.

Matt. 5. n. 14.

D Hila.

LAVREA X. Ioannes lucis æternæ amulus. In eadem verba. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioã. 5. n. 35.
46. Ioannes coram Sole Sol alter.
47. Alij in tenebris. tantum lucent.
48. Cũ eset Lucifer, Sol estimabatur.
49. Æterna lux putabatur.
50. Hæc lucẽ Christus intueri gaudet.
51. Eam honorat intucendo.

Q 9 2

Hæc

Hæc est vna e maximis S. Ioannis Baptiste excellētis, quam tamen supra varijs in locis obiter attigi, hic amplius locupletabo: talis enim S. Ioannes, ac tantus terris illuxit, vt æterni Solis æmulus æstimari potuerit. Neq; huic cogitationi suæ defunt coniecturæ: nã ad cæteros sanctos ait Christus. *Vos estis lux mundi.* Matth. 5. n. 14. de Ioanne verò Baptista ait Euāgelista. *Non erat ille lux.* Ioan. 1. n. 8. hoc est. Nequẽ Ioannes erat æterna lux: nequẽ erat ordinaria aliqua lux, sed immenso iubare adẽo longẽ, latẽquẽ fulgurabat, vt Sol esse videretur. Estq; illud insuper admirabile, quod non seorsim Sol, sed coram Sole Sol alter lucis amplitudine Ioannes appareat. Nequẽ hoc mirantur ij qui oculos aperuerint, & animaduertierint, cæteros sanctos esse quidem lucem, sed cum illa additione, mundi, hoc est, tenebrarum harum. In tenebris verò, vel minimam lucem apparere, quis nesciat? eamdemquẽ rursus, quæ micat in tenebris, ad meridianum Solem oppositã momento diffugere, ac disparere, quis ignorat? Non secus quidem ceteri Sancti in orbis huius tenebris facillẽ interlucent, ijdẽ verò positi coram Christo Sole fulgentissimo, ceu leues faculæ repentẽ ex oculis euanescent, Ex hoc ergò lucis genere esse Baptistam videtur meritissimo iure negare Euangelista, cum dicit. *Non erat ille lux.* Ioan. 1. num. 8. idest, nequẽ erat æterna lux, nequẽ lux ordinaria, quæ co-

ram Sole dispareat, sed talis potius erat lux, vt coram Sole Sol cæterorum luminum ductor, ac princeps appareret; vel saltẽ talis erat lux, quæ orbis tenebras diffunderet, quæ Solem detegeret, & vocali radio indigaret. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1. num. 29: proptereaquẽ a S. Andrea Hierosolymitano Episcopo Cretensi merito dicitur. *Astrum Solis, lucerna lucis.*
Itaque tam longẽ latẽquẽ sanctitatis radios eibrabat matutinus Lucifer, vt radiorum amplitudinẽ Sol esse videretur meridianus. Excipe Cyrilli Alexandrini verba lib. 1. in Ioan. c. 7. *Tanto* (inquit) *virtutis cumulo profulsit, vt lux ipsa à nonnullis esse crederetur.* Ita inquit Hilarius homil. 1. in eius festo. *In tantũ luce sanctitatis effulsit, vt non tã Christi nuntius putaretur esse, quã Christus.* Querit Abbas Rupertus lib. 1. cõmento 1. in Ioanẽ quorsum Euangelista tantopere laboret, & enitatur, vt persuadeat mortalibus, Ioanẽ Baptistã immortale Deum nõ esse: idcirco enim appellat hominẽ; idcirco dicit, missũ. *Fuit homo missus à Deo.* Ioã. 1. n. 6. Idcirco dicit, nõ illũ esse lucẽ, *non erat ille lux sed, vt testimoniũ perhiberet de lumine.* Ibidẽ. n. 7. *Cur,* inquit Rupert. *lux esse denegatur, nisi, quia lux idẽ, & Christus esse putabatur?* Quãobrem Card. Toletus, eò loci in eadẽ sententiã. *Magna,* inquit, *cõmendatio Ioanis ab Euāgelista insinatur, dũ dicit, nõ erat ille lux, quasi diceret, tanta fuit opinio- nis, & tantæ virtutis, vt illũ non fuisse Christum, declarare pernecessariũ vi-*

Ioan. 1. n. 29.

Andr. Creten.

S. Cyril Alexan.

S. Hilar.

48

Cũ esset Lucifer Sol affirmabatur.

Ioan. 1. n. 6. Rupert.

Toletus

49

Animaduertit Euāgelista, nõ esse lucẽ, quia æterna lux esse putabatur.

Matt. 5 n. 14.

Ioan. 1. n. 8.

46

Ioannes coram Sole Sol alter.

47

alsj in tenebris tantum lucẽ

Andre. Cretensis

Ioan. 1. n. 8.

deatur,

deatur, nõ enim negamus de aliquo, nisi qua aliqua ratione ei in esse apparent.

Lucem vix dum exortã aspectu suo Deus commendat. *Vidit Deus lucem, quod esset bona.* Genes. 1. num. 4. tantam vtiquẽ in luce cognouit esse beneficentiã, vt in ea mentis oculos defixerit, pulcherimẽ qualitatis exhilaratus aspectu; id in Ioanne est cernere. *Non erat ille lux;* verũ quidem est, quod non foret æterna lux terris diu expectatissima, sed illud etiam verissimũ, quod ita exprimeret diuinã lucem, vt putaretur ipsissima, vtq; ad illam vix dum exortam diuinus Sol ad properaret, in eaq; contemplãda tres menses moraretur; de primitiuo corporeq; lucis intuitu illud encomiũ scriptum reliquit Tertullianus lib. 2. aduersus Marc. c. 4. *Vidit lucem, quod esset bona. Quia bonam,* inquit, *ideo videns, honorans, & signans bonitatem operum dignatione aspectus.* Quid pulchrius dici posset ad commendandã huius Luciferi pulchritudinem, quam nõ natura, sed gratia delineauit, quia bonus Lucifer erat, ideo videt eum Sol, honorans, & signans bonitatem operis dignatione aspectus.

50

Hæc lucem Christus intueri gaudet

Tertull.

51

Eam honorat intiendo.

LAVREA XI.

Per Ioannem, tãquam per Luciferum primum lucis æternæ iubar ad nos intrat. Super eadem verba. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioã. 5. num. 35.

- 52. In edificijs prius de iannus, quibus lux intret, ratio ducitur.
- 53. Gratia anteueniens per Ioannem.
- 54. Lucem Deus primus dilaudat.
- 55. Lucis proprietates Ioanni aptatur.
- 56. Ioannes Lucifer Solem presentiens.
- 57. Coram Sole non disparuit.

IN subtili spiritualis mundi fabrica videtur Sol diuinus nihil cogitasse prius, quàm de aurora, quæ est Virgo parẽs, & de Lucifero, qui est Ioannes. Certẽ quidem non dubitauerim in primo huius mundi archetypo Ioannem primum, aut saltem inter primos diuinæ mentis cogitatus incidisse; propter eã rationem, quam egregiẽ perpendit D. Ambrosius Exameron lib. 1. cap. 9. *Qui,* inquit, *edificiũ aliquod digni habitaculo patris familias. Erreere desiderat, antequam fundamenta ponat, vnde lucem ei infundat, explorat: & ea prima est gratia; qua si desit, tota domus deformi horret incultu.*

Quis autem nesciat ab aurora, quis ignoret à Lucifero primam lucẽ terris infundi? Certẽ à Ioanne spirituali Lucifero primam Euangelij lucem in fideles omnes diriuari, scriptum reliquit Diuus Ambrosius lib. 1. in Lucam his verbis. *Præcurrit enim anime nostræ quodam virtus Ioannis, dum credere paramus in Christum, vt patet ad fidem anime nostræ vias.* Et Origenes apud Caten. auream in cap. 1. Lucæ. *Sacramentum,* inquit, *Ioannis vsq; nunc expletur in mundo; quicũq; enim crediturus est in Iesum, antea spiritus, & virtus Ioannis ad animam illius venit.*

D. Amb

52

Qui edificium meditatur, primum de iannus, quibus lux intret, ratio nes ducit

Idem.

53

gratia anteueniens per Ioannem.

Origen.

Hinc etiam est, quod in primo orbis molimine eternum Deus rupit silentium, non nisi lucem promens, ac proferens, laudandam postmodum; nam, ut mecum ipse confidero, à nulla re alia potius, quam à luce diuinæ gratiæ, Dei vox Ioannes ducere debuisset exordium: ut reuera duxit diuinam gratiam trahens ab utero: mira id similitudine dilineant illa D. Ambrosij verba in eum locum. *Dixit Deus fiat lux, & facta est lux.* Genes. 1. num. 3. *Vnde (inquit Ambrosius) vox Dei debuit inchoare, nisi à lumine? Vnde mundi ornatus, nisi à luce? Natura opifex lucem loquutus est; nec immerito tantum sibi predicatorem potuit inuenire; à quo iure prima laudatur; quoniam ipsa fecit, ut cetera digna sint laudibus.* Hæc Ambrosius encomiasticè de luce profert, quæ in Ioannis simul encomia singulariter cadunt. Quod si naturæ opifex lucem primum locutus est, quæ prius debuit proferre, quam lucem, ac Luciferum Ioannem, & (ut multi censent) primum sanctorum omnium legis gratiæ? vnde vox Dei Ioannes debuit inchoare, nisi à lumine Spiritus Sancti, quo afflatus in utero matris exultat? Vnde exordium debuit capere, nisi ab splendore diuinæ gratiæ, qua nondum natus abluta originali macula diuinitus illustratur? Adde, quod quemadmodum lux Deum suarum laudum habuit laudatorem, ita Ioannes suorum encomiorum Deum prædicatorem habere meruit Matth. 11. num. 11.

Et quidem merito, quando quidem tantam vterque inter

se habuit similitudinem; tantamque fuit utriusque sympathia, morumque symmetria, ut, ubi visessent, mutuo se se perferent; quod fuit in causa, ut solarem Christi lucem diuinus Lucifer Ioannes præferret adhuc in utero clausus: excipe Chryso- stomum oratione de Zachariæ silentio, & Elisabethæ exultatione. *Vir (inquit) frænatur, & mulier liberatur: Zacharias silet, & Ioannes exilit: solum enim vidit sterilis Virginem, & Solem animaduertit Lucifer* Hæc ille. Vides, ut non Zacharias, non mater, sed Ioannes primo mysterium agnoscit? & Solem Lucifer animaduertit? Utque Ecclesia significaret, Ioannem Christi esse Luciferum in officio matutino non in vespertino cani iubet, & recitari Canticum, Benedictus, ut ad idem Canticum notauit Cardinalis Hugo his verbis. *In laudibus matutinis canitur istud canticum de ortu Luciferi, scilicet Ioannis; qui præuenit Solem iustitiæ.* Ideoque ab Origene hom. 2. in diuersos pertractante illum locum. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Ioan. 1. nu. 6. *Baptista appellatur Lucifer, siue stella Christi. Non dixit (inquit) simpliciter fuit missus à Deo, sed fuit homo: ut insinuaret matutinam stellam in ortu regis calorum apparentem; & declararet Solem iustitiæ permanentem.* Si enim Solum diceretur, fuit missus, cum etiam Christus missus fuerit a Patre, nullum inde discrimen apparet inter Solem, & Luciferum; ut igitur non Sol ostenderetur, sed Lucifer Solarem lucem, &

par-

participans, & prænuntians, expressè dicitur homo ab Euangelista, ab Origene verò stella.

Illud præterea imis sensibus à lectore adnotari volo; quod fuit in hoc sidere nouum, & in hac lucerna singulare: nimirum Ioannem verum Luciferum coram sole fulgentissimo Christo non siderum more, amissa luce disparuisse; sed coram Sole ipso solarem quoque lampadē emisisse: quod vno verbo mihi videtur adnotasse Tertullianus lib. contra Iudeos cap. 9. *Ioannes (inquit) non tantum Angelus Christi vocatus est, sed, & lucerna lucens ante Christum.* Vbi vigili mentis acumine speculabere illius emphasim dicti (lucens ante Christum) hoc est enim singulare illud Ioannis encomium; quo solus coram Deo magnus apparet. Ast coram Deo, quid potest aut esse, aut videri magnum? nonne illud est verissimum. *Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo.* Isai. 40. num. 17. ita planè est, si de alijs sermo sit, at Ioannes in omnibus habetur singularis. Quapropter Sanctus Petrus Damianus ferm. de S. Ioanne apud Surium tom. 3. in eius natiuitate, cum Ioannis singulares prerogatiuas adnotasset, ita concludit. *Vide si non hæc omnia ita singulariter sunt huic singularia, ut nulus mortalium predictis dignitatibus audeat inhiare.* Ita ille.

LAVREA XII.

Indagantur causæ, ob quas in

peruigilio Sancti Ioannis Baptiste acceduntur ignes nocturni?

58. *Apud Sebastem concremantur ossa S. Ioannis. Indeputantur orta incendia.*
 59. *Causa incendiorum in peruigilio S. Ioannis. Exprobrata Neroni crudelitas in Christianos.*
 60. *Christiani in eos appellabantur, quia impios auersabantur Deos. Mendacia in Christianos excogitata.*
 61. *Primitia Romanorum Martyrum.*
 62. *Coniectura incendiendi ignes in peruigilio S. Ioannis.*
 63. *Fiunt incendia, quia fuit lucerna ardens & lucens.*
 64. *Dum Christus baptizatur, ignis in Iordane accenditur.*
 65. *Ioannes, & Elias asserunt, ut facies.*
 66. *Ioannes lux fugans tenebras metuum.*
 67. *Christo sub noctem venienti faciem prætulit Ioannes.*
 68. *Orbem, ut magnus Princeps, ingreditur.*

Consuetudo hæc in tota viget Europa; in Africa, & in Asia comitatur ubique Christianos: vnde verò ceperit exordium, non ita clarum, ac perspicuum est: consului hæc de re viros doctos, ac literatos: sunt, quia autumant, à temporibus Iuliani eam fuisse inductam consuetudinem. Nam cum Ethnici apud Sebastem Palæstine urbem Sancti Ioannis Baptiste ossa ef-

58

Apud Sebastem concremantur ossa S. Ioannis.

Q94

fractio,

Ruffin. Baronij

Theod.

Unde putantur orta incendia.

Ioannes Echius.

Durantj

59

Secunda causa incendijs in perugilio S. Ioannis.

Cornel. Tacitus

fracto, ac diruto tumulo concremanerint, vt legitur apud Ruffinum lib. 11. histor. Eccles. cap. 28 & apud Baronium tom. 4. annal. anno Christi 362. fol. 63. & apud Theodoretum histor. lib. 3. c. 6. Christiani earum reliquiarum memoriam, quam barbaræ gentes prorsus delere volebāt, refricare quotannis, & altius animis infingere multifaria eius incendij repræsentatione voluerunt. Et hæc esto prima causa ignium nocturnorum, quam etiam reddit Ioannes Echius tom. 3. homil. 6. de Sancto Ioanne his verbis. *Inde putant nonnulli consuetudinem ortam in ijs ferijs Sancti Ioannis succendi vndiq; ignes; quod idololatra offa illius concremarint.* Eodē redit id, quod scribit Durantus in Rationali lib. 7. cap. 14. num. 12. (præterquam, quod iniungit in memoriam diuinorum Præcursoris ossium tumultuaria animantium offa igne cremari solita) *Est, inquit, alia ratio, quare offa animalium comburuntur, videlicet in memoriam, quod offa Ioannis Baptista à gentibus in civitate Sebaste combusta fuerunt.*

Secunda causa deriuari, ac deduci potest ex ijs Christianorum aceruis, quos falso accusatos de vrbs incendio apud Nerone, Nero per summum scelus tradi igni, ac concremari iussit in varijs vrbs locis in perugilio Sancti Ioannis Baptistæ in eunte nocte: quam immanitatem meminerunt etiam gentiles historici. Certè Cornelius Tacitus lib. 15. Annal. rei veritate coactus falsas Neronis in Christianos calumnias in ipsum retor-

quet, quod etiam Dio in Nerone, & in eodem Suetonius c. 38. & alij ingenuè profitentur; quin etiam Sabinus Flavius id palā exprobrare Neroni non timuit, vt idem Tacitus scribit teste Baronio in Martyrologij annotationibus octauo Calend. Iulij de hac ipsa vrbs conflagratione, & Christianorum afflictione extat Epistola Senecæ ad Paulum, de cuius fide latè differit Cardinalis Baronius tomo 1. anno Christi 56. à fol. 604. Porro Neronis immanis sæuitia aduersus Christianos describitur a Cornelio Tacito citato lib. 15. Annal. in hæc verba. *Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & questissimis penis affecit, quos per flagitia inuisos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat, repressaq; in præsens exitiabilis superstitio rursus erūpebat, non modo per Iudaam originē eius mali, sed per urbem etiam: quod cuncta vndiq; atrocita, aut pudenda confluunt, celebranturq;. Igitur primo correpti, qui fatebantur: deinde indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendij, quam odio humani generis conuicti sunt; & percussibus addita ludibria, vt ferarum tergis contacti, laniatu carum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam di, atq; ubi defecisset dies in usum nocturni luminis vrentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu auriga permixtus plebi, vel circulo insistens: vnde quamquam aduersus fontes, & nouissima exempla meritis miseratio oriebatur: tamquam non utilitate pu-*

blica,

Dio. Sueton.

Sabinus Flavius

exprobrata Neroni crudelitas in Christianos.

Seneca Baronij.

60

Christiani impij appellantur, eo quod impios Deos auersantur.

Baron.

Tacitus

in Christianos e cogitata.

Baron.

blica, sed in sanctiam vnus absumeretur. Hæc Tacitus. In cuius verbis aliqua non oscitanter aduertenda: primum, quod dum Christianos memorat ob flagitia fuisse inuisos, id acciderit, quod Deos constatissimè detestaretur, eoq; nomine impij crederentur: vel quod multi essent heretici vitijs omnibus implicati, qui cū Christiani nominarentur, Christianis ipsis non leuem infamiæ notam inurebant; adde quod quæcumque conficta forent de Iudæis ab Apione, vel alijs, ea omnia in Christianos, quod ex Iudæis originem ducerent, iniuriosissimè redundabant. Secundum diligentè adnotandum est, dum dicit ipse Tacitus, Christianorum aliquos crimen esse confessos, atque alios ab his esse delatos; id fictitium esse commentum, qualia fingere, & commentari solebat Nero in eos, quos de medio tollere parabat: consule Baroniū tom. 1. Annal. anno Christi 66. fol. 503. s. *Quod olim.* Tertium, quod dū Tacitus fontes Christianos, & extrema supplicia meritis appellat, odium publicat, quo flagrabat in Christianos, quo liber omnino esse debet omnis historiographus, nūcum intelligeret eius incendij authorem Neronem ipsum extitisse, vt rectè probat, proximè citatus Cardinalis Baronius, & Tacitus ipse non semel innuit: per summam tamen calumniā Christianos fontes appellat.

Ceterum, hæc tam dira incensio (ait citatus Baronius in annotationibus Martyrologij) *capta est*

decimo quarto Calend. Sextilis, sexq; diebus durauit, Bisso, ac Frugi consulibus, qui annus à recentioribus numeratur à Christo Domino sexagesimus quintus: contigitq; horum martyrorum triennio ante passionem Apostolorum, meritoq; primitia nobiles Romanorum martyrum scè dicuntur. Ergo vt rem, cuius causa superiora memorauimus, conficiam, & concludam, velim, vt hæc vltima Baronij verba imis sensibus, ac medullis reponas. *Merito primitia nobiles Romanorum martyrum esse dicuntur.* Vellem iterum, vt verba illa Taciti recorderis. *Atq; ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis vrentur.* Ligatis enim Sanctissimorum martyrum manipulis, & in medios ignes iniectis Romanæ viæ longè latèquè relucebant ad eò, vt fuis nocturnis tenebris dies alter ante noctem videretur incepsisse. Cū verò hæc acciderent in perugilio Sancti Ioannis Baptistæ, de quo etiam dicitur. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Ioan. 5. num. 35. Haud improbabiler conijcere possumus, tum propter Sanctum Ioannem Baptistam, qui orbem partim illuminarat, partim erat illuminaturus, tum propter nobiles eas Romanorum martyrum primitias, qui fortiter obeundo obscuram noctem cum clarissimo die commutarunt, solitos exinde fuisse Christianos annis consequentibus eam noctem publicis ignibus vniuerso terrarum orbe concelebrare. Quod si secunda ratio ex duabus causis conglobata non arrideat: arrideat hæc tertia constans ex earum vna sim-

61

Primitia Romanorum martyrum.

Ioan. 5. n 35.

62

Verosimilis coniectura principij incendijs in perugilio S. Ioannis.

Tertia causa.

plici,

Ioan 5. n. 35. Darat.

plici. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioan. 5. num. 35. Hæc placuit Duranto lib. 7. cap. 14. num. 12. ubi ita loquitur. Ferunt quoque faces ardentes, & sunt ignes, qui significant Sanctum Ioannem, qui fuit lumen, & lucerna ardens, & procedens, & precursor verae lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Erat ergo Ioannes precursor verae lucis longè latèque radios in totum terrarum orbem prorudentis: eius, qui dicebat.

63

Inflammarunt in cornu die, eo quod fuit lucerna ardens, et lucens.

Luc. 12. n. 35.

Sint lumbrici vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Luc. 12. num. 35. quas lucernas interpretatur Tertullianus l. 4. contra Marcionem. cap. 29. mentes fidei splendoribus illuminatas, & operum iubare translucens. Lucerna (inquit ille) ardentes, id est mentes à fide accensas, & operibus veritatis relucentes.

Tertul.

Quarta causa.

Quarta causa incendiorum, in peruvigilio Sancti Ioannis, hæc est. Voluerunt veteres Christiani, quotannis refricare memoriam magni mysterij, quod acciderat in Iordane, Ioanne baptizante, & Christo, ad eius baptismum accedente: tunc enim Spiritus Sanctus descendit in Iordanem ignis specie aquam deuorantis: & vndas depascentis, ut testis est locuples S. Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, cuius hæc sunt de Christo verba. Alimentis omnibus utens, & ad annos, plus minus, triginta durans: quoad usque Ioannes aduentus eius præcepit, & baptismi verba præiens, sicut antea ostendi, processit. At tunc Iesu ad Iordanem fluvium adueniente, ubi Ioannes baptizabat: cum Iesus in vndam

S. Iustin

64

de Christo baptizatur, ignis in Iordane accenditur.

descendisset, & ignis in Iordane accensus est. Ecce insolens, & inauditum terris miraculum. (quas. Vnda dedit flammam, & dedit ignem a-

Quia verò veteres Christiani, hæc duo Elementa semet naturaliter verè tunc temporis mutuis amplexibus vnita, simul representare non poterant, ea saltem abiuncta representant hac nocte, noctis parte flammam incendendo, parte se aquis abluendo.

Quinta ratio est, quia Ioannes erat alter Elias, quod, vel ipse Christus non diffitetur; ait enim. Dico autem vobis, quia Elias iam venit. Matth. 17. num. 12. & sicut Elias ardebat, ut ignis, iuxta illud. Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Eccli. 48. num. 1. ita Ioannes. Erat lucerna ardens, & lucens: Hoc, ut significaret Ecclesia, in eius diei nocte anteunte faces, & ignes attollit.

Quinta causa.

Matt. 17. n. 12.

Eccli. 48. n. 1.

65

Ioannes, et Elias arserunt, ut faces.

Sexta causa.

66

Ioannes lux fugas tenebras mentium

Luc. 1. c. 79. Ambros.

Sexta causa hæc est. Ioannes erat Lucifer, qui diem adesse nuntiabat, noctem abscedere: id est ut Ecclesia significet, in eius diei peruvigilio accendit ignes sub noctem, indicans adesse Ioannem, qui est lux fugans tenebras errorum gentium. Quo sensu cecinit eius pater Zacharias diuino spiritu afflatus. Illuminare ijs, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. 1. num. 79. Vnde Diuus Ambrosius sermone 20. de Sanctis. Ille, inquit, erat lucerna ardens, & lucens; id est Spiritus Sancti igne succensus, ut mundo ignorantia nocte possessa lumen salutis ostenderet.

Septi-

Septima causa.

Septima causa esto. Representat Ecclesia munus, quo functus fuit Sanctus Ioannes Baptista. Nam adueniente rege Christo, ut cum Ecclesia celebraret cælestes nuptias, Ioannes præiuit lucernarius faciem præferens, & hoc Ecclesia monstrat his flammis nocturnis: quia nuptiæ celebrari solebant nocte, quod alludit Dominus, cum nos exluscitans. Sint (inquit) lumbrici vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Luc. 12. n. 35.

67

Christo sub nocte venienti faciem Ioannes præfert.

Luc. 12. n. 35.

Octava causa.

68

Orbe, ut magnus princeps Ioannes ingreditur.

Nona causa.

Roa.

Octava causa est huiusmodi. Cum urbem aliquam principes denuò ingrediuntur, sub noctem accenduntur lucernæ argumento lætitiæ: ingreditur Orbem Ioannes tãquam magnus princeps; in tanti principis aduentu interlucentibus flammarum globis pfallit orbis præ lætitia.

Nona, & vltima causa hæc est. Lucerna erat vitæ symbolum: ut videre est apud Roam lib. 2. singular. cap. 20. Ioannes lucerna ardens, & lucens erat symbolum verae vitæ; scilicet Christi proximè post aduenientis. Huius ergo lucernæ lumen indicat Ecclesia tot accensis sub noctem pyris. Sed heu inter has veræ, ac sincere lætitiæ causas, inter hæc, & mille alia, quæ hic intercurrunt argumenta pietatis, ac religionis: inter ominata, ac tæter felicia huius diei, ac noctis gaudia, vesana, ac profana alia gaudia mundus aucupatur, quod iure meritisimo dolet Carthusianus tom. de Sanctis ferm. 3. de S. Ioa.

ne his verbis. Heu quanta est peruersitas nostra: quanta est abusus huius seculi nequam? Nam omnia peruertitur: & in festo isto, quo omne carnale gaudium specialiter est spernendum: & spirituali iucunditate in sanctis operibus insistendum, miserrimi homines magis, & præsolito ad carnales consolationes, vanitates, insaniæque, conuertuntur: conuiujs, potationibus, loquacitatibus, iocis, risibus, & choreis vacantes: nec ad ista sufficit eis dies tã longa: imò nocte quoque magna ex parte damnabiliter consumunt in istis. Sic omiserunt & peruersi beatissimum omnium Christianorum patronum honoratis?

Moyse dedit Deus in mandatis, ut Sabbatum religiosè coleretur, hoc est, ut ea die vacaret religionis operibus. Memento, ut dicam Sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Domini tui est. Leuit. 20. num. 8. hic videlicet dies, & reliqui omnes Deo sacri totum animæ, ac Deo hominè vendicant: ut a caducis nimirum rebus se auocent ijs diebus, & omnes animæ vires transferant ad æterna. Notat Oleaster vim illorum verborum. Memento, ut die Sabbati sanctifices. Non dicit, inquit, ut in eo gaudeas, tripudies, aut tibi vaces: sed ut sanctifices: multi sunt, qui memorantur, ut ludant, comedant, & bibant cateris diebus licentiosius. Eadem idemmet Oleaster inculcat doctrinam ad illa verba. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus, omne opus seruile nõ facietis in eo. Leuit. 23. num. 36. & iterum. Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus. Ibidem.

Leu. 20. n. 8.

Oleaster.

Dies festi ad quid instituti.

Leu. 23. n. 36.

Ex

Ex hebraico fonte. Solemnitas erit Domino. Quare festum, ac Deo sacrum diem solennitatem Domini appellant? respondeat idē author in hunc locum. Curanda tunc maxime sunt, qua sunt Domini, non sunt nostra solennitates, & festa, neq; commodis nostris, aut iucunditatibus vacandum. Solet namque diabolus inter hasce iucunditates parare insidias, & dum pace fruimur, cruenta bella suscitare. Quemadmodum Bacchides iter adornat aduersus Machabeos die solenni, qua illi studebant recreationibus, vacabant otio. Et cognouit Bacchides, & die Sabbatorum venit ipse, & omnis exercitus eius. 1. Mach. 9. nu. 34. notat Hugo Cardinalis cum paratissimo exercitu tunc venisse, cum in otio essent. Nam in festis diabolus magis infestat. Ideo Dominus magis praedicabat in Sabbatis.

Enim verò diabolus, dum Dei memoriam ab hominum cordibus aufert, omnem simul festorum dierum sanctitatem studet extinguere, isto fadere, & in otio cum deprauatis hominibus consilio. Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Psalm. 83. num. 8. hebraicè verò legitur. Comburemus omnes dies festos Dei à terra. Vult enim Diabolus mutare festa festis, solennitatesq; solennitatibus: solennitates Dei solennitatibus suis: vt nimirum Dei solennitatibus extinctis, solennitates diabolicæ reuiuiscant, & renouentur in terris. Nota dictos esse à Dauide, dies festos Dei, quales dies illi, sine tempora illa, de quibus ipse Deus ait. Obla-

tionem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua. Num. 28. num. 2. Alij apud Origenem homil. 23. in Num. ita legunt. Munera mea, vota mea, hostias meas in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis. Vnde Origenes ibi homil. 23. Habet ergo Deus dies festos suos? Habet. Est enim ei magna festiuitas humana salus. Vnde Augustinus quæst. 98. noui test. Explicans illa verba Christi Domini. Ego non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus non dum impletum est. Ioan. 7. num. 8. Non ascendit ad diem festum: is illi fuit dies festus, quo passionis sue redemit mundum. Hic dies festus eius, in quo vicit mortē. Ita ille. Vt ergo Deus suos festos habet dies, eos nimirum, quibus diuinis rebus studemus; ita diabolus habere desiderat, ac numerat eos, quibus rebus prophanis vacamus. Expende id quod accidit Ioseph in Ægypto feruitutē seruienti. Accidit quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiā absq; arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret, dormi mecum. Genes. 39. num. 11. speculatus fuit diabolus occasione, qua nullus adesset, vt ex alieno deprauatæ mulieris peccato festiue exultaret: vnde Diuus Basilus Seleucus orat. 8. Mulieris (inquit) insidias adiuuans diabolus solitudinem hominum per demonis festiuitatem inuexit. Nota ea verba. Per demonis festiuitatem. Ijs namq; diebus festiue diabolus tripudiat, quibus homines sceleratis voluptatibus indulgent. Quapropter apud Isaiam Hebræorū Deus

Festiuitas Dei salus nostra.

Ioan. 7. n. 8.

Gen. 39. n. 11.

Festiuitas Diaboli peccatum.

festiuita-

1. Mach. 9. n. 34.

Psal. 73. n. 8.

Diabolus Dei festiuitates extinguit, suas inuehit.

festiuitates ipsorū magis impietatibus, quā Dei ipsius obsequijs dicatas, non suas Deus, sed ipsorum Hebræorū celebritates appellat. Iniqui sunt catus vestri, calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Isai. 1. n. 14. Quare autē solennitates vestras, non meas dicat, explicat Tertullianus lib. 2. cōtra Marci. c. 22. his verbis. Vestra dicendo, que secundū libidinē suā, non secundū religionē Dei celebrat, sua iā, non Dei fecerāt. Itaq; Dei festiui dies ij sunt, quibus Dei cultui, obsequio, ieiunio, religioso cuilibet exercitio ritē, sactē, ac citra scelus occupamur; cōtra verò ij sunt festi dies diaboli, quibus (quāuis Deo sint sacri) ludis, cōiuijs, potationibus, alijsque multis corporis voluptatibus operā damus, quæ sine criminibus plurūque nō sūt. Hinc est, quod D. Bernar. de triplici Domini aduentu ser. 3. lamentatur nimiam ciborū, vestiū, & aliarum corporearū voluptatū in Christi natalitia festiuitate licentiā. Et quod, inquit, dānabilius est, ipsa quoq; inestimabilis huius dignationis memoria datur in occasione carnis: vt videaseos tāta sollicitudine diebus istis vestiū gloriam, ciborū apparare delicias, ac si hac & huiusmodi querat in natiuitate sua Christi, & ibi suscipiatur dignius, vbi hæc accuratius exhibeatur. Hoc ipsum, & in natiuitate Iohannis lamētari possumus, quod ex parte facit D. Bernar. ser. in natiuitate S. Iohannis. Multi, inquit, in natiuitate eius gaudent: & pagamis ipsis (vt audiui) læta est, & solēnis. Illi celebrāt, quod ignorant: sed non ita debuerant

Isai. 1. n. 14.

D. Bern.

Idem.

Christiani. Nūc vero & ipsi in hac beati Iohannis Baptiste natiuitate gaudent: sed vniā de natiuitate, nō de vniuitate

LAVREA XIII.

Ioānes quasi fatalis stella Christi: ad eadē verba. Ille erat lucerna ardēs, & lucēs Ioā. 5. n. 35.

- 69. Error Priscillianistarum.
- 70. Ioannes Christi stella. Stella Christo nascente non fuit illius factum.
- 71. Ioannes stella Christum attrahēs. Sæpe ad Ioannē Christus veniebat.
- 72. Etiam post illius mortem eō Christus veniebat.
- 73. Ioannes heliotropio similis. Heliotropij in Solē inflexio, miraculū. Exultatio in vtero miraculum.

Hic Lucifer ad se Solē; hæc Christo prius exorta stella eū illicio amoris attrahebat ad se se. Priscillianistæ, vt erant astrologie erroribus dediti, æquo plus stellis tribuentes, docebant vnumquemq; hominum sub constitutionibus stellarū nasci fato inenitabili; quod ex eo cōfirmabāt, quod in Christi natiuitate apparuisset stella, quā ipsius Christi stellā, ac fatū esse, dicebāt, * sed hæc pro ludibrio habēda: illa pro mysterio. Ioānes, vt Lucifer Solis, vtq; lucerna veri luminis extitit, ita Christi ipsius felix, ac fausta stella fuit, vt ante nos adnotauit Origenes homil. 2. in diuersos ad illa verba. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Ioan. 1. nu. 6. Non dixit simpliciter (inquit Origenes) fuit Missus à Deo, sed fuit homo, vt insinuaret natiuitatem stellam in ortu Regis calorum

69

Error Priscillianistarum

* De qui 69 videas D. Greg. hom. 10. in Enāg.

70

Ioannes Christi stella.

Origen. Ioan. 1. n. 6.

Rr

apparen-

Grego. Mago.

apparentem. Notandum verò erit, cū D. Gregorio Magno hom. 10. in Euangelia, illā Magorum stel- lam nō Christi fatum fuisse, sed Christū potiùs illi fuisse pro fa- to: quod ex illis verbis probat S. Doctor. Vsq; dum veniens staret su- pra, ubi erat puer. Matt. 2. n. 9. Dum (inquit) non puer ad stellā, sed stella ad puerū cucurrit, si dici liceat, nō stel- la fatum pueri, sed fatū stellæ is, qui ap- paruit, puer fuit. Quibus verbis cē- set D. Gregor. stellā fatalē fuisse appellandā respectu Christi, si il- lū ad se se traxisset, cū verò non Christū stella, sed stellā Christus attrahat, Christus potiùs illius stellæ fatale sidus erit appellan- dus: de qua re videndus etiam D. Petrus Chrysologus ser. 156.

Matth. 2. n. 9.

Stella in
brachio
appari-
tione
non
est
stella
nova.

Chrysol

71

Ioannes stel-
la Chris-
ti ipsum
attrahens

Sape ad
Ios nō
Christus
veniebat

Ioan. 1.
n. 29.

Ibi n. 35

Hinc iā clarius apparet, & al- tius affurgit eximiū Ioānis enco miū, quem ideo proxmè citat9 Origenes matutinā Christi stellā appellavit, quia stella illa, ille Lu fer arcano benevolentiae, & amo ris illicio Christū ad se se sepissi- mē attraxit: quis nō miretur, nec dū Ioannes natus erat, & iā ad se Christū attrahebat: in solitudine, & prope Iordanē habitabat, & ad illū Christus voluptuosē venie- bat, vt ex Sophronio, & Abulēfi retulimus Curru 4. Laurea 55. postea tandē cū iam baptizaret, ad illū Christus semel, & iterum properabat: semel, vbi dicitur. Al- tera die vidit Ioannes Iesum veniēte ad se. Ioā. 1. n. 29. iterū, vbi scribi- tur. Altera die iterū stabat Ioānes, & ex discipulis eius duo, & respiciens Ie- sum ambulante dicit: ecce Agnus Dei. Ibi n. 35. O stellæ vim occultā. O Luciferi potentiam inenarrabi-

lē! Meritò D. Pet. Damian. serm. de Baptista, cum de Christo ser- monē faceret. Relicta (inquit) ho- minū vniuersitate Ioannē querit, Ioā- nem desiderat, ad Ioannem vadit.

D. Pet. Damia.

Ex hac intima Christi cum Ioanne amicitia magnā euoluo difficultatē, quā pertracto tom. 1. in Matthæum c. 3. super ea ver- ba. Tunc venit Iesus à Galilea in Ior- danem ad Ioannem. Ibi n. 13. à Ioan- ne baptismum recepit, postea cæ- pit palam conciones pariter, ac signa facere, si bene ac ritē augu- rāt viri ingenio, & doctrina pre- stantes: sed ecce velut é latebris, ac tenebris occulta prodit, & acu- ta dubitatio: nā Christus primū signum fecit in nuptijs Cana Ga- lilæe Ioā. 2. n. 11. quid ergò inte- grū annū (annus porrò intercur- rit à baptismo ad eas nuptias) Christus egit: magnā anni partē, non dū promulgatis cōcionibus, ac miraculis, familiarissimē egit cū Ioanne: probatū testem adhi- beo Caietanū Ioan. 1. Rationi, in- quit, consentaneū est, vt annū, qui in- ter baptismum, & nuptias intercessit, exegerit Christus docendo priuatim, & conuersando sepe cū Ioāne, vt frequens de ipso testimoniū redderet. Quin etiā post mortē Ioannis ad ea lo- ca veniebat Christus in quibus Ioānes habitauerat, vt acerbissi- mā Iudæorū inuidiā, odiāq; mo- lestissima amici pia recordatione leniret, quod patet ex eo loco. Quærebant ergò eū apprehendere; & exiuit de manibus eorū. Et abiit trans Iordanē in eū locū vbi erat Ioānes bap- tizans primū, & mansit illic. Ioā. 10. n. 40. illic scilicet, vbi Ioānes ami- cus diu fuerat, non alibi sedem

Ioan. 1.
n. 11.

72

Etiā post
mortē Ioā-
nis, eū
Christus
veniebat.

Ioā. 10.
n. 40.

figit

figit, vt inter alte defixa, ac relic- ta ibi sanctitatis vestigia laxaret paulisper animum, quem scele- rata pharisæorum vita continuè cruciabat.

Cyrill.
Alexad

73

Ioānes in
sequendo
oculis
Christo si-
milis he-
liotropio.

Plinius.

Heliotro-
pium in So-
lem inste-
xio mira-
culum.

August.

exultatio
in vtero
miracu-
lorum.

Nec Christus tantum à Ioā- ne singulariter attrahebatur, sed Ioannes vicissim rapiebat ad Christū. Mirum est, quanta Ioā- ni insit cū Heliotropio similitu- do, quā mente fuerat affectus S. Cyrillus Alexandrinus, cū in cap. 2. Ioannis, Ioannem Baptista cōparat Heliotropio: Quēadmo- dū enim hæc herba attracta Solis occulta vi siue sereno, siue nubi- lo cælo solarē planetā semper af- pectat; Ita Ioannes Christū cōti- nuè intuetur, agnoscit, admira- tur. Heliotropij inflexiones va- rias ad Solē miraculū Plinius ap- pellat lib. 22. c. 21. his verbis. He- liotropij miraculū sapius diximus cum Sole se circūagentis, etiā nubi- lo die: tā- tus sideris amor est. Non secus, tā- tus Ioāni diuini Solis amor ine- rat; vt eū siue clarius micantē, si- ue subobscurius apparentē nun- quā non respiceret. Idcirco enim Euangelista proximè ante cita- tus notat intuitū eius in Christū cū dicit. Vidit Ioannes Iesum veniē- tē & respiciens Iesum ambulante dicit. Quod ad eō verū est, vt etiam in vtero Virginis latentē cerneret: tantus sideris amor erat. Quare August. huius diuini Heliotropij flexus ad Solē Christū miraculis as- similat: tom. enim 2. epif. 57. de presentia Dei ad Dardanum ita scribit. Exultatio beati Ioannis Bap- tistæ, & tāquam matri Domini reddita salutatio, sicut Solent miracula fieri, fa- cta est diuinitus in infante, & nō hu-

manitus abinsente. Nec heliotropiu- fudo solū, ac sereno die Solē res- picit, sed, vt dixit Plinius. Etiā nu- bilo die, quod in Ioanne, heliotro- pio mirabiliore: S. Laurētius Iu- stinianus videtur adnotasse ser- de natiu. Ioannis his verbis. Gran- de profusus hoc extitit diuinae misera- tionis iudiciū: vt infans ventris con- trictus ergastulo suam agnosceret re- dēptorem: solemq; videret in nubi- lo. Hæc mihi de lucerna ardente, ac lucentē in mentē venerunt scri- benda: antequā ad aliud, progre- diar gestit calamus vltimo adno- tare, lucernā alterā Deum consti- tuisse in Ecclesia triūphante, alte- rā in militante, in illa Christū, in hac Ioannē: de illa dicitur. Lucer- na eius est agnus. Apoc. 21. n. 23. de hac Ioā. 5. n. 35. ille erat lucerna ar- dens, & lucens.

S. Laur.

Apo. 21
n. 23.
Ioan. 5,
n. 35.

IOANNES QUI
dem signum fecit nullis
Ioā. 10. n. 11.

LAVREA XIII.

Miracula non edidisse Ioannē, ipsius laudi vertitur. In ea verba. Ioannes signum fecit nullum.

- 74. Quo sensu dicitur Ioannem nullū fecisse signum.
- 75. In eius natiuitate multa mira- cula.
- 76. Magnum miraculum sine miracu- lis estimari Messiam.
- 77. Miracula diuinitatis indicium.
- 78. Iudæi à Christo miracula exige- bant.

Rt 2

bunt,

bant & ascisciebāt Ioannē sine illis
 79. Eius vita sine miraculis admirabilis.
 80. Si signa ederet, ab eo sequendo nō desisterent Iudei.
 81. Miracula vel nolentes trahunt.
 82. Qualis Ioannis sanctitas, cū sine miraculis crederetur Messias.

NOtandū est in primis, antequā ad rē veniamus titulo pollicitā, quid hęc verba significēt. Ioannes quidē signū fecit nullū. Dicendū igitur erit, non quidē absolute significare, nullū omnino fecisse signū, sed nullū fecisse publicum, ijsq; simile, qualia Christus patrabat: quod egregiē, vt affolet, explicat D. Augustinus in Ioannē tract. 48. his verbis. Nullū, inquit, miraculū ostendit Ioannes: non demonia fugauit, nō expulit f. brē: nō cecos illuminauit: nō mortuos suscitauit: non tot millia hominū de quinq; , vel septē panibus pauit: nō supra mare ambulauit, nō uentis, & fluctibus imperauit: nihil horū fecit Ioannes. Nota hęc vltima verba (nihil horū fecit Ioannes) hoc est nullū horū ita publice patravit, vt Christus; nullū edidit in ætate integra, vulgata iā fama; ac si diceret Augustinus, in natiuitate quidē miracula magna fecit, dū vocem patri restituit; dū patrē, ac matrē fecit prophetas dūq; alia mirabilia edidit: quare. Antipater Orat. de S. Ioāne, & silentio Zacharię. Talia, inquit, sunt mysteria huius celeritatis, que si velim predicare, innemiar obrui profūdo miraculorū. Potuit & alia multa in Iordane, & in similitudine procul oculis hominum operari, que nescirentur: & ideo cō Ioānes Euangelista refert tan-

tū, id quod vulgares homines inter se loquebātur: nullū scilicet fecisse signū publicū, & manifestū, vt Augustinus indicat; vel nullum fecit signū in Hierusalē, vt eo loco declarat Author Glossę Ord. Sed enim demus bonis auib9, Ioānē nullū fecisse signū; neq; enim mordic9 hęc partē tuemur.

Porro ex hoc ipso, quod nullū signū fecerit, eius virtus, ac sanctitas fit spectatissima: quod vt aperiam. Subiocio lectoris oculis graue Augustini argumentū to. 4. lib. 21. c. 5. cōtra eos, qui difficulter assentiebāt, Apostolos predicationē suā miraculis confirmasse. Si Apostolis Christi, inquit, vt eis crederetur, miracula facta esse non credunt, hoc nobis vnū grande miraculū sufficit, quod terrarū orbis sine vllis miraculis credidit. Eodēq; vtitur argumento Abulēsis in c. 10. Matth. q. 21. Si nullū, inquit, miraculū præcessit, hoc fuit maximū omnium miraculorum, quod totus orbis huic doctrinæ aliquando noue & difficili, nullo miraculo viso sponte colla subijceret. Nos possumus philosophari pro miraculis Baptistę in hęc formā. Hoc vnum grande miraculum, quod Hebreorū populus sine vllis miraculis credidit, illū esse Messia. Miracula (ait Gregori9 lib. 27. in Iob. c. 8.) sunt in defectū probationis, & sunt auxilium rationis humane. Vt assētiat alicui veritati, suppleatq; argumentorū defectū, sunt enim velut sigillū Dei. Vt enim sigillū regis regiā, ita miraculū diuinam præfert auctoritatē, qua Christus se Deū esse terris manifestabat: hac illū Pater Ætern9 declarauerat: iuxta illud. Hęc Pater signauit Deus. Ioā. 6. n.

August.

76

magnū miraculū Baptista, sine miraculis assumptum.

Abulē.

D Greg

77

miracula propriam diuinitatis indicium.

27. Græ-

Theop.

Ordin.

Ioan. 3 n. 2.

Ambro.

78

Iudai a Christo miracula exigebāt, Ioannē sine miraculis asciscerant

Toletus

27. Græce verbum est *σφραγιζω*, quod significat sigillo notare, hunc ergo Pater signis, vel sigillis, hoc est stupendis miraculis nobilitauit, quare Theophylactus adhuc locū. Quem Pater (inquit) ob signauit Deus, hoc est ostendit, & confirmauit, quod sit filius suus, & ipse quidem Christus ostendit se per miracula. Neq; enim alius erat modus ostendendi se potentior, & efficacior, sed hic omnino proprius, ac natiuus diuinitatis index, vnde Glossę Author Ordinarie. Hunc (inquit) Pater quasi proprio signo à ceteris discreuit. Porro hęc signa diuinitatis, hęc omnipotentię sigilla agnoscens Nicodemus ingenuè fatebatur. Rabbi scimus, quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hęc signa facere, que tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Ioan. 3. nu. 2. Vnde sicut notauit Ambrosius in c. 7. Lucę, sepe Christus vtiebatur miraculis, vt irrefragabilibus argumētis, Iudeiq; miracula exigebāt à Christo, vt illū Messia esse crederēt. Ostende nobis signū, quare hoc facis. Ioā. 2. n. 19. hinc iā lectoris meus assurgat, & quanta fit apud Hebręos Ioānis auctoritas, & nomē admiretur, quem etiā miraculis destitutū in Messiam cooptare certabant: cūq; à Christo miracula depoposcerint, vt eius doctrinæ probarēt auctoritatē; de magna tamen Baptistę opinione, nec latū vnguē recedebāt. Et propter hęc causā, vt scitè expedit Card. Tolet9 in Luc. c. 1. annot. 21. magnus renūtiatur ab angelo Luc. 1. eodē n. Hęc, inquit Tolet. magnitudo in Ioāne inuenitur, & quidē miris, quia ad hanc

magnitudinē peruenit sine miraculis, que nullafecit, sed vite sanctitate, & splendore, quod fieri nō potest, nisi eius viuendi ratio præstantissima, planeque admirabilis omnibus visa esset. Sanè Baptista tale fuit miraculū, vt de illo etiā sine miraculis, nimio plus crederent. Testimonium fert Herodes. Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis; & ideo virtutes operantur in eo. Matth. 14. n. 2. Vbi Hugo Cardinalis. Hęc alienigena, surrexisse dicit, quāuis nullū miraculū corā eo fecisse legatur. Iudei verò qui Iesū tot miraculis confutare viderunt, resurrexisse negauerūt. Vnde si illi miracula in superaccessissent, planè Baptistę idololatra mūdus foret vniuersus. In quā sententiā ita scribit Salmeron to. 2. in Euangelicā historiam trac. 22. ad illa verba. Non erat ille lux sed vt testimoniū perhiberet de lumine. His (inquit) verbis insinatur eximia Ioānis vitę sanctimonia, atque magna eius doctrinæ vis: ita sine signis, atq; prodigijs persuadētis, & trahētis ad se Iudeos vsq; ad eos signorū audos: vt enim dicitur Ioānis 10. Ioānes nullū signū fecit, nā si signa edidisset, magis de Christo dubitasset: & maiorē procul dubio refutā di Iesum, & Ioannē in Messia accipiēdi, habuissent occasionem Iudai. Cōsonat Claudius Guiliardus in c. 10. Ioānis. Difficillimū certē fuisset (inquit ille) si doctrinæ Ioānis accessissent miracula, auertere populū, ne ipsum esse Christū credidisset. Miracula enim vel nolentes credere cōpellunt, vt inclarescit ex loco illo. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Lucę 14. num. 23. ad quem locum querit Theophylactus, quid sit. Compelle eos, nam

79

Eius vitę ratio sine miraculis admirabilis.

Matth. 14. n. 2.

Hugo Card.

Salmer.

80

Si Ioānis signa edidisset, ab eo sequendo nulla ratione Iudai dimouerentur.

Guillia.

Luc. 14. n. 23.

Rr 3

ad

ad æternæ salutis opus nō inuiti trahimur, sed ducimur ultro: ita certè se res habet: verum enim verò miraculis videmur ad fidē vel nolentes impelli; unde Theophylactus. *Virtus* (inquit) *signorum magnam afferebat necessitatem, ut transferrentur ad fidem Christi.* Ideoque Christus diuina planè emphasi vsus est eo verbo. *Cōpelle intrare.* Et hoc est magnum planè miraculū, quod cum Ioānes nullum ederet miraculum, vix hebrei suaderi potuerint, ipsum nō esse Mesiam. Quare Diuus Petrus Chrysologus serm. 3. de S. Ioan. non satis admiratū, & admirari nos iubet, qualiter fuerit, supra quam dici queat, admirabilis ipsius Ioannis vita. *Perpendite, inquit, fratres mei, quàm admirabilis, imo quàm angelica vita Beati Ioannis erat; quàm certè magnifica cunctis opinione claruerat: qui cū nullius signū virtutis ostenderit, Christi tantū esse omnis populus existimaret Luca testan e.* Hæc ille. Notat Macharius Chrysocephalus Archiepiscopus Philadelphicæ orat. de exaltatione Sanctæ Crucis apud Gretserum tomo 2. multa Deum per virgam Moyse miracula edidisse: non tamen per ipsammet omnia prodigia patrauisse: reddiditq; luculentam, & in Ioannis laudem accommodabilē rationem. *Non tamen* (inquit) *omnia per virgam sunt, ne a suis Dei loco haberetur, & coleretur.* At per Ioānem, nec vnū Deus coram hebreis miraculum fieri permisit, ne ab ipsis. *Dei loco haberetur, & coleretur.* Si enim tā peregrinæ sanctitati accessisset miracula, quid

Theop.

81

Miracula vel notos trahunt.

D. Petr. Chryso.

82

Quæ sunt fuerunt vitæ sanctitas in eo, qui sine miraculis creatur Messias

Machar

Israélite non facerent, qui eum etiam sine miraculis Mesiam optarunt. Adde, quod cæteri factorū eguerunt miraculis, queis ostenderent, se Deum habere ad manum; at Baptista non eguit, cui constat, semper adfuisse manum Dei. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 2. num. 66. Præterquam, quod Ioannis tum conceptio, tum vita, tum etiam post mortem fama pro miraculo sit habenda.

Luc. 2. n. 66.

LAVREA XV.

Ioannis vita miraculum. In eadem verba *Ioannes signum fecit nullum.* &c.

- 83. *Ioannes perpetuum miraculum.*
- 84. *Miracula post mortem. Cecus recipit visum. Expellitur diabolus. Miracula ad eius tumulum.*
- 85. *Creuit illius opinio post mortem.*

Ioannis humilitas admirabilis, de qua diximus Curru 4. à Laurea 25. maius donū fuit, dono miraculorum: vt aperte colligitur ex doctrina Casiani Collat. 15. cap. 7. atque ad eum continua animi submissio habenda est pro continuo miraculo. Adde quod non sola humilitate, sed rebus etiam alijs clarus extitit plurimis miraculis. *Ioannes* (inquit Maldonattus in cap. 11. Matth.) *cum miraculum nullum fecerit, perpetuum fuit ipse miraculum: miraculo conceptus, miraculo clausus,*

Casian

Maldo.

ad

83

Ioannes perpetuum fuit miraculum.

Origen.

Vide August. to. 2. Epist. ad Dardan. 57

D. Bern.

84

miracula post mortem.

D. Cyp.

Gregor Turon.

Cæcus recipit visum

Expellitur diabolus.

adhuc in utero venientem Dominum sentiens, & matris sue demonstras: miraculo circumcisis mutam patris sui linguam exoluens: miraculo interferas vitam degens, ut quemadmodum auctor imperfecti scribit, nō solum equasse Angelos, sed superasse etiam videatur. Addit Origenes tom. 2. in Lucam hom. 10. *Ioannis tum natiuitatem, tum cæterum vitæ cursum operibus admodum mirabilibus comitatum fuisse. Quomodo (ait) mirabiliter Ioannes natus est, & Angelo predicante venit in mundum sic etiam cuncta, que super eo scripta sunt, mirabiliter facta referuntur.* Accedit Diuus Bernardus serm. de priuilegijs ponderans, ex oriente Lucifero presentem præter morem Solem, ac Lunam, Christum, ac Deiparam adfuisse. *Poterat ne (inquit ille) vacare à quocumq; miraculo, cui presens erat regis presentia, regnantis mater, mundi Redemptor? Iam verò post mortem insignia Baptiste miracula referuntur in tractatu de reuelatione capitis Ioannis Baptiste, qui est in fine operum D. Cypriani, præter alia, que memorantur miracula, hæc ad verbum scribuntur. Vita per mortuum mortuis reddita est, surrexerunt autem eadem hora ab officio funeris viginti viri tam celeriter, ac si à somno essent excitati.* Hæc ibi. Apud Gregorium verò Turonensem de gloria martyrum lib. 1. c. 15. ita legitur. *Apud Turonicam urbem, dum in oratorium atrij beati Martini ipsius præcursoris reliquias collocarem, cæcus quidam adminiculo deducente, lumina recepit. Energumenus verò obtestans virtutem beati Ioannis, expulso purgatus est demone.* Ita

ibi. Nec mora aliud ibi commemoratur miraculum, quod curiosus legere poterit. Ad hæc Diuus Hieronymus Epist. 27. loquens de Sancta Paula, scribit, eam intremuisse multis conternatam miraculis, quæ fiebant ad sepulchra prophetarum, Elisei, Abdiæ, & Ioannis Baptiste.

Quin etiā fama Ioannis post mortem talis ac tanta fuit, vt Herodes Palestine finibus peruagata Christi miracula, nō ipsi Christo, sed Ioanni attribuenda putauerit. *Quem ego decollavi Ioannem, hic à mortuis resurrexit.* Marc. 6. n. 16. quare Claudius Guilialdus in caput 14. Matthæi. *Antequam (inquit) decollaretur Ioannes, nullum fecerat miraculum: post decollationem verò existimatus, quod redierit ad vitam, putatur esse maioris virtutis, tantam attulisset ex alia vita, & ex prioribus meritis virtutem faciendi miracula, quam prius non habebat.* Et Augustinus in caput 14. Matth. *Vide (inquit) quàm magna sit virtus passionis, qui viuus miraculum non fecerat, post mortem fortiter perpeßam dignus, qui tanta signa faceret, existimatur ab Herode.* Quapropter Abulensis in cap. 16. Matth. rimarus causam ob quam ipse Herodes sibi persuadebat, Christum esse Ioannem: responder, genuinā, ac germanam causam fuisse, quia in animum suum inducebat, eā, que de Christo ferebatur, promulgatam miraculorum magnitudinem, multitudinemque, neminem excepto Ioanne, edere potuisse: audiatur Abulensis, qui multa præfatus. *Dicendum ergo (inquit) quod vera causa fuit magnitu-*

D. Hier

miracula ad eius tumulum.

Mar. 6. n. 16.

Claud. Guiliald

85

creuit post mortem opinio sanctitatis, ac potestatis.

August.

Abulens.

Rr 4

do

do miraculorum Christi: nam talia au-
dierat Herodes de Christo, quod non
putavit, quod aliquis hominum illa fa-
cere posset, nisi Ioannes: ideo putavit,
quod surrexisset Ioannes: sic dicitur
Luc. 9. Ioanem ego decollavi: quis est,
de quo talia audio; quasi dicat: decolla-
to Ioanne ego nescio, quis talia facere
possit, ideo credo quod sit ipse, & surre-
xit à mortuis. Hæc Abulensis.

LAVREA XVI.

Ostenditur rursus in magnum
Ioannis decus, ac laudem ce-
dere, quod nullum patraue-
rit miraculū. In ea ipsa ver-
ba. Ioannes signum fecit nul-
lum. &c.

- 86. Nō fecit miracula, ut Christi opi-
nioni consuleret.
Videtur habuisse potestatem ea pa-
trandi.
- 87. Christus etiam suas dotes occul-
tabat.
- 88. Ioannes non indigebat miraculis.
- 89. Angeli, ut eum viderent, in ter-
ras deuolabant.
Abstinentia miraculo clarus.
- 90. Christus miraculis suam diuini-
tatem Iudæis persuadere non po-
terat, Ioannes sine illis Messiam
se esse dissuadere non poterat.
- 91. Messias credebatur venturus cū
magna potentia edendi miracula.
- 92. Quare Apostoli habebant potesta-
tem edendi miracula?
- 93. Christus auditores miraculis at-
traherat.

Quærit Chrysoctomus ho-
mil. 14. in Matth. quare
Ioannes nullum ediderit
miraculum? Respondet in hæc
verba. Idcirco neq; aliquod signū fe-
cit Ioannes; ut ex hoc quōq; multitu-
dinem traderet Christo; qua ad eum
signorū admiratione conflueret. Quod
in quantam laudem Baptiste ce-
dat, vix explicari potest, ea enim
erat Ioannis sanctitas, ut si illi
miracula adderentur, relicto
Christo ad illum omnes conuo-
larent. Quapropter non credo,
Baptiste defuisse potestatem pa-
trandi miracula: sed existimo in-
stinctu diuino ea vti noluisse sal-
tem publicè, ne Christi famē no-
ceret, ideoquē Diuus Bernardus
in natiuitate Baptiste. Retraxit
(inquit) radios, collegit se, ne fieret,
sicut is, qui totum profert spiritum suū.
Qua in re Ioannes, quoad pote-
rat, Christum imitabatur, qui
dotes sibi debitas occultabat, ut
puta immensam illam claritatē,
quam semel in secessu montis
Thabor ostendit, reliquum vi-
tæ tempus abscondit, nec sine
miraculo, aut dispensatione di-
uina gloria animę eius contine-
batur, quin redundaret ad cor-
pus, ut constat ex doctrina D.
Thom. in 3. p. quæst. 45. art. 2.
& ex Soario commentario in eū
locum, & id genus miracula mul-
ta Ioannes quodammodo facie-
bat, dum dotes plures, ac præro-
gatiuas sibi diuinitus datas, ac
debitas ex hominum oculis sub-
ducebat. Poterat etiam, ut pau-
lō ante dicebam, multa alia mira-
cula efficere, etsi ea ex speciali
numinis inspiratione Christo ce-

Chryso.

86

Nō fecit
miraca-
la, ut Chri-
sto con-
sulderet opi-
nioni.

videtur,
habuisse
potestatem
patrandi
miracula

D. Bern.

87

Christus
etiā suas
dotes oc-
cultabat.

D. Tho.
Soarius

dens

D. Tho. dens exequi noluerit. Nec obi-
tat D. Thom. 3. p. quæst. 38. ar. 2.
Si Ioannes (inquit) fecisset signa, ho-
mines ex e quo Ioanni, & Christo ac-
cessissent, & ideo, ut homines princi-
paliter Christo intenderent, non est da-
tum Ioanni, ut faceret signum. Quod
ego sic explico, non est illi per-
missum, eam potestatem, quam
habebat occultè, exercere palam.
Quod si quis obijciat: hoc videri
liberè dictum: præsertim cum
Deus non solet concedere po-
tentiam, præcipuè in supernatu-
ralibus, quæ nūquam debeat re-
duci ad actum. Respondeo, satis
esse, quod reduceretur ad actum,
quoad miracula edita in circūci-
sione.

Et certè, quamuis nullum
edidisset miraculum, ipse fuit
grande miraculū, sic scribit Pau-
lus Burg. addit. 2. in Postillam Ly-
rani in præfatione ad psalmos.
Paulus Burg. 88. Eius vita vit. fuit tam præ clara, quod
non indigebat confirmatione miracu-
lorum. Ipse enim magnū fuit mi-
raculum, sanctitatisq; prodigiū
ad dō admirabile, ut angelos cæ-
lo ciceret in sui admirationem.
Theod. 89. Vnde Theodoretus studir. tom. 3
Bibliothecę oratione de Baptis-
ta. Quis dubitat (inquit) angelicos
spiritus sepe ad hoc spectaculum descē-
disse, ut viderent hoc sanctitatis pro-
digium, & perfectionis monstrum.
Non dissentit Abulensis Matth.
11. quæst. 42. Debit (inquit) esse
vita abstinentissime, ut cum non fa-
ceret aliquis miracula, saltem hoc, quod
in se faciebat, miraculum videretur.
Addit vim argumento; & cō-
mendandis Ioannis laudibus alia
ex alijs oritur adaucta ratio.

Paulus
Burg.

Nō indi-
gebat mi-
raculis.

Theod.

89

Et cū vi-
deret, an-
geli in ter-
ras deuol-
abant.

Abulc.

Abstinen-
tia mira-
lo clarus.

Enim verò Christus ideo insue-
ta miracula patrabat, ut ita di-
uinam virtutem, ac potentiam
nulli notam non faceret: ita de-
liberat recōdite eruditionis au-
ctor Abulensis in cap. 8. Matth.
quæst. 91. Christus (inquit) sicut fa-
ciebat miracula ad ostendendam diui-
nam potestatem, ita volebat, quod esset
multa miracula ad multum ostenden-
dam istam potestatem, & ideo Christus
non suscitauit unicum mortuum, sed
multos. Ita ille. Nec tamen his
miraculis Christus vesanis Iu-
dæis persuadere poterat, se esse
Messiam. At vnus Baptista mi-
raculorum inops tanta pollebat
authoritate, tanta valebat gratia,
tanto denique fruebatur amore,
& benevolentia apud omnes, ut
Messiam se esse, dissuadere non
posset. Quærit rursus idemmet
Episcopus Abulensis in Matth.
cap. 9. quæst. 161. quare Christus
tot in ea republica ediderit pro-
digia? tot miracula patrarer?
Respondetquē istiusmodi. Quia
Christus volebat ostendere se esse Mes-
siam. Iudæi autē credebant, quod Mes-
sias futurus esset excellentior omnibus
hominibus in virtute, & potestate, &
ideo faceret plura miracula. Quæ cū
ita sint, cumquē Iudæi eam im-
biberint, & à maioribus hause-
runt opinionem, admirabilitatē
parit haud exiguam cernere ip-
sum Messiam tot cum miraculis
repudiatum, Baptistam sine illis
optatum ab omnibus, & si ipse
permitteret, in supremum Mes-
siez culmen cooptatum; dotibus
ad dō peregrinis, ad dō magnificis
virtutum omnium ornamentis
Ioannē adornauit ipse, qui Ioan-

Idem.

90

Christus
miraculis
Iudæis
dissuade-
re non
poterat.
Ioannes si-
ne mira-
culis Mes-
siaz se esse
dissuade-
re nō po-
terat.

Idem.

91

Messias
credeba-
tur ven-
turus cū
magna po-
tentia.

ni

ni postponitur, Deus.

Percontatur idem literatissimus Auctor Abulensis in cap. 10. Matth. quæst. 16. Quorsum Christus ante necem discipulos Iudæam lustrare undique, & celestis sua doctrina irrorare, & irrigare iubeat? Quia (inquit) si Christo vivente non prædicassent, nec aliqua miracula fecissent, essent incogniti, & in reputatione nulla haberi apud Iudeos, nunc vero, quia Christo vivente Iudei viderant eos multa miracula facientes, haberent eos in honore. At, vide per ipsum Deum immortalium, quanto in honore haberint Baptistam etiam nulla miracula facientem; pondera insuper cum Theophylacto, quod tendat illa communicatio, participatioque virtutis effectricis miraculorum, de qua textus ita habet.

Accersitis duodecim dedit eis potestatem super spiritus immundos, ut ipsi eijcerent, & sanarent quemvis morbum, & quemvis languorem. Matth. 10. n. 1. Dedit eis (inquit Theophylactus) faciendi miracula virtutem, ut admirationem adducerent, & magis obtemperantes doctrinæ habebant auditores. Ecce quod Deus virtutem miraculorum effectricem Apostolis impertivit, ut scilicet auditoribus inijcerent admirationem, sibi quæ maiorem auctoritatem conciliarent. Quam non Apostolis tantum, sed sibi etiam Christus miraculis quodammodo mercabatur, quapropter Evangelista ait. Circumibat Iesus omnes civitates, & Castella: docens in Synagogis eorum, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Matth. 9. n. 35. ubi notare erit,

Abulens.

92

Apostoli habebant potestatem edendi miracula, ut honori essent, & reverentia, & admirationi.

Matth. 10. n. 1. Theop.

Matth. 9. n. 35.

Christum non nisi mirifica simul opera edentem predicare solitum. ut quod verba non agerent, perficerent miracula; notat id Græcus archypræful Theophylactus eo loci his verbis. Opere, & sermone trahit eos: docens, & miracula faciens. Quasi Solis verbis trahere non potuisset: at vero Ioannis maiora ad speciem miracula apparebant, quandoquidem Solis verbis populos, & vrbes in quam vellet partem facile pertraheret. Age vero paucis, uti soles, ostende an Ioannes, novum in terris sanctitatis prodigium, aliquam culpæ labem in vita contraxerit? an omnino sceleris immunis extiterit? obsequium præsto lectori.

Theop.

93

Christus auditores miraculis attraheret.

A N IOANNES Baptista culpam aliquam in vita contraxerit?

LAVREA XVII.

Verosimilius est Ioannem noxas aliquot veniales admisisse.

94. Originale Ioannes contraxit, mortale actu nullum admisit.

Lenia peccata non omnino vitavit.

95. Carnis fomitem, & pugnam sensit.

96. Eo fomite non caruit Paulus.

97. Quicumque contraxit Originale,

peccatum

peccatum actuale contraxit. 98. Nemo sine peccato vivit.

94

Originale contraxit, mortale actu nullum admisit.

Lenia peccata non omnino vitavit.

Concil. Trident. August.

95

Carnis fomitem, & pugnam sensit.

Originale peccatum Ioannes in primis contraxit, & ad sextum usque mensuram tulit; donec Aeterni Verbi, & sanctissimæ eius matris adventu eo crimine, singulari amore, ac favore, fuit liberatus: mortalem vero culpam postea nullam commisit. Controversæ vis, ac robur penes veniales noxas erit intelligendum; verosimile ergo est, Ioannem lenia peccata non omnino vitavisse. Quod ita colligo; Ioannes obnoxius fuit peccatorum fomiti, quandoquidem originalem culpam sensit, & originalis iustitiæ passus est absentiam: hic autem fomes tolli non solet originali sublata culpa, ut in baptismo liquet, & ipso constat experimento: colligiturque ex ijs, quæ docet Conc. Trident. sess. 5. Can. 5. Et ex Augustino 1. de retract. cap. 26.

Præterea in omnibus locis, in quibus de penitentia Ioannis Baptistæ Patres disputant, omnes unâ indicant, eum carnis luctamen habuisse, ad eamque coerendam usum fuisse ieiunij, vigilijs, alijsque corporeis macerationibus. Neque ex Præcursoris, aliavè Ioannis prærogativa, verosimilis cõiectura aliqua indicat, Ioannem peccati fomite caruisse. Neque enim Paulus Apostolus inferior fuit dignitate, charitate vero in Christum, & rerum superarum contemplatione par extitit, nec tamen eo fomite caruit: quin etiam, si Pau-

li vitam, & innumeras occupationes inter medios hominum tumultus consideremus, multo magis egebat ille eo privilegio, quam Ioannes, qui vitam egit solitariam; & tamen cum Apostolus Paulus, tum ceteri Ecclesiæ heroes eo dono non sunt potiti. Quapropter idem de Ioanne intelligendum erit, atque ad eum dicendum non omni culpa actuali caruisse: quod colligitur amplius ex Augustino lib. 5. contra Iulianum cap. 8. Vbi existimat Sanctus præful, probè colligi, eum, qui caruit actuali culpa, carere etiam originali. Ergo e contra, si Ioannes habuit originale, habuit etiam actualem; ideoque idem Augustinus lib. de natura, & gratia cap. 36. cum scripseret, omnes univèrsim homines obnoxios esse tam originali, quam actuali culpæ, solam B. Virginem excepit, de qua nullam vult, quoties de peccato agit, haberi controversiam: quæ exceptio satis ostendit, ex mente D. Augustini meminem alium esse excipiendum; idque meritisimo propter generales illos Canones. Neminem esse, qui non peccet. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. 1. Ioannis 1. nu. 8. propter quos Augustinus lib. de bono perseverantiæ cap. 2. inter tria dogmata, quæ dicit, Ecclesiã adversus Pelagianos propugnare, unum est. In quacumque iustitia sine qualibuscumque peccatis, in hoc corruptibili corpore neminem vivere. Refertque D. Cyprianum in eamdem sententiam in expositione orationis Dominicæ, qui libro etiã

96

Paulus caruit fomite, cõmagis egeret eo dono.

August.

Idem.

97

Quicumque contraxit Originale, contraxit actuale peccatum.

98

Nemo sine peccato vivit.

1. Ioan. 1. n. 8.

Cypria.

de

de opere, & eleemosynis ita loquitur. Agnoscat divine indulgentie munus salubre, & emendandis, purgandisq; peccatis nostris, qui sine aliquo conscientia vulnere esse non possumus, insistamus. Et pauld post. Si autem nemo sine peccato esse potest, quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. Eaque loquendi forma, & ipsemet Augustinus, & reliqui Patres sapeloquuntur, praesertim Hieronymus in Dialogis contra Pelagianos. Gregorius lib. 17. moral. c. 10. & lib. 31. cap. 5. ubi meminit, quaedam esse peccata, quae a Sanctis hominibus declinari possunt, quaedam, quae non possunt evitari. Et lib. 23. cap. 4. Eadem inculcat, & Bernardus lib. de precepto, & dispensatione indubitanter astruit, ultra vires mortaliu esse, omnia crimina venialia effugere. Non est igitur ab hac generali regula excipiendus Ioannes sine alia aliqua autoritate, aut rationis fulcimento. Hec ita perstricta breuiter, & acuti lectoris oculis subiecta verosimiliorem reddunt hanc partem; quia tamen opposita pars sua etiam non caret verisimilitudine, eius quoque fundamenta subijcio.

LAVREA XVIII.

Verosimile Ioannem nullam venialem culpam contraxisse.

99. Probatur, Ioannem nec leuiter peccasse.

- 100. Hec pars nulla censura notanda.
101. Patrum testimonia.
102. Ille feras animantes mansuefaciebat.
103. Praesentia B. Virginis magnam gratiam Ioanni contulit.
104. Status innocentiae & natura integra in ordine ad moralem potestatem fere nihil differunt.
105. Expenduntur verba S. Ambrosij.
106. Quod alij vix desiderant, Ioannes possidet.
107. Visere quid.

M Vlti catholicorum Ioanni hoc privilegium attribuerunt. Galatinus lib. 7. de arcanis cap. 9. Catharinus Opu sc. 2. de Christi praedestinatione, Abulensis Matth. 14. quaest. 40. Paulus Diaconus, qui in hymno, quem sua autoritate videtur approbasse Ecclesia, ita scripsit.

Antra deserti teneris sub annis Civium turmas fugiens petisti, Ne levi saltem maculare vitam fame posses.

Et rursus in alio hymno.

O nimis felix, meritiq; celsi, Nesciens labem niuei pudoris.

Videturque favere huic sententiae id, quod notavit Driedo, lib. 1. de gratia, & libero arbitrio c. 5. parte 2. Nimirum propter autoritatem Patrum, qui in hanc partem proclinant, hanc sententiam nulla censura fore notanda: praesertim cum Ecclesiae iubar Augustinus, qui constantius, ac frequentius inlclamat, nullum ho-

minem

August Hieron.

Grego

Bern

99

Probatur auctoritate, Ioanne nec leuiter unquam peccasse.

Galatin, Cathar. Abulens. Paulus Diacon

Driedo

100

Hec pars nulla censura notanda.

August.

minem posse vitare omnia peccata, interdum dicat. Siquis doceat, aliquem fuisse, qui non ex viribus liberi arbitrij, sed singulari gratia privilegio illa vitaverit, nec temere, nec perniciosè errare. Ut videre est lib. de spiritu, & littera cap. 2. & Epist. 95. Quam ipsemet Augustinus unà cum alijs quatuor Africae praesulibus, scripsit ad Innocentium primu: unde etiã Concilium Tridentinum Sess. 6. Can. 23. Inficiatur quidem posse hominem sine speciali privilegio vivere absque peccato veniali, & addit hoc privilegium impertitum fuisse Beatę Virgini: an verò alij cuius fuerint unquam concessum, nec ait, nec renuit.

Est ergò res hæc eiusmodi, ut sub opinionem cadere queat; praesertim cum eam tueantur, ac muniant gravissima veterum Patrum testimonia; nam Divus Gregorius Nyssenus lib. de beatitud. capite 3. Cum de Ioanne Baptista, atque Elia ageret, ita loquitur. Quod parvum, aut magnum in vita illorum historia monit delictum? Idemquè videntur significare Divus Cyprianus Epist. 76, Divus Athanasius ferm. 4. contra Arianos, D. Ambrosius lib. 2. in Lucam; inter quos apertissima sunt verba, Gregorij lib. 3. Moral. cap. 5. Numquid (ait) credimus aliquid fuisse, quod in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed quando ille vel in cibo peccavit, qui locustas solummodo, & mel silvestre edidit? Quid Deo, vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Quid de conversatione sua of-

fendere potuit, qui de eremo non decessit. Adde Bedam sermone de vigilia Ioannis Baptistę ita loquentem. Quid viventi, & conversanti inter homines poterat deesse virtutis, qui, etsi ut homo in iniquitatibus conceptus est, contra morem tamen humanae conditionis, non in delictis eum praevencationis, sed in gratia remissionis mater sua peperit? Neq; enim dubitandum est, quin Spiritus Sanctus, qui eum replevit, & etiã a peccatis omnibus absolvit. Adiunge eundem Bedam fer. de Ioannis decollat. in eandem sententiam ita scribentem. Quis nostru dicere audeat, beatu Ioannem actu, vel dicto, vel habitu, vel motu peccasse? Quis enim eius precordijs peccata poterat esse locus que m, & ante natiuitate Spiritus Sancti consecravit aduentus. Audi tandẽ Eusebiu Emissemum fer. 1. de S. Ioanne Baptista. Sicut, inquit, vas plenu balsamo admixtionẽ liquoris alterius respuit, & penitus excludit, ita in eo, nihil secularis macula introire poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat. Eodẽ pertinent alia plurima istiusmodi, quae legi poterunt apud Bernardu. cū fer. de natiuitate, tũ fer. de excellentijs S. Ioannis, & apud D. Pet. Chrysologu fer. 127. Nec non apud Andreã Cretensẽ de amputatione capitis Ioannis Baptistę apud Isidoru lib. de vita & morte Sanctoru cap. 67. & Augustinu fer. 22. de Sanctis, nec nõ apud nostrum Canisium lib. 1. de corrup. verbi Dei c. 9. Quod si propter hæc testimonia, & sexceta alia, quae afferri potuissent, verosimillimum videatur, Ioannẽ nihil unquam peccasse; nihil etiam mirum videbitur silue-

Beda.

Idem.

Eusebio Emis.

Bernar.

D. Petr. Chrysol. Andre. Creten. Isidorus August.

102

Fera animantes, ac serpentes illius vicinia mansuefiebant.

Ss stes

Concil. Triden.

D. Greg. Nyssen.

101

Patrum testimonia.

D. Cyp. D. Atha. D. Amb. D. Greg.

tres animantes, ingentesque, & veneniferos dracones, qui in ceteros homines insiliunt, in Ioannem media in solitudine vitam agentem mansuescere solitos, Vnde D. Anastasius Episcopus Nissenus quæst. 63. *Dracones (inquit) & aspides & Cerastes Ioannem in solitudine formidarunt. Quemadmodum enim animantes reuerbantur primum hominem ante peccatum, ita Ioannem innocentiae laude conspicuum reueritas fuisse, credibile erit.*

D. Anast.

D. Amb.

103

Præsentia Beatissimæ Virginis quæ se gratiâ Ioanni cõtulern.

Nec parum iuvat hanc partem insignis ille locus Diui Ambrosij lib. de Instit. Virg. cap. 7. *Tanta (inquit) erat gratia Mariæ, ut etiam ihs, quos viseret, integritatis insigne conferret: visitauit Ioannem Baptistam, & in utero matris, priusquam nasceretur, & exultrauit.* Vbi maturè consideranda sunt ea verba. *Integritatis insigne conferret.* Eaque conferenda sunt cum alijs eodem capite paulò post scriptis, quæ ita habent. *Nec immerito mansit integer corpore, quem tribus mensibus oleo quodam sue presentie, & integritatis unguento Domini mater exercuit.* Quibus verbis Diuus Ambrosius allusionem fecisse videtur ad celebris illos tres status, puræ scilicet naturæ; naturæ integræ, & status innocentie, seu Originalis Iustitiæ; quorum duos vltimos, & si multi Theologi videntur confundere; illi tamen ita inter se se differunt, vt status innocentie, seu iustitiæ Originalis statum integræ naturæ includat, illiquæ aliqua priuilegia superaddat; vnde in ordine ad

effectus phisicos multum differunt; in ordine tamen ad moralem potestatem benè operandi, ferè nihil, aut parum differunt: homo in natura integra poterat rectissimè operari, & cauere omnia peccata etiam venialia etiamquè collectiuè sumpta: qua de re videndus Soarius tomo 1. de gratia prologom. 4. cap. 3. à s. dico 2.

104
status innocentie, & nature integre ad morale potestate ferè nihil differant.

Soarius

Illud est è proposito meo, idemquè è re Sancti Ioannis, animaduertere Sanctum Ambrosium (vt conijcere ex eius verbis possumus) putauisse, Sanctum Ioannem Beatissimæ Virginis præsentia meritiquè ex statu naturæ lapsæ euectum in conditionem status naturæ integræ, ac proinde caruisse fomite, & potuisse vitare omnia venialia: aliàs quid adderetur ab Ambrosio. *Nec immerito mansit integer corpore, quem tribus mensibus oleo quodam sue presentie, & integritatis unguento Domini mater exercuit.* Si hoc nõ est, quid aliud est, *mansit integer corpore?* quid aliud sonat. *Integritatis insigne?* descendamus ad latinum significatum, certè insigne, vt latini notant, dicitur omne, quod excellit, vnde insignia dicuntur stemmata, quæ quis strenuissimus in clypeis, vexillivæ cæleri iubet, aut quouis modo exprimi ad significandum aliquid eximium, singularequè, & vltra communes humanæ naturæ terminos se protendens, tale insigne sibi arrogat Imperator Turcarum, lunam semiplenam addita epigraphe. Donec totum

105

Expendatur verba S. Ambrosij.

impleat

impleat orbem: tale armorum insigne sibi arripuit Lusitanorū Rex felicissimus Emmanuel, spheram totius orbis, in suam ditionem redigendi argurem: talem alij multi traijcientes vltra vires animos, & ed desiderijs peruenientes, quò re ipsa nõ poterant peruenire: tale nimirum in Ioanne singularis stemmatis insigne considero; datum illi *Integritatis insigne*; ei simile, quod haberent homines in natura integra, degenerare pruritu, & appetitu liberum; hoc optare, & quoad potuerint imitari debent eius obsequijs deuoti, & adiecti, eis similes heroibus, & Regibus, qui pro insignibus eximium aliquid vltra vires arrogant: soli enim Ioanni datum est, id obtinuisse, quod cæteris fas est solum desiderare: & velut ad decus in signe valde anhelare: solusquè ille possedit, quod alij acquirere, & aliquando possidere se posse, putarunt. Alijs magnum quid concessum est, si inter inconsideratos animi motus ipsis donatum est, integros perseuerasse, quoad substantiam, & si leniter contaminatos: at Ioanni datum est, *integritatis insigne*, quia ad statum illi similem euectus est, in quo natura humana sana esset, & integra viriū, quibus omnia venialia vitare potuisset; quod cum fieri non potuerit sine extinctione fomitis, si Ioanes ed felicitatis ascendit, sopitum in eo fuisse hunc fomitem necessario concedere debemus. Hęc ita probò, vt eos nõ improbem, qui prædicta verba

106

Quod alij dix de sobran, Ioannes possidet.

Fomes extinctus

Sancti Ambrosij de eo dono, & amore castitatis interpretantur, quod multi patres ferunt, Deiparam solo visu communicare solitã fuisse: * affertiquè potest pro hac parte, quod Sanctus Ambrosius ait. *Vi etiam ihs, quos viseret, integritatis insigne conferret.* Vbi illud, *viseret*, positum esse videtur, pro videre. Sed hæc argumenta rursus disto, remittendo eius authores ad fontes latinatatis, vbi reperient, idem esse visere, atquè ire ad videndum, quod beneficium soli Ioanni Sanctissima Virgo solenniter exhibuit, cum *Exurgens abijt in montana cum festinatisne* Lucæ 1. n. 39. etsi verò aliquando visere accipiatur pro videre, hoc tamen in loco non posse ita accipi, in causa est, id quod Sanctus Ambrosius immediatè post subnectit, declarans vno verbo, id quod alio significauerat, addit ergò. *Visitauit Ioannem Baptistam.* Quod si hæc lectori cuiuspiam minimè arrideant, non ideo improbet: sed amori veritat, ac beneuolentiæ Sancti Ioannis cuius dum laudes amplificamus, satis est, vt probabilia dicamus: & si doctores plerumquè oppositum tueantur.

* D. Tho. 3. dist. 2. q. 1. art. ad 4. Ioã. maior Luc. 1. Gerson. ferm. de Cõcept. Virg. D Bon. in in 3. sct. dist. 3. q. 3. Gabriel q 2. alij apud. Barrad. tom. 1. Cõc. lib 6. cap. 9

107

Visere, quid significet.

Luc. 1. n. 39.

LAVREA XIX.

Ioannes nulla contracta culpa innocentie pulchritudine floret.

108. Innocentia magna cum diligētia seruanda.

109. Eadem cum humilitate geminus anime decor.

110. In Christo, & Ioanne nulla causa mortis.

111. Ad innocentiam pulchrior accedit humilitas.

ET si D. Ioannes vitare omnia peccata, etiam venialia, sine speciali Dei auxilio nō potuit, eo tamen dato, potuit, & maiora in dies iugi oratione nactus augmenta gratiarū in innocentie pulchritudine persequerare: illud dies ac noctes ingeminans. *Custodi me Domine, ut pupillā oculi.* Pfal. 16. n.8. Quippe oculi pupillam, non ab oppositis trabibus solū; sed ab atomis etiā minimis diligētissimè tutamur, Ioannesq; à Deo enixissimè postulabat, ut à venialibus etiā, & leuissimis vmbribus scelerum se Deus continuò protegeret: etenim vt pendit ad rē D. Ambrosius lib.6. Exam. c.9. *Innocentia, & integritas leui sorde aspersi violatur, ideoq; petit, vt protectionis diuine fieret ei tam sollicita, & tanta custodia, qua pupillam oculi tutissimo, quodam nature vallo munire dignatus est.*

Et sanè hæc à venialibus etiā tuta innocentia spiritualē ad eum in Baptiste pectore geminaret pulchritudinē, eam vt Deus animam ab omni puram delicto illis verbis alloqueretur. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Cant. 1. n. 15. D. Bernard. in Cāt. ser. 45. *Queramus (inquit) geminam anime pulchritudinē, decor anime humilitas est; si quis innocentiam retinet,*

& nihilominus humilitatē iungit, nō ne is sibi videtur geminū anime possidere decorem? Hæc ibi, & subinde repetit. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Ecce admirantis vox est, reliquum laudis; merito admiranda, cui sanctitas amissa humilitatem non attulit, sed seruata admittit; merito pulchra repetitio, cui neutra deficit, pulchritudo. Hæc Bernardus.

Ergò Ioannes hanc geminam animæ pulchritudinem cæteris puriorem habuit, illibatam scilicet innocentiam, & animi eximiam submissionem; de eius illibata innocētia præter ea, quæ proximè ante diximus: facit etiā huic argumento, quod nullam Herodes tam puri, & innocentis hominis occidendi causam in medium potuit afferre: vt in eo etiam Baptista simillimus euaderet Christo, de quo Romanus Præses attestatus est. *Nullam inuenio in eo causam.* Ioannes 18. num. 4. vbi eximia est adnotatio Claudij Guillaudi in eum locum. *Exemplo (inquit) Christi docemur, sic crucem feramus, vt etiam, qui nos insectantur, cogantur nostram profiteri innocentiam.* Tanta videlicet innocentia Christi erat, vt nulla etiam quæsitā causa reperiretur, ob quam posset interfici: tantaquæ Ioannis Præcursoris Christi sanctitas splendebat, vt à Rege impio, & adultero eius necis intentandæ nulla iusta causa posset excogitari.

Iam verò de eximia eius animi submissione præter ea, quæ dixi Curru 4. Laurea 20. addo illū locū. *Qui autem post me uerturus est, fortior me est, cuius nō sum dignus*

109

Innocentia cum humilitate geminatus anime decor.

Ioan. 18. n. 4. Claudij Guillia.

110

In Christo, & in Ioanne nulla causa mortis.

calcea-

Pfal. 16. n. 8.

D. Amb

108

Innocentia quanta cum custodia, & diligētissima tutela sit

Cant. 1. n. 15.

D. Bern

calceamenta portare. Matthei 3. n. 11. vbi iuxta interpretamentū Rupertī calceamentorum nomine intelliguntur Apostoli, quibus se etiam Ioannes postposuit, vt exquisitissima animi submissione innocentiam suā tolleret subferre, eoq; altitudinis, quo nullius, excepto Christo, ac Deipara, sanctitas perueniret: quapropter Rupertus in eū locū. *Ioannes, inquit, ita iudicando, ita non que sua sunt, sed que aliorum erant, considerando: & superiores sibi futuros Apostolos arbitrando, regulam custodiebat sanctæ, & vere humilitatis semetipsum deprimens, tamquam minor esset omnibus illis. Sed numquid ita iudicabit Dominus iudicij? Nequaquam, sed amen dico vobis, ait, inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Hæc humilitate egregia, & eximia adornata Ioannis innocentia pulchrius eluxit: hæc meritis, & cōsecutus est singulare illud actōum laudis: quod Philo Alexandri nus lib. de Charitate, aut Deo contendit attribuendum, aut homini Deo simili. *Omnino (inquit) non peccare Deo proprium est, aut fortassis etiam homini Deo simili.*

Rupert.

111

Ad innocentiam pulchrior accedit humilitas.

Philo Alexan.

L A Y R E A XX.

Christus Ioannis prædicationem defert honorem.

112. Christus differt prædicationem, ne Ioannis gloriam imminuat.

113. Eiusdem argumenti probatio.

114. Christus, & Ioannes se se vicissim honorabant.

115. Christus ab eisdem, quibus Ioannes inceperat, verbis prædicationem exorditur.

Querunt authores hand ignobiles, quare Christus Dominus, cui Euangelicus propheta Isaias nomen indidit à celeritate. *Voca nomen eius ac celerata, spoliadetrahare: festina prædica.* Isai. 3. n. 3. prædicare publicè distulit, dum Ioannes prædicabat? *Conceptum sermonē tenere, quis poterit?* Job. 4. n. 2. vnus tantum Christus id singulariter, ac familiariter fecit, vt amico Ioanni honorem deferat; vt illi decorum feruet. vt eius opinionē promoveat: ideo tandiū filuit, ac latuit: exeat in mediū D. Thomas, qui in c. 4. Matthei ita scribit. *Noluit Christus primò publicè prædicare, vt daret locū prædicationi Ioannis, aliter nihil valisset prædicatio Ioannis, sicut lumen stellarū obscuratur solis lumine.* Hæc D. Thomas, quibus indicat, Christum, & Ioannis, & Dei gloriæ causa cessasse illi primas prædicandi partes, ne si simul prædicaret, eius famam extenuaret, & eleuaret gloriam. Idcirco Chrysostomus hom. 14. in Matthei. ita scribit. *Propterea non prædicat Christus antequam Ioannes, nec mirabilia operatus est, quoad usq; ille incidere in vincula, ne hac existente causa magna pars populi scinderetur.*

Rursus cum prædicatōrium munus Christi, auspicaretur Pharisæi cæpti sunt dictare; Christum multo plures quàm Ioannes

Isai. 8. n. 3.

Job. 4. n. 2.

D. Tho.

112

Christus differt prædicationem ne Ioanis gloriam imminuat.

Chryso

haberet, addiscere auditores; quod re ipsa fiebat. Ecce tibi Christus cogitat Galileam. *Ut ergo cognovit Iesus, quia audierunt pharisaei, quod Iesus plures discipulos fecit, & baptizat, quam Ioannes reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galileam.* Ioann. 4. nu. 1. ne scilicet amici famam, & nomen oblitteraret, obscuraret vè; ita inuit Chrysostomus apud Abulensem in cap. 8. Matth. quæst. 55. Cum Christus (inquit) predicare inciperet, Pharisei dicere incaperunt, quod plures discipulos Christus faceret, quam Ioannes: quod Christus audiens recessit de Iudæa, ubi erat Ioannes, & venit in Galileam. Et clarius Abbas Rupertus in cap. 4. Ioannis. *Quandiu (inquit) lucerna hæc lucerna clarissima Ioannes ardere, & lucere potuit, & passus sunt filij tenebrarum, ut staret lumen super candellabrum suum: tanto illum honore dignum duxit hic Dominus omnium, ut sicut ille non se ipsum comendabat prædicatione sua, sic Christus: sic è contra Christus Iesus illo superstito nusquam poneret in conspectu populi magisterij sui cathedram per publicæ prædicationis officium.* Hæc Rupertus: non ergò suam Christus erigit cathedram, ut amici Ioannis cathedra clarior euadat: idcirco interim docere desinit in Iudæa, & abit in Galileam. Planè, quòd per aliquod spatium temporis Ioannis illèsa gloria perennaret: ne augescente Christi fama, Ioannis nomen breuiter euanesceret. Ut verò Ioannes cruentæ necis interuentu prædicare desijt, ne cum veritatis præcone veritas ipsa simul interiret: in aciem

Christus, & in campum cum discipulis prodijt, ut quam Ioannes hominum animis veritatem seminauerat, suis Christus, ac fuorum laboribus sustentaret: excipe Baronium tom. 1. fol. 111. *Postquam (inquit) traditus est Ioannes, venit Iesus in Galileam predicans Euangelium Regni; quia enim dederat præconem penitentiae, detrusus in carcerem Ioannes, ne veritas, quæ tunc annuntiata erat, dispendium pateretur, opportunè Iesus illuc se contulit.* Ut nimirum Ioannis nomen auferret, ut illius famam promoueret; doctrinamquè, ne interiret obliuione, firmaret. Parsquè vires Ioannes, dum viueret, Christo reddebat; unde Dionysius Carthusianus tom. de sanctis serm. 4. de Sancto Ioanne Baptista. *Quis (inquit) queat concipere, quam ardentissime amauerint se mutuo: quod etià innot: scit ex hoc, quòd de se se inuicè in absentia tam fidelissime, ac reuerentissime loquebantur, & unus alium tam merificè extollebat, laudabat, & glorificabat.* Vide, quæ diximus Curru 2. Laur. 5. sub finem.

Et quidem Ioannes Christi honorem quam attentè, quam vigilanter, quam assiduè venaretur, aperit sequenti laurea; Christi verò erga Ioannem illud superest honorifici, seruatiquè decori haud inualidum testimonium: cum enim Christus altius aliquòd initium, & sublimius exordium suæ prædicationis arripere potuisset, humile tamen illud assumpsit, quo Ioannes exorsus fuerat, Matth. 3. n. 2. *Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum celorum.* Ibi num. 2. eisdem

Cardin. Baron.

Ex Baro no.

Dionys. Carthus.

114

Ut sese niscissim honora- bant Chri- stus, & Ioannes.

Matth. 3. n. 2.

verbis

Ioan 4. n. 1.

Chryso

113

Eiusdem argumet: probatio ex Chry- sostomo

Rupert. Abbas.

Ex Ru- perto.

Matth. 4. n. 17.

Caictan

115

Christus ab eisde, quibus Ioan- nes inca- perat, ver- bis exor- ditur.

verbis postea Christus incæpit Matth. 4. *Cepit Iesus predicare, & dicere, penitentiam agite, appropin- quauit enim regnum celorum.* Ibi n. 17. Quare Christus ab eadè, qua Ioannes incæperat, exorditur sententia? *Ab eadem materia (inquit ibi Caietanus) inchoat prædicationem suam, à qua incæperat Ioannes, ad confirmandam prædicationem Ioannis.* Quasi Christus de re alia, nulla noctu diuquè cogitaret, quàm de amici sui Ioanis fama, nomine, & rebus omnibus ampli- ficandis; sed iam quomodo Ioannes hanc Christo gratiam repen- derit, videamus.

ILLUM OPOR- tet crescere, me autem minui. Ioã. 3. nu. 30.

LAVREA XXI.

Gloriam Ioannes à se auocat, & & in Deum deriuat.

- 116. Ioannes Dei gloria incessanter studebat.
- 117. Dei gloria, & non nostra inuestiganda.
- 118. Gloria nostra in Deum deriuanda.
- 119. Pauci Dei gloriam suæ antepo- nunt. Egregia laus S. Basilij, & Gregor. Nazianz.
- 120. Christus Ioanni uberem, quã accepit, gratiam rependit.
- 121. Multo ante rependit.

122. Amoris, & honoris vicissitudo pariter utrimq; grata.

NON suam de more ho- minum Ioannes gloriam venabatur, sed Dei semper aucupabatur honorem, illũ prædicabat; illum omnibus manifestabat. Unde Dionysius Carthusianus tomo de Sanctis serm. 4. de S. Ioanne Baptista. *Per prædicationem, inquit, Ioannis innotuit Christus: imo honorificentie Christi impendebat Ioannes viribus totis se totum.* Mirificè fauent huic sententiæ Diuus Bernardus, & Hugo Cardinalis, & Augustinus: Diuus Bernardus de verbis Isaie serm. 3. in illum locum. *Veni fortior me, cuius non sum dignus.* Luc. 3. num. 16. *Fidelis (inquit) Luc fer, qui Solis iustitia non usurpare venit, sed prænuntiare splendorem.* Et Hugo euoluens hoc loco illa verba. *(me autem minui) Me (inquit) oportet minui, qui putabar esse Christus, oportet, ut cognoscat esse seruus, huic autem exaltationi Christi, & Ioannis humiliationi attestatur genus mortis utriusquè, & tempus natiuitatis: Christi enim exaltatus fuit in cruce; Ioannes autem capite fuit truncatus: item Ioannes diebus decrescentibus fuit natus, Christus verò diebus crescentibus.* Hæc ille. Augustinus verò hom. 28. *Magnũ est (inquit) hoc Sacramentum: antequam veniret Dominus, homines gloriabantur de se, venit ille homo, ut minueretur hominis gloria, & aueretur gloria Dei: natus est Christus, cum iam inciperent crescere dies, natus est Ioannes, quando ceperant minui dies; crescat ergò in nobis gloria Dei, & minuetur gloria nostra.*

Carthu.

D. Bern Hugo. August.

Luc. 3. n. 16.

116

Sua post- posita Dei gloria incessanter studebat.

August.

Ss 4

Hæc

Hæc Augustinus. Vbi pendas oportet illa verba. *Venit ille homo, ut minueretur hominis gloria, & augetur gloria Dei.* Idcirco enim Christus venit, ut hoc doceret; quem verò prius edocuit, quàm Ioannem? Quis eam cælestem doctrinam prius, quàm Ioannes addidit, & executioni mandauit? Quidcirco ex tranquillo eremi, quò se receperat, portu in altu, quodammodo renauigans venit ad Iordanem, ut Christi nomen, ac gloriam deprædicans coram concursante multitudine extolleret, mortalesquè suo doceret exemplo, ut in eo vno perpetuò laborarent, & in sua abdenda, manifestandaquè Dei gloria defudarent.

Et certè solam Dei gloriam, nostra contempta, velis, remissq; esse inquirendam, Christus Petri pastoritio paradigmate edocuit, cum illud dedit in mādatis. *Pasce oves meas.* Ioannes 21. num. 17. Vbi Author Ordinariæ. *Pasce* (inquit) *ut meas, non ut tuas, gloriam meam in eis quare, non tuam.* Quasi dicat: id scito Petre hoc, & tuis commodis vtilius, & mee gloriæ esse magis debitum: Eamdem Christus doctrinam suis firmavit exemplis: vnum subscribo. *Vade, & annuntia, quanta tibi Dominus fecerit.* Marc. 5. num. 19. Vbi recuperatam leprosi salutem, & redintegratam sanitatem, nō sibi Christus, sed Patri videtur attribuere. Ut accuratè notat eò loci Theophylactus. *Vide* (inquit) *quā alienus sit Dominus à factu, non dixit, quanta tibi feci ego, sed quanta fecit tibi Dominus.* Ut gloriam Deo Pa-

tri, non sibi cōciliare visus esset; similiter anima sancta, cum cæterarum præconijs cumulatè dilaudaretur repetitione illorum verborum. *Quæ est ista, quæ ascendit, sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol.* Cantic. 6. num. 9. Illa non Dei immemor, earum voces ad diuinas laudes impellit. *Egredimini* (inquit) *filie Sion, & videte Regem vestrum in diademate, quò coronauit eum mater sua.* Cant. 3. num. 11. quasi diceret. Considerate quantis ille nominibus dignus appareat ijs laudibus, quas mihi confertis. Hac via incedit Theodoretus eo loco. *His* (inquit) *sponsa discipulas alloquitur, humanam gloriam fugiens, cupiens, ut sponsam tantum modo omnes admirètur.*

Olet idem diuine gloriæ studium, eamdemquè sollicitudinē spirat ille locus. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Psal. 113. num. 9. Vbi Hæbreorum populus Ægyptiaca seruitute liberatus, victorijsquè, ac miraculis delinitus gloriam, quã sibi vicinæ gentes impenderant, non sibi, sed Deo impendendam clamat. Oratquè teste Diuo Basilio in eum locum. *Non ut illustriores reddas, sed ut ipse potentiam tuam manifestam facias.* Et verò Heroes eximia sanctitate cōspiciuntur gaudio exultant, cum hæc ipsa Dei gloria apud homines magis, ac magis augetur; vide vnū Baptistam plenè gaudentē. *Amicus sponsi gaudio gaudet, propter vocem sponsi.* Ioann. 3. num. 29. *Gaudet* Ioannes (inquit) Hugo Cardinalis) *quod fama Christi augetur.*

Cantic. 6. n. 9.

Cantic. 3. n. 11.

Theod. 118

Gloriano fra in Deum de sinanda.

Psa. 113. n. 9.

D. Basil

Ioā. 3. n. 29.

Hugo Cardin.

& sua

119

paucie ex pto Ioannis Dei gloriæ antefert

D. Greg Naziaz.

Egregia laus Sanctorū, & Basilij, & Gregorij Nazianzeni.

D. Ioan Chryso.

Matth. 11. n. 10

120

Christus Ioāni uberior quæ accepit, gratiā re pendit.

& sua minuebatur, modo autem pauci sunt, qui gaudent de sua diminutione pro Christi exaltatione: vel qui velint minui, etiam in rebus suis, ut alij exaltentur in virtutibus, sed potius volunt omnes ferè exaltari in rebus, & honoribus, ut alij diminuatur etiã in virtutibus. Paucissimi verò sūt Christo similes, & Ioanni, qui sibi vicissim honores, ac certatim impertiebant: pauci Basilio pares, ac D. Gregor. Nazianzeno, qui de se, dequè amico suo Basilio id testatur. *Hoc utriquè certamen, non vter primas ferret, sed vter alteri eas concederet; vterq; enim alterius gloriam pro sua ducebat.*

Christus verò, qua erat beneficentiæ exuberantia, tantū laudatorem suum Ioannem vicissim laudando, & attollendo superabat, quantum fluuiū Oceanus, quantum Deus hominem vincit, ut egregiè notat Di Ioānes Chrysoströmus homil. 27. in Matthæum expendens illum locum. *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum.* Matth. 11. num. 10. *Ioannes quidē* (inquit) *testificatus erat de Christo. Ecce agnus Dei. Sed amplius recepit à Christo, quam prestitit. Ioannes enim Christū glorificans humanam illi contulit laudem. Christus autem Ioanni diuinam contulit gloriam. Nam iste illum agnū ostendit, ille autem istum angelū prædicauit. Iste minus laudauit in Christo, quam erat, nam non solum peccata mundi abstulit, sed etiam vitam eternam mundo donauit. Ille autem istum, supra quam videbatur, erexit, ut qui homo erat, angelus diceretur. Hactenus ille: nec alium subicebo locum huic similem: Christi volū-*

tatē Ioannes demeruit illo, quod exhibuit de Christo, testimonio. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioannes 1. num. 29. sed hæc gratiā Christus amplissima alia gratia munerat: nec solum compensat gratiam gratia, sed multo ante, quam Ioannes esset, eum præuenit, & oppigneravit dato illo vaticinio. *Ecce ego mitto angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam.* Malachię 3. num. 1. subnotat hoc ipsam Rupertus Abbas lib. 1. in Matthæum. *Dominus* (inquit) *Iesus, cuius non est adulari, sed adorari, quo debuit modo gratia illam gratiam prophetica honorauit, quatenus Ioannes dicere posset: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et quomodo gratiam illam honorauit? Videlicet pronuntians, quod verè Deus, verè Spiritus Sanctus, verè spiritus propheticus esset in Ioanne: dixit vbi opportunum fuit, hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum.* Vbi ipsa etiam compensatio pulchra verborum similitudine decoratur, nam vterquè laudat vtrumquè, exordiens à celebri particula. *Ecce*, ait enim Ioannes, *Ecce agnus Dei*, ait Christus. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Quare Rupertus lib. 9. in Matthæum. *Quia* (inquit) *testimonium testi suo Ioanni pulchra vicissitudine reddidit ipse testis fidelis.* Vnde Guericus Abbas ferm. 4. de Sācto Ioane. *Ecce* (inquit) *illud, quod sponsa de sponso gloriatur in cantico amoris sui. Ego dilectio meo, & dilectus meus mihi Ioannes Iesu, & Iesus Ioanni, Ioannes Iesum prædicat, Ioannem Iesus commendat par pari re dditur, & tam amica,*

Ioan. 1. n. 29.

Milach 3. n. 1. Rupert Abbas.

121

Nō sibi respondet, sed mod. Ioan.

Idem.

Guerri. Abbas.

122

Amoris, & honoris vicissitudo pariter vtrimquè grata.

quam

Ioan. 21 n. 17. Glossa Ordin.

117

Dei gloria inuictiganda nō nostra.

Marc. 5 n. 19.

Theop.

quam iusta vicissitudine caritas in-
nicem pronocatur, aut remuneratur.
Ita ille.

LAVREA XXII.

Eiusdem argumenti confirma-
tio. In eadem verba. *Illum
oportet crescere, me autem
minui.* Ioan. 3. n. 30.

- 123. *Ioannes de se submisit sentit.*
- 124. *It obuiam temere iudicantibus.*
- 125. *Invidia minuit, non auget.*
- 126. *Probatur exemplo.*
- 127. *Vbi caritas, ibi Dei imago.*

O Stendo cum primis, quā-
to Ioannes studio Christi
nomen adauxerit, suum
verò eleuauerit; nam de se ita
sentit humiliter, vt indignum se
crederet, qui Christi fieret ser-
uus infimus; ita explicat Sanc-
tus Cyrillus Alexandrinus lib. 1.
in Ioannem cap. vltimo illum lo-
cum. *Cuius ego non sum dignus, vt
soluam eius corrigiam calceamenti.* Ioā.
1. num. 27. *Vt sit (inquit) figuratus
loquendi modus, significans se indignū,
vt seruus eius sit.* Ac si diceret, vt
ait Chryso. hom. 11. in Matth.
*Ad eo sum eo inferior, vt nec ei serui-
re, vel in minimis sim dignus.* Vt
Victor Autiochenus lib. 1. in Mar-
cum. *Cum (inquit) ad summam illā
Christi Redemptoris dignitatem sum-
mamq; diuinae eius naturae praestantiā
oculos conijcio, indignum me planē
sentio, qui vel infimi ministri locum
apud illum obtineam, hoc enim calcea-
mentariae corrigiae solutione denotatur.*

Cyril.
Alexan.

Ioan. 1.
n. 27.

Chryso.

Victor
Autioc.

123

quā sub-
misit de se
Ioannes sen-
tiat.

Percontatur Chryso. apud Hugonem Cardin. quare cum Ioannes dixisset. *Illū oportet crescere, me autem minui.* Ioan. 3. num. 30. continuo addit. *Amicus sponsi gaudet propter vocem sponsi.* Ioannis 3. num. 29. Redditque hanc preclaram aduersus temeraria hominum iudicia rationem. *Ideo dicit modō, se amicum sponsi, quia putabant, eum morderi invidia erga Iesum.* Cum illū Ioannes amaret vnicē, & arētē diligeret; ex quo amore vero, ac sincero consequens illud inferebatur, vt Ioannes, non presenti solum Christi nomini consulere coram suis auditoribus, ac discipulis: sed futuram etiam Christi famā anxie prouideret. Ideoq; suis illud inculcabat, iterabatq; *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioan. 3. num. 30. Ita tempe-
stiuē animaduertit Chryso. homil. 28. *non solum (inquit) circa praesentia, sed etiam circa futura passionem inuidiae a se remouit, dicens Illum oportet crescere, me autem minui.* Quasi dicat, quae nostra sunt, steterunt, & cessauerunt de reliquo: crescunt autem, quae sunt illius. Perspicue verò acutus quispiam deprehendet, Ioannem, quo nullus maior surrexit, qui quē ab Angelo futurus predicatur, magnus coram Deo, inuidiae fascino extimulari nō potuisse. Nā inuidia minorē facit, nō maiorē cōstituit, quod exemplis hisce patet. *Paruum occidit inuidia.* Iob 5. num. 2. causam si rimeris, ob quā Spiritus Sanctus liuidum puerulum appellet, & paruulū ea videtur reddi ab Hugone Cardina-

Hugo
Cardin.

Ioan. 3.
n. 30.

Ioan. 3.
n. 29.

124

It obuiam
temere iudicantibus.

Ioan. 3.
n. 30.
Chryso.

125

Inuidia
minuit, nō
auget in-
uidiam.

Iob. 5.
n. 2.

Hugo
Cardin.

le

le his verbis. *Quia omnis, qui inuidet, minor est eo, cui inuidet.* Sed adhuc curiosus indagator inquiris, in quo nam minor inuidus appareat, quam inuidiosus? potest enim contingere, vt liuidus re ipsa sit maior opibus, amicis, facultatibus: quomodo ergo minor appellatur? aestimatione nimirum, & cogitatione propria sui ipsius sceleris vindice. Hinc est, quod liuidus, & inuidus Rex Aegyptiorum ad suos ita vociferatur indignabundus. *Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est.* Exod. 1. num. 9. vbi propter inuidiam Hebræos captiuos, & infinitis calamitatibus oppressos se, & suis innumeris clientibus potētiores autumat. Excipe verba Oleastri ad eum locum. *Inuidorum (inquit) pena est, alios plures, & fortiores semper existimare, vt nō, nisi paruulos, & pusilli animi inuidia occidat.* Nec ab similibus ille locus, & illa loquendi formula Regis Abimelech ad Patriarcham Isaac pastoris vitam agentem. *Recede (inquit) à nobis, quoniam potentior nobis factus est.* Genes. 26. num. 16. Proh inuidiae malum, quae vsquē ad deū delirat, & infanit, vt vnum hominem toto regno maiorem putet; ideoque clamat. *Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es.* Ita videtur insinuare Chryso. homil. 52. in Genes. his verbis. *Rex sub cuius potestate ciuitas erat, dicit; Abi, quia potentior factus es.* Apertiū tamen Oleaster. *Erat (inquit) rex israhel Abimelech, & tamen tam pusilli animi fuit, vt seruo inuiderit, & rursus ibidem ita loquitur. Hoc inui-*

Exod. 1
n. 9.

Oleast.

126

Probatur
exemplo
regis Aeg-
ypti, &
regis Abi-
melech.

Genes.
26 n. 16

Chryso.

Oleast.

dia habet, vt omnes, quos occupat, minimos inter ceteros aestimare se faciat. Seruili nimirum pusillanimitate, at vbi nulla viget inuidia, floretque caritas, ibi Dei splendescit imago. Ita explicat Diuus Leo ser. 5. de ieiunio. Illam Dei imaginem, ac similitudinem, de qua Deus ipse. *Faciamus (inquit) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Genes. 1. num. 26. si enim recte considerauerimus. *Inueniemus (inquit) hanc esse naturalem nostri dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo diuinae benignitatis forma resplendat.* Vbi expedit illa verba (*diuinae benignitatis forma*) benignitas enim, & beneficentia erga alios, ne dum erga Deum, nos ad imaginem euehit, eamque Dei similitudinem, quā Ioannes ob impensam Christo benevolentiam obtinuit in gradu excellentissimo: ideoque dictum est de eo. *Erit magnus.* Luc. 1. num. 15. & iterum, *non surrexit maior Ioanne Baptista.* Matth. 11. n. 11.

D Leo.

Gen. 1.
n. 26.

127

Vbi reg-
nat chari-
tas, ibi
resplē-
dit Dei i-
mago.

Luc. 1.
n. 15.
Matth.
11. n. 11.

LAVREA XXIII.

Laudes Christi à Ioannis lau-
dibus inseparabiles, ac in-
diuiduae.

- 128. *Christi historia aestimaretur imperfecta, nisi ei adiungeretur historia Ioannis.*
- 129. *Ioannis cum Christo conuenientia.*
- 130. *Christum miraculum subsequens anteiuuit, vt miraculum praens.*

- 131. Laus magna cum magnis laudari.
- 132. Ioannem, ut Christum, vaticinia praeuenerunt, ut illius maior esset auctoritas.
- 133. Inter Christum, & Ioannem similitudines.
- 134. Mater à Ioanne prophetica gratiam accepit.
- 135. A Ioanne discipuli difficillime separantur, ut Apostoli à Christo.

Arripiamus exemplum ex D. Matthaei historia in cuius initijs, & exordijs Christi laudes, cum Ioannis encomijs coniunctas esse videbimus. In diebus illis venit Ioannes Baptista praedicans in deserto. Matth. 3. num. 1. Ante haec verba illa de puero Iesu proximè dicta fuerant. Veniens habitauit in Ciuitate, quae vocatur Nazareth. Matth. 2. n. 23. Quibus verbis finita, ac terminata de Christi infantia narratione, repente sermonem Diuus Matthaeus vertit ad Baptistam: uti notat Abbas Guericus, ser. 3. de Ioanne Baptista. Ad praecursorem (inquit) stylum conuertit, arbitrans imperfectum fore, quidquid de sponso diceret, si de indiuiduo amico sponsi reticeret. Ita enim coniuncte sunt utriusque Christi, & Baptistae laudes, ita connexa alterius encomia cum altero, ut mirè in conceptione, in natiuitate, in vita, & in morte conueniret, sequè vicissim iuuarent, & mutuis officijs, ac titulis condecorarent, ut praclare notauit Salmeron. tomo 2. in Euangelicam historiam tractat. 33. his verbis. Quippe mirificè conueniebat, in omnibus fere mysterijs Praecursore

Matth. 3. n. 1.
Matth. 2. n. 23.
Guerri. 128
Historia Christi est timare...
Salmer.

ad illud omnifariam delineandum antecedere, atque ad manifestandum annunciationem eius annunciatione sua, impositionem nominis Iesu impositione nominis sui, conceptum conceptu, natiuitatem natiuitate, desertum deserto, praedicationem praedicatione, baptismum baptismo: confessionem confessione, discipulos discipulis, persecutionem persecutione, mortem denique, violentam morte violenta anteire; descensumque, ad inferos, descensu ad inferos suo, Haec ille, quo sensu Tertullianus lib. de orat. cap. 1. Omnia (inquit) Ioannis Christo praestuebantur.

Pulchrè etiam alludit ad hoc mysterium S. Ioannes Chrysoftomus tomo 2. hom. in Luc. sub finem. Euangelij narrationis exordium sumit à natiuitate Ioannis, mirum ante mirum edisserens, minus ante maius. Vbi illa verba mirum ante mirum) ut tu me grauius, & acutius mente, & cogitatione pertractes, ego interim ad alia praeteruolo. Et ad illud considerandum te in primis excito: si Lyfimacho magnae laudi vertitur, quod eius facinora memorètur à Q. Curtio vnà cum heroicis Alexandri Magni facinoribus. Rursus si Sequolae laus incomparabilis estimatur, quod eius militare robur Lucanus meminerit inter militares Iulij Caesaris laudes: quid de Ioanne dixeris, cuius excellentes laudes ita cum Christi laudibus sunt coniuncte, ut penè nequeat alteruter dilaudari: quin alterius laudes plenis etiam tibijs decantentur.

Inquiro deinde quare de Ioanne vates olim multa praenuntiarunt,

129
Ioannes mirabiliter cum Christo conuenit in omnibus.
Tertull.
Chryso.
130
Christum miraculè subsequens praeiit, ut miraculè anteiens.
Q. Curt
Lucan 9
131
Laus magna simul cum magnis laudari.

Malach 3. n. 1. Iſai 40. n. 3.
Abulcſ.
132
Vi eius maior foret auctoritas, illi, ut Christum, vaticinia praenuntiant.
133
alia inter Christum, & Ioannem similitudines.
Luc. 2. n. 6.
Luc. 1. n. 57.

nuntiarunt, ut puta Malachiae 3. num. 1. & Iſaie 40. nu. 3. Planè, ut quemadmodum in ceteris rebus, ita etiam in ipsismet vaticinijs Ioannis, & Christi laudes inseparabiles, & indiuiduae forent: ita statuit Abulensis in c. 11. Matthaei quaest. 28. indagans causam propterquam de Ioanne in sacris voluminibus multò ante praenuntiatum sit, & non de alijs prophetis? Respondetque in haec verba. Fuit propter Christum, quia futurus erat praecursor, & ostensor eius, & quia quanto Ioannes esset excellentior, tanto esset maioris auctoritatis testimonium suum, quod redùdabat in maiorem firmitatem gestorum Christi, scilicet, ut firmiter crederentur, eum esse Messiam: ideo debuit Ioanni dare magnam auctoritatem. Ita ille. Ecce qualiter Christi cognitio à Ioannis vaticinijs, Christi nomen à Ioannis nomine, Christi auctoritas à Ioannis auctoritate pendeat.

Quin etiam, quoad gratiae plenitudinem Ioannes Christo similis aequaliter euasit, quemadmodum enim Christi natiuitas, ut eius plenitudo gratiae manifestetur, non nisi per plenitudinem temporis declaratur, iuxta illud. Impleti sunt dies, ut pareret. Lucè 2. num. 6. ita Ioannis etiam natiuitas manifestatur per dierum plenitudinem. Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1. num. 57. quod non sine mysterio factum putes, ut praerogatiuarum Ioannis accumulata plenitudo ita aliquatenus adumbretur. Rursus sicut de Verbi Diuini Incarnatione

dictum est. Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Et mox. Plenum gratiae, & veritatis. Ioannis 1. num. 14. ita quodammodo de Ioanne scriptum legitur. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Lucè 1. num. 15. Verum quidem est, eam Christi, & Ioannis plenitudinè valde fuisse difformem, nam Christi plenitudo fuit capitis, à qua omnia membra partem aliquam participauerunt iuxta illud. Et de plenitudine eius omnes accepimus. Ioannis 1. n. 16. Vnde Ioannes etiam gratiam quam habebat, à Christo, ut è fonte acceperat: verum enim verò eius etià excellentiae, qua Christus insignitur, pars aliqua deriuata est ad Ioannem, quandoquidem ille non sibi soli gratiam habuit abunantè, sed alijs etià communicauit. Probat illud Diui Ambrosij in Lucam cap. 1. Non prius mater repleta est, quam filius: sed cum filius repletus esset Spiritu Sancto, repleuit, & matrem. Praeterea in eo fuit Christo simillimus, quia sicut discipuli Christi ab ipso difficulter amouebantur, ita discipuli Ioannis ab ipso aegrè discedere poterat: subiūgo exemplum: de Christo ait D. Marcus. Coegit discipulos ascendere in nauim, ut praecederent eum trans fretum. Marci 6. nu. 45. quid, quaeso, opus fuit coactione hominibus maritimis laboribus affuetis? Lyranus eo loci. Quia (inquit) non libenter volebant recedere absq; magistro suo, eius societate, & doctrina delectati: hoc ipsū enerat discipulis Ioannis. Ideoque Ioannes eos ad Christum non ausus est mittere, eum ut audierent, & eius

Ioan. 1. n. 14.
Luc. 1. n. 15.
Ioan. 1. n. 16.
D. Amb
134
Mater à Ioanne propheta gratiam accepit
Marc. 6. n. 45.
Lyrano.
138
Vi Apostoli à Christo, ita Ioannis discipuli à Ioanne difficillime separantur.

Euthy.

doctrinam considerarent, quia nouerat, eos obnixè recusaturos; quare Euthymius. Si Ioannes (inquit) manifestè misisset eos, quo specta tores fierent; nequaquam persuaderi potuissent, ut illuc abirent: ob hanc ergo causam pretextum fingit interrogationis. Quasi ipse egeret scire, ut illi sui causa amoris abirent, qui aliàs ab eo nequaquam discederent; qua de re vide quæ dicemus Curru 6. Laurea 1.

LAVREA XXIII.

Optimi quiq; cæli, ac terrarum inter Ioannis Baptistæ bene uolos recensentur.

136 Quos fauores Ioanni Æternus Pater contulit?

137. Quos filius, & Spiritus S. addiderunt?

138. Tota Trinitas Ioanni baptizanti adfuit.

136

Quos illi Pater fauores contulit.

Malach 3. n. 1.

Trinitas in primis beneuola apparet in Baptistâ. Pater Æternus eum (utpote magnum terrarum emolumētum) terris denuntiat. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuâ. Malach. 3. num. 1. Et postquam misit, tanta in eum beneuolentia deuinctum se sensit, ut qui numquam in terras descēderat, cum homine locuturus, in Iordanem deuolet, ut de filio suo, cum Ioanne, sermonem conferat familiarissimum. O mirabile, & ultra, quam dici potest, egregiū

Ioannis encomium. Audiamus Sanctum Cyprianum de Cardinalibus operibus Christi tract. de baptismo. Huc usque Sancte Pater non audiimus te loquentem, qui multifarie olim patribus locutus es in prophetis, & per Angelos Sanctos; quibus ad diuina sapere ministeria à te legatio est iniuncta: te ipsum, non ita ante hoc tempus loquentem audiimus, ut personalis tibi assignetur locutio, quam proferres. Filius fit illius publicus encomiastes. **Cepit IESVS dicere ad turbas de Ioanne.** Matth. 11. nu. 7. Spiritus Sanctus Baptistæ propheta factus est, dum illū multo ante pollicetur, quod quantum fit encomium, commendat Diuus Maximus homil. 3. de Baptistâ. **Aduerte** (inquit) quantum huic reuerentiam, quantum deuotionis debeamus impendere, qui ut honorabilis sit, à Sancto est Spiritu prophetatus, promissus ab angelo, laudatus à Domino. Vbi maximè notanda sunt illa verba (ut honorabilis sit) Baptistæ enim honorem cumulare voluerunt Pater, qui angelum misit; Filius qui baptizandus accessit; & Spiritus Sanctus, qui illum prophetauit: vnde omnes tres diuinæ personæ baptizanti adfuerunt. Pater (inquit Cardinal Damianus serm. de Baptistâ) **auditur in voce, Filius in flumine, Spiritus Sanctus in columbe specie demonstratur, adest Ioannes totius medius Trinitatis.** Quasi ideo tres diuinæ personæ cælo descenderint, ut Ioannem medium collocarent, honorificentissimeq; tractarent.

D. Cyp.

Mat. 11 n. 7.

D. Max

137

Quos Pater, quos Spiritus S. addiderunt.

138

Tres diuinæ personæ Ioanni baptizanti adfuerunt.

LAV.

LAVREA XXV.

Trinitas item humana in Ioannem beneuolentissima apparuit.

139. Quenam terrena sit Trinitas?

140. Christus ex Ægypto rediens Ioannis sit hospes in deserto.

141. Ad Ioannē vadit omnibus postpositis.

142. Magna ex verbis Deipara bona redundant in Ioannem.

143. S. Ioseph etiam visitauit Ioannē.

144. In Iordanem venisse probabile est.

139

qua nem terrenis sit Trinitas ex Cancellario Parisensi.

Cancel. Parisi.

D. Bon.

* Vide, quæ dixi Curru 4. Lau. 50. n. 262.

Post cælestem Trinitatem, terrestris item, & humana Trinitas Christus, Maria, & Ioseph apparet erga Ioannem propitia (Christum Mariam, & Iosephum terrestrem Trinitatē appello cum Cancellario Parisiensis Gersoni, qui in serm. de natiuitate Virginis ita loquitur. **Cuperem, ut mihi verba suppeterent, ad explicandum tantum mysterium, tam admirandam, venerandamq; Trinitatem, Iesus, Maria, & Ioseph.** Ita ibi. Illi ergo redeuntes de Ægypto eam viam instituerunt, qua Ioannē Baptistam propinquum pariter, & amicum desideratissimum in eremo inuenirent; sic habet D. Bonauentura to. 6. Opus tract. de vita Christi cap. 13. **Cum (inquit) fuerunt prope finem deserti, inuenerunt Ioannem Baptistam, qui iam ibi penitentiam agere ceperat, cū tamen nullum haberet peccatum.** Baptistæque nulla dies felicior illu-

xit, quàm ea, qua tales hospites excepit. **Felix ista conuersatio** (inquit Chrysostomus homil. 1. in Matth.) **despicere homines, angelos querere, & in solitudine inuenire Christum.** Itaq; Christus, antequàm Baptista nascatur, ad illum adproperat. **Exurgens Maria.** Luc. 1. num. 39. Ad illum in deserto uiuentem sæpe venit, ut diximus Curru 4. Lau. 55. Ad illum baptizantem venit baptizandus, & cæteris omnibus posthabitis, hūc antepōnit. Ita expendit Cardin. Damian. ser. de Baptistâ de Christo loquens. **Relicta (ait) hominum vniuersitate Ioannem querit, Ioannem desiderat, ad Ioannem vadit.**

Iam verò Deipara fuit adde beneuola Baptistæ, ut eum recēs natū brachijs prima susceperit, ut ostendimus Curru 2. Lau. 30. elucet què hec beneuolentia ex eo, quod vix venit ad Elizabetham, cum totam domum cum lauuit cælestibus donis, quod inculcat D. Bonauentura citato tract. cap. 5. **Vide (inquit) quanta virtus sit in verbis Dominae, quia ad eorum pronuntiationem confertur Spiritus Sanctus, sic enim abundanter ipsa erat plena, quod eius meritis ipse Spiritus Sanctus etiam alios replebat.** Hec autem dona Ioannis intuitu Virgo sanctissima impertit; quæ etiā profequitur his verbis Origenes tom. 2. hom. 9. in Lucam ad initium. **Si enim (ait) eò quod tantum venit Maria ad Elisabeth, exultauit infans in gaudio, & Spiritu Sancto plena Elisabeth prophetauit, & in una hora tantos profectus habuit, nostræ cōiectura relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecit.**

140

Christus ex Ægypto rediens Ioannis sit hospes.

Chryso. Luc. 1. n. 39.

Cardin. Damia.

141

Omnibus postpositis ad Ioannē vadit.

142

quanta ex verbis Dei matris bona redundat in Ioannē.

D. Bon.

Origen.

It 2

Iam

Iam verò Sãctus Ioseph, quã beneuolus fuerit in Ioannem, probatur ex eo, quod vna cum sanctissima Virgine ad eum inuiscendum properauerit: Nam S. Iosephum sponsam comitatum fuisse, testantur Authores haud contemnendi; Salmeron tomo 3. tract. 10. & Laurentius Masselli. de vita beatę Virginis lib. 2. & lib. 4. cap. 1. & Orosius declamatione 5. Ex antiquioribus id affirmat Isidorus de Isulanis Mediolanensis lib. de vita Sancti Iosephi his verbis. *Quamuis neminem affuisse visitationi beatę Virginis, & Elisabeth, diuine referant litterę, nullus tamen est sana mentis, catholiciq; ingenij, qui Mariam Virginem tenerę aetatis, solam domo recessisse asseuerat. Creduntur enim a Nazareth usq; ad oppidum Zacharię esse fere quadraginta miliaria. Ratio itaque, officiumq; Sancti Ioseph, atq; autoritas nos credere cogunt, visitationi Sanctę Marię, & Elisabeth eundẽ interfuisse. Nõ enim ratio recta consentit, Ioseph quanvis occasione spõsam diuinitus acceptam dereliquisse, ac psum fuisse Virginem itãtam sine se longum iter subire. Et Bonauent. lib. de vita Christi ita loquitur. *O qualis domus, qualis camera, qualis lectus, in qua, & in quo comorantur, & requiescunt tales matres, talibus filijs fecundata: Maria, & Elisabeth, Iesus, & Ioannes. Sunt autem ibi magnifici senes Ioseph, & Zacharias; quid queso, iucunditatis defuit S. Ioseph, siue dum nouam coniugem in itinere comitatur, siue dum in obsequio Elisabeth demoratur. Comitauit ergò iuxta hos authores, & sociauit Sanctus Ioseph sanctissimam Virginem, vt Ioannem etiam an-**

Salmer.

Lauret. Massell

143

S. Ioseph etiam visitauit Ioãnẽ cõsanctissimã Virgine.

S. Bona.

tequam nasceretur, inniferet.

Probabile etiam est, eundem quoquẽ inuiscisse in Iordane baptizantem: nam Sanctum Iosephũ ad id vsquẽ tempus vixisse, verisimilius existimant, qui eius vitę tempus expẽdunt, inter quos est Cedrenus in compẽdio historię, & nunc recens Pater Ioãnes de Carthagenã de sacris arcanis Deiparę, & Iosephi, lib. 4. hom. 3. quę sententia magis rationi consentanea videtur, quia cum Ioseph eligeretur à Deo, ac deputaretur ad alendum, vt eumquẽ arte fabriũ matrẽ pariter, ac filium, valde verosimile est, superstitem fuisse toto eo tẽpore, quo Christus Dominus in silentio vitã egit solitariam à communi hominum consuetudine remotus: hãc verò constat, vsquẽ ad annos baptismi Christi perdurauisse. Quod si adhuc viuus erat S. Ioseph, quis inducat in animum, illũ se domum recepisse cum omnes, & domos, & vrbes deserẽbat, vt ad Iordanem properarent, vt Ioannem baptizantem, quasi Angelum cœlo delapsum intuerentur. Quod tunc ad Ioannem omnes vnã turmatim concurrarẽt probat ille Textus. *Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudęa, & omnis regio circa Iordanem.* Matth. 3. num. 4. Quod Sanctus Ioseph eo etiam venisset, probat eius singularis pietas, eius ad patris Zacharię domum antiqua cum Virgine profectio, eius deniquẽ altissima defuturis Christi, & p̄cursoris eius mysterijs cognitio.

144

probabil. etiam in Iordanẽ venisse S. Iosephum

Ioann. de Carthagenã

Matth. 3. n. 4.

LAV-

LAVREA XXVI.

Cæterorum erga Ioannem beneuolentia.

- 145. Angelorũ in Ioannẽ beneficiã.
- 146. Ioannis Euangelistę in eũ amor.
- 147. Ab omnibus certatim laudatur.
- 148. Eius tutelũ victores Longobardi.
- 149. Ecclesia illum p̄re omnibus post Deiparam colit.
- 150. Eum nemo non laudat.
- 151. Eius auspicio Cistercienses monachi in Lusitaniã primò venerũt,
- 152. Ioannes quidam Lusitanus se illis primũ addidit sociũ.

145

Angelorũ in Ioannẽ beneficiã.

Angeli in Ioãnis obsequia alacres apparent; nã iã Archangelus, qui Christum Marię annuntiauit, Baptistã Zacharię denuntiat, vt vidimus Curru 1. Laurea. 16. Angeli Ioãnem in eremum abduxerũt, nutriuerunt, & colerunt, vnde Nicephorus histor. lib. 1. c. 24. *In solitarijs (inquit) locis libenter versari solitus, Angelosq; vsus in remotioribus siluarum recessus secessit.*

Nicph

146

Euangelistę Ioannis in eum amor.

Post angelos cęlestes annumeremus terrestrem angelum Ioãnem Euangelistam, qui Baptiste obsequijs, ac laudibus fuit etiam mirificẽ deditus: & chronicus eius historię scriptor quapropter sub exordiũ Euangelij Baptistę facit luculentam mentionem his verbis. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Ioan. 1. n. 4. Vbi Rupertus Abbas reddit rationem, propter quam Euange-

Ioan. 1. n. 4. Rupert.

lista Ioãnes Ioannem Baptistam hominẽ absolutẽ appellauit. *Homo (inquit) per antonomasiam, homo multũ suspiciendus, quo maior nemo surrexit, homo igitur excellens, & inclytus, ore rotundo, plenãq; Euangelij voce in omnium contentione hominũ meritò pronuntians. Ita ille. Vbi notanda sunt illa verba. (In omnium contentione hominum) omnes enim homines in eo vno omuem curã, & contentionẽ iure optimo impendere debuissent, vt hęc Ioãnis p̄re omnibus sanctis exuperãtiã probarẽt, publicarentq;: hũc erga Ioãnem animum, hoc obsequium prestitit Theodelinda Longobardorum Regina (de qua paulò infra) cum magnificam Ecclesiam crexit S. Ioãni Baptistę. *Quo aduocato (inquit) Paulus diaconus apud Cardinalem Baronium to. 3. pag. 243.) Longobardi victores exciterunt super cunctos aduersarios suos. Vide Canisiũ lib. 1. de corrupt. verbi Dei c. 13. à 5. Ad Ioannẽ nostrũ redeo. vbi multa de hac regina.**

Plures alio; p̄termitto dynastas, duces, principes, reges, & imperatores Ioannis obsequijs additissimos: sit satis meminisse Imperatorem Cõstantinum, qui intra suum Lateranensẽ palatiũ Ecclesiam saluatoris dedicauit, eiquẽ continentem basilicã nomine S. Ioãnis Baptistę cõdedit, eo loco, quo baptizatus à S. Siluestro à lepra mūdatus est, ibiq; in celebri baptisterio mediũ collocauit agnum ex auro purissimo fundentem aquam: ad dexteram agni saluatoris argenteam effigiem: ad leuam argenteã imaginem Ioannis Baptistę, quem

147

Eũ certatim omnibus laudant re debent

148

Eius tutelã in Longobardi mirabilis assecutus uictorias

Paulus Diacon

It 3

reue-

reuerentissimè semper coluit, & religiosissimè. Quantis autè, & qualibus donis hoc baptisterium Imperator Constantinus ornauerit, videre quis poterit apud Cardinalem Baronium tomo 3. anno Christi 324. à s. Fontem Sanctum, vbi baptizatus est. Vnde iure optimo demiratur Sanctus Petrus Damianus (cuius verba in hanc sententiam selecta laudauit Curru 1. Laudea 31. num. 194. & 195.) excellentiam Baptistæ, quod Romana prima, & princeps Ecclesiarum in eius simul, & Christi honorem sit consecrata. Recole deinde vniuersam Ecclesiam D. Ioannis beneficijs gratam, tum in publicis litanijs, tum in quotidiana missæ confessione ipsum, post Deiparam, sanctis omnibus militantis Ecclesiæ citra controuersiam præposuisse. Quem verò sic honorat Ecclesia, Dei in terris sponsa vnicè dilecta, quid mirum, si Deus cælestis sponfus eundem colat, ornetq; officijs, & honoribus augeat incomparabilibus? Hinc est, quod Pater Æternus cū illo loquitur Ioann. 1. num. 33. Spiritus Sanctus se illi dat in specie columbæ videndum Matth. 3. num. 16. Filius item se illi baptizandum dedit ibidem num. 13. Deipara illi ministrat, Christus illum laudat, Gabriel annuntiat, Angeli in eremo visitant. Pæni etiam, ac Turrae celebrant, vt notat Augustinus ferm. 25. ad fratres in eremo. Hæc inquit (festiuitas, non solum apud fideles, sed apud infideles vigiliam habet; in hoc festo maxime pagani infideles ad Ecclesiam

suam conueniebant vigilantes.

Iam verò nostrates Lusitani, si in Ioanem sunt valde propensi, hoc vnum sciant, numquam se pro meritis fore illi gratos. Quem olim beneficentissimum, sunt experti. Refero, quod in antiquis Regni annalibus scriptū scio. Religiosi Cistercienses (in nostra Lusitania à Diuo Bernardo nomen habent) huc translati sunt occasione insignis oraculi, quod in solennitate Ioanis Baptistæ factum fuit D. Bernardo; apparuit enim illi Sanctus Ioannes, & inspirauit, vt in Lusitaniam Religiosos transmitteret, quorum aduentus Regi Alfonso Henriques fuit gratissimus, cuius patrocinio instituerunt primo Tarouæ monasterium titulo Sancti Ioanis Baptistæ, quo auctore venerant in hoc Regnū: nec silentio prætereundem est, insignem Eremitam Ioanem Soritam, qui propè Vougam Sanctissimè inter aspera montium vitam degebat solitariam, agitatū cælesti numine primis his monachis se primū addidisse socium. Itaque Sanctus Ioannes Baptista in ipso Regni exordio ad nos Religiosos transmisit eximia vitæ sanctitate conspicuos, qui continuis precibus equarēt Lusitanorum arma Penorū quotidie sanguine cruentata; Tarouæ, vt dixi, Ioanni tum primum est erectum monasterium: adhuc Lusitanorum primus, qui se illis Religiosis addixit, prædictus Ioannes fuit haud ingratus magni Ioannis Baptistæ beneficio.

151

Ioanis de Eln, et auspicio Cistercienses monachi in Lusitaniam primo venerunt,

152

Ioannes quidam Lusitanus se illis primū addidit socium.

Tan-

Tandem hunc ducem, ac principem solitariae vitæ sibi exēplar ab exordio suarum institutionum proposuerunt imitandū potissimi fundatores vitæ solitariae, & ab hominum tumultibus alienæ, vt Sanctus Benedictus, Sanctus Bruno, & alij: nam Sanctus Benedictus post erecta duodecim monasteria solitudinis amans se in Casinū mōtem recepit: ibique Sancti Ioanis Baptistæ delubrum erexit. Affero Ecclesiæ testimonium ita in eius vita scribentis. Cum multi ad eum quotidie discipuli conuenirent duodecim monasteria edificauit, eaq; sanctissimis legibus communiuit. Postea Casinum migravit, vbi simulacrum Apollinis comminuit, aram euertit: & lucos succendit: ibiq; Sancti Martini Sacellum, & Sancti Ioannis adiculam extruxit.

Iam verò Sanctus Bruno sic Sancti Ioannis vestigijs institit; sic eum suis discipulis imitandū proposuit, vt & omnes domos, ad honorem Sancti Ioannis erigi vellet, & omnes tyrones, ac nouitios Sancti Ioannis honorificā mentionem facere iuberet; sic enim legitur in eius Religionis parte 2. statutorum cap. 18. de professione nouitiorum n. 6. Tunc (sermo est de nouitio professuro) ipse, vel alius pro eo professionem sub hac forma, & verbis scribat. Ego frater N. promitto stabilitatem, & obedientiam, & conuersionem meorum coram Deo, & Sanctis eius. & Reliquis istius Eremitæ, que constructa est ad honorem Dei, & B. semper Virginis Mariæ, & beati Ioanis Baptistæ: in presentia Domini. N.

Fundator vita solitaria cui sibi proponunt imitandum.

Ecclesia testimonium.

For ma professionis apud Carthusianos.

Prioris. Et in huius professionis sine ipsemet nouitius manu propria signum crucis depinget. Quamuis autem Ecclesia sit constructa ad honorem alterius Sancti, quam B. Mariæ, aut B. Ioanis Baptistæ: non tamē mutabuntur prædicta verba professionis.

Huius verò ratio professionis in nomine Sancti Ioanis Baptistæ non alia fuisse videtur, quā eximia primorum Patrum in eū affectio, ac deuotio singularis: qua ipsum elegerunt patronum, principem, ac ducem ad solitariam vitam ineundam. Ita scribit Petrus Sutor eius ordinis filius lib. 1. de vita Carthus. cap. 2. cuius hæc sunt verba. Ipsi etenim Sanctissimum illum Eremitæ cultorem Ioannem Baptistam sibi in peculiarem principem, & patronum delegerunt, quod minime fecissent viri admodum timorati, nisi suam vitam animaduertissent, ab ipso Ioanne figuratam, ac tamquē fuisse. Ipsum autem Ioannem Baptistam ad antiquam aetatem partim spectare satis exploratum est: fuit enim quasi quidam limes duarum velut agrorum, legalis, Evangelicæ, populi. Ita ille. Paucisq; post interiectis, reddit rursus rationem, obquam eū principem, ac patronum tam rigidæ, & austere vitæ elegerunt in hæc verba. Diuum ergo Ioannem Baptistam in peculiarem sibi principem assumpserunt. Nec iniuria. Quippe, qui suæ vitæ, & figuram gessit, & veritatem tenuit. Ille enim primū extremam anachoreticam sectatus, discipulos tandem habuisse legitur. Adde quod tutas, communesq; preces extra controuersiam illi solitario porrigi posse credebant, quas non ambigebant multi apud Deum esse alicuius momenti. De-

Petrus Sutor.

Tt4

niquè

149

Ecclesia illum præ omnibus post Deiparam colit.

Matt. 3. n. 16. & n. 13.

August.

150

Eū nemo nō laudat

niquè persuasum habebant; eum ipsum pro veritate passum, posse eos in veritate vita tam aspera confirmare, & contra venenata pestifera linguæ iacula defendere. Hęc ille. Mitto alios eius æmulatores eximios.

LAVREA XXVII.

Ioannis Dei vocis in voces hominum benefica vis, ac potentia.

- 153. Ioannes vox deferens Verbum ad aures hominum.
- 154. Ioannes Dei vox vocibus medetur.
- 155. Vocem parenti restituit,
- 156. Ioannis nomen eloquentiam tribuit.
- 157. Miraculum restitue vocis.
- 158. Ioannis nomen gratia.
- 159. Vocis, & linguæ defectum medicina.
- 160. Maiora donat, quam poscimus.
- 161. Zacharias mutus erat, & surdus.
- 162. Vterq; sensus restituit, & diuinus redditur.

EXordium capio à potentia, quæ in humana voce tanta est, vt omnium animantium voces subtilitate, varietatequè, ac potentia longè excellat. Qua de re consule Cæsarium illustrem in Bibliotheca aucta tom. 2. Dialogo 3. vbi de humanæ vocis excellentia ornatè grauitèr, & acutè multa edisserit. Quod si magna humanæ voci vis, magnaquè potentia

inest; quanta quæso, inerit diuinæ voci, qualis Ioannis vox haberi debet, & æstimari: erat enim Ioannes vox Dei Isaï oraculis celebrata. Vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini. Isaïæ 40. num. 3. & ipsiusmet ore Ioannis ex S. Spiritus instinctu publicata legatis Hierosolymitanis. Ego vox clamantis in deserto. Ioann. 1. num. 23. de qua voce verbum diuinum peruehente ad aures hominum pulchrè Diuus Anselmus in cap. 3. Matth. Christus (inquit) erat verbum in corde Patris formatum. Verbum quasi in ore, quando Christus natus est. Habuit vocem, quæ illum ad auditorem deferret, id est Ioannem. Erat igitur Ioannes, quasi vox verbi clamantis: Verbum enim clamabat in voce, id est Christus in Ioanne.

Et verò hęc potens, benefica, sonora, ac salutaris vox Dei, hominum vocibus egrotantibus medicinam affert præsentissimam. Legitur apud Authores non ignobiles: meminitq; Possenuus tom. 3. apparatus sacri, Paulum musicum apud Longobardos ad benedictionem cerei paschalis caturum in Sabbato Sancto, fabricatq; gutturis obstructione impeditum Ioannem orasse, mirabilemquè repentè impetrasse vocem. Quapropter in huius rei memoriã hymnum panxit, quæ canere solet Ecclesia in festo Diui Ioannis. Estquè huiusmodi.

a Vt queant laxis b resonare fibris
c Mira gestorum d famuli tuorum
e Solue polluti flabij reatum.
Sancte Ioannes.

Isaia 40 n. 3.

Ioan. 1. n. 23.

S. Ansel.

153

Ioannes vox verbum deferens ad aures hominum.

Possenu

au, b re
c mi, d fa
e so, f la

Vbi

Vbi advertere est, quod his verbis notas cantus artificiosè inseruerit, singulis verbis notas binas inscribens, vt attentè legenti facillè erit intelligere. Vnde apparet, quanta sit beneficentia Ioannis in cantores de se benemeritos: nam voce impedita facillè expediuntur.

Vocem Ioannis Pater Zacharias amiserat. Non poterat loqui ad illos, & permansit mutus. Luc. 1. nu. 22. Vix Ioannis nomen mente apprehendit, cū vox redditur. Nec enim (inquit Nazianzenus oratione prima de pace) Nequè enim vocis parentem, prodeunte voce, silere conueniebat. Sic enim textus. Scripsit dicens, Ioannes est nomen eius, apertum est autem ilico os eius, & lingua eius. Lucæ 1. num. 64. Quem locum expendens Diuus Augustinus sermone de eius natiuitate. Vocem (inquit) patri reddidit, Sacerdotis eloquentiam reparauit: videte meritum: os, quod Angelus alligauit, Ioannes absoluit, quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit. Nec non Diuus Ambrosius sermone 65. eisdem pene verbis. Videte, inquit, Ioannis Baptiste meritum, vocem patri reddit, Sacerdoti eloquentiam reparauit, os quod Angelus ligauit, Ioannes absoluit, quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit. Quibus verbis ostenditur, Ioannis nomen non solum esse potèr aperire ora obstrueta, & obturata; sed in facundis, & imperitis linguis peritiã etiam, ac facundiam largiri. Vnde si quispiam vel musicus canoram vocem perdidit, vel magister eloquentia se fraudatum repentè sentit, vterlibet Ioannis no-

men, & corde recolat, & ore pronuntiet. Nam Ioannis nomen. Quod vocem patri reddidit Sacerdotis eloquentiam reparauit. Supplici musico canorem pristinum, elegantiaq; & consonantiam perditam restituet. Nec non rethori magistro, & amissam eloquentiam, & facundiam veterem redonabit. In quam sententiam Chrysostramus in encomio natalis venerandi Præcursoris apud Metaphrastem, & apud Surium tomo 3. in Ioannis natiuitate, instauratam repente vocem Zachariæ demiratus. O nouum, inquit, & alienum miraculum: nomen scribitur, & os patris, quod loqui non poterat, aperitur! Ioannes vocatur, & eius, qui vocat, lingua componitur, ac conuincatur. Vbi notanda sunt hæc vltima verba. Ioannes vocatur, & eius, qui vocat, lingua componitur, ac conuincatur. Ioannis enim nomen positum in ore, & in lingua locatū, & oris amissam sanitatem, & optatam linguæ expeditionem restituit. Habes linguam criminatricem? Adhibe Ioannis nomen, vt medicinam. Statim lingua componitur, ac conuincatur. Est tibi lingua ventosa de se magna iactans? Adhibe Ioannis nomen, quod est medicamentum præstantius illo, quod in myropeijis nomen habet gratia Dei, Ioannis enim nomen verè gratiam Dei significat, quæ de se sentire docet humiliter; ideoquè Theophylactus in capit. 2. Luc. Ioannes, inquit, iuxta interpretationem est Dei gratia, proinde, & pater illius statim secutus est gratiam: primum de Christo, statim de puero prophetizat. Est tibi lingua frigida,

Luc. 1. n. 22. Nazian

155

Vocem parentis instaurat.

Luc. 1. n. 64. August.

Ambro.

156

Hoc nomen facundiam, & eloquentiam tribuit.

Chryso.

157

miraculum restituitur vocis.

Theop.

158

Ioannis nomen gratia.

queque

Vocis humana excellentia.

queque errata confiteri recusat; admoue Ioannis nomē, quod est medicamentū multo vtilius eo, quod in officinis pharmaceuticis dicitur, *Emplastrum filij Zacharie*; est enim Ioannes, nomē veri filij Zachariæ; quod medicum cælestem aduenisse cælo denuntiat, vltro medentem omnibus ægritudinibus. Rhetor es? Magister es? Concionator es? Cantor denique es? vt datum à natura sonoræ vocis vsum securè possideas; vt amissum recuperes, vt recuperatum diu ferues, vt tādē in melius promoueas Dei vocem Ioannem meditare, qui est omnium vocum ara tutelaris.

Ad hæc adde, inuocatum Ioannem, non ea solum, quæ amisisti, dona tibi reparaturum, sed maiora pro sua beneficentia largiturum: libenter enim exercebit in alios eandem beneficentiam, quam exercuit in parentem, cui non vocem solam restituit, sed & prophetiæ donum suppeditauit. *Non solum*, inquit Ambro. lib. 2. in Luc. cap. 2. *ablata restituit, sed etiam insperata concedit: ille dudum mutus prophetat.* Quin etiam, vt hoc semel dicam, ille dudum surdus, audiuit; nam Zachariam, & mutum, & surdum fuisse multi afferunt, & probatur indubiè: nā ita videmus comparatum à natura, vt qui muti sunt, sint etiam surdi: quare græci eodem nomine κωφον cophon, & surdum, & mutum appellant, vt vnoi, eodemquē vocabulo duarum inter se rerum coniunctionem declarent. Probat quod ex eo

textu. *Innuabant patri eius, quem vellet vocari eum.* Nam si surdus non erat, quid opus fuit innuere, & signis interrogare, quem voce alloqui, & interrogare potuissent? ideoquē Diuus Ambrosius, Theophylactus, Euthymius, & alij, eum simul surdum fuisse autumant. Instaurat ergo Ioannis nomen vtrumquē, & auditum simul, & oris vsum: eaque dona, quæ ante fuerant humana, reddit diuina: quod in voce singulariter adnotauit Origenes homil. 9 in Luc. *Recepit* (inquit) *eloquium non humanum, quoniam ligata fuit lingua eius: vinxerat enim eam incredulitas, statim, vt soluta est, humana esse desijt.* Ex ijs, alijsquē similibus donis, quæ Sancti Ioannis obsequijs dediti ex eius beneficentissima manu quotidie accipiunt, incredibilis ipsorum animis crescit, & in dies augetur lætitia, de qua sequenti Laurea.

LAVREA XXVIII.

Ioannes suos afficit lætitiæ dono.

- 163. *Hæc vita lachrymis dicata.*
- 164. *Hæc vita primis lachrymis saluatur.*
- 165. *Risus ante 40. dies perierat.*
- 166. *Solus Ioannes ridet, & exultat.*
- 167. *Latitiam communicat.*
- 168. *Multi non de eius natiuitate, sed de vanitate gaudent.*

D. Amb. Theop. Euthy.

Origen.

162

Vterque sensus restituitur, & diuinus redditur.

163

Hæc vita lachrymis dicata.

Tertul.

164

Pueri hanc vitam lachrymis primo saluant.

August.

3. Reg. 22 n. 18

Plinius.

165

Risus ante diē 40. perierat.

Psal. 38. n. 14.

Propterea S. Ioannes Baptista suo obsequio deditos specialiter gaudio perfundit. Certè hæc vita vallis dicitur lachrymarum: quo circa pueri recens nati eam ploribus primum saluant: quod animaduertēs Tertullianus lib. de anima cap. 19. his verbis loquitur in hæc sententiam. *Plus est quod de conspectu lacrymabilis vite, quidam auerent incommodorum vocem illam flebilem interpretantur.* Quasi pueri primis illis lachrymis futuras vitæ calamitates vaticinentur; nec ab dicit Ecclesiæ lumen Augustinus tom. 5. libri de ciuit. cap. 14 *Infantia, quod non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit nesciens prophetat quodammodo.* Vt iam non queramus cum Rege Achabo 3. Reg. 22, num. 18 Alios nobis mala vaticinari, quā doquidem, nosmetipsi a primo vitæ exordio nostrarum calamitatum incipimus esse prophetæ. Meminit hanc miserandam humanæ vitæ conditionem Plinius lib. 7. in proemio his verbis. *Hominem natura nudum, & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus statim; & ploratum, nullumquē, tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vite principio: at Hercule risus præcox ille, & celerrimus ante quadragesimū diem nulli datur.* Proptereaquē Dauid lacrymarum satur. *Remitte* (inquit) *mibi, vt refrigerer, antequam abeam.* Psal. 38. num. 14. quo loco Hieronymus ita legit. *Remitte mibi, vt rideam.*

Ergo solus Ioannes Baptista in hanc lacrymosam vallem sibi, ac suis risum apportat, & exul-

tationem, vt tempestiue notauit D. Bouauentura in illa verba Salomonis Sap. 7. num. 3. *Et ego natus primam vocem similem omnibus emisi plorans num. 3. Dicit Augustinus (inquit Bouauentura) quod puer à ploratu suo incipit esse propheta sua calamitatis, solum autem, quando natus est, ferunt risisse Zenocratem.* Solus Ioannes Baptista contra legem nascentium natiuitatem suam lætitia, & exultatione præuenit. Hæc sibi deuotos participat, hæc amicos exhilarat. *Audierunt vicini, & cognati eius Luc. 1. num. 58. audierunt scilicet, vt eiusdem lætitiæ participes, & communis gaudij confortes fierent.* Quapropter Diuus Ambrosius in Luc. cap. 1. in hæc ipsa verba. *Habet* (inquit) *scilicet eorum editio lætitiæ plurimorum, quia commune bonum est.* Et Diuus Maximus homil. 1. in eodem festo. *Beatus* (inquit) *Baptista Ioannes, cuius nunc festiuitate lætamur, cælesti mundo gaudia hodie natus inuexit.* Istiusmodi verò gaudijs suos potissimè Ioannes afficit, de quibus illud præsertim intelligitur. *Multi in natiuitate eius gaudent.* Luc. 1. num. 15. Nam in Ioannis quidem natiuitate multi perfruuntur gaudijs, sed multò dissimilibus ijs, quæ Ioannes suis communicat. Quapropter Diuus Bernardus serm. de natiuitate Ioannis. *Et ipsi* (inquit) *in hac natiuitate gaudent, sed utinam de natiuitate, non de vanitate.* Quin etiam in eius anni uersaria festiuitate exhilarari herbescencia cæporum gramina, currere flumina lætiora terris, solum ipsum vulgo ferunt cælo exultare, ac tripudiare solitum.

Sap. 7. n. 3.

D. Bon.

166

Solus Ioannes exultat, & ridet.

Luc. 1. n. 58.

Ambro.

167

Gaudium & lætitiæ communicat.

D. Max.

Luc. 1. n. 15.

D. Ber.

168

Multi in eius natiuitate non de natiuitate ipsa, sed de vanitate gaudent.

159

Omnium vocis, & lingue de fecturi medicina.

Ambro.

160

Maiora donat, quam poscimus.

161

Zacharias, & mutus erat, & surdus.

LAUREA XXIX.

Ioannes rursus in eos, qui sibi præstant obsequia, beneficentissimus.

- 169. Longobardorum cultus in Ioan- nem.
- 170. Regine votum, & suorum Ioanni nuncupatum.
- 171. Ioannis deinceps probatur fa- vor.
- 172. In eius templum liberalitas.
- 173. Ioannis tutela maxima in Lon- gobardos.
- 174. Gens Longobardorum perijt, ubi Ioannis templum minus religiose colebatur.
- 175. Furem ingredi suum templum vetat.
- 176. Sanctulus invocato Ioannis no- mine à morte liberatur miracu- lo.
- 177. Suis militibus opem tulit. Quomodo per Ioannem optata im- petrantur?

Mirum est, quantam Lō- gobardorum gens Ioan- nis benevolentia sit ex- perta: gratificatus quippe fuit eis Sanctus Ioannes Baptista, sin- gularem eam, quam in illum, iā inde à Rege Agilulpho, nec non regina Theodelinda conceperūt, & ostentarunt deuotionem. Le- ge, si placet, Paulum diaconum lib. 4. cap. 22. inueteri editione, ad etiam Baronium tomo 8. an- no Christi 616, fol. 243. Vbi præ- ter alia hæc habet. *Famefa illa fuit*

Paulus Diacon. Baron.

beneficentia, quam exhibuerunt Basi- lica in honorem Sancti Ioannis Bap- tista erecta in Modocia. Inter has ma- gnificum fuit illud templum, quod regina Theodelinda regi- fico sumptu in honorem Sancti Ioannis extruxit, de quo citatus Paulus diaconus scribit in hæc verba. *Theodelinda Regina basilicam beati Ioannis Baptista in Modocia cō- struxit pro se, & pro viro suo, & pro filijs, & pro filiabus, & cunctis Lon- gobardis Italicensibus, ut ipse Sanctus Ioannes sit intercessor pro cunctis ad Dominum. Et illi venerunt inter se vnanimiter maiores natu cum Rege suo, unā cum Theodelinda Regina di- centes: si Sanctus Ioannes pro nobis, interpellator sit ad Dominum Deum no- strum IESVM Christum, nos omnes vnanimiter pollicemur illi omni anno, in die Natiuitatis sue, hoc est octauo Kalendas Iulij, de nostris facultatibus transmissuros honorifice ad oraculum eius, ut per illius interpellationem ha- beamus inuicem Domini nostri IESV Christi tam in bello, quam in alijs lo- cis omnibus, quocumq; ituri sumus.*

Ab illo ergo die in omnibus acti- bus eorum caperunt inuocare S. Ioan- nem, ut illis præberet auxilium virtu- te Domini nostri IESV Christi, & il- li omnes permancebant illi, victoresq; extiterunt super cunctos aduersarios suos. Locus autem ille supra Mediola- rum duodecim millibus est, quem Re- gina dedicandum curauit, multisq; or- namentis auri, & argenti mixtice de- corauit, prædijq; ditauit, familiasq; & possessiones multas eidem loco addi- xit in honorem Sancti Ioannis Bap- tista. Dicamus a serutione scripturae Theo- delinda Regina: offert gloriofissima Theodolinda Regina unā cum filio suo

169

Longobardorum cultus in Ioan- nem.

170

Votū Re- gine, & suorum Ioan- ni Bap- tista nuncu- patum.

171

Ioannis de- inceps pro- batus fa- vor, & tu- tela.

172

In eius tē- plum li- beralitas.

Adalu-

Adalunaldo Rege Sancto Ioanni patro- no suo de dono Dei, & de dotibus char- tulam sua donationis, quam in suorum præsentia scribere fecit. Siquis quoli- bet tempore hanc testem voluntatis sua corruperit, in Iudicij extremi die cum Iuda traditore damnetur. Ordina- tio verò eius talis fuit: de rebus San- cti Ioannis nullo modo se debet aliquis introuidere, nisi tantum Sacerdotes, qui sibi seruiunt die ac nocte, tantumq; famuli, & famula, qui ibi subiecti sunt, communiter debeant viuere. Hæc ci- tatus Paulus diaconus.

Quanta verò hinc in Longo- bardos dimanarunt beneficia san- ctissimi præcurforis fauore be- nignè deriuata, ex varia spiritali obseruata lectione colligo: ac in primis refero illud ex eodē Lō- gobardorum scriptore Paulo dia- cono lib. 5. cap. 6. Cum impera- tor Constans bellum pararet ad- uersus Longobardos. Prius ad so- litarium, qui prophetia spiritum ha- bere dicebatur, abiit, studiosè ab eo scif- citans, utrum gentem Longobardorum superare, & obtinere posset: à quo cum seruus Dei spatium unius noctis expe- tisset, ut pro hoc ipso Dominum supplicaret: factò mane ita eidē Augusto res- pondit: gens Longobardorum superari modo aliquo non potest: quia Regina quedam ex alia prouincia veniens basi- licam beati Ioannis Baptista in Longo- bardorum finibus construxit, & propter hoc ipse beatus Ioannes pro Longobar- dorū gente continuè intercedit. Veniet autē tēpus, quando ipsum oraculum ha- bebatur despectui, & tunc gens ipsa pe- ribit. Quod nos ita factum esse probaui- mus: quia ante Longobardorum perdi- tionē eandem beati Ioannis basilicam, que utique in loco, qui Moditia dici-

Paulus Diacon

173

Ioannistu- telam Lō- gobardos quāta fue- rit.

174

Gens Lon- gobardo- rū perijt, ubi Ioan- nis tēplū minus re- ligiosè ha- beri cepit

tur, est constituta, per uiles personas or- dinari conspeximus: ita ut indignis & adulteris, non pro uite merito sed præ- miorum datione idem locus venerabi- lis largiretur. Hactenus Paulus Diaconus citatus.

Aliud in Longobardis colla- tum beneficiū refero, quod scri- bit Cardinal. Baronius anno Chri- sti 654. to. 8. Ex citato Longobar- dorum scriptore lib. 4. cap. 48. Cū, inquit, Rotharis Rex Longobardorū Arianus iuxta basilicam beati Ioannis Baptista fuisset humatus, post aliquan- tum tempus quidam iniqua cupiditate succensus, eius sepulchrum nocte ape- ruit, & quidquid in ornamentis eius corporis reperit, abstulit. Cui beatus Ioannes per visionem apparens, eū ve- hementer exterruit, eiq; dixit: cur au- sus es corpus istius hominis continge- re? fuerit licet non rectè credens, ta- men mihi se commendauit. Qui igitur hoc facere presumpsisti, nunquā deinceps in meam basilicam ingressum habe- bis. Quod ita quoq; factū. Quoties enim cumq; voluisset beati Ioannis oratoriū ingredi, statim velut à validissimo pugili guttur eius feriretur; sic subito re- tro ruebat impulsus; veritatē in Chri- sto loquor: hoc mihi ipse retulit, qui hoc ipsum suis oculis factū vidit. Hæc Ba- ronius ex Paulo scriptore.

Nec beneficentia D. Ioannis ad Longobardos tantum, sed ad alios quoq; se protendit: dū enim Lō- gobardus quidā extentū teneret ensem, vt Sanctulo præbytero collū amputaret, Sanctulus inuo- cato nomine S. Ioannis, repentē carnificis brachiū dirigit: nec eo morbo liberatus est, donec promiserit, se neminem Christianum in posterum necaturum.

Cardin. Baro.

175

Furē suū tēplum in- gredi Ioa- nes vetat

176

Sanctulus inuocato nomine Ioannis, in- uentis sibi mor- tens bra- chij sup- pefacu.

Vv

Ita

D.Greg. Ita Greg. Mag. lib. Dialogorum cap. 37. s. Ipse Petre pag. 273. Preterea cum Ioanes in caeteris omnibus suis faueat, in bellis non deserit; nam teste Sabellico tom. 2. pag. 746. Dum Mahometes secundus Turcarum Imperator oppugnaret Rhodum, visus est Sanctus Ioannes Baptista pro equitibus suis pugnare, reg; infecta Turca indignabundus abiit; idemq; accidit in oppugnatione Melitensis Insulae facta a Mustapha duce Selimi secundi Turcarum Imperatoris. Iam vero in profligandis heterodoxis manum tendit libentius auxiliatricem. Lege Theodororum hist. Sanctorum Patrum cap. 21. ubi scribitur, Sanctum Ioannem Baptistam Diuo Theodoro opitulatum fuisse aduersus Marcionistas haeticos. Merito ergo Diuus Ioannes Chrysostomus homil. 2. ex varijs in Ioannem, fortunatos appellat eos, qui Sanctum Ioannem Baptistam obsequiose imitantur. Felices (inquit) sunt, qui imitantur Ioannem, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit; expectabat Christum, oculi eius nihil aliud dignabantur aspiciere. Quod si per eum, id quod cupimus, non impetramus, recolamus illud Augustini sermone de Sanctis ordine 21. Tunc pro nobis Beatus Ioannes, quidquid petierit, obtinebit, si nos festiuitatem suam pacificos, sobrios, Sanctos, & alsq; villo turpiloquio agnouerit celebrare.

LAVREA XXX.
Ioannis Baptistae cum Euangelista collatio encomiastica

Sabelli.

177

Suis sepe milibus opem tulit.

Theod.

Chryso.

S. Angu

- 178. Comparatio inter propinquos non odiosa.
- 179. Vterque Ioannes filius Virginis.
- 180. Vterque dormit in sinu Christi.
- 181. Vterque impendit fauores. Deus donat Baptista, quod omnibus negat.
- 182. Illi caput inclinat.
- 183. Alter famulatur Dei Matri, alteri ipsa subseruit.
- 184. Admirabilis in Baptistam fauor.
- 185. Baptista nullus alius conferendus.

ET si omnis comparatio sit odiosa, quae tamen a nobis fiet, Euangelistae cum Baptista, erit ipsis, vt credo, grata est enim inter amicos, ac propinquos, quorum alter in altero commendatur. Verum est quidem, quod Euangelista eo magno privilegio donatus fuit, quo filius Virginis a Christo nominatur in cruce; ait enim ad matrem. Ecce filius tuus. Deinde ad illum. Ecce mater tua. Ioann. 19. num. 27. Vnde Augustinus tractat. 119 in Ioannem. Alterum (inquit) pro se filium quodammodo providebat. Verum hoc etiam magno fauore non caruit magnus Baptista, vt habetur apud Canisium lib. 2. de corruptela Verbi Dei cap. 10. Nec desunt (inquit) qui Ioannem Baptistam Mariae filium, dicant, spiritualem scilicet, quandoquidem illa, parentes eius inuisens, magnam praeiit causam; vt idem in vitro matris conclusus baptismo spiritus imbueretur.

178

comparatio inter propinquos non odiosa

Ioan. 19. n. 27.

Canisi

179

Vterque filius Virginis.

Fuit

180

Vterque dormit in sinu Christi.

Ioan. 21. n. 201. Guerr.

Fuit item magna laus Euangelistae in pectore Iesu recubuisse. Qui, & recubuit in cana super pectus eius, Ioan. 21. num 20. Nec minor laus Baptistae in Christi sinu dormientis. Sic Guericus eum considerat ser. 4. de Baptista, qui ipsius abstinence cum heluonum ingluvie conferens, hac sententiam effert. Cum fastidijs nostris non satisfaciant opes mundi, non satisfiant artes, & tormenta cocorum, dormiemus cum Lazaro quondam paupere in sinu Abrahae; vel patius in sinu Christi cum Ioanne, plane si ita est, ridenda est magis, quam praedicanda vita Ioannis. Illic autem fermo est de vita Ioannis Baptistae. Nisi forte dum de Ioanne Baptista sermonem faciebat, alludit Sancti Ioannis Euangelistae somnum in pectore Christi. Id lectoris iudicio relinquo.

Magna praeterea Euangelistae laus, quod illi Virgo Deipara commendatur, vt ipsi subseruiat, quod aduertit Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum cap. 4. Doceat (inquit) cuius privilegij sit Ioannes, imo in Ioanne virginitas, a Domino Virgine mater Virgo virgini discipulo commendatur. At hoc minus est mirabile, quam Deum virginis Baptistae manibus se baptizandum subijcere; quare D. Pet. Damianus ser. de Baptista. Tibi (inquit) o Ioannes, datum est, quod omnibus est negatum, baptizare eum, virginemque Virginis filium virgineis manibus irrorare. Ad quam dignitatem, vt pote caeteris altiore Ioannes ipse cohorruit. Horret Ioannes (inquit) Cyprianus lib. de baptismo) & acclinet sibi esse sacrum Christi caput, non

D. Hier.

181

Vterque singulari impendit fauores.

D. Petr. Damia.

Baptista Deus donat, quod omnibus negat.

D. Cyp.

patitur, quia maiorem a minori. beatissimi antequam regulis refragatur. ideoque Deo hominem manus imponere iudicabat temerarium.

Deinde concedo magni, quidem fuisse privilegium Euangelistae ministerium, illum vt famulatum, quem Deiparae solus reuerentem exhibuit; verum Baptista, quis possit comprehendere excellentiam, cui ipsa Deipara famulata fuit. Sic scribit D. Bonaventura, cuius locum citauimus Cur. 2. Lau. 30. Sic D. Bernardus ser. de privilegijs Baptistae expendens illud. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus. Luc 1. n. 56. Morata est (inquit) donec uerum beatissimo confoueret sinu, & propinquiores redderet praesentiae Creatoris. Et paulo infra. Iosa Dei genitrix filium prae primam de terra leuauit, & cognata partu omni prof quia est seruitute. Tantum igitur praesere videtur Baptista Euangelistam, quantum Euangelistae administratio cedit administrationi Deiparae.

Licet ergo omnis comparatio sit odiosa, postquam Christus facta cum reliquis comparatione, Baptistam altiue euexit, si quis illi nihilominus alium comparare audeat, habebitur impius, & insanus a D. Gregorio Nysseno oratione fratris Basilij. Insania (inquit) & impietas fuerit alium ex aduerso comparando opponere. Et D. Bernar. paulo ante citatus Euangelistam non comparandum esse Baptistam, apertis verbis declarat. Non opponas (inquit) mihi Euangelistam caeteris discipulis magis dilectum, non Apostolorum principem omnibus Apostolis antelatum, nec Apostolicus splendor audeat occurrere praecursori.

182

illi caput inclinat.

183

Alter famulatur Dei matri, alteri ipsa subseruit.

D. Bern Luc. 1. n. 56.

*Alii Petro Damiano tribuunt huc sermonem.

184

Admirabilis in Baptistam fauor.

Grego. Nyssen.

D. Bern.

185

Baptista nullus alius conferendus.

Vv 2

Vnum

Vnum restat; rerum scilicet di-
ninarum cognitio, in qua Euan-
gelista videtur longè præcedere:
se. In hac etiam præiuisse Bapti-
stam iam ostendo (de alijs com-
parationibus, & laudum inter
vtrūq; collationibus infra Cur.
10. Laur. 21. & 22.)

LAVREA XXXI.

Collatio quoad cognitionem.

- 186. *Evangelista dilectus propter sub-
tilitatem sapientia.*
- 187. *Baptista eo sapientior, quo à sen-
sibus alienior.*
- 188. *Deus, ut amicus loquebatur cum
Baptista amico in deserto.
Imo etiam antequam nasceretur.*
- 189. *Evangelista illustratus, Baptista
Spiritu S. repletus.*
- 190. *Magistrum habuit Spiritum S.*
- 191. *Evangelista ad Deum, Deus ad
Baptistam veniebat.*
- 192. *Evangelista Christū inbetur au-
dire in Thabor, non ita Baptista in
deserto. (tuit*
- 193. *Trinitatis mysteriū ei prius inno*
- 194. *Divina persone eum medium
collocant.*
- 195. *Evangelista acies aquilina.*
- 196. *Baptista in divinitatis radios ocn-
los intendit.*

D.Tho.

186

Evangelista dilectus propter subtilitatem sapientia.

PRO Evangelista est locus
D. Thomæ in cap. 13. Ioā-
nis. Fuit (inquit) Ioannes ma-
gis dilectus propter subtilitatem sapiē-
tia, quia ceteris alijs arcana divinita-
tis intuitus est. Pro Baptista nō vul-
garia sunt argumenta. Eō enim
altius ille se immerfit profundif-
simæ Dei scientiæ, quō se subli-

mius ē sensibus extraxit. Ita ex-
pendit Chrysoctomus in Ioan-
nem homil. 12. *Ioānes* (inquit) *cū
omnibus, qua sub sensum cadunt, se se
exuisset, alijs magistris non indignis;
sed calitus eruditus est.* Sciētia enim
eō verior, & facilior est, quō à
sensibus alienior. Vnde D. Bernar-
dus fer. in natiuitate. *Ioannes* (in-
quit) *in spiritu, tāquam angelus, eru-
ditur; nimirū tātum propinquior Deo,
quantō vox Deo vicina; nequē enim
Ioannem prædicatio, sed inspiratio do-
cuit.* Ita ille.

Chryso.

187

Baptista eo sapientior, quo a sensibus alienior.

D. Bern

Facit in hanc sententiam ad-
mirabilis favor, & amor Dei er-
ga amicum Moysem collatus cū
favoribus Dei erga amicum suū
Ioannem. *Loquebatur Dominus ad
Moysem, sicut solet loqui amicus ad a-
micum suum.* Exod. 33. n. 11. *Quod*

Exod. 33. n. 11

quanti fuerit favoris, & amoris,
omniū sæculorum admiratione
explicari vix poterit. Nā si ami-
corum omnia sunt communia: si
inter familiares confabulationes
omnia sibi secreta vicissim ami-
ci communicant: quanta, Ioan-
ni secreta cōmunicauerit? quot,
& qualia consilia aperuerit in so-
litudine? Quod autem Deus, an
nos triginta in deserto amicē cū
Ioanne, sicut in solitudine cum
Moyse, familiarissimos sermo-
nes vtrō citrōq; contulerit, le-
go apud Origenem homil. 11. in
Lucā. *Sicut Moyse* (inquit) *loqueba-
tur, & Deus respondebat ei, sic pnto,
quod Ioannes loquutus fuerit in deser-
to, & Dominus responderit ei, hoc arbi-
tror certa de scripturis ratione cōuētū.*
Et certē parū dixit Origenes, ni-
mirū, quod id acciderit Ioāni in
deserto, hoc enim illi etiā accidit

Origen.

183

Dens cū Baptista loquebatur in deserto sicut loqui s. l. t. amicus ad amicum suum.

Antipat

Imo etiā antequam nasceretur.

Guerni.

Antipat

Ecclef. 5. n. 26.

189

Evangelista illustratus: Baptista Spiritu S. repletus.

Luc. 1. n. 15. Eusebii Emili

in utero, vbi ea iam penetrabat,
quæ Moyses senex vix percipie-
bat. Vnde Antipater oratione de
Sancto Baptista. *Saliens* (inquit)
*in ventre ea dicebat, quæ Moysi cum se-
nuisset, Deus significauit; & ea, quæ ig-
norauerunt angeli, Ioannes dicebat, qui
à matris gestatur utero.* Concinitq;
Guerricus Abbas fer. 1. de Bap-
tista his verbis. *Cuius rudimenta
prima aetatis grauitatem sapientia
vicere senilis.* Et rursus S. Anti-
pater Boftrēsis Episcopus in fer.
de S. Ioanne apud Metaphrast.
Quomodo (inquit) *eum laudabo, qui
antequam nasceretur, didicit occultū
mysterium; ei enim antequam eset na-
tus, Deus aperit tradidit gratia mys-
terium, gratia thesauros apud eum de-
posuit.* Nec non thesauros altif-
simæ illius sapientiæ, scientiæ,
& intellectus, de quibus Eccle-
siastici 1. *In thesauris sapientia in-
tellectus, & scientia religiositas.* Ibi
num. 26. sicut enim potentissi-
mi reges in thesauris abdunt op-
tima quæquē, & pretiosissima,
ita, opinor, Deus in sanctissima
Ioannis Baptistæ mente occultif-
sima scientiæ, & sapientiæ suæ
consilia recondit.

Inficiari certē non possumus
Ioannem Euangelistam illustra-
tum sepe ab Spiritu Sancto: rap-
tūq; sæpius sublimem ab insula
Patmo: at Ioannes Baptista non
illustratus solum, sed impletus
fuit. *Spiritus Sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue.* Lucæ 1. n. 15.
Quod subnotans Eusebius Emi-
fenus oratione de Baptista. *Mag-
nū est, inquit, spiritu illustrari, sed
multiō est maius impleri.* Imō Ioan-
nes Baptista non rapitur in cælū,

sed in illū cælum ipsum cū Spiri-
tu. S. magistro delabitur: vnde Ca-
nisius lib. 1. de corruptela Verbi
Dei. c. 6. *Magistrum*, inquit, *propriū,
à quo veritatem omnē edoceretur, Spi-
ritum Sanctū maturius, quàm reliqui à
Deo illuminati, habuit.* Qui enim
penē totus erat spiritus, par erat,
vt non alium haberet magistrū,
quàm Spiritum Sanctum.

Præterea in hac excellenti su-
pernorum mysteriorum affec-
tione illud est in Ioanne Bapti-
sta mirabile, quod ad illū, tamquā
ad Regis filium nō nisi in Regia
excolendum Christus Deus ma-
gister saepe aduenerit, vt diximus
Cur. 5. Laur. 13. & Cur. 4. Laur.
55. At Euangelista ad Christū, vt
ad magistrū corporaliter erudiē-
dus accedebat: grauitē id expē-
dit Gregor. Magnus lib. Dialogo
rū c. 1. sub finem. *Iam* (inquit) *Bap-
tista magistrum habuisse non legitur,
neq; ipsa veritas, quæ corporali presen-
tia Apostolos docuit, eum corporaliter
inter discipulos aggregauit; sed quem
intrinsicus docet, extrinsicus quasi in
sua libertate reliquerat.* Itaq; reliqui
ad magistrū veniebāt: ad Baptis-
tā verō veniebat ipse magister; re-
liqui in subiectione quadā erāt:
Ioānes libertate sibi debita frue-
batur, quia videlicet ad aliorum
comparisonem Ioannes Bapti-
sta magister erat.

Quærit Diuus Hilarius lib.
6. de Trinitate, quare S. Ioanni
Euangelistæ spectanti in trans-
figuratione vna cum fratre Iaco-
bo, ac Petro illa vox ē cælo missa
est. *Hic est filius meus dilectus.* Mat-
thæi 17. num. 5. similiterq; Bap-
tistæ eadem vox in Iordane audita

Canisio

190

magistrum habuit Spiritus.

Gregor. Magn9.

191

Evangelista ad Deū, Deus ad Baptistam veniebat.

D. Hila.

Matth. 17. n. 5.

192

Euangelista
Cristi
tunc sube-
tur audi-
re in Iba-
bor, nota
Baptista
in Iordane.

est, eo tamen discrimine, quod Euangeliste, ac socijs additum est. *Ipsam audite*, non autem Baptiste; cuius ego causam esse reor, quod illis audientia commendatur, quasi egentibus maiori progressu in disciplina, ac scientia rerum celestium; non autem Baptiste omnium mysteriorum scientia plenissimo: quod paucis docet citatus Hilarius. *Ioannes* (inquit) *iam ab utero prophetans, non eguit hac voce, hunc audite*. Quasi diceret, qui non egebat in utero, quo modo egeret in Iordane? Itaque Ioannes, non iubetur audire, qui potius erat audiendus de ipso etiam arcano Trinitatis mysterio, quod illi primum, quam alij cupiam fuit reuelatum; ut notat Diuus Bernardus serm. de excellentijs Baptiste in Excellentia 8. *Octauus* (inquit) *honor est prima reuelatio de Trinitate*. Et iterum. *Pater* (inquit) *auditur ab illo in voce, filius baptizatur in flumine; Spiritus Sanctus demonstratur in columba specie, adest Ioannes, totius medius Trinitatis*. Quid illi esset ignotum cui tres diuinæ personæ tantum honorē deferunt; vt medium collocet? Sandè in ordine processionis diuinarum personarum media persona, est persona filij, cui tribuitur sapientia; hæc sedes, hic locus est Baptiste, in ipsamet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti sapientia, ac scientia collocatur.

Affero, & aliud encomium inter ipsas Baptiste laudes sublimius affurgens. Augustinus tomo 9. tractatu 36. in Ioannem

D. Bern

193

Mysterium
Trinitatis
in prius
innotuit.

*Laudatur
alibi
hæc verba
ex Petro
Damiano.

194

Diuina
personæ
cum mo-
dum lo-
cant.

August.

hanc reddit rationem, quare Euangelista dicatur aquila. *Res-tu* (inquit) *aquila, ipse est Ioannes sublimiū predicator, & lucis interna, atq; æternæ fixis oculis contemplator, dicuntur enim, & pulli aquilarum à parentibus sic probari, patris simul ungue suspendi, & radijs solis apponi, qui firmè contemplatus fuerit, filius agnoscitur, si acie palpitaauerit, tanquam adulterius ab ungue demittitur*. His verbis Augustinus non parum commendat aquilinum Euangeliste intuitum; sed ego hinc maius argumentum conficio pro Baptista. Nam Euangelista adulta iam erat ætate, cum adhuc contemplanda accessit; sed Baptiste verus pullus aquilæ adhuc in nidulo diuinitatis solem fixus intuetur: & vt Soli magis accedat, à nido, idest à parentum amplexibus auolat in eremum. Admiratur Cardinalis Damianus sermone de Baptista his verbis. *Relinquit Ioannes mundum, homines fugit, parentes aspernatur, & in solius diuinitatis apicem beata contemplationis figit obtutus*. Ita ille. Hæc in præsentiarum pro Baptista, cuius nunc laudes recolimus, & augemus, Euangelistam etiam in secunda huius triumphus parte sua manent encomia: vide pro utriusque collatione, quæ dicam 2. parte Curru 10. Laureæ 21. Vbi S. Ioannis Baptiste studiosus alter, alter S. Ioannis Euangeliste obsequiosus inducitur, pro suo quisque agnomina, & tutelari Diuo decertans, & hinc inde laudes accumulans.

195

Euangelista
se acies
aquilina,

Cardin.
Damianus

196

Verm. pullus
aquila
Baptista
in diuini-
tatis ra-
dios occul-
dens.

HERODES TENUIT IOANNEM, & COLLIGAVIT EUM, & POSUIT IN CARCEREM: PROPTER HERODIADEM UXOREM FRATRIS SUI: DICEDAT ENIM ILLI IOANNES: NON LICET TIBI HABERE EAM: & VOLENS ILLUM OCCIDERE, TIMUIT POPULUM; QUIA SICUT PROPHETAM EUM HABEBAT.

Matth. 14. n.

3, 4. 5.

LAVREA XXXII.

Herodis in palatio vitia dominantur.

197. In palatij vitia coronantur.

198. Omnes impij sub rege impio.

199. Vitia in principibus diabolus collocat, vt ad ea facilius populares alliciantur.

200. Asinodæus pro Salomone regnat.

201. Nazianzenus esse cupit procul aulicis

202. Notabile factum, ac dictum constantij.

203. Herodis regnum erat diaboli.

204. Vedij Romani gula.

ANtequã de Herodis adulterij immanitate, & grauitate dicam: quanta ex sinistro Regis exemplo in aulicis primum, deinde in vulgus

scelera dimanent, iã aperio. Regnant plerumque vitia in palatij regum impiorum: cuius veritatis habes exemplum perillustre Apocal. 13. *Et vidi* (inquit) *de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata*. Apoc. 13. num. 1. Vbi mirum est, quod cum illa cornua vitia significarent, coronata tamen appareit? Sed iam mirari desino; nam hic non nisi de regalibus vitij agitur. Porro per coronatos reges vitia coronantur, & regibus exemplo prælucentibus sceptrum gerunt ipsa peccata; quibus ad nutum homines obsecundant; & rursus vbi scelera peccandi autoritatē capeffunt, de effrenata peccandi licentia gloriantur aulici, & vt grauissimè loquitur Saluianus tom. 5. Bibliot. edit. 2. lib. de proudent. *Omnes quodammodo mali esse coguntur, ne viles habeantur, vbi quis mutauerit vestem; mutat protinus dignitatem, si fuerit totus honoris, fit totus iniuria*. Expende verba illa præ cæteris (*omnes quodammodo mali esse coguntur, ne viles habeantur*.) Ed enim dignitatis vitia aliqua ascenderunt, vt qui illis non vacant, viles habeantur, & indigni, qui in palatio vitia degant: quapropter Soares Conimbricensis Episcopus tractat. 7. in Matth. expēdens decem illa diademata coronantia decem immanis belluæ cornua Apoc. 13. eamque aulicis aptans, & accommodans. *Hei miseris* (inquit) *nobis habentibus hodie peccata coronata, vitij diademata imponimus*. Semet aulicis illius tēporis præ animi sub-

Apo. 13
n. 1.

197

In palatij
vitijs vitia
coronantur.

Saluian

198

Sub Rege
impio om-
nes impij
esse coguntur.

Conimbricensis
Episcopo.

199

Diabolus in principibus collocat, ut ait in facillig populares omnes al locantur.

2. Reg. 16. n. 22.

Saluian

1. ad Timoth. 4. n. 2.

missione annumerabat Episcopus Comes cōcionator egregius, ac regius: ea quippe arte iniquitatis administer diabolus uti solet: ut quæ ij, qui frequentat palatium, vitijs gloriantur, vitia prius collocat in principibus, ac regibus: ut libidinem olim proposuerat in Absalone principe, ac in Rege Salomone: in Absalone, quando. *Tenderunt Absalom tabernaculum in solaris, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo populo.* 2. Reg. 16. num 22. cur in principe Diabolus effraenem luxuriam collocat, nisi, ut à principe, velut à capite dimanaret in populos; cur infamem libidinem tenebras, ac latebras querere solitam in totius vr̄bis oculos educit, nisi ut sinistro exemplo vniuersam rem publicam facilius ab honestate traheret ad turpitudinem; audire est Saluianum lib. 2. de Gubern. Dei. *Scilicet (inquit) ut feralissimo crimine non pater tantum absens d. formaretur, cum oculi etiam totius vr̄bis publico fedarentur incestu.* Ac si diceret, parum erat, patrem dedecorasse, si libidinem intra domesticos parietes expleuisset, eam etiam eduxit in publicum, ut eam omnes æmularentur: idcirco monet Apostolus. *Ossecro, orationes fieri pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut tranquillam vitam agamus cum omni pietate, & castitate.* 1. ad Timoth. 4. num. 12.

In Salomone etiam rege potētissimo luxuriam collocat diabolus, nequis infamem luxuriam in rege positam negligeret. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusa-*

lem. Eccles. cap. 1. nu. 12. Chaldaica paraphrasis legit. *Ego Asmodæus (huic cura præcipua erat inflammandi, & incendendi libidines) regnavi in Hierusalem; interim namquæ dum Salomon veneris voluptatibus studuit, non tam Salomon ipse regnabat, quàm Spiritus ille impurissimus Asmodæus omnia pro arbitratu suo regebat, væ istiusmodi regnis, in quibus tanta pollet Asmodæus auctoritate, ut luxuriæ ceteris æmulandam collocet in regibus, ut simulatis olim collocauerat in dijs, ac deabus, quod scelera ipsa suapte natura vilia, & humilia, eo nomine sancta, ac sublimia esse viderentur, ita præclare Nazianzenus Gregorius oratione in sancta lumina. *Ut (inquit) peccatum non modo crimine careat, sed præclarum etiam, ac diuinum censeatur.* Quapropter idem Nazianzenus, & aulas regias, & aulicos infensos semper habuit, & suspectos, utpotè magna parte Deo exosos, & infidos, à quibus procul abesse cupit oratione 32. *Valete (inquit) Imperatores, & palatia, atque omnes Imperatoris famuli, & cubicularij: siquidem Imperatori fideles haud quaquam certum habeo, Deo autem magna ex parte insidi.* Et quidem iure optimo addubitat sanctissimus æquè pastor, ac præsul Nazianzenus, an istiusmodi aulici Regi fideles sint habendi, quãdo quidem Deo magna ex parte sunt infidi: ia quam sententiam scire est, quid egerit Magni Constantini pater Constantius: hic cum & Christianus esset, & Christianos dignoscendi cupidus: im-*

Eccles. c. 1. n. 12

200

Asmodæus pro Salomone regnat

Gregor Nazian.

201

Nazianzenus esse cupit procul aulicis.

perauit,

Pineda in monarchia

202

Notabile factum, ac dictum Constantij Patris Constantini.

Matth. 4. n. 8. Abulc.

Origen. apud Abulc.

perauit, ut quicumquæ professione Christiani forent, aut idola venerentur, aut procul abcederent: cum vero alij Christum perfidè abnegarent; alij, ut Christiani perseverarent, secederent; accersitis rursus Christianis ad perfidos dixisse ferunt. *Qui infideles fuistis Deo, infideles haud dubiè imperatori eritis; aula secedite, & prouincia: ita ex antiquis scriptoribus refert Pineda in sua Monarchia Ecclesiastica 2. p. lib. 11. cap. 2. §. 2. sub finem.* Quod si Constantio simulante se idololatram, quã plurimi à Christo ad idola degenerabāt. *Quid si re ipsa idola adueneretur, in eoq; vesano cultu esse vellet, & perseverare? omnes planè ad idololatriam condecoratam splendore regio, quasi calcaribus admotis confluerent: scelera enim in magnatibus, velut in turribus erecta, ab omnibus, & conspiciuntur longius, & queruntur auidius.*

Hoc verò sicubi regnorum solenne fuit, apud Herodis Regiam extitit sollemnissimum: vbi propter insignem Herodis, & Herodiadis impuritatem impunita luxuries, velut hydra Lernæa apud omnes imperiosè regnabat; eratquæ illud regnum eorum vnum, quæ diabolus per speciem Christo proposuit. *Ostendit ei omnia regna mundi.* Matth. 4. n. 8. Ut notat ibi Abulens. quæst. 49. *Generaliter (inquit) quod sunt vitia, tot sunt diaboli regna.* Erat porò illud regnum libidinis, ac gula, quando hæc ibi latè regnabāt; vnde Origenes apud eundem

Abulensem interpretatus eandem regnorum omnium efformatam dæmonis ministerio visionem. *Ostendit (inquit) ei regnum suum, quo regnaret in mundo, id est, quo alij regnerent à fornicatione, alij ab avaritia.* Ideoque Apostolus. *Non ergo, inquit, regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Rom. 6. num. 12. ut reuera imperiosè, & luxuriosè regnabat in Herodis, & Herodiadis corpore, ac palatio: ibi etiã effraenis gula adeo desquijt, ut ad lautissimas alias, ac multiplices regales epulas esuriret humanum sanguinem. *Excipe D. Fulgentium serm. 7. Multorum iam capita piscium, pecudumquæ præceperant, sed quantum est ad regiam voluptatem, nihil actum, nihil procuratum esset, si defuisset regio prædæ caput humanum.* Dirus adeo adeoq; crudelis extitit olim Vedius Pollio, eques Romanus ex amicis Augusti; ut murenarum vitarijs immergeret damnata mancipia, ijsquæ ita insolenter saginatis alebatur voluptuosè: vel potius vescebatur humana carne per murenarum artus iam digesta. *Admoue aures Tertulliano lib. de pallio cap. 5. Vedius, inquit, Pollio seruos murenis inuadendos obiectabat, noua scilicet seuitia delectatio, de piscibus placuit feras cogere, utiq; statim coquendis, ut in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus, & ipse gustaret.* Itaque Romanus eques, quamuis intemperans, humanam tamen carnem nõ nisi prætextu piscium ausus est edere. At Rex heluo, & ciborum omnium gurges Herodes, huma-

203

Herodis regnum regni erat diabolici.

Roman 6. n. 12.

S. Fulg.

Tertul.

no

no sanguine, & cruento Baptiste capite depascitur oculis; cum ergo Herodis aula libidinis, gulaeque, & vitiorum omnium esset doctrix, huc e deserto veniens se fert Joannes castimonia armatus angelica, & virtutum maiestate verendus, rutilansque; exemplo vitae admirabilis, fulminat ore, paenarum metu gravissimarum territat Herodiadem, tremefacit Herodem, & meritissima supplicia minitatur aulicis.

LAVREA XXXIII.

Aulicorum scelera amplificantur.

- 205. Curia definitio.
- 206. Pungitur nimia libertas in palatio.
- 207. Aulici amulantur omnia regum vitia.
- 208. Petrus non nisi in domo principis Christum negat.
- 209. Semel intrat palatium & iter Dominum negat.
- 210. Ecclesiastica palatia etiam fugienda.
- 211. Claustrum perficit, curia inscit.
- 212. Usus, & consuetudo secularium.
- 213. Religiosi eant in palatia, ut reprehendant vitia, non, ut adulentur.
- 214. Ob hanc causam repelli a palatijs, magna laus.

Aulici, ut notat Cardinalis Caietanus 22. quaest. 187. a 2. a cacodamone

fallendi, & intercipiendi mutuantur artificia, unde in regijs, ac palatijs regum praesertim impiorum fraus viget, ac deceptio. Quapropter prudentissimus philosophorum Diogenes curiam ita finiebat. Curia est locus ad decipiendum, & praevalendum. Cum qua sententia concordat illa Spiritus Sancti. Omnis frater supplantans supplantabit. Ierem. 9. num. 4. in quem locum inquit Lyranus quorsum propheta duplicat verbum supplantandi? respondumque reddit istiusmodi. Duplicatur supplantationis verbum, quia multum studebant ad hoc, quod unus alium deciperet, & supplantaret. Quod eque de popularibus, atque de aulicis intelligendum est, imo potissimum de aulicis in regijs, pro suo quicquid negotio, versantibus: ibi enim omnia vel fraude tractantur vel vi possidentur, quibus artibus cum reges plerumque annuant, eaque dissimulent in regijs, quae seueris legibus procul exterminare debuissent, dicuntur insigni figura se, & sua palatia demoni, quasi boui herbarum avidissimo, amenissimas, ac suauissimas epulas offerre. Testem appello Iobum de Diabolo loquentem. Huic (inquit) montes herbas ferunt. Iob. 40. num. 15. Vbi per motes reges intelligi, per herbescetes viriditates aulicos de splendidis honoribus contententes, author est Caietanus eo loci. Significanter (inquit) scribitur, quod ferunt germen ei, quia non solum germen ei, sed etiam portant ei germen curiarum suarum. Quod exaggerare notissimis exemplis, & lecto-

Diogen

205

Curia definitio.

Ierem. 9. n. 4. Lyran.

Iob. 40. n. 15.

Caietan

ris

206

Pungitur nimia libertas in palatijs.

Idem.

Oleaster.

207

aulici proptissimi ad amulanda regum vitia etiam abnormia

Ambro.

ris oculis subicere formido, ne ab ijs, qui nimium timent, iusto plus videar audacior, addit Iob. Omnes bestiae agri ludent ibi. Hebraice apud Caietanum legitur. Omnes bestiae agri ridebunt ibi. Per risum hominis effectum proprium, de hominibus belluinos mores imitantibus sermonem sibi esse, Deus adsignificat, & soluto risu, mores exprimit effusos, ac voluptuosissime solutos, quales frequentare solent curias, exleges, otiosos, ignavos. Bestia (inquit Caietanus) libera a quacumque vinculo speciei, a nullo domite, homines absque iugo divinae legis significant, qui adiunguntur principibus, ut liberis liberi socientur, quia licentia effrenium fouetur autoritate, & exemplo iniquorum principum. Haec Caietanus. Adde, ut in vesanos nouae religionis ritus deciscente rege, aulici primo, populares deinde omnes in eosdem quantumuis deliros cultus degenerantes habenas laxet. Ut iam non sumus (inquit Oleaster ad cap. 34. Genes.) Christi, aut Dei Christiani, sed principum, sicut Anglia, & Germania nostris temporibus ostenderunt, quae statim regem apostatantem secute sunt.

His, aliisque multis de causis verum est illud poetae. Exeat aula, qui vult esse pius. Vix dum Petrus Apostolici ordinis dux, & ante signanus in aulam intrat Pontificis maximi Iudaeorum, cum se impiat abiurato magistro, & animam funerat obita necesse periurij. Fide facit, & meis dictis autoritate Ambrosius lib. 10. in Lucam. cap. 22. Vbi (inquit) negat Petrus non in monte, non in templo, non in sua do-

mo, sed in praetorio Iudaeorum in domo Principis Sacerdotum. Et verò adnotat Caietanus 2. 2. quaest. 187. art. 2. sub finem, miserandum in modum praecipitasse D. Petrum prima, qua aulam adiuit, vice. Nam Petrus (inquit) ut Bernardus praenotauit, semel palatium intravit. Et iter Dominum negavit. Quare subnequit Cardinalis istiusmodi periculorum scientissimus per saltare consilium religiosi potissimum praecipitasse semper habendum. Fugienda (inquit) sunt religiosae curiae, & palatia etiam Ecclesiastica, cum Petrus non regale, aut praetoris, sed ad Pontificum palatium ingressus, nefandoliquo captus fuerit. Cui doctrix confirmis est illa Paschasij in Bibliot. Patrum tomo 9 edit. 2. lib. 12. in cap. 26. Matth. Erat (inquit) in atrijs Caiphae & in domo eius, in qua IESVS vincitus tenetur, & ideo in ea non agnoscitur, quia in ea nullus erat, qui lucem videret: erat quidem in ea ignis ardens, sed male consumens, qui nec frigus pellebat mentis, nec fugabat tenebras noctis: sed inflammabat ad facinus ardorem pietatis. Et rursus expendens illum locum. Egredus foras flevit amare. Luc. 22. n. 62. Videte fratres (inquit) quod saepe dico, quia omnia, & loca, & tempora plena sunt mysterijs: nam in atrio Pontificis sedens, non poterat, non dico stare in fide, verum nec post lapsum agere penitentiam.

Idcirco, reor, Ieremias hortamen illud ingeminat, quod geminos habet sensus. Fugite de medio Babylonis, & saluet unusquisque animam suam Ierem. 51. num. 6. & iterum eodem cap. num. 45. Egredimini de medio eius populus meus, ut

208

Petrus non nisi domi principis Iudaeorum Christum abiurat.

Caietan

209

Semel intrat palatium, & iter Dominum negat.

210

Ecclesiastica palatia fugienda.

Paschas

Luc. 22. n. 62.

Ierem. 51. n. 6. & n. 45.

saluet

salves unusquisque animam suã. Quare semel, & iterum suadet e fugium de medio Babylonis? Nimirum (sensum alium præmittito) in Urbis medio principum palatia construi consueverunt, à quibus potissimum recedendum erat; nam ut docet D. Bernardus 4. de consideratione ad Eugenium. *Claustrum multos recipit, quos ut plurimum bonos efficit; curia verò è contrario plures bonos recipit, quos non perficit, sed inficit.* Unde Diuus Pet. Damianus Epist. 4. Religioso præfertim viro consulit, ut cellæ sit amicus, hostis aule. *Vndis, inquit, erutus sanus est piscis, non ut sibi vivat; sed ut alios pascat: vocamur, attrahimur, sed ut alijs vivamus, moriamur nobis: amat venator cervum, sed ut sibi faciat cibum, persequitur capras, lepuseulos insequitur, sed ut ipse bene sit, illa nihil sint: amat & homines nos, sed non nobis; sibimet diligunt; in suas nos vertere delicias concupiscunt.* Hos deliciofos venatores, aulicos hos, & otiosos piscatores, quoad fieri poterit vir Dei timens, & religionis amans reformidet, eosque si in Regia iubeatur habitare, piscari potius & Deo prædari curet, quam ut illis præda fiat; id si faciat, nõ ita formidandum erit palatium, ut si quando res diuina id exigat, illuc ire refugiat. *Conuenit, inquit Diuus Thomas 2. 2. quæst. 187. art. 2. in responsione ad 3. argumentum, religiosi adire regum palatia ad eos arguendos, vel dirigendos, sicut Ioannes Baptista arguebat Herodem.* Hec Diuus Thomas, vbi illud velim, ut regius concionator diligenter obseruet, non aditu-

211
 Claustrum multos recipit, quos ut plurimum bonos efficit; curia verò è contrario plures bonos recipit, quos non perficit, sed inficit.
 D. Petr. Damianus
 212
 Vnus, & consuetudo sacularium.
 D. Tho.
 113
 Religiosos vix docet à palatijs, ut crimine vitia, nõ ut adulterer,

rum se ed, vt aduletur, sed vt vitia criminetur, imitatus Ioannẽ Ecclesiæ cum alijs, tunc hac in re præsertim, decus, & ornamentum longè maximum. Illud tandem velim imisensibus accipiãt regij concionatores, maiori illis laudi, ac sinceriori vertendũ fore si exterminẽtur a palatio, quia seuerè vitia tedarguunt, quam, si admittantur ad Episcopatũ quia molliter adulantur. Porro si a regia eliminentur, aut simile, qui d patiantur, quia suo munere funguntur, Danieli similes euadent, quem Babylonij virtutis accusabant, non criminis. *Deos tuos non colunt, & statuas aureas, quam existi, non adorant.* Dan. 3. num. 12. quæ maior laus, quam si ideo acuseris, quia non adularis, ita Chrysoftomus homil. 4. ad pop. *Maxima laus, accusatio; & crimina laudes sunt, & testimonium indubitatum inimicis ipsis proferentibus.* Hoc sensu ait Diuus Ambrosius sermonem faciens de Ieremia, qui in carcerem conijci maluit, quam contra sui muneris rationem, magnatum peccata subterfere. *Maluit pro libertate supplicium, quã pro adulatione beneficium.*

214
 Ab hac causa repelli a palatijs, magna laus.
 Dan. 3. n. 12.
 Chryso.
 Ambro.

NON LICET TIBI habere uxorem fratris tui. Marc. 6. n. 18

LAVREA XXXIII.

Adulterij grauitas arguitur à Ioanne.

215 Mag-

- 215. Magnum peccatum adulterium.
- 216. Appellatur à Dauide delictum maximum.
- 217. Homicidij peccatum nõ nisi Christi sanguine expiandum scriptura significat.
- 218. Queruntur Israelita, nunquam tam grande peccatum comissu
- 219. Hoc peccatum iam iudicatu est, cetera Deus indicabit. Quare adulterium dicitur magnum peccatum.

Inuehitur in adulteros Baptista, sciebat enim adulterium immane scelus esse, & crimen horribile, quod diuinam iracundiam irritabat, eius grauitatem Dauid indicat, dũ huic vni peccato magnam Dei implorat misericordiam. *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Psal. 50. num. 1. Nimirum magnam misericordiam optat, obsecrat, & expostulat, quia adulterij crimen magnum esse cognouerat: quod testificatur D. Hieronymus Epist. ad Rusticum his verbis. *Magnum peccatum magna deleri vult misericordia.* Quærit Venetus tomo 3. quæst. 336. quodnam sit illud peccatorum omnium maximum, cuius mentionem facit Dauid illis verbis. *Si mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Psal. 18. nu. 141. Redditquẽ responsum istiusmodi. *Grande, & maximum omnium delictum erat, quidquid lege, & sacrificijs purgari nequibat, sed tantum morte peccantis expiatur, sicut adulterium.* De quo lex ita fertur *Si adulteriu pertraxerit eũ uxore proximi sui, morte*

Psal. 50 n. 1.
 D. Hier 215
 Magnũ peccatum adulteriũ
 Venet9
 Psal. 18. n. 141.
 216
 hoc vitium Dauid appellat delectũ maximum.

morietur, & Machus, & adultera. Leuit. 20. n. 10. Quæ lex manifestat nullis victimis elui, & emaculari posse hoc peccatum, propter quod multabatur morte, Christi necem designante, quæ immania postmodũ peccata deleret. *Po suit in eo Dominus iniquitatẽ omnium nostrum.* Isai. 53. n. 4. *Vbi (inquit Venetus citatus) utitur vocabulis huiusmodi crimina denotantibus, quæ grãdia erant, & nullis sacrificijs purgabantur: ab his utiquẽ sperabat mundari propheta per merita, & passionẽ Christi.* Hanc ipsam adulterij grauitatem declarat illa quæstio, quam excitat, & soluit Albinus in Bibliot. Patrum to. 3. edit. 2. tractatu de quæstionibus in Genesim quæst. 29. vbi peruestigat, quale nam sit illud tam nefarium scelus, propter quod Lamech ita acerbissimè plectitur. *Septulum dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies.* Gen. 4. nu. 24. *Quia (inquit) homicidij peccatum septima generatione diluuiõ vindicatum esse legitur, adulterij verò scelus, quod prius omnium Lamech in duabus commisit vxoribus, non nisi sanguine Christi expiandum esse, qui septuagesima, & septima generatione venit in mundum.* Ita Albinus. Magna, & horribilia peccata ab Israelitis olim perpetrata fuisse, nemo eorum ignorabat. Verum enim verò, vbi adulterium viderũt, de quo Iudic. 19. n. 15. fremunt omnes, & indignantur ad illam Leuitẽ querelam. *Magnum nefas, nunquam tantum, & tam grande piaculũ factum est in Israel.* Iudic. 20. num. 6. (intellige cum tot, ac talibus circumstantijs) cui cum postea

Leu. 20. n. 10.
 Isai. 53. n. 4.
 Venet9
 Albinus
 Gen. 4. n. 24.
 217
 Homicidij peccatũ nõ nisi Christi sanguine expiandum, scriptura significat.
 Iudi. 19 n. 15.
 Iudi. 20 n. 6.
 218
 queruntur Israelita, nõ quã tã grãdia peccatũ comissu in Israel.

Ozee. 9. n. 9.

Anselm Lugdu.

Iob. 31. n. 1.

Compl. 219

Cetera Deus peccata indicabit, hoc iam indicatum est

Quare adulterii appellatur grande peccatum.

Gen. 20. n. 10.

affluerent exclamat Ozeas al- ludens ad hunc locum. Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. Ozea 9. num. 9. Gabaa erat vrbs Beni imin, vbi hoc immane sce- lus perpetratum fuit; legè præ- dictum caput Iudic. 19. vt hæc to ta historia tibi perspicua fiet. Querit verò Anselmus Lugdu- nensis, quare profundum appel- lat crimen id genus? Respon- detquè his verbis. Profundè pec- cauerunt vsq; in barathrum impietatis. Hoc est, ad inferni vsq; barathri imum fundum suam protende- runt, propagaueruntq; malitiã, barathrum enim pro gehennæ fè cibus accipitur.

Itaque pro coronide auribus excipiantur è sacro textu verba illa. Hoc est nefas, & iniquitas ma- xima. Iob. 31. num. 1. hebraicè le- gitur. Hoc est nefas, & iniquitas iu- dicata, quasi cæteris Deus scele- ribus sit aliquando pænas indica- turus, adulteris verò iam irre- uocabiliter indixerit; vel tandè; vt habet editio Complutensis. Hoc enim nefas est, & iniquitas iudi- canda. Quasi cætera nefaria pec- cata huius comparatione mini- mè iudicanda, puniendaquè sint. Proptereaquè Rex Abimelech redarguens Abraham: eò quod Saram vxorem suam esse subti- ceret; grande peccatum appellat adulterium, cuius occasio esse po- tuisset Abrahami filètium. Quid fecisti nobis, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grã- de. Genes. 20. nu. 10. vbi nota, hoc peccatum dici, & appellari gran- de nò solum respectu Regis, sed etiam comparatione totius Reg-

ni: potens est enim totum Reg- num funditus euertere. Vel ideo grãde peccatum appellatur, quia octo grauissima peccata conti- net, vt curiosus videre poterit apud D. Robertum tomo 1. Bi- blior. tractatu de confessione. Hoc nefarium scelus, & immane in aulam, & in vniuersum regnũ induxerat Herodes Dei procul- cato timore, hoc vt à republica propulsaret Baptista à Rege pri- mum amandare nitebatur; idq; fuit in causa, vt in eius incurre- ret iracundiam, vnde Chryosto- mus hom. 16. Ex varijs in Mar- cum. Ecce vnde Ioannes offendit, ecce vnde Herodes surit.

Chryso.

DICEBAT IOAN- nes Herodi non licet tibi. Marc. 6. n. 18.

LAVREA XXXV.

Ioannes Herodem clam repre- hendit.

- 220. Ioannes non alloquebatur adul- teram.
- 221. Herodem non palam, sed clam arguit.
- 222. Nathan Dauidem reprehensurus solum adit. Ioseph soli patri crimina fratrum suo- rum renuntiabat.
- 223. Oziam clam arcessit Azarias au- dacie, & temeritatis.
- 224. Ita fecit, & Ioannes.

220

Ioannes nò alloqueba- tur adul- teram.

Mar. 6. n. 18.

Dicebat Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Marc. 6. n. 18. nò

Hero.

Chryso.

Concil. Colon.

221

Herodè non palam, sed clam arguit.

2. Reg. 12. n. 1.

D. Anaf.

222

Nathan Dauidè reprehensurus solum adit.

Chryso

Herodiadi in primis, sed Herodi hoc Ioannes dicebat, non enim angelicam, qualis erat in Ioãne, grauitatem decebat adulteram mulierem alloqui, quare Chry- sost. homil. 49. Nihil (inquit) pror- sus in illam; sed in illum crimina Ioã- nes coniecit: in Herodem verò nò publicè in concione Ioãnes pro- clamat, non palam arguit, ne re- gem induret, & acerbius exas- peret; id animaduertit Cõcilium Coloniense parte 6. cap. 16. & 17. Dicebat (inquit) Herodi non populo. Hoc est Herodè studebat à pra- na libidine reuocare clandesti- nis, ac priuatis sermonibus, non publicis, ac popularibus adhor- tationibus. videlicet salutari cõ filio utebatur, ei simili, quo vsum fuisse legimus prophetam Nathan, vt Dauidis animũ pec- cati lue affectum inuaret potius, quam exacerbaret. Cum venisset ad eum, dixit ei. 2. Regum 12. nu. 1. mentis oculos ab hac vulgata, ad illam septuaginta interpretum lectionem verte. Ingressus est Na- than ad Dauid. Vbi Diuus Anastasius Nyssenus ques. 8. in scri- pturam, ex Eusebio Pamphilo versat mente, & cogitatione ver- bum illud (ingressus est) quasi tẽ- pus opportunissimum opperire- tur propheta, quo ad interiorem regis domum solus regem solum conueniret; illicquè ibi clã suum scelus aperiret. Ostendit (inquit) ratio, quod non presente alio, nequè coram vniuerso populo eum redarguit. Hoc ipsum inuunt illa verba Chrysofomi homil. 16. ex varijs in Matth. tomo 2. Herodem Ioan- nes monitis, non accusatione pulsa-

uit, vt pose amator castitatis, quem corrigere voluit, non perire. Hæc erat singularis illa virtus Io- seph, qua parentis Iacob amo- rem demerebat, & impensè si- bi deincebat. Israel autem dili- gebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum. Ge- nes. 37. num. 3. ad quem locum Paraphrastes Chaldæus. Eo quod (inquit) esset filius sapiens sibi. Quapropter querit Paulus Bur- gensis additione prima eius cap- itis, quare Ioseph dicatur sa- piens, & quare sapiens sibi? ad primum istiusmodi respondet. Quod licet esset iunior cæteris, iam ta- men intendebat circa correctionem fratrum maiorum. Et ex hac prima responsione pendet secunda ad rem nostram conducens, ea ve- rò ita habet. Quod subdit, sibi, in- telligendum est, ex hoc quod ista alijs non publicabat, nisi solum patri, ad què correctio pertinebat.

Ioseph so- li patri fratrum suorum crimi- na renuntiabat.

Gen. 37 n. 3. Chald. Paraph Paulus Burgen

Non fecus se habuisse video erga Regem Oziam Pontificem Azariam: is, qua erat prudentia, & in regem Christum Do- mini obseruantia, non coram, & in oculis omnium regem, de- temeritate, qua Sacerdotale mu- nus adtentauerat, obiurgauit; sed præstolatus occasionem, vbi domum se se vidit recipientem adit, arguit obiurgat. Ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo, Sacerdotes Domini octoginta. 2. Paralipomenon 26. numer. 17. In quem locum auscultandus erit Chrysof. hom. 5. de verbis Isaie. Intus (inquit) in adytis, nullo teste redarguitur. Nullo, inquã, alio teste præter eos, à quibus comitabatur,

223

Azarias Ozia clã arcessit audacia, & teme- ritatis.

2 Paral. 26. n. 17 Chryso.

Sacerdotes seruadi secreti tenacissimos: vel aliter: intus in adytis nullo teste redargutus est, quia solus Azarias eum penetrauerat, relictis in anteriori aulæ vestibulo Sacerdotibus octogenis, ut solus in aurem regis crimen infurraret. Vsum verò fuisse Ioanem simili occulta, & priuata admonitione coram solo rege Herode docet illa verba. S. Ioannis Chrysofomi to. 2. hom. 16. ex varijs in Matth. Herodes, Ioanes orbi notus, celebratissimus sanctitate dum attrahit ad se inquisitores iniuria, facit, ut tuus cum eis innotescat incestus: agit, ut te habeat confusio publica, quæ corrigere non valuit secreta correptione, & priuata. Hæc pro clâ destinare reprehensione; pro publica verò illud est momentum, ac pondus rationis: vbi scelus est publicum, publicam reprehensionem exigit. Vnde Chrysostomus hom. super Apostoli verba. Modico vino utere, ita scribit. Ioannes corripuit Herodem in medio foro, & frequentia populi aperte. Non licet tibi habere uxorem fratris tui, vide mihi quæso, qua castigandi dexteritate, ac libertate utatur, nimirum, qui audeat increpare tantum tyrannum, etiam in facie, & hoc non in secreto, sed aperte, & in publico, id discretè, & singulariter, non confusè, sed constanter, & in facie, absq; figura, & verborum inuolucro, manifestè, & discretè approbat, & quæ indignam rem faciat, ostendit. Prius ergo videtur Herodem clâ reprehendisse, cum autem non resipuerit, publicum scelus palam redarguit. Prius regium nomen obferuauit, coluit, & reuerentem habuit: debetur enim regio splendori reuerentia, de qua sequenti titulo dicendum.

Chryso.

Si priuata non sufficit reprehensio, ad publicam procedendum.

Chryso.

224

Ita fecit, & Ioanes

LAVREA XXXVI.

Debita Regibus reuerentia.

- 225. Sol, & Rex duo Dei simulachra.
- 226. Regibus exhibenda reuerentia.
- 227. Exemplo trium puerorum, & Samuelis.
- 228. Hebræorum somniam reuereri docet Reges.
- 229. Regum ossa, & sepulchra veneranda.
- 230. Inflexiones coram regibus licite sunt.
- 231. Fratres Regum eos venerari debent. Reges in terris Dei vicarij.
- 232. Deo similes in excellentia dominandi. Reuerentia Regalibus nummorum imaginibus.
- 233. Thronus regius Dei sedes nuncupatur.
- 234. Verba Regis, Dei verba astantur.

Plutarchus in commentario, quod in rege requiratur doctrina, asserit, Deum extra se efformasse duo sui ipsius simulachra, solè alterum, alterum regem: eius verba refero. Princeps est Dei simulachrum administrantis vniuersa, nihil egens Phidia statuario, neq; Polycleto, neq; Myrone, sed ipse se ipsum per virtutem Deo similem reddit, ac fabricatur statuam omnium visu iucundissimam, ac magnificentissimam. Quæadmodum enim Deus in celo pulcherrimum sui ipsius simulachrum constituit solè, ac lunam, talis est in

Plurarc

225

Duo Dei simulachra sol alterum, aliter Rex.

re publica

republica imago, ac lumen princeps, qui Dei reuerens, iustitiam inuetur. Et rursus ibidem. In celo solem pulcherrimum sui simulachrum, quod se, ceu speculo representet, ostendit his, qui ipsum per illum possunt intueri. Hinc est, quod D. Gregorius Nazianzen. oratione 27. quod Reges Dei vices in terris gerant, Deos quodammodo appellare non dubitat, rerum inferarum, ac sub lunarium. Orbis (inquit) vniuersus manus vestra subiectus est, diadema te paruo atq; exiguo panno retentus: supera solius Dei sunt, infera autem etiam vestra sunt: subditis vestris Deos vos præbete; liceat enim audacius aliquid dicere.

Porro regi expressæ Dei similitudini exhibenda erit ea reuerentia, quæ exigit Apostolus illis verbis Deum timete, regem honorificate. 1. Petri 2. n. 17. Quod exactè olim Sancti viri expleuerunt, inter quos annumerandi sunt tres illi iuvenes, qui regi Nabuchodonosori extrema omnia interminanti, commemorato regis nomine, reuerenter responderunt. Notum tibi sit rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. Dan. 3. n. 18. In quem locum Diuus Chrysostomus hom. 4. in c. 1. Matth. Considera (inquit) in ipso tantum seruire certaminis modestiam reluctantem. Poterant enim prætermisso regali titulo regem aliter alloqui. Similem reuerentiã præstitit Samuel, Sauli regi impio; cui decede Amalech redeunti; Iobuius Samuel eam obedientiam præstat, quæ ille Deo negauerat. Sine me (inquit) & indicabo tibi. 1. Reg. 15. n. 16. Cur petit, ut sinat, utq; det fandi

D. Gre.

226

Regibus exhibenda reuerentia 1. Petri 2. n. 17.

Dan. 3. n. 18. Chryso

227

Exemplo trium puerorum, & Samuelis

1. Reg. 15. n. 16

copiam? Procopius. Quænis, inquit. propheta sit, tamen regem allocuturus libere loquendi copiam petit. Erat nimirum regem reprehensurus, eo quod ille eadem ex Dei mandato non plene exercuerat, pepercerat enim ijs, quibus irasci potius, quam parcere debuerat; idcirco propheta regem reuerentis captat benevolentiam, orat veniam, & loquendi facultatem obsecrat.

Ad hæc, refero Hebræorum somnium, ut tu in deferendo regibus honore vigiles attentius. Saul regem se dissimulans infingem veneficam adit, hanc textus appellat mulierem habentem pythonem. 1. Reg. 28. n. 12. oratque, ut Samuelem vita functum coram sistat, quod illa præstans, vbi primum Samuelem videt, Saulem quæstus incunctanter exclamat. Cum vidisset mulierem Samuelem exclamavit voce magna. Quære inpositi mihi, tu es enim Saul. 1. Reg. 28. n. 12. Querunt igitur interpretes, quid in causa fuit, ut viso Samuele Saulem regem mox agnosceret? Hanc illi reddunt causam apud Carthusianum. Qui istiusmodi veneficijs reuocantur ad viuos, redeunt figura hominis inuersa, incubentes capite, pedibusq; caelum versus spectantibus; si tamen aliquis ad preces regias sit rediturus, is propter regalem reuerentiam recta positione corporis apparet. Verba Hebræorum apud Carthusianum eo loco hæc sunt. Dum verò rege sciscitante, suscitatur, primo surgit, & apparet à capite, propter regie reuerentiam potestatis. Qua repente corporis forma

Procep

1. Reg. 28. n. 12

228

Hebræorum somnium reuereri docet Reges.

Hebræi apud Carthu.

Xx 3

spe ctata

spectata, venifica regem, qui latebat, agnouit. Quod si etiam mortui regiam dignitatem ad eo reuerentur, quare eos viui mortales reuerentissimè non habebunt? hæc ex hebræorum somnijs, ex quibus etiam venari, & apprehendere veritatem, quis vetat?

Quin etiam mortuorum regum cadaueribus magna reuerentia exhibenda est, plectit enim Deus accerrimè Moabitas, eo quod in regis Idumææ ossa defecuerint. Hæc dicit Dominus, super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum, eo quod incenderit ossa regis Idumææ usq; ad cinerem. Amos 2. num. 1. In quem locum alij aliter; videat curiosus lector doctum Riberam in 12 prophetas minores eo loco: ad rem nostram Diuus Hieronymus ita scribit. Tradunt Hebræi, ossa regis Idumææ, iam sepulti, qui cum rege Israel, & Iosaphat rege Iuda ascenderit aduersus Moab in ultionem doloris, à Moabitibus postea conuulsa, atq; succensa: ob hanc ergo, inquit, causam Deus missurum se dicit ignem in Moab. Ita Hieronymus: subiungit enim textus. Et mittam ignem in Moab & deuorabit aedes Carioth. Ibidem Porro ad hanc hebræorum expositionem accedunt Glossa, & alij. Quod si ita fuit, satis inde fit perspicuū, id in votis Deo esse, vt regibus etiam barbaris, & infidelibus debitus honos impendatur, quod Babylone fecerunt tres sancti iuuenes, vt proximè ante notauimus ex Chrysostomo: dum regē Nabuchodonosorem ita sunt

allocuti. Nos si tibi Rex, quia Deos tuos non colimus. Danielis 3. nu. 18. Quo loco hebraica lectio sustulit nomen dignitatis, Rex, quod septuaginta posuerunt, quorum lectionem si sequamur. Dicemus (inquit ibi Hieronymus) ita reddere Regi honorem debitum, vt Dei cultus non ledatur. Notauit id etiā Caietanus ad illa verba. Iacob adorauit pronus in terram septies. Gen. 33. num. 3. viderat porro Iacob venientem fratrem Esau, vt illius regionis principē quadringentis comitatum viris; in eoq; vt in principe Dei imaginem recognouit, vt ipse pauld post ingenuè fatetur. Sic enim vidi vultum tuum, quasi viderim vultum Dei. Genes. 33. num. 10. Idcirco septenis adorat inflexionibus: quare Caietanus. Hinc habes, non esse illicitum huiusmodi honores exhibere principibus; cum contineantur infra latitudinem humanorū honorum: neq; exhibeantur hominibus tanquam dijs.

Hinc illa vetus Reges adorandi consuetudo. Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit. 1. Reg. 24. num. 9. Adorauit nimirum Regem Saulem de morè solito. Et de Abigail quoque dicitur. Procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram. 1. Reg. 25. num. 23. & sæpe alibi: quin etiam notat Oleaster ad illa verba. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in cernicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Genes. 49. num. 8. Hanc exhibendam fore regibus reuerentiam, non ab alijs tantum, sed ab ipsis etiā Regis fratribus. Ex hoc loco (inquit Oleaster) colligimus etiam fr-

Dan. 2. n. 18.

D. Hier

Gen. 33 n. 3.

Gen. 33 n. 10.

Caietan

230

Inflexiones licite coram regibus sunt

1. Reg. 24. n. 9.

1. Reg. 35. n. 23

Gen. 49 n. 8.

Oleast.

tres

Amos 2 n. 1.

D. Hier

229

Regia etiam ossa, & se pulchra veneranda

Chryso.

231

Germani fratres reges etiam reuereri debent.

Dan. 4. n. 28.

Ibi. n. 10.

August.

Reges Dei in terris Vicarij.

1. Petri 2. n. 17.

Gen. 3. n. 5.

Lyranus

232

Deo similes in excellentia dominandi

Numer. 27. n. 20

reuerentia regalibus non tantum imaginibus.

tres Regis debere ei reuerentiam exhibere. Quod mirum videri non debet quandoquidē regalis splendoris excellentiam Angeli etiam colunt. Vox de celo ruit, tibi dicitur Nabuchodonosor Rex. Danielis 4. nu. 28. ea enim vox, Angeli vox erat, iuxta id. Ecce vigil, & sanctus de celo descendit. Ibi num. 10. In eo vero coluit, in quo non Nabuchodonosorem solum, sed Regem etiā honoris ergo nominauit.

Nequē dissimulanda erit huiuscē rei causa, quæ ea reddi potest, quia vt scripsit August. tomo 4. lib. 2. quæst. noui, & veteris test. quæst. 91. Rex adoratur in terris, quasi vicarius Dei. Ideoquē Diuus Petrus absolutē præcipit. Regem honorificate. 1. Petri 2. nu. 17. In eo videlicet Reges Dei similitudinem participare videntur, dum omnium domini constituentur: quo prætextu diabolus primos humani generis parentes fefellit. Eritis (inquit) sicut Dei. Genes. 3. num. 5. vbi Lyranus. Promisit similitudinem Dei, quæ consistit in non subijci obedientiæ alterius, & habere quandam excellentiam sententiæ in omnibus sibi expedientibus, sicut Deus, nulli penitus subest. Et hæc adūbrata quædam est similitudo, quam Reges habent cum Deo: hæc illa gloria, quam Deus Moysi, qui regiam habebat potestatem. Præcipiebat cōmunicare Iosue. Et dabis ei partem gloriæ tuæ. Numerorum 27. num. 20. Id est (vt nonnulli explicant apud Isidorū Clarium) partem de authoritate, & potestate tua. Propter hanc verò obcuram similitudinem cauent Reges magnopere ne regales imagi-

nes, quæ in vtenfilibus monetis exprimuntur, auaritiæ forcipe circuncidatur ne dum monetæ pars eripitur, regalis vultus, qui in ea exprimitur, authoritas eleuetur, ac contemnatur. Audiamus regium effatum apud Cassiodorum lib. 7. variar. cap. 42. Omnis moneta debet integritas queri, ubi, & vultus noster imprimitur, quid nam erit, si in nostra peccetur effigies claritas regia nihil admittit infectum.

Ad hæc, Reges, ac iudices, qui in ferendis sententijs Regū vices gerunt, Dei appellantur. Ob idq; ait Deus ad Moysen, qui instar Regis erat Hebræo populo præfectus. Ecce constituit te Deus Pharaonis. Exod. 7. num. 1. & rursus Exodi. 22. nu. 28. præcipit Deus. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Hoc etiam honorificētissimo Dei nomine Reges decorantur. Psalm. 81. num. 1. & 6. Hinc etiam est quod iudiciaria sedes, & thronus regius, Dei sedes nuncupatur. Sedit Salomon super solium Domini in Regem pro Dauid patre suo. 1. Paralipomenon 29. num. 23. in Originali hebræo legitur. Super solium Iehouah, nec non. Exod. 17. num. 11. 12. 16. ait Textus. Edificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius. Dominus exaltatio mea, quia manus solij Domini. Ac si diceret. Hoc robur ex eo prouenit, quod in folio Domini sedeam, hoc est, quod supremā obtineam potestatem, quæ est à Deo. Hinc apud aliquos tantum Regis nomen, & æstimatio fuit, vt eos alij in Deorum numerum referrent: alij quidquid ipsi di-

Cassiod.

Exod. 7 n. 1.

Exod. 22. n. 28

Psal. 81. n. 1. & 6.

233

Thronus regis, Dei sedes nuncupatur.

1. Paral. 29. n. 23

234

Verba regis, Dei verba æstimantur

Xx 4

cerent

Prouer. 16. n. 10. Caiet.

cerent, à Deo dictum putarent. Quo sensu ait Salomon. *Diminatio in labijs Regis.* Prouerb. 16. num. 10. vbi Caiet. *Sermo* (inquit) *Regis habetur, ut oraculum diuinationis,*

LAVREA XXXVII.

Ostenditur efficacia reprehensionis.

- 235. *Ioannes, ut liberè arguat, à teneris assuescit virtuti.*
Si priuata non sufficit reprehensio, ad publicam procedendum.
- 236. *Prophetarum constantia in arguendis sceleribus.*
- 237. *Gratia diuina, est acriter arguere, & impudentibus resistere.*
- 238. *Ezechiel mortis contemptor nobilissimam Hierosolymam arguit ignobilitatis.*
- 239. *Moyfes reprehendit acriter iam moriturus.*
- 240. *Minacissimus Deus in eos, qui non arguunt.*
- 241. *Helisei reprehensio instar acuti gladij.*
- 242. *Christi verba instar gladij erant.*
- 243. *Ioannis verba, & reprehensio ignea:*
- 244. *Sapientum verba sunt acutissimi clauis.*
- 245. *Concionator habeat se, ut chirurgus.*

ECce quare venit ab interiori solitudine Ioannes, vt videlicet regiam redargueret impuritatem. Quærit Eu-

thymius ad illum locum. *Eterat in desertis.* Luc. 1. num. 80. Quare à puero Ioannes in auiam abducitur solitudinem? Redditq; responsum istiusmodi. *Operiebat eum, à teneris (quod aiunt) vnguibus ad virtutem exerceri, vt liberè argueret.* Inde est, quod ex Spiritus Sancti abundantia longissima exercitatione collecta acriter Baptista, ac seueritèr arguebat Herodè: qua in re præluxerunt exemplo singulari veteres propheta, qui verborum asperitate, & austeritate improbos vrebant, pungebant, ac ad miraculum vsquè percellerant. Subijcio Origenè hoc præclarè testificatè in 1. tom. homil. 6. in Ezechielem. Vbi ita loquitur. *Consideranti mihi constantiam prophetarum miraculum subit, quo modo contempserint mortem, pericula, contumelias, & omnia, quæ passi sunt ab eis, qui arguebantur.* Hæc Origenes. Nota illud. *Miraculum subit quomodo.* Istiusmodi miracula plurima Baptista patrauit, cuius celsitudo animi pharisæos auctoritate pollètes appellabat. *Genimina vipararum.* Matth. 23. num. 33. Et quod omnem superat admirationem, Herodem regem, totius Galilæe caput redarguebat, & re criminabatur incestus.

Venio ad aliud testimonium ex Ezechiele desumptum. Quo facile ostenditur, quanta publicus concionator egeat fortitudine cælitus indita cordi, & pectori diuinitus inspirata; audi Deū eam Ezechieli communicantè. *Omnis domus Israel attrita fronte est, & duro corde; Ecce dedi faciem tuam valentiozem facieb; eorum, & frontè*

Euthy. Luc. 1. n. 80,

235

Vt liberè arguat à teneris assuescit virtuti.

Origen.

236

Mirabilis prophetarum constantia in redarguendis sceleribus.

Matth. 23. n. 33

Ezech. 3. n. 9.

D. Hier

237

Gratia est diuina acriter arguere, & impudentibus resistere.

Ezech. 16. n. 4.

Hieron.

238.

Ezechiel mortis contemptor nobilissimam urbem Hierosolymam arguit ignobilitatis.

Origen.

Deuter. 32. n. 5.

tuam duriorè frontibus eorum: vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, nequè metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Ezech. 3. num. 9. quibus Deus verbis animat interiori gratia, & roborat Ezechielem inuicta fortitudine, ne cedat minis, & insidijs aduersantium veritati. *Discimus* (inquit D. Hieronymus lib. 1. in cap. 2. Ezech.) *interdum gratia esse Dei, impudentie resistere: & cum poposcerit, frontem fronte concutere: hoc autem tribuitur, ne nostra verecundia, & humanus pudor pertimescat insidias.* Quod edoctus diuino oraculo, & eloquio Ezechiel sic strenuè egit, vt in totius regni principem urbem inueheretur imperterritus verbis illis. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Ezechielis 16. num. 3. Hac asperrima reprehensione arguebat Ezechiel, non vnum hominem, sed integram, ac florentissimam ciuitatem, (vt non mirere vnum Baptistam cunctam Herodis regiam, eundem Hierosolymam constantè reprehendere, ac redarguere.) *Magna fides* (inquit Hieronymus tomo 4. lib. 4. in cap. 16. Ezechielis) *& grandis audacia prophetarum, vnum hominem totam urbem ignobilitatis arguere.* Quod si perconteris, à quo fonte hæc tanta orta sit audacia? Respondet vnus, & idem Origenes citato loco. *Confidebat* (inquit) *se Dei facere voluntatem paratus, & mori, & viuere, loquebatur intrepidus.* Ita ille. Pergo ad illud Moyfis exēplū. *Generatio Præua, atquè peruersa hecinnè reddis Domino.* Deuter. 32. num

5. Antequam mors appeteret, & appropinquaret, Moyfes blandiloquentia lenitatem spirabat, anhelabatquè mansuetudinem, cum verò iam iam esset excessurus è viujs seuerissimè arguebat. Excipe Diuum Hieronymum. In eum locum. *In vita blandè increpabat, cum esset à morti propinquus, verbis pungit acerbissimis.* Vbi notare erit, fuisse Moyse n, suapte natura mitissimum. *Erut Moyfes vir mitissimus, super omnes homines, qui morabantur in terra.* Exod. 12. num. 3. ad hanc, quæ illum totā vitam conitauit, accessisse eam mansuetudinem, quæ senectutè assequi solet, de qua illud. *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.* Psalm. 89 num. 10. hæc insuper vicinitas mortis adauxerat: nec tamen tunc, cum mentis lumen clariùs affulget, reprehensionem temperat, sed acuit, exasperat, adauget.

Edè se modo, morequè gessisse videtur Baptista, qui triginta annos mansuetus egit in solitudine, extremos vitæ dies, asper, igneusquè, ac fulmineus exijt aduersus vrbicas scelerum grassantium turmas. Enim verò in eius animum altè descenderat horribilis illa minitatio. *Si non annuntiaueris, ei sanguinem eius de manu tua requiram.* Ezechielis 3. nu. 18. In quem locum Theodoretus. *Terribilis* (inquit), *& honoris plena comminatio, idonea ad deterrendos eos, qui maximè lapidei sunt.* Ita ille. Sunt enim nonnulli præfules, & Ecclesiæ principes, quos Deus idolis marmoreis suo iure comparat, quia cum os habeant, non

239

Moyfes reprehendit acriter, iam iam moriturus.

Exod. 12. n. 3.

Psal. 89 n. 10.

Ezech. 3. n. 18. Theod.

240

Minacissimus Deus in eos, qui non arguunt.

tamen

Zachar. 11 n. 7.

Grego.

tamen loquuntur. De quibus. *Dens o pastor, & idolum.* Zachariae 11. num. 17. Ioannes vero non erat idolum silens, ac tacens vitia: ut enim animadvertit Gregorius lib. 3. moral. cap. 6. *Quando illum, vel silentij culpa attigit; qui ad se venientes, tam vehementer increpavit, dicens, genimina viperarum.*

3. Reg. 20. n. 17

Propter eandem rationem corripit Helisæus ita asperè, ut gladium ore gestare videatur. *Qui fugerit gladium Gehu, occidet eum Helisæus.* 3. Regum 10. num. 17. Illud vero controuertitur, quo patet Helisæus insigni lenitate, ac mansuetudine præditus, eam fecerit, aut facturus esset occisionem? Quod aliqui declarant apud Abulensem eo loco quæst. 23. nimirum Helisæum occisorem dici propter asperrimas reprehensiones. *Helisæus* (inquiunt) *occidit euadentes gladium Gehu, increpando eos durissimè de malis, que agebant.* Ita ille. Quam etiam ob causam 1. cap. Apoc. describitur. Christus minacem gladium ore portans. *Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, & de ore eius gladius viraquè parte acutus exibat.* nu. 16. Cur quæso Christus gladium terrificum in ore gestat, cum sit in medio Episcoporum, nisi ut amicorum etiã delicta fecet, & amputet reprehensione, quasi gladio, quod testatur Tertullianus lib. contra Marcionem cap. 14. his verbis.

Authores alii qui apud Abulensem

241

Helisæi reprehensio instar acui gladij.

Apocal. 1. n. 16.

Tertul.

242

Similiter Christi verba etiam instar gladij.

Ensem describit bis acutum, quem intelligi oportet sermonem diuinum, infestum diabolo, amputantem etiam à charissimis ob Dei nomen. Nota illa

verba. (etiam à charissimis) nam, qui nobis sunt chariores, ij debent oculis obuersari, ij debent esse in maiori cura, in eorum defectibus cernere debemus acutius.

Cæteris omisissis festino ad exemplum magni Baptistæ, qui tantæ erat authoritatis, ut regi ipsi non pareret, imò sic redargueret. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui:* Marc. 6. num. 18. Quã

in reprehendendo libertatem dilaudans Diuus Bernardus sermone de natiuitate Baptistæ. *De quãto* (inquit) *mentis seruore procedere putas scintillas istas, imo carbones desolatorios, sic nequè Pharisaïs parcens; nec timens ipsum regis vultum, ut nõ tota libertate spiritus arguat peccantem regem, sacra quadam vehementia ad hoc proueniens de deserto.* Ita Diuus Bernardus. Quid illustrius ad Baptistæ laudem commẽdandam? Quod præstantius exemplum in ueniri potuisset, quo ad similem feueritatem pro Christi gloria excitaremur, & timoris Dei clauos auditorum animis, quã altissimè infingeremus, iuxta illud. *Verba sapientum, quasi clauus in altum defixi.* Eccles. 12. num. 11. In quẽ locum venustè Diuus Gregorius lib. 24. in Iob. cap. 9. *Rectè* (inquit) *predicatorum verba clauus vocata sunt, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere.* Ita ille Decet namquè concionatorem esse instar medici, de quo ita scribit Philo Alexandrinus lib. de Ioseph.

Marc. 6 n. 8.

D. Bern

243

Ioannis ignea verba, igneaque reprehensio,

Idem.

244

Acutissimi clauus sapientis verba.

Eccles. 12. n. 11 Gregor.

Philo Alexan.

Nam ille (inquit) *in agroto, nullam splendoris fortuna rationem habens, nec quod claro genere natus, aut opulentus, deniq; Rex, aut tyrannus*

fit,

245

Concionator, exēplo chirurgi, secevoratq; purida viuorum

Chryso.

fit, unum hoc spectat quomodo seruare queat hominem; & si forte sectione, vitione uel opus videt, secat, vritquè principem suum, ac Dominum seruus ipse, atquè subditus. Hæc ille. Talis esse debet Euangelicus prædicator, cui simili præluceat exēplo Ioannes, de quo Chrysoctomus homil. 3. operis imperfecti. *Pone* (inquit) *Ioannem medicum esse, verbum autem ipsius, quasi ferrum medicinale, quo repleta peccatis conscientia præcendantur.*

HERODES AVTEM, CUM CORRIPERETUR AB ILLO Luc. 3.

nu. 18.

LAVREA XXXVIII.

Ioannes in Herodis Regis reprehensione imperterritus.

246. *Azarias aeterno nomine dignus, quod Ozia audacia se obiecerit.*

247. *Quia animosè restitit Regi dicitur Sacerdotio. 1 suo munere functus.*

248. *Vellicantur adulatores. Ioannis exemplum imitandum.*

249. *Maluit capite truncari, quam adulari.*

250. *Moyse Regem plagis verberat, ut vile mancipium.*

Dignissimus est Ioannes, quem & literarum monumenta, & ventura sæcula commendent. Quærit Abu-

Abulens.

246

Dignus aeterno nomine Azarias, quod Ozia audacia se obiecerit.

1. Paral. c. 6. n. 10

Abulen

lensis in lib. 1. Paralip. quæst 4. causam, cur sacer textus cum multis alios meminerit, nec tamen commendauerit; de vno tamen Azaria ita testetur. *Ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam edificauit Salomon in Ierusalem.* 1. Paralip. cap. 6. num. 10. Redditquè istiusmodi responsum. *Quia ipse fuit specialis zelator contra Regem Oziam: nam Ozias voluit usurpare officium summi Sacerdotis, & ipse postponens timorem Regis propter cultum Dei, egressus est contra eum.*

Hæc ille. Quid quæso aptius dici posset ad exprimendam Ioannis Baptistæ fortitudinem, qui tantum abfuit, ut Regem Herodem timeret, ut eum potius reprehenderet, ac redargueret. Addit præterea Abulensis in Azariæ laudem. *Quamquam Rex comminaretur ei, non curabat; in hoc autè fuit vir magnæ virtutis, & animositatis opponendo se Regi potenti sub periculo capitis: ideo laudes eius narrantur, & dicitur, quod ipse est, qui ministravit in templo Salomonis, scilicet dignius quàm ceteri, cum ipse magis zelauerit cultum Dei, & honorem templi, quam omnes Sacerdotes precedenti, & sequentes.* Hactenus Abulensis. Sed hæc omnia Azariæ Sacerdotis encomia quantum excellat Ioannis inuicta fortitudo, & animosa aduersus Herodem, & Herodiam constantia, alijs post me cogitanda, ac memoranda relinquo: dummodo illud hic etiam obseruetur, cum sacer textus Sacerdotes cæteros simpliciter, ac summam recensuisset, præclarum id, ac singulare de Azaria addidisse. *Ipse est, qui Sa-*

cerdotio

247

Quia animose refertur Regi, dicitur Sacerdotio hoc est suo munere factus.

Caietan

cerdotio functus est. Quod eximiū laudis acroama, & excellens, sacerisque annalibus inserta commendatio ei ideo est diuinitus attributa. Quia (inquit ibi Caietanus) restitit Ozia volenti thurificare. Vt iam mirari desinas, tot, ac ralia de Baptista præconia sacris voluminibus sparfa legi, siquidē se furenti amoris insania regi animosius, quā Azarias opposuit.

Proh dolor? Nos ab hac deciscimus constantia, regibus absentamur, supparasitamur diuitibus. Ad diuites accurrimus (lamentatur Diuus Nilus Episcopus, & Martir in Ascetico tomo 5. Biblior.) eosque, ut quod cupimus, impetremus, benemeritos, & Christianorum patronos appellamus, omnesq; illis virtutes inesse dicimus, quamuis in summa vitiorum feditate volutentur, more canum, qui cauda motu blandiore ossa, eaquē etiam sine carne, aut panis micæ proijcientibus adulantur.

D. Nil9

248

Vellicatur adulator.

Hæc ille. Non ita quæso religio sissimi concionatores agite; vnū Ioannem Baptistam, exemplar vobis proponite imitandum, qui, vt sedulo animaduertit Claudius Guilliardus ad illa verba. Qui molibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Matth. 14. Maluit certē extremis vitæ sue periculis obijci, quam adulari. Qui agnum agens inter montanos leones, vt primum publicum, inistigante Deo, concionandi munus obire cæpit, ne rationibus suscepti officij deesset, leonem induit, vt Herodem extereret impaudus. Ad Herodem (ad dicit Guilliardus) publicum adulterū liberrimē dixit. Non licet tibi habere

Claud. Guilliardus Matth. 14.

Ioannis exemplis imitandis

Idem.

uxorem fratris tui. Potuisset Ioannes, si voluisset, ad hoc facinus conuere, & principi assentari, magnum honorē in aula habere: sed tanta fuit integritatis, vt maluerit, tamquam seditiosus in carcerem conijci, & capite truncari, quam adulari. Ita ille memēto Moysem, qui cum olim Pharaonem timuisset, fugissetquē. Exodi 2. Vbi Hebræorum præfecturam suscepit humeris, ad illum accessit imperterritus, eūq; multis plagis, quasi mancipium verberauit; excipite Chrysostratum homil. 25. operis imperfecti. Qui (inquit) Pharaonem regē, quasi captiuus ante timuerat, postea illum decem plagis, quasi seruum obnoxium castigauit. Quod si Moyses aliquando Pharaonis timens, aufugit. Exod. 2. num. 15. At Ioannes imperterritus, nec Herodē, nec eius acutam, & cruentam securim formidauit; imo venturę mortis præsciis arguit: vt notat Chrysostr. Epist. 5. his verbis. Ioannes cum præuicacitatem corrigere non posset, arguit tamen, & propterea in carcerem coniectus, & decollatus.

249

Maluit capite truncari, vt seditiosus quā adulari.

Chryso.

250

Moyse Regē plagis verberat, vt vile mancipium.

Exod. 2 n. 15.

Chryso.

LAVREA XXXIX.

Ioannis autoritas in Herode reprehendendo exemplis fit manifesta.

251. Audacia Eliæ coram Rege plusquam humana.

252. Timuit mulierem, qui omnia in sua habebat potestate.

Ioannes contra Herodem perstat adamantinus.

Constant

Constantis legis executor Herodem condemnat.

253. Helisei in reprehendendo constantia.

Q Vanta sit autoritas sanctissimorum hominum apud reges, inde peroptimē collegeris, si mentem reflectas ad eam verborum acrimoniam, qua prophetarum sanctissimus Elias Achab regē excipit. Non ego turbavi Israel, sed tu, & patres tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. 3. Reg. 18. nu. 18. vbi Carthusianus arti. 27. Inustus (inquit) quasi leo confidens absquē terrore erit, ideo Elias tam imperterritus, & audaciter respondit, non formidans regem, a quo poterat trucidari, sed cum constantissimē reprehendit. Et Abulensis eodem lib. c. 19. q. 13. Illa erat (inquit) confidentia maior, quam hominis, quia nullus homo primatus, sicut Elias, ausus fuisset vocare regem turbatorem populi. Quemadmodum nullus excepto Baptista auderet Herodem de adulterio appellare. Et verū quāuis Elias in Regem Achab adēo strenuus, ac fortis apparuerit, at in Reginam Iezabel minus generosus apparuit, nam illa iudente minas. 3. Regum 19. Elias aufugit horrore percitus. Timuit Elias, & surgens abiit quocumq; eum ferebat voluntas. Ibi num. 3. in eam nimirū incidit inconstantiam, vt qui quasi Deus pauld ante mundi habenas, ac regimen habebat in manibus; quiquē Achab Regem, vt mancipium arguebat imperterritus, is ad muliebres minas expauesceret: quare Chry

3 Reg. 18. n. 18

Abulēf.

251

Eliæ coram Rege audacia plusquam humana.

252

Timuit mulierem, qui terrarū, & orbis habenas habebat in manibus.

3. Reg. 19. n. 3.

Chryso.

sostratus tomo 2. homil. 15. ex varijs in Matth. Timuit (inquit) mulierem, qui totius mundi statum & cali pluuiam, agri speciem in lingua potestate portabatur: qui ignem de celo eduxerat, & per virtutem orationis mortuos suscitauerat, hic timuit mulierem. Et rursus tractatu 9. de sanctis martyribus Bernice, & Prosdice apud Frontonem Duceum. Qui (inquit) rebus omnibus superior euasit, adeo mortem metuit, ac reformidat, vt vilem mulierculam pertimescat, & idcirco fugiat. Timeat inconstanter Elias Reginā, qui Regem non timuerat, dummodo Ioannes infractē constantiæ ubiquē perstat exemplar, & in Herodiadem pariter, & in Herodem adamantinus. Quo circa Egesippus lib. 2. de excidio Hierosolymitano, cap. 5. Ioannem appellat constantem legis executores. Tum ille in carcerem detrusit Ioannem, nec multo post necauit virum iustum, & constantem legis executores: non solum enim quasi prædicator Euangelij fraterni cubilis incessantim reprehendebat, verum etiam quasi legis executor præuicacitatem legis condemnat. At Herodēs præ libidinis insania exercuit in Ioanē, quod Pharisei in Authorem vite de quibus Augustinus in Psal. 63. Non tacuit (inquit) vitia eorum, vt ipsa potius eis displicerent, non medicus, a quo sanabantur. His omnibus curatio nibus eius ingrati, tamquam multas febres frenetici, insipientes in medicum, excogitauerunt consilium perdedi cū.

Sed pergo ad aliud exemplum in quo par apparet specimen fortitudinis Helisei in Ioram, ac apparuerat Eliæ:

Egesip.

Ioannes contra Regē Herodē perstat adamantinus.

Constantis legis executor Herodem cōdemnat.

August.

Yy

in Achab

in Achab. His enim dictis Helisæus aggreditur Ioramum. *Vade ad prophetas patris tui, & matris tue: vivit Dominus, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem non atcndissem quidē te; nec respexissem.* 4. Reg. 3. nu. 14. vbi ut aduertit Abulēf. quæst. 10. honorem tantum detulit, & impertijt reuerētiam Iosaphat, qui coram tunc aderat; at Ioram ob vefanā Idolorum religionē flocci habuit, ac nihili; subnotat hāc prophetæ audaciam. Abulēf. citata quæst. 10. Illis verbis. *In hoc appares, quod Helisæus faciebat zelo Dei, quia quamquam rex Israel potentissimus eſet; quia tamen malus erat, non timuit, nec erubuit increpare eū. Ita ille. Vnde de viro iusto ita loquitur vates regius. Ad nihilū deductus eſt in conspectu eius malignus.* Psal: 14. num. 4; In quem locum idem Abulēf. proximē citatus. *Vir (inquit) perfectus pro nihilo habet malignos; non timendo, nec honorando eos.* Itaque iustus, ceu leo rex animantium ad nullius occursum trepidans, animi magnitudine ceteros lōgissimo præit interuallo, vnde rectē in Ioānem illud accommodaueris, qui reputatus est Meſſias, appellatus angelus, imbutus cælesti philosophia, illud, inquam S. Gregorij Nazianzeni in Max. *Duo hæc egre teneri queunt Deus, Angelus, Philosophus, in materia vacans materia; in corpore circumscripius; in terra cælestis; in passionibus impassibilis, omnibus rebus vinci se facile ferēs, præter quā animi magnitudine.* Quod pulchrē dictum, & in Ioannem satis accomodatam.

4. Reg. 3. n. 14.

253

Intrepida Helisai in reprehendendo Ioram constantia.

Abulēf.

Psal 14. n. 4.

Nazian.

LAVREA XXXX.

Ostenditur eadem Ioannis auctoritas, quæ regem redarguens, regem non appellat.

- 254. Ozias peccando dignitate indignus.
- 255. Regiam dignitatem peccatū decorat.
- 256. Qui ad scelus impellit, nomine regio indignus.

DVm regem Herodem Ioānes redarguit illis verbis. *Non licet tibi habere uxore fratri tui, regis nomen ideo subticet, quia magna in eum pollebat auctoritate. Non aliter summus Sacerdos Azarias Oziam regem sacrilegij arguit, & regio titulo fraudans ait. Non est officij tui Oſia, ut adoleas incensum Domino.* 2. Paralipomenon cap. 26. num. 18. Rationem si roges Chrysoſtomum, responderit in hæc verba. *Non appellat eum regem, quia ipse præueniens se se dignitate deiecerat.* Regium nomen inuoluit silentio, quia rex peccato impiatus regis se titulo priuauerat. Hoc ipsum asserit Procopius cōmento in Isaiam his verbis. *Princeps vbi primum se peccato contaminauerit, desijt esse princeps, & sua dignitate excidit.* Quod vel impijssimus, & scelerum omnium patratior impuriſſimus Herodes intellexerat aliquando. Nam cum proclamantibus, & totam Iudæam personantibus

254

Ozias peccando se, dignitate deiecit.

2 Paral 26. n. 18 Chryso.

Christi

Christi miraculis, in ea verba rēpere cogeretur. *Ioannes Baptistā surrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in eo, quem ego decollavi Ioannem, hic à mortuis surrexit.* Marc. 6. num. 16. Causam cur iugulauerit, subticuit, intelligens vtiquē abolendum regiū nomen, si causam subderet, ita præclare animaduertit Chrysoſtologus serm. 173. his verbis. *Quod decollauerit, tacet: ne potestatem regiam tantifacti confunderet infamia.* Quasi subtimeret, ne, si clientes causam scirent, regiū sibi nomen subtraherēt; vt re ipsa subtraxisse constat tres iuuenes Nabuchdonosori ad impiam aureæ statuæ religionem impellenti. Nam cum illis rex omnia nouiſſima interminaretur illis verbis. *Nunc ergo proſternite vos, & adorare statuam, quam feci, quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis.* Dan. 3. num. 15. respondentes dixerūt regi Nabuchdonosori iuxta editionem 70. *Rex non oportet nos de hac re respondere tibi.* In Hebræo textu supprimitur verbum illud. *Rex cuius causa quærenda est ex Diuo Hieronymo, quam ille eo loco reddidit insignem.* In Hebræo (inquit) *non habent regem, sicut in septuaginta; ne adulari viderentur impios aut regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret.* Ita Hieronymus. Quasi ij adolescentes Spiritu Sāto afflati absurdum censerent, eum regem nominari, qui vefanam, ac vecordem religionem suaderet. Talem se præstitit Ioānes erga Herodem, eum non modo regio titulo, sed Herodis no-

Mar. 6. n. 16.

D. Petro Chryso.

255

Regiam dignitatem peccatū dedecorat.

Dan. 3. n. 15.

D. Hiero.

256

Qui ad scelus impellit, indignus est, qui Rex nominetur.

mine indignum censens, silentio præteruolat; dicens tantum, *non licet tibi.* Matth. 14. num. 4. Quo pacto Diues epulo in Euangelio nullo nomine insignitur: cuius causam reddens Sanctus Paulinus Epist. 31. *Hoc (inquit) considerare te volo, eorum dicitur, quorum vel crimina, vel supplicia in scripturis signata sunt, nomina significata nō esse, quia sine dubio indigni erant, vt sermone diuino nominarentur, quos vita obliterauit impietas.*

Matth. 14. n. 4.

D. Pau.

HERODIAS IN-
sidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat: Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum. & cotidiebat eū, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Marc. 6.

n. 19. 20.

LAVREA XXXXI.

Literalis difficultas explicatur: & vbi carcer Herodis esset, exponitur.

- 257. Herodes coniecit Ioannē in carcerē, vt ab Herodiade liberaret.
- 258. Victus precibus illū occidere vocauit causa tristitia Herodis. (Luit.)
- 259. Iuramenta etiam contra fas prolata non seruari, magnum crimen apud Hebræos.
- 260. Qui Ioānis carcer, & vbi fuerit?
- 261. Herodis conuiuium in Macharuntina arce exhibentur.

Yy 2

Ex

257

Herodes adeo Ioannem coniecit in carcerem ut ab Herodiade liberaret.

Matth. 14. n. 4.

Euthy.

258

Tunc eius precibus occidere voluit.

Causam suam Herodis.

Chryso.

EX hoc loco videtur colligi, Herodem non ideo Ioannem in carcerem coniecisse, ut eum occideret, sed potius, ut ab Herodiadis insidijs servaret indemnem, placans hoc modo mulieris furentis iracundiam, & spe secururæ necis deludens. Contrarium tamen colligi videtur ex illo loco Matth. 14. Dicebat illi Ioannes, non licet tibi habere eam, & volens illum occidere, timuit populum. n. 4. hæc enim verba ostendunt, Herodem in animo habuisse, Ioannem de medio tollere. Respondet Euthymius verosimile videri, principio quidem solam Herodiadem Ioanni insidias tetendisse, ut siue per regem, siue quouis alio modo, eum interimeret; Herodem verò, ut Marcus ad significat, impediuisse primò, victum deinde Herodiadis precibus occidere voluisse, sed timuisse populum, qui ipsum iure magnificiebat.

At si Herodes Ioannem re ipsa voluit occidere, quo pacto petente puella caput Ioannis Baptistæ merorem contraxit, & ingentem tristitiam? Dicam, quod sentio. Et si Herodes Ioannem occidere volebat, tamen ignominiosum sibi, & contumeliosum fore iudicabat, tam sancti viri caput inuerecundè puellæ saltationis præmium concedere. Itaque altè ingemuit, non quod Ioannem occideret, quem iam ante occidere pararat; sed quod ea ratione impelleretur, occidere, quæ sibi necessario probrosæ foret contumeliæ, & ignominæ: & hanc partem tuentur Chryso-

tomus, Euthymius, & Theophylactus.

Quemadmodum etiam verè, & nõ simulatè contristatus fuisse dicitur, propter iusiurandum: in tanta enim religione erat apud Iudæos iusiurandum, ut etiam, quæ contra fas iurata essent, grande piaculum ducerent, non seruare; ut ex Iosue iuramento Gabaonitis præstito Iosue 9. n. 15. 18. 19. & ex Iephthe iuratione Iud. 11. num. 35. Manifestum est: quæ quidem iuramenta veteres auctores iure monuerunt, nõ fuisse seruanda, Origenes homil. in Matthæum 14. Chrysostomus hoc loco, Ambrosius lib. 1. de offic. cap. 50. Hieronymus in cõment. Præterea duo hic sunt necessariò inuestiganda: alterum, vbi nam carcer erat, in quem conijciendus erat Ioannes: alterum vbi tunc Herodes habitabat? Altera verò dubitatio pendet ex altera; tenuesq; vtraq; habet nubeculas, suis proinde lucis aspersioibus egens. Ergò ad primum de situ carceris: omnes conueniunt Ioannem in Machæ runtinũ castellũ addictum fuisse carceri: erat autè hæc arx in finibus Galilææ, & Arabiæ, de qua Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 7. Et hinc videtur oriri ingens dubitatio, quonam pacto Herodes, cum esset in celebri, lautoq; & multorum dynastarum præsentia nobilitato conuiuio, iussit afferri confestim caput Ioannis Baptistæ: ait enim textus. Misso confestim spiculate, iussit afferri caput Ioannis in disco. Marc. 6. capite 27. Tam parum ne distabat

Euthy. Theop.

259

in arce etiam contra fas præstita nõ seruare, magnum crimine apud Hebræos.

Iosue 9. n. 15. 18. 19.

Iudic. 11. n. 35.

Origen. Chryso. Ambro. Hieron.

260

Qui Ioannem in carcerem et vbi fuerit?

Ioseph.

Marc. 6. cap. 27.

Herodis

Ibidem n. 25.

Abuléf.

261

Hoc conuiuium exhibitum in Regni finibus, in Machæ runtina arce.

Marc. 6. n. 20.

Herodis regia à Machæ runtina arce, quæ erat in finibus regni? vimq; addit puellæ vrgens postulatione. Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Ibidem num. 25. postulat incunctanter offerri; quasi citissimè illa itineris intercapedo adiri potuisset. An (quod alijs in mentem venit) truncatum humerisque abscissum caput in palatium Herodis quidem allatum est, sed multò post celebritatem conuiuij? Commodum effugium. Sed est contra communem patrum sententiam, qui afferunt, cruentum caput apportatum fuisse in conuiuium: ut egregiè probat Abulens. in cap. 14. Matth. quæst. 34. dicendũ igitur est, & per hoc satisfaciendum, alteri dubitationi, Herodem tunc habuisse sedẽ, in ipsa arce Machæ runtina vbi Ioannes erat interclusus: vel enim eò venerat vulpina simulatione certus iam de patrando. tã immani scelere: quod se velle vltro committere dissimulabat; vel alijs de causis eò discesserat, vbi hæc super mensam acciderunt, repëtinaquẽ petitione impulsus est, tam iniquum mandatum executioni mandare. Hæc ita breuiter perstrinxi, ve quæ textum attinet, historia perspecta dilucidè appareret: vtq; amplius illustretur illa pars textus. Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Marc. 6. nu. 20. oportet, vt moueamus insuper illam quæstionem, vbi nam eum Herodes audiebat? an in Iordane? at quis hoc in animum inducat, Herodem ad Iordanem sepe ve-

nisse, vt Ioannem consuleret? An in palatio? At quis hoc credat, Ioannem horrida cameli pelle indutum in palatium luxu, ac delicijs insolens intrare consueuisse? quod ergo in re tã ambigua ferendum sit iudicium, videamus.

LAVREA XXXXII.

Vtrum Ioannes ad Herodem, an Herodes ad Ioannem venerit in Iordanis orã? Super illud. Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Marc. 6. num. 20.

- 262. Herodesne ad Ioannem, an Ioannes ad Herodem iuit?
- 263. Que probant, Herodem ad Ioannem venisse?
- 264. Quomodo Ioannes ad regionem Iordanis, & regio ad Ioannem venit.
- 265. Cilicina vestis molles vestitus cernere exhorrescit.
- 266. Opposita pars, & rationes.
- 267. Chrysostomi testimonia.

TRACTANDA est hoc loco illa dubitatio, an Ioannes ad Herodis vsquẽ regiam venerit, an ad Ioannem in deserto prædicantem audiendi, & cõsultandi causa Herodes fuerit egressus? nam pro vtrauis parte rationes se offerunt non leues: vt enim credam, Herodẽ potius ad Ioannem venisse, videtur probare ipse textus signatè asserens, Ioan-

262

uter ad alterum ierit? Herodesne ad Ioannem, an Ioannes ad Herodem?

nem prædicasse in deserto. *Fastid est verbum Domini super Joannem Zacharia filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum penitentia.* Luc. 3. nu. 3. ubi licet dicatur, venisse in omnem regionem Iordanis, haud est intelligendum, vrbes lustravisse, & pagos, qui in ea regione erant: sed in solitudine, quæ propè erat, obiisse suum munus. Idquæ cõnunci videtur apertè ex sacris textibus, ait enim D. Mattheus. *In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Iudææ.* Matthei 3. nu. 1. ecce in deserto dicit, prædicasse, non in pagis, non in vr-bibus. Ait D. Marcus. *Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans.* Marc. 1. num. 4. Ait Isaias. *Vox clamantis in deserto.* Isai. 40. num. 3. Ait Christus. *Quid existis in deserto videre.* Matth. 11. num. 7. In solitudinè enim integrè vrbes, & regiones concursabant, vt Ioannem viderent: neq; enim se beatum putabat, qui non vidisset: ideoquæ. *Exibat ad eum Hierosoly-ma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo.* Matth. 3. nu. 5. in deserto ergò, non in vr-bibus, non in pagis Ioannes prædicabat.

Demus hoc esse verum. At quomodo dicitur Ioannes venisse in regionem Iordanis: & rur-sùs regio Iordanis venisse ad Ioannem. Verè quidem dictum est. Ioannes venit ad regionem Iordanis, & regio Iordanis ad Ioannem venit, eo quod Ioannes ex eo deserto, in quo latuerat, egres-sus venit in desertum, quod est circa Iordanem: accolæ verò re-

gionis Iordani finitimæ ad Ioannem verba degustada, baptismūq; suscipiendum, alijquæ aliundè plurimi turmatim confluerūt. Est ergò valde consentaneum rationi, vt dicamus, Herodem ad Ioannem potius, quam Ioannem ad Herodem ire consueuisse: nã vox clamantis in deserto in aulam se non intulisset; habitus asperrimæ penitentia, non libenter iret ad eos, qui sericis, qui holosericis, qui vndulatis, qui Attalicis vestibus oblectantur. *Ecce, qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Matth. 11. num. 8. nequæ Regius Herodis factus, & apparatus persuadet oppositum: nam regium erat audire cõcio-nes viri præsertim ad eõ penitentis, & admirabilis. Est hæc pars valde verosimilis, quam etiam firmant illa verba Diui Hieronymi in Epistola de vera circumcissione tomo 9. *Illud etiam in eo mirandum est, quod eremum elegerit, Domini prædicaturus aduentum, non in templis, nõ loquitur in plateis, multitudinem multitudini profecturus horrescit; & cur vox est clamantis, si declinatur auditor? opus est utiquæ multitudo doctori. Et que in eremo multitudo? sine dubio nulla. Et quid faciet propheta, qui & vox est, & vox clamantis? Elegit, ni fallor locum, non ubi cum nullus audiat, sed ad quem populos de natura corrupte conuersatione reducat, vt in propheta nouam vitam videntes, diuinam mirari discant, seque omnibus vitijs circumcisos in eremo esse patiantur. Locus ergò ipse forma doctrina est, & ipsa prædicatio solitudo est virtutum. Operatur habitatio, dum vrbiū frequentiam so-*

licitus

Luc. 3. nu. 3.

263

Quis pro-bam, Herodem ad Ioannem venisse.

Matth. 3. nu. 1.

Marc. 1. nu. 4.

Isai. 40. nu. 3.

Matth. 11. nu. 7.

Matth. 3. nu. 5.

264

Quomodo Ioannes ad regionem Iordanis, & e contra regio Iordanis ad Ioannem venit.

licitus relinquit auditor, & eremum è contagione mundi, velut à theatro hoc voluptatum amissus ingreditur. Hactenus Hieronymus. Inter cuius verba illa maximè ponderanda. *Non in templis, non loquitur in plateis, multitudinem multitudini profuturus horrescit.* Adde Origenem in Luc. homil. 25. in hæc verba loquentem. *Erat Ioannes vita mirabilis, & multum ab aliorum hominū conuersatione diuersus. Non habebat sacculum, non famulum, non saltem vile tugurium. Morabatur in deserto, nõ solum vsque ad diem ostensionis sue ad Israel, verum eo tempore, quo penitentiam populo prædicabat, erat in solitudine Iudææ. Et aqua simplici irrigabatur, vt & in potu esset diuersus à ceteris. Eadem sententiam tuetur Eusebius Cæsariensis de Demonstrat. Euangelica lib. 9. cap. 5. ubi præter alia hæc scribit. *Procedebat ex deserto. inusitatum indutus habitum, omnemquæ communem hominum consuetudinem declinans. Nã nequæ in vicum vllum, nequæ in vrbe, nequæ in communem aliquem virorū cetū comeabat. Et infra. Numquid igitur cum capillo quidem Nazareum Dei viderent, qui diuinam quodammodo faciem præ se ferret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio vnde è latebris solitudinis prodeuntem, & post prædicationē rursum in solitudinem, & latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrētem à multitudine merito obstupescant; & ne hominem quidem illum esse arbitrabantur. Nequæ opposita pars prorsus est destituta rationibus: pro ea prima fit, si Herodes Ioannem auditum veniebat extra vr-bem, cur aliquando non venit**

Origen.

Euseb.

266

Opposita pars, & eius momenta rationum.

auditurus Christum vel extra, vel intra Galilææ vrbes? Deinde sacer textus indicat, sæpe eū Herodem audiuisse, eiusquæ cõsilio multa negotia expediuisse, ait enim. *Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* At Herodem, & si semel, & iterum credi possit, ad Iordanem venisse, sæpe tamē venisse relictis vr-bibus, publicisquæ negotijs videtur incredibile: ergo Ioannes Herodis vr-bem, & aulam ingrediebatur, nec solum in deserto conciones faciebat. Deinde textus sacer indicat clam domi suæ, & intra regia vestibula eum apprehēdisse, ait enim. *Herodes tenuit Ioannem, & alligauit eum & pesuit in carcerem.* Matth. 14. num. 3. nam si Herodes, militum manus in desertū, ubi ille prædicabat, misisset, innumeræ hominum turmæ; quæ ad Ioannem continuo ibant, eū dubio procul à militum manibus defenderent, quòd si non defenderēt, sed vi raperent ad Herodem, ab Herode ad carcerem, hoc ipsum Euangelistarum aliquis meminisset. Adhæc, vt Authores communiter afferant, & Maldonatus constanter affirmat, Herodes cum induxisset animū; Ioannem tradere in carcerem id diu distulit præstolatus occasionem, occasio verò nulla se daret in deserto; sed in vrbe ad quam Ioannes prædicaturus aliquando veniebat. Roborant hanc partem Sanctus Ioannes Chryso-stomus tomo 2. homilia 10. in caput 3. Matthei. his verbis. *Eremum ita Ioannes habitauit, vt celum, & quasi angelus aliquis à calo ita in ciuitatē, à*

Matth. 14. n. 3.

Chrylo.

267

Aperta Chryso-stomi testi-monia.

Yy 4

solitudinis.

Idem.

solitudinis vastitate descendit. Venit ergo, & venire sæpe solebat in ciuitatem, homilia item 28. in Ioannem scribit, Ioannem Baptistam non solum in eremo versatum, sed in urbibus etiam predicasse. In solennitatibus, inquit, in ciuitatem ueniebat, Ioannes, ut in medium Dei doctrinam proponeret, & ex miraculis utilitatem. Inde sæpe Iordanem petebat, semper autem in frequentioribus locis versabatur studio, ut prodesset quam plurimis. Pro pleniore intelligentia huius questionis vide Abulens. in cap. 3. Matth. quæst. 17. ubi utriusque partis argumenta cumulat.

LAUREA XXXIII.

Quanta sint mulieris impię adnectendum, patrandumque malum artificia, quætra fraudes: Super ea verba. Herodias infidiabatur illi. Marc. 6. num. 19.

- 268. Cur Herodes Ioannem in carcerem conijci iusserit?
- 269. Mulier diaboli telum.
- 270. Nomen mulieris, & serpentis conueniunt.
- 271. Per mulierem extincta mundi lucerna.
- 272. Elias, qui Regem non timuit, timuit mulierem.
- 273. Mulier omnibus bestijs immatior.
- 274. Quem alites reuerentur, mulier persequitur.
- 275. Cur uxorem Iob diabolus reli-

- 276. Per matrem nititur diabolus Apostolos superare.
- 277. Per mulierem Petrum precipitatur.
- 278. Cur caput uelare iubeantur.
- 279. Predicadores in hac uita mors, in alia corona manet.
- 280. Non quiescit Herodes sine capite Ioannis abscisso.

Diximus ex Maldonato, Herodem ideo Ioannem in carcerem conijci iussisse, ut importunis Herodiadis precibus ex parte faceret satis, utque illum ab eiusdem custodiret infidijs, ac fraudibus; quemadmodum etiam Pilatus ed Christum flagellauit, ut ab insana frenetium Iudæorum rabie hac arte liberaret: quid tamen, & quantum possit mutabile semper, ac uarium femine caput, ostendit Herodias, quæ uel inuitum, quo uoluit, inflexit, ac traxit Herodem. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Eccli. 25. n. 22. In quem locum Chrysostomus homil. 15. ex varijs in Mattheum tom. 2. O malum (inquit) summum, & acutissimum diaboli telum mulier. Hoc telo, quem diabolus non expugnat? quem non precipitat? quem non miserrime pessundat? Ideoque alij ita legunt cum Chrysostomo citata homil. 15. Non est caput super caput serpentis; & non est malitia super malitiam mulieris. Quem admodum enim serpentes astutissimi sunt, & pugnando calli-

dissimi,

270

Colludis nomen mulieris cum nomine serpentis.

Clemens Alexan.

Plin.

Chryso.

271

Per mulierem extincta mundi lucerna.

Iudic. 16. n. 11 Chryso.

dissimi, ac pertinacissimi, ita mulieres. Quapropter hebraicè ab eadē radice חַיָּה Chaiah, quod est, uiuere, oritur חַיָּה, Chauah, id est mulier, & חַיָּה Chaiah, id est serpens. Quod notauit egregiè Clemens Alexandrinus adhortatoria ad gentes his uerbis. Si accuratè uox spectetur hebraica, nomen Heua aspiratum exponitur serpens, femina. Certè quidem hæc ipsa femina, quæ post saltationem Ioannis caput poposcit, quæque petitione, quasi pugione percussit, conuenienter gelato fluuio, non terra perijt, quia teste Plinio de naturali historia lib. 2. c. 63. Terra serpentem, hominem percusso, non amplius recipit.

Nec serpens æquat mulieris fraudes, unde Chrysostomus tom. 2. eadē hom. 15. ita loquitur. Et quidem ego existimo, nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri male. Et paulò post. Herodes per mulierem illum totius mundi lucernam Ioannem capite truncauit. Hæc dolis fraudulentas uulpes anteit: lege, si placet lib. Iudicum cap. 16. & attentè considera Dadiq; in maritum Sansonem mille fallacias, ac pellacias nexas alias ex alijs, quibus eum molesta, & importuna uiribus fraudauit prodigiosis. Cumq; molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhereret, spatium ad quietem non tribuens defecit anima eius, & ad mortem usq; lassata est. Iudic. 16. nu. 11. Hæc, si uigili mente perpenderit, planè reperies cum Chrysostomo citato, hanc feminam vulpina malitia præsumuisse, ac præualuisse ad eum. Ut quem multa mil-

lia hominum armata non uicerat, & ab inermi prostrata conuerant, hunc una muliercula sine armis, dolo militia armata conuicerit. Sed quid his immoror, quid impiam mulierem vulpi confero? Leoni etiam antepono in malum conuersa fortitudine: nonne Elias leo erat admirabili, & laudabili fortitudine. Nonne ritum illius mystici leonis, de quo Prouerb. 30. n. 30. ad nullius pauebat occursum? Nonne Achab Regem, ut vile mancipium habebat, & reprehēdebat, ita inuehens. Non ego turbauit Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. 3. Reg. num. 18. Qui tamen iratum Regem armis stipatum, & militibus non formidat, impijsimæ Regine iracundiam quam citissimè, & formidolosissimè aufugit. Timuit Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat uoluntas. 3. Reg. cap. 19. nu. 3. ubi citatus Chrysostomus. Timuit (inquit) mulierem, qui totius mundi statum in lingue potestate portauerat, qui ignem à celo eduxerat, qui orationibus mortuos suscitauerat, hic timuit mulierem. Et rursus homil. 16. ex varijs in Mattheum. Hoc malum (inquit) quod homines ducit ad mortem, hoc malum fugit Elias Propheta, & cuius lingua clauis facta est celi, tamquam reus fugit à facie mulieris.

Perge porrò legendo, illudq; mente, & cogitatione scitè collustra cum Chrysostomo citata hom. 15. Omne genus ferarum, quas interior Iudææ solitudo genuerat, triginta annos deposita sequitia magna reuerentia col-

Prouer. 30 n. 30

3. Reg. n. 18.

3. Reg. 19. n. 3. Chryso.

272

Elias qui Regem non timuit, timuit mulierem.

Idem.

Idem.

luisse

luisse illum ipsum Iohannē, quem Herodias per immanem crudelitatem truncat capite. *Draconēs* (inquit Chrysoſtomus) & *aspides*, & *Cornuta Iohannem Baptistam in deserto viuentem subdita feritate tremuerunt; Herodias verò eidem caput abscidit, & tanti viri mortem in pretium saltationis accipit.* Proh sexum ingratum precibus hominū sanctissimorum? Suis Iohannes orationibus intentam Herodi necē retardabat, paratum Herodi fulmen ductis ab imo corde gemitibus in dies remorabatur; sui Iohannes corporis pænitentia vtriusquē curabat impænitentia, & ne tellus immani hiatu aperta eos absorberet ad inferos, efficiebat: his illa beneficijs ingrata, ceu aspis incantari nescia, quā precibus, quā insidijs Iohannis petit iugulum; non secus, ac vesana Iezabel Eliam de se, de marito, de toto Regno benemeritū nititur occidere, nec illum suspicit, quem vel alites carniuoræ reuerentur, & pascunt. *Eliā* (inquit Chrysoſtomus citata homil. 15.) *corus panerunt, & Iezabel eum persequēbatur, cuius orationibus ipsa licet indigna vivebat.*

Hinc est, quod diabolus, vt nefarium aliquod scelus ad exitum perducatur, nulla potius, quam mulieris vitia astutia: hoc videre est in prima transgressione Adæ, quem non nisi per mulierē diabolus aggreditur. *Serpens erat calidior cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem.* Genes. 3. num. 1. vbi Lipomanus. *Primo* (inquit) *aggreditur mulierem, perq; eandem subinde virum ipsum pepulit, euicit, ac*

perdidit eum toto suo genere. Indagat causam Cardinalis Caietanus, ob quam diabolus, cum cæteras res, ac facultates, quas Iob possidebat, funditus euertisset, vxorem tamē reliquit intactam? Nimirum nouerat astutissimus demon re nulla, nullaquē machina validiore se postmodum vti posse, qua sanctissimum Iobū ad scelus impelleret. *Vnde, inquit, quamuis habuerit prima vice potestatem in omne, quod erat Iob, astute tamen noluit interficere illum, vt vteretur illa ad incitandum Iob ad malū.* Idem notat Augustinus in Psal. 93. his verbis. *Vxorem propter eam reliquerat diabolus, & non occiderat, vt ipse haberet adintricem, non vt maritus consolatricem. Meminerat enim, quod per illam Euam deceptus erat Adam, necessariam sibi putabat Euam hanc.* Iuduxerunt animum duo fratres Iacobus, & Iohannes, Christum Hierosolymitanū Regnum initutum, veheemterq; appetebant eius felicitatis honorem maximum; hanc cogitationem, & appetitionem diabolus instigabat: vt quē eos transfuersum ageret, ceterosquē omnes Apostolos interturbaret, mulierem eorum matrem aggreditur. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis orans, & petens aliquid ab eo.* Matth. 2. num. 20. In quem locum Chrysoſtomus homil. 35. operis imperfecti ita loquitur. *Contulit se diabolus ad consueta arma, volens, vt Adā per mulierem spoliaret, ita istos per matrem superare. Quin etiam Petrū Apostolorum principem inuictū paulō ante animum præferen-*

Caietan

275

Cur vxorem Iob diabolus reliquit intactam.

August.

Matth. 20. n. 22

276

Per matrem nititur diabolus Apostolos superare.

tem,

tem, & illas pollicitationes animosè geminantem. *Et si oportuerit memori tecum, non te negabo.* Matth. 26. num. 35. Nihilominus per mulierem aggreditur astute, & callidè ab illius constantiæ culmine præcipitat ad degenerem illam, ac tergeminam negationem. *Accessit ad eum vna ancilla dicens, & tu cum Iesu Galileo eras, at ille negauit coram omnibus dicens. Nescio, quid dicis, e exeunte autem illo, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui aderant, & hic erat cum Iesu Nazareno, & iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem.* Matth. 26. num. 70. In quem locum grauitè Diuus Ambrosius lib. 10. in Lucam cap. 22. num. 56. *Vi* (inquit) *& iste sexus peccasse in necem Domini videatur.*

At scire cupis, vnde hæc feminis aptissima ad prauitatem indoles aduenerit? Ex inconstantiā scilicet, qua nequeunt in bono persistere, & hæc rursus inconstantia ex modico cerebro ducit originem; vnde Aristoteles lib. 2. de part. animal. cap. 7. *Homo* (inquit) *inter omnia animalia plurimum cerebri habet, scilicet portione sui corporis: & inter homines mares plusquam femina.* Est itaque pusillum ad hominis cerebrum comparatum cerebrū mulieris, proptereaquē ipse mulieres in templis iubentur caput obtegere, & obuolare. *Omnis mulier orans, aut prophetans, non velato capite, deturpat caput suum.* 1. Corin. 11. num. 5. In quem locum sententiosè Rupertus lib. 3. in Genesim cap. 11. *Quia* (inquit) *ipsa natura docet, adeo minoris capitis esse*

Matth. 26. n. 35

277

Per mulierē Apostolorum principē præcipitat.

Idem

Ibidem n. 70. D. Amb.

Aristot.

Feminis minus est cerebri, quā viris

1. Corin. 11. n. 5. Rupert

mulierem, quā virum, vt ille velando, illa non velando caput suum deturpat. Iubet ergo Deus, vt mulier caput velet; quasi cerebri defectum occultare mulieres debeant, non ostentare; viris è contra, in mandatis datur, vt coram Deo caput aperiant, quasi ostendentes, & præsentantes Deo auctoritati animi significationē exhibeant. Vtinam ergo, quæ vana cerebri orabat. *Da mihi in disco caput Iohannis Baptistæ.* Matth. 14. nu. 8. plena iudicio, ac cerebro ita numen obsecraret. Aufer à me numen omnipotens, hoc meum vanum, & inane caput, in eiusq; locum suffice caput Iohannis Baptistæ, prudentia, sapientia, iudicio, & omnibus sanctitatis orna mentis cumulatè plenum: hæc si oraret, non Solem de mundo tolleret, non orbis extingueret longè latèquē fulgurantem lucernam. *At* (inquit Chrysoſtomus) *libidine astuans miscetur ipsa incestui extinguit lucernam mundi.* Vnde S. Ephrem Syrus parenisi 40. *Concupiscentia* (inquit) *bella & tumultus in terra excitat: hæc Herodiadem ad petendum caput Iohannis Baptistæ subornauit.* Quare Claudius Gaillialdus in c. 14. Matthæi ad illa verba, *Herodias insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.* *Obscurus* (inquit) *hoc loco sortem eorum, quibus commissum est munus arguendi peccata mundi, maximè diuitum, ac potentum.* Eos videlicet opperitur in hac vita cruenta mors; in alia tamen corona manet amarantina: qua cogitatione percitus Chrysoſtomus homil. 49. in Matth. ita gemitibus immiscuit

278

cur caput velare inbeamur.

Matth. 14. n. 8.

279

Prædicatores in hac vita mors, in alia corona manet

Ephrem Syrus. Claud. Gaillialdus

Chryso.

verba.

273

Immanior draconibus, & bestijs alijs mulier.

Idem.

274

Quæ alites reuolunt, mulier persequitur.

Gen. 3. n. 1. Lipom.

verba. Qui coronari, ac laudibus in celum efferrī merebatur, percussus securi iacebat. Cur autem Herodias ad necis immanitatem, malitiā geminauerit, petieritquē, ut caput Ioannis Baptistæ afferretur indisco, nec vnquā quieuerit, donec manibus attrētauerit, iuxta illud. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puella: & puella dedit matri suæ. Marc. 6. num. 28. Causam reddidit D. Hieronymus apud Abulensem in cap. Matth. 14. quæst. 42. his verbis. *Vt habeat in potestate sua linguā, que illicitas nuptias arguebat. Quasi secura neutiquam foret morte Ioannis, nisi caput eius sub potestate sua haberet. Cur tandem non petierit, ut ipse Ioannes afferretur coram ligatus, ante ipsius oculos occidendus? in causa fuit timor, reformidabat enim Ioannis etiam morientis voces audire, ita Chrysostomus homil. 49. in Matth. Nec postulat, (inquit) ut coram producat, atque interficiatur; neq; enim ad mortem euntis libertatem ferre potuisset: sed exhorruisset etiam, dum necaretur, vocem illius.*

Extrema parte huius excursus animaduerte id, quod Carthusianus adnotauit in cap. Isaię 14. super ea verba. *Et ponam eam in possessionem ericij.* Ibi num. 23. homines desidiæ, ac luxui deditos adubrari ericij: nam istiusmodi animantes, si quando ab hostibus impetuntur, incunctanter se se induunt in globos ita muricatos, & acutissimis tribulis acuminatos, ut si hostes illas morsu petāt, infixis altè spinis miserabiliter cruentati sanguineos riuos, non

sine naturali eiulatu effundant: propterea quē ericij ijs, quos natura dedit, muricibus armati admonere videntur hostes irruentes, Noli me tangere: quod itidem homines desidiosi, ac luxuriosi videntur efficere. Vnde citatus Carthusianus. *Per ericium, inquit, designantur impatientes, habentes languorem, qui dicitur, noli me tangere, quos qui increpando tetigerit, grauiorem iniuriam recipit.* Hūc languorem Herodes; hunc Herodias habebat: quilibet queribūdus misitabat: *Noli me tangere: eos tamen Ioānes tetigit: ideoq; suum vulnus accepit, abscessuq; capite suo met sanguine, ac cruore manauit.*

HERODES MISIT,
ac tenuit Ioannem, & vincit eum in carcere, propter Herodiadem. Marc. 6. num. 17.

LAVREA XXXXIII.

Et de Ioanne in vincula conijciendo deliberat Herodes, & Herodem Ioannes vincus oppugnat validius.

- 281. *Innocentes vinculis ligantur, liberantur impij.*
- 282. *Verbum Dei, si ligetur, erumpit fortius.*
- 283. *Deus sub Pauli, & Ioannis pectore, quasi sub tentorio.*
- 284. *Ioānes ab eremo venit, ut arguat.*

- 285. *Intra carcerē suos Trinitas exercet ad victoriam.*
 - 286. *Luctatores exercentur, ut vires acquirant.*
 - 287. *Dos Sanctorum in perferendis laboribus.*
 - 288. *Patientia beatificat.*
 - 289. *Patientia laus.*
 - 290. *Christianorum seruo antiquorū.*
 - 291. *Militum exercitatio ante bellū.*
 - 292. *Ioannis in carcere ad martyriū preparatio.*
- Ioannis alligatio, quid significaret?*

Videtur ita secum ratiocinatus fuisse Herodes, & regios ministros alloquitus: Ioannes Baptista liberē, ut affolet, & audaciter ad vestibulū Regiæ, aliōvè predicatū veniet; eum vos cras apprehendite, & in carcerem conijcite, ne eius me lingua minaciter adēo terreat. Proh superum, hominūq; æquitatem? quoniam iustitia aufugit honorum muneratrix, vitrix malorū. En (inquit Ambrosius lib. de Ioseph. cap. 6.) *Propter quod aperitur carcer, ut suscipiat innocētes: soluantur catenæ reis, ut imponantur fidelibus.* Includitur cæco carcere Iosephus, libertate fruitur adaltera vxor Putiphar; includitur Ioannes, vtuntur adulteri Herodes, & Herodias libertate.

Ita fieri Rex imperat, perinde, ac Dei vox ferreis eratibus contenta maiores vires non capiat: est illa porrò instar ferrei globi, qui ærea fistula inclusus concepto semel igne, ingenti boatu distantes procul auras, auresq; tremefacit. Exemplo sit Apostolus, qui vincus catenis

Romam ferebatur: interim verò Deus eius ore verbi, quasi ardentibus globulos efformabat, & in auditorū corda, velut in scopum felicissimè eiaculabatur. Eiusquē lingua, quasi minacissimo, longissimoquē gladio utebatur, vt multorum animos acutè percelleret, & à vitiorum caligine ad virtutum splendorem reuocaret. Testor D. Gregorij Magni verba in. *Dum (inquit) catenis vinculus Romam peteret Paulus occupaturus mundum, latens in eius pectore, quasi sub tentorio ibat Deus.* Vt ergò tunc ex Pauli pectore Deus, velut ex militari vallo peccatorū, dæmonumq; phalangis cruentum bellum inferebat, ita nunc ex Baptistæ corde linguaq; rebellem oppugnat Herodem. Hoc vt faceret, ab interiori solitudine eū Deus euocat ad populos, ad vrbes, ad Herodis presentiam, testatur hoc D. Pet. Chrysologus ser. 174. his verbis. *Ioannes, vt argueret adulterium, ex eremo carcere commutauit.*

Nunc, vt fortius pugnet, eum addicit carceri, vbi Deus Pater premiū proponit certatibus sempiternū. Spiritus Sanctus peragēde spirituali lucte præest; Christus fabricandæ, & obtinēde coronæ adest: vera enim est doctrina Tertulliani lib. ad Marty. c. 3. vbi martyres carcere inclusos fortissimèq; & strenuissimè subpresēti Trinitatis patrocinio depugnātes lectoris oculis proponit his verbis. *Bonum agonem subitura estis, in quo a agonibetis Deus viuus est b Xistarches Spiritus Sactus: corona æternitatis brauiam: angelica*

- 282. *Verbum Dei, si ligetur, erumpit fortius.*
- D. Greg.
- 283. *Deus sub Pauli, & Ioannis pectore, quasi sub tentorio.*
- D. Petr. Chryso.
- 284. *ab eremo venit, ut arguat.*
- Tertull.
- 285. *Intra carcerē, ut intra vallē suos Trinitas exercent ad victoriam.*
- a id est agone, in quo a agonibetis Deus viuus est b Xistarches Spiritus Sactus: corona æternitatis brauiam: angelica*

Marc. 6. n. 28.

D. Hier

280

morte Ioānis nō qui escit Herodias, do nec caput abscessum possidet.

Chryso.

Isai. 14. n. 23.

id est, pro
curator,
ac prapo-
situs rei fu-
cienda.

Substantia polita in calis gloria in se-
cula seculorum: itaq; c. Epistates vester
Christus Iesus, qui vos spiritu unxit,
& ad hoc scama produxit, voluit vos
ante die agonis ad duriorē tractationē
à liberione conditione seponere, ut vi-
res corroborarentur in vobis. Ecce
quorsum Deus homines, ac mu-
lieres, quas præfertim Tertull.
alloquebatur eo loco, à reliqua
mortalium colluione segregabat
in carcerē: nimirum, ut spiritua-
les vires duplicarent, quibus (vbi
primū se daret occasio) hostium
incurfus nō retardarēt modo, sed
etiā infringerēt: quo etiā modo
se præparabāt athlete luctaturi,
vt consequatibus verbis Tertul-
iniunxit. *Nēpe enim, & athlete se-
gregantur ad strictiorē disciplinā, ut
robore adificando vacent: con tinētur à
luxuria, à cibis latoribus, à potu incū-
diore: coguntur, cruciantur, fatigantur;
quāto plus in exercitationibus labora-
uerint, tāto plus de victoria sperant. Et
illi, inquit Apostolus, vt coronā corrup-
tibile consequantur, nos aternā conse-
cuturi, carcerē nobis pro palestra inter-
pretemur, vt ad stadiū tribunalis bene
exercitati incōmodis omnibus produ-
camur, quia virtus duritia extruitur,
mollitia vero destruitur.* Videlicet
hoc pacto Iohannis virtus inclusa
carcere solidabatur fortius, &
quoties in mentē veniebat Hero-
di, qui incluserat, toties secū ta-
citiē statuebat, se in ea causa vic-
tū esse, Iohannem verō victorem.

286

luctatores
etiā exer-
centur, vt
vires, &
robore ac-
quirant.

287

Dos San-
ctorum in
perfeven-
dis labori-
bus.

Cæterum, quo diutius Iohan-
nes in carcere detinebatur, eo ro-
bustior in dies, & impenetrabi-
lior apparebat omni dolori: sicut
enim corpora sanctorū in cælo
dotem impatibilitatis habēt pro-

meritā laboribus in hac vita pro
Christo fortiter exantlatis: ita
corpora sanctorū in terris dotē
quodammodo habēt laboribus ac-
quisitam, patientia firmatam, cō-
suetudine roboratā, quam subin-
dicat Tertull. lib. Apolog. c. 12.
argumentum ducēs ex eo, quod
Ethnicorum etiā Dij per ignes,
& instrumenta ferrea tornantur,
& fabricantur. *Si per hac (inquit)
constat diuinitas aliqua, ergo, qui pu-
niuntur, cōsecrātur.* Certē illud scio
Sanctos patientia consecrationē
quandā adipisci, & in apotheo-
sim quodammodo referri: iuxta il-
lud. *Ecce beatificamus eos, qui sustinue-
runt.* Iacob 5. n. 11. qua beatifica-
tione consecratione q; & patiē-
tiæ laudatione se illis Deus inti-
mum pollicetur amicū fore in-
ter magnas huius vite angustias,
imō debitorem vberioris gratiæ,
& a būdantioris auxiliij, quo om-
nia suauiter, & nihil molestē fe-
rant. Vndē Tertull. lib. de patien-
tia c. 15. miratus quantū patiētię
nomen valeat apud Deū. *Quantū
(inquit) patientia licet, vt Deum ha-
beat debitorem? nec immerito, omnia
enim placita eius tuetur: omnibus mē-
datis eius interuenit, fidem munit, pa-
cē gubernat, dilectionē adiunat, humili-
tati instruit, penitentiā expectat, exo-
mologesim adsignat, carnē regit, spiritū
seruat, linguam franat, manum conti-
net, tentationes inculcat, scandala pel-
lit, martyria consummat: pauperem
consolatur, diuitem temperat, insir-
mum non extendit, valentem non cō-
sumit, fidelem delectat, gentilem in-
iuit, seruum Domino, Dominū Deo
commendat, feminam exornat, vi-
rum approbat: amatur in puero, lau-*

Tertul.

288

Patientia
nos impo-
nit in or-
dinē bea-
torum.

Idem

289

Patientia
laus.

datur

datur in iuvene, suspicitur in sene: in
omni sexu, in omni atate formosa est.
Hactenus Tertullianus. Vbi ex-
pendo eā admirationē. *Quantum
patientia licet, vt Deum habeat debe-
terē? debet enim Deus suis tēpe-
stiuū solatiū inter grūnas, & in-
ter cruciatus illā cordis exulta-
tionē, qua nō Apostoli solū, sed
omnes primitiui Christiani Spi-
ritu S. pleni. Ibant gaudentes à cō-
pectu cōcilij, quoniam digni habitū sunt
pro nomine Iesu contumel. à pati. Act.
5. n. 41. Qua de causa Tertull. lib.
Apolog. c. 2. Christianus (inquit), si
denotatur, gloriatur: si accusatur, nō de-
fendit; interrogatus vltro consistitur;
dānatus gratias agit, cuius accusatio vo-
tum est, & pena felicitas.*

Quentū
Deus de-
beat patiē-
tias.

Act. 5. n.
41.

290

Christia-
norū fer-
uor anti-
querum.

Quod si tā ingens gaudiū, om-
niū dolorū leuamen absit, mag-
nūq; proinde tolerantiæ pondus
nostris ceruicibus incubat, (neq;
enim in hac vita omnino patiē-
di immunes esse possumus) eam
nos interim laborū tolerantiā, vt
viā preparatoriā ad martyriū of-
ferre Deo, nō grauemur. Nā si mi-
lites, antequā pugnatum in aciē,
& in cāpum exeant, futuri belli
simulacra gemant identi dē, ne,
cū postea in arenā, & in aciē ve-
nerint, horrore bellico tremiscāt.
Nos, quos diriores pugne manēt
cū hostibus truculētoribus, dor-
mitabimus? otiabimur? In hanc
sententiā argumētatur Tertull.
lib. ad Marty. c. 3. his verbis. *Nemo
miles ad bellū cū delicijs venit. Nec de
cubiculo ad aciē procedit: sed de papilio-
nibus expeditis, & substrictis: vbi om-
nis duritia, & imbonitas, & insuauitas
constitit. Etiā in pace, labore, & incom-
modis bellū pati iā ediscunt, in armi-*

Tertul.

291

Militum
exercita-
tio ante
bellum.

deambulādo, campū decurrendo, fossam
moliendo, testudinem desiccando. Su-
dore omnia constant, ne corpora, at que
animi exarescant.

Hoc sublimi modo, quinimō
animo generosiorē Iohannes para-
bat se se in carcere, & velut in
vmbra, vmbra tilē pugna exerce-
bat ad martyriū, vt cū hora ap-
peteret moriēdi, cū fulgentē ma-
cherā cerneret, velut imperterritus
miles exiret in aciē, & in cā-
pū mortem fortiter appetitur; illud
citati Tertulliani interual-
lo superans quā longissimo. *De
vmbra ad solē, de sole ad cælū de tunica
ad loriciā de silentio ad clamorē, de quie-
te ad tumultum.* Supple de vita ad
mortē, de cruore an triumphum.

Hęc inclusio Iohannē cæco car-
cere premens portē debat impe-
rij ruinā, & Ierosolymę obsidio-
nē sceleris causa in Christū com-
missi, 40. post annos futurā: quē-
admodū colligatio illa Ezechie-
lis, de qua sic textus habet. *Et tu
fili hominis, ecce data sūt super te vin-
cula, & ligabūt te in eis. & nō egredie-
ris de medio eorū.* Ezech. 3. n. 25. ex
D. Hieronymi interpretatione
obsidionē significabat S. Hiero-
nymi in eū locū verba subiūgo.
*Quod, inquit, in domo clauditur, quod
in vinculis alligatur, quod nō egredi-
tur ad eos, inter quos habitat, sed in
multitudine captiuorū solitudinē carce-
ris patitur, obsidionis indicium est.* Hoc,
vt opinor, modo, moreq; dū He-
rodes pharisęorū (vt par est cre-
dere) cōsilijs impulsus, Iohannem
cōiecit in carcerē, horribilē He-
breę reipublicę casum, & fatalē
Ierosolymę obsidionē nō prædiui-
nauit modo, sed præmonstrauit.

292

Iohannis in
carcere
ad marty-
rium præ-
paratio.

Idem.

Ezech.
3. n. 25.

Iohannis al-
ligatio Ie-
rosolymę
obsidionē,
& capti-
uitatē sig-
nificabat.

S. Hiero

Zz 2

LAV.

LAVREA XXXV.

Apostrophe ad Herodem minacissimo exemplo formidabilis. Super ea verba. *Vinxit eum in carcere.* Marc. 6. num. 17.

- 293. *Sancti patiuntur in hac vita, peccatores in alia.*
- 294. *Asa plectitur, quia prophetam Dei in carcerem conijcit.*
- 295. *Asa à propheta S. admonetur impendentium laborum.*
- 296. *Accreuit iniuria, quia Propheta Dei nuntio illata.*
- 297. *Herodis exercitus deletur, quia Ioannem occiderat.*
- 298. *A Caio imperatore in exilium amandatus.*
- 299. *Ipsè, & Herodias miris agritudinibus confecti.*
Filia etiam peccatum luit.
- 300. *Perpetuum bellum Deo est cum luxuriosis.*
- 301. *Diues epulo ab inferis clamat, quia Ioannem predicantem non audiuit.*

SI Deus opt. Maximus sic eos premit, quos vnicè diligit; si conijcit in carcerem, non iussu quidem suo, sed permissu, quem tantopere diligit Ioannè: quinam carceres obscurissimi, quæ vincula gehennalia, qui compedes ignei, quæ deniquè ferreæ, aut Phlegetontææ manicæ te manebunt Herodes sceleratissimè. *Non sine admiratione gravissima* (inquit Gregorius Magnus lib. 3. mor. cap. 4. *Perpendo, quod ille prophetæ spiritu intra matris uterum impletus, quo inter na-*

*tos mulierum nemo maior surrexit, ab iniquis in carcerem mittitur, & pro puella saltu capite truncatur, & vir tanta severitatis pro risu turpium moritur: num quidnam credimus aliquid fuisse, quod in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed idcirco Deus suos sic premit in infimis, quia videt, quomodo remuneret in summis. Hinc ergò unusquisquè colligat, quod illi sint passuri, quos reprobat, si sic cruciat, quos amat. Hæc ille: & hinc licet augurari, quam dura adulterum hunc Regem cruciamenta manserint apud inferos. Proh, quanta tibi stabit punitione hoc mandatum Herodes rex impijssimè? Vis hoc in exemplo, velut in speculo intueri? Verte mentis oculos ad Regem tui similem Asam: is Dei prophetam imperat conijci in vincula. Iratusquè rex Asa adversus videntem iussit eum mitti in neruum. 2. Paralipomenon 16. num. 10. nec impunè: nam, & regem, & populum Deus acerrimè plectit, ut curiosus indagator inueniet apud Abulensem eo loci, adde Deus in eum vehementer animadvertit, teste Abulense ibi quæst. 35. ut multi animam induxerint, ob acerbissimam supplicij regi inflicti prophetam à rege occidi iussum, alias non tam asperè plexum iri regè. Sed vel leuissimas iniurias suis servis iustas Deus egerrimè fert, & gravissimè mulctat, edq; acrius, & amarius, quod ipsi servi Deo sunt chariores. Qualis verò, & quātus hic fuerit, explicat Abulens. proximè citat, in hæc verba. *Erat ergò iste propheta, vir valde venerandus, & excellens, cū esset pro-**

2 Paral. 16. n. 10

Abulen.

294

Asa Regè Deus plectit acerbè, quod prophetam Dei in carcerem conijcit.

pheta,

phetæ, & conscius diuinorum secretorum particeps, diuini colloquij.

Ecquis Ioanne Baptista, & sanctitate clarior, & celestium oraculorum participatione plenior? Præterea durè animaduertit Deus in Regè Asam. *Quia* (vt addit Abulens. citatus) *probato opere patiebatur propheta scilicet, quia prænuuntiabat regi mala ei ventura, ex qua prænuuntiatione poterant bona sequi, scilicet quod ipse conuerteretur ad Dominum, & remitteret Deus mala, que comminatus fuerat. Que omnia quadrant in Ioannem, qui, vt par est credere, admonebat Herodem acerbissimorum, quæ illū, & in altera, & in hac vita manerent, suppliciorum: admonebat impendentè diuinæ iustitiæ gladiū, si ipse resipisceret, auertendū Nec illa minus in Baptista conueniens ratio, quam profertur Abulens. in hæc verba. *Itè quod his minus est, quia iste propheta erat nuntius Dei, & veniebat, vt nuntius, & loquebatur, vt nuntius Dei, ex parte Dei, & cognoscebatur esse nuntius, ideo iniuria ei illata, videbatur Deo inferri; & sic quantumcūq; parua pena, erat valde magna iniuria, & digna gravissima punitione: Hactenus Abulensis.**

295

Asa Propheta sanctus admonet impendentium malorum

Idem.

296

Accreuit iniuria, quia facta sunt prophetae Dei nuntio.

Baron.

Iudeos (inquit) *fuit opinio, in sua voluntate numinis delictū Herodis exercitiū propter Ioannē, qui Baptista cognominatus est, hanc enim tetrarcha necavit virū optimū, Iudeos excitantē ad virtutū studia.* Ita Baronius ex Iosepho antiquit. lib. 18. cap. 10. Ad hoc, contumeliosum exilium perpeffus fuit; nā Caius imperator illū diuitijs, & splendore regni spoliavit, & Lugduni exilio dānavit, Herodiade etiā expulsa, ita Iosephus de bello Iudaico lib. 2. c. 8 sub finē, & lib. 17. c. 8. refertq; Baronius to. 1. annaliū anno Christi 40. fol. 274. cū verò clāse subduxissent exilio, profectiq; essent in Hispaniā vindice Numine insequente inhorribiles morbos inciderunt, quibus diuturno mærore ingrauescentibus tādē infelices animas egerunt: nec filiā saltatricē merita deseruit pænā: scribit enim Metaphrastes in orat. de S. Ioanne, & Nicephorus lib. 1. c. 20. illā, vt gelatū flumen pertrāsiret incolumis, peditē ire voluisse, debiscente, & subsidēte gelu, capite tenus miserimè submersam fuisse, qui comitabantur, admirantibus, nec valentibus illi suppetias venire.

Itaq; verum est illud poetæ. Raro antecedentem sceleratam.

Deseruit pede pena claudo. Speciatiim libidinis immania scelerata intēto telo Deus insequitur. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Genes. 6. num. 2. Vbi alij ex hebreo transferunt. *Non litigabit spiritus meus cū homine perpetuo, in quo etiā ipse caro.* Vbi notabis, quæ admodū ij, qui litigāt, se vicissim odijs

297

Herodis exercitus deletus, quia Ioannem occiderat.

Vide etiā Nicephorum lib. 1. c. 20.

Iosepho 2. c. 8 sub finē, & lib. 17. c. 8. refertq;

Baronius to. 1. annaliū anno Christi 40. fol. 274. cū verò clāse subduxissent exilio, profectiq; essent in Hispaniā vindice Numine insequente inhorribiles morbos inciderunt, quibus diuturno mærore ingrauescentibus tādē infelices animas egerunt: nec filiā saltatricē merita deseruit pænā: scribit enim Metaphrastes in orat. de S. Ioanne, & Nicephorus lib. 1. c. 20. illā, vt gelatū flumen pertrāsiret incolumis, peditē ire voluisse, debiscente, & subsidēte gelu, capite tenus miserimè submersam fuisse, qui comitabantur, admirantibus, nec valentibus illi suppetias venire.

à Caio imperatore in exiliū amandatus.

Hegesippus de excidio Ierosolym. lib. 2. c. 5.

Baron. Metaphrastes Niceph.

299 ipse, et Herodias miris agritudinibus confecti.

Filia etiā peccatum luit.

Gen. 6. n. 2.

293

Sancti patiuntur in hac vita: peccatores in alia suam arietarmenta

D. Greg

petunt, & profcindunt maledic-
tis, ita Deum cum luxuriæ pec-
catis agere solitum, peccata ipsa
odit, & est vicissim odio pecca-
toribus, cum quibus perpetuo
litigat: vnde Oleaster ad eum lo-
cum. *Audis, quam abhorreat Deus à
carnis immunditia, ut spiritus eius
semper litiget cum ea, & cupiat eam
punire, similiter docemur, non esse pec-
candum, ne huiusmodi rixam inter
spiritum, & carnem patiamur.* Hæc
ille. Hanc infelicissimus Hero-
des, Herodiasquæ impijssima pri-
mo senserunt vindicem, dein-
de Dei iustitiam vlticem tanto
rum scelerum perpessi sunt: vt
ergo probè notavit Chrystosto-
mus hom. 16. ex varijs in Matth.
Herodes in natalicia celebra-
te horribili funere moritur. *Ve-
runtamen (inquit) nos convenit scire,
quia Ioannes de morte sua natus est, &
de natali suo Herodes mortuus est.*

Et verò tum, quia Christo
Luc. 23. num. 11. tum, quia Ioã-
ni fuit iniurius, mortem non
modo temporariam subiuit, sed
æternam, qua etiam nunc plecti
tur apud inferos, qui, quia Ioan-
nis verbis, & consilijs occlusit
aures, dirisimos in alia vita pa-
titur cruciatus. Quærit Diuus
Petrus Damianus lib. 6. Epist.
28. Quare diues epulo, de quo
Diuus Lucas cap. 16. ex arden-
tissimis inferorum flammis im-
patienter exclamat ad Abrahã.

*Mitte Lazarum, ut intingat extre-
mum digiti sui in aqua, ut refrige-
ret linguam meam, quia crucior in hac
flamma.* Ibi num. 24. Quid, quæso,
istum diuitem omnium miserrimi-
mum in tot, ac tales pænas de-

trahit? erro, si illum ed non im-
pulis contemptus eorum, quæ
suo tempore prædicabantur à
Ioanne Baptista. Ita Diuus Pe-
trus Damianus Epist. 28. lib. 6.
his verbis. *Ergo datur intelligi,
quia diues iste tempore Ioannis fuit,
sed eius mandatis obtemperare con-
tempfit, de quo videlicet tempore sal-
uator ait, à tempore Ioannis Baptiste
regnum calorum vim patitur.*

D. Petr.
Damia.

LAVREA XXXXVI.

Carceres, quibus viri sancti tenentur felicissimi. Super eadem verba. *Vinxit eum in carcere.* Marc. 6. n. 37.

- 302. *Qui carcerem patitur, multas patitur mortes.*
- 303. *Etiã magnam inferorum partem sustinere videtur.*
- 304. *Carcer esse non videbatur, in quo Socrates erat.*
- 305. *Ioseph carcerem fecit scholam optimorum morum.*
- 306. *Sanctis mundus est carcer, & carcer solitudo.*
- 307. *Carceris vincula Iosepho aurea videbantur.*
- 308. *Muremula colli ornamenta.*
- 309. *Auri similitudines quæ?*
- 310. *Sanctorum vita tormentis probatur, Benefacere, & male pati Christianorum est.*
- 311. *De vibicibus verberum pro Christo gloriantium.*

S. Amb.

Diuus Ambrosius lib. de Ioseph. cap. 6. postquam Ioseph de Iosepho historiã attexit eius innocentie miser-
tus ita ingemuit. *En propter quod aperitur carcer, ut suscipiat innocentes: soluuntur catena reis, ut imponantur fidelibus.* Hic enim patriarcha innocentie splendore conspicuus in cæcum carcerem trusus est, sacro textu constante. *Tradidit Ioseph in carcerem, ubi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus.* Genes. 39. 20. & iterum. *Memento mei cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.* Genes. 40. num. 15 quibus verbis queritur Ioseph conditionem carceris intolerabilem, dum dicit. *Hic innocens in lacum missus sum.* Erat porrò tum apud Ægyptios, tum apud Hebræos carceres lacunæ quædam subterraneæ cæno, luto, frigore, ac cæca caligine intolerabiles, vt Deo dante, luculentius ostendã Matth. 22. in ea verba. *Mittite eum in tenebras exteriores. i. in carcerem. Ibi erit fletus (præ merore) & stridor dentium (præ frigore) ibi num. 13.* Haud absimilis lacus aperitur Ioanni Sanctissimo, cui condolens iure potiore poteris ingemiscere cù Ambrosio. *En propter quod aperitur carcer, ut suscipiat innocentes: soluuntur catena reis, ut imponantur fidelibus.* Ergo in perhorridum carcerem, ac perobscurum Ioannes trudi iubetur, vt antequam cruentam necem fortiter oppeteret, carceris ne-

Gen. 39
n. 20.

Gen. 40
n. 15.

Matth.
22. n. 13

cem multifariam, ac multigenem patienter exantlaret: vt enim est apud Cassiodorum Variarum lib. 11. Epist. 4. *Non est vnum clausis exitium, multifaria morte perimitur, qui carceris squallore torquetur.* Quam etiam ob causam ibidem carceris cruciamenta ad simulantur ijs, qui damnati patiuntur apud inferos, sic enim loquitur idem Cassiodorus * dum reos regis autoritate educi iubet cæco carcere. *Redeant ad superiores, qui ex magna parte inferos pertulerunt, ita ibi.* Et Christus prædicto loco Matthæi inferorum tormenta declaravit ex humani carceris tenebris, & angustijs, vt egregie notavit Abulensis quæstione eius capituli 68. his verbis. *Licet sint ibi multe pæna, quales non sunt apud nos: voluit illas innuere per istas pænas quas patiuntur hic homines in carceribus.* Alluditquæ Tertullianus lib. ad Martyres carcere comprehensos cap. 1. vbi asserit, ideo inclusos carceres fuisse viros sanctos, vt diabolum domi sue protererent, & proculcarent. *Vos (inquit) ideo in carcerem prouenistis, ut diabolum in domo sua conculcetis, iam enim foris congressi conculcaueratis.* Enim verò viri frugi, ac verè sancti demone pro pulso, carceres sua sanctimonia in statum commutant longè meliorem: quid enim de sanctissimis her oibus æquum est, vt cogitemus, quandoquidem de Socrate cæco carceri incluso ita Seneca scribit in consolatione ad Heluilam. *Carcerem intravit Socrates, ignominiam ipsi loco detracturus, nequæ enim poterat carcer videri, in*

Cassiod

302.

qui carcerem patitur, non vnam, sed multas mortes patitur.

* de magna Cassiodoria autoritate videtur: Posseni in ap. paratu sacro, fol. 302 & B. r. m. n. 6. anno Christi 514 fol. 631. Abulensis Tertul.

303

Qui carcerem sustinet, magnam inferorum partem sustinere videtur.

Seneca.

304

carcer esse non videbatur, in quo Socrates erat.

Oleast.

300

Perpetua bellum Deo est cum luxuria didit

Chryso.

D. Petr.
Damian
Luc. 16.
n. 24.

301

Diues epulo clamat ab inferis, quia Ioannem prædicantem non audiuisti

Chryso.

quo Socrates erat. Hæc ille de suo Socrate; quæ quàm potiori iure de Iohanne dici debeant, lector ipse diiudicet. ex illis potissimè verbis Sancti Iohannis Chrysoστοmi homil. 27. operis imperfecti. *Iohannes corpore tenebatur in carcere, anima autem in celo, & quod Herodes illi faciebat pro pena, ille suscipiebat pro beneficio. Nec mirum: quãdo quidè à primis annis secessui affueverat, & rerum superarum meditationi. Ingreditur Ioseph Aegyptiacum ergastulum vt in locum ab hominum frequentia separatam, quò Deus solet adproperare, suosquè seclusos in carcere visitare; quod trusus in carcerem expertus est Ioseph: ait namquè facer textus. Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Sapiēt. 10. n. 13. Deiquè Societate breui Ioseph ex fastidioso carcere, ac sepulchro cælestium consiliorum reddidit Athenæum: excipite verba Philonis Alexandrini lib. de Ioseph. *Iamq; (inquit) locus nò tam erat carcer, quàm disciplina meditariorum, omisis enim tormentis, quibus antea noctu, atquè interdum cruciari solebant; varijs modis obruti, admonebantur sermonibus, & præceptis philosophicis, sed maximè ipsius Doctoris exemplis vtilissimis. Ita ille.**

Sap. 10. n. 13.

Philo. Alexan.

305

Iosephacar certum fecit scholarum morum optimorum.

Vbi obseruare erit, carcerè discipline meditariorum appellari; quemadmodum enim viri sanctitatis amantes, vt orationi impensè vacent, semota loca, & ab hominum strepitu se iuncta quærunt, ita quæsiuissè videntur, & obtinuisse illi, qui

in carcerem tamquam in solitudinem ab hominum tumultu secernuntur: quapropter Tertullianus libro ad Martyres cap. 2. Obscuro carcere detentos: ita alloquitur. *Exinde segregati estis ab ipso mundo, si enim recogitemus ipsum magis mundū carcerem esse, existise vos è carcere, quam in carcerem introisse colligemus.* Martyres porro ab vrbanis tumultibus in vincula, tãquam in loca solitaria abducti orationi operam impensè nauabant; ideoquè rursus Tertullianus eodem cap. 2. *Hoc (inquit) præstat carcer Christiano, quòd eremus prophetis, ipse Dominus in secessu frequentius agebat, vt liberius oraret, vt sæculo cederet, gloriam deniquè suam discipulis in solitudine demonstrauit: auferamus carceris nomē, secessum vocemus.* Hæc ille. Ita opinor, noster Iohannes Herodis carcerem, non carcerem estimabat, sed solitudinem, imo beatitudinem, ex qua cælestes diuitias, ac delicias crebis attractas suspirijs noctes, diesquè regustabat.

Ad hæc, illa vincula Iohanni non ferre auidebantur, sed aurea, quemadmodum Ioseph olim aurea visa sunt, ad illum enim locum. *Disoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius. Genes. 49. num. 24. Alij ita legunt. Deaurata sunt vincula brachiorum eius, nec visa sunt, vt cũq; aurea, sed obriso, & probatissimo auro inaurata;* quapropter editio Chaldaica. *Tū positum est aurum optimum super brachia eius.* Facit ille locus. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Cantic. 1. num. 10. Quo loco, vt optimè probat noster

Tertul.

306

Sanctis mundus habetur pro carcere, carcer pro solitudine

Idem.

307

Carceris vinculo Ioseph videbatur aurea.

Gen. 49. n. 24.

308

murenulas colli ornamenta.

Cant. 1. n. 10.

Valaf.

Tertul.

309

aurei similitudines quæ?

Philo Carpat.

310

Sanctorum vita tormentis probatur, vt igne probatur aurum.

Bene facere, et male pati Christianorum est.

Valafques in cap. 1. Epistolæ ad Philippenses vers. 7. *Murenulæ colli sunt ornamenta, puta torques, & aureas catenas nobilitatis, & honoris insignia: rursus septuaginta ita transferunt. Similitudines auri faciemus tibi.* Quas similitudines accipi debere, reor, pro colli ornatu auro simili: id verò, quo pacto fiat, eruitur ex Tertulliano lib. de habitu muliebri cap. 5. vbi de auro ita loquitur. *Terra nomen in igne reliquit, atquè exinde de tormentis ad ornamento, de supplicijs in delicias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.* Et hæc sunt auri similitudines sanctæ animæ eo loco promissæ, vt ornatus de cruciatibus, delicias, & honores per dedecus, & vitæ austeritatem sapienter sibi compararet. Noto præterea cum prædicto auctore translationem septuaginta interpretū apud Philonem Carpathium ad prædicta verba. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Vbi illi. *Murenulas aureas faciemus tibi, cum varijs notis argenti.* Auri verò, & argenti nomine Christiani cuiuslibet tolerantiam, & strenuissimorum martyrum patientiam Philo Carpathius intelligit. *Vt enim (inquit) aurum probatur igne, sic, & Christianorum vita igne tormentorum, & arumnarum tolerantia, qualis sit, agnoscitur, nam bene facere, & male pati Christianorum est.* Et subinde. *Quod (inquit) de martyribus intelligat, vide notas argenti, seu puncta, siue stigmata esse opposita post aurum, quæ quidem stigmata, ac nota flagella, ac tormenta pro Christo Iesu passorum apertissimè de-*

clarant. De his stigmatibus gloriabatur Apostolus, reperens. *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Ad Galat. 6. num. 17. Nec dubitauerim de similibus penitentia vibicibus gloriatum fuisse Iohannem, illasquè notas, (quemadmodum postea Apostoli) habuisse pro purpura, pro torquæ, ac trophæo, qua emphasi dixit Apostolus, porto, vt subnotauit Chryscostomus in eum locum. *Non dixit (inquit) habeo, sed porto, tamquam aliquis de trophæis glorians, signisquè regalibus.*

ad Galat. 6. n. 17.

311

De vicibus verborum pro Christo gloriantur.

Chryso.

LAVREA XXXXVII.

Carceris felicitas. Super eadem verba. *Vinxit eum in carcere Marc. 6. num. 17.*

312. *In carcerem descendit abundantia cælestium benedictionum.*

Iohanne introeunte in carcerem faciem præfert Spiritus Sanctus eo simul introiens, quo argumento Tertullianus postea copiosos martyrum greges, consolabatur, & adhortabatur in hæc verba lib. ad Mart. cap. 1. *Nolite contristare Spiritum Sanctum, qui vobiscum introijt in carcerem.* Hoc duce nihil est timendum, imo nihil non sperandum erit solatij, ac cælestis benedictionis. Certè Apostolus tum se cælestium abundantia, & affluentia bonorum cumulatam iri sperabat, cum in vincula venisset pro Christo. *Scio (inquit)*

Tertul.

quoniam

ad Rom. 15. n. 29
D. Hier.

312
In carcere
re descen
dit abun
dantia ca
lestium be
nedictionu

D. Cyp.

Tertul.

Philo.
Alexan

quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam. Ad Rom. 15. num. 29. In quem locum Ecclesie iubar Hieronymus ita habet. Sciens Apostolus quonia propter predicationem Christi Romam ventus ducendus erat, in abundantia benedictionis predicat, se esse veterum. Ita ille. Nullibi enim Deus celestia dona abundantius impertitur: nusquam plures aperit fontes consolationis uberrime, quam in carceribus, in quos Christi causa conijcitur. Huc se se celum infert, huc caelestes deliciae diruantur, hac ad celum via Sancti mittuntur; quapropter exclamat beatus Cyprianus Epistol. 81. O beatum carcerem, quem illustravit vestra presentia! O beatum carcerem, qui homines mittit ad caelum! O tenebras lucidiores celo ipso.

Propter eandem causam Tertullianus etiam libro ad Martyres cap. 2. carceris horrore inclusos scribit, inde potissime apparere solitam facilem in caelum viam, quam ut mente, & cogitatione lustremus adhortatur his verbis. Et si corpus includitur, & si caro detinetur, omnia spiritui patent, vagare spiritu, spatium spiritui proponens tibi viam, que ad Deum ducit, quoties cum spiritu deambulaveris, toties in carcere non eris; nihil eris sentit in nervo, cum animus in celo est. Porro, quia hanc veritatem experimento suo martyres edocentur in carcere, Philo Alexandrinus lib. de Iosepho perpendens, quomodo cum illo Deus pariter introierit in carcerem, ait enim facer textus. Descenditq; cum illo infuseam, & in vinculis, non

develinquit eum. Sap. 10. num. 13. ita scribit. Iam locus non tam erat carcer, quam discipline meditatorum. Quod si carcer schola erat Iosepho meditando, commentandoq; diuina, propterea, quod cum illo Deus excedisset in carcerem; qualis quæso schola censenda erit Ioannis carcer, in quem cum ipso Christus intrauit: nam Christus ipse cum martyribus carceres adibat iuxta illud. In carcere eram, & non visitastis me. Matthæi 25. num. 36. Cum ipsi quæ pariter, & vincebat, & triumphabat. Teste Diuo Cypriano de duplici martyrio, ita scribente. Christus summus fuit martyr, hodieque pugnat, & vincit martyribus. Primusque cum Ioanne introijt, primus cum ipso pugnavit, & gloriosissime triumphavit. Vicit, inquam, cum Christo in terris, cum eodem instar Eliæ triumphanti curru vectus triumphat in celo. Elias (inquit Ambrosius lib. 5 Epistola 38.) in terris vicit, & in celo triumphavit. Ita & Ioannes.

LAUREA XXXXVIII.

Carceris vincula pro Christo magni facienda. In eundem locum. Vincit eum in carcere. Marc. 6. n. 37.

- 313. Eorum dignitas, qui pro Christo vinciti sunt.
- 314. Amans Christum manu esse in carcere quam in celo.
- 315 Carcer palatii, & celo ipso clarior

Sap. 10.
n. 13.

Matth.
25. n. 36

D. Cyp.

D. Amb

- 316. Demones horrent catenas.
- 317. Vinciti reverentia digni.
- 318. Epistola Pauli scripta in carcere redundant charitate.

313

Quanta dignitas eorum, qui pro Christo vinciti sunt.

Chryso.

Ephes.
4. n. 1.

Philem.
n. 9.

314

Amans Christum manu esse in carcere, quam in celo.

Chryso.

Magna est dignitas eorum, qui pro Christo vincula patiuntur, & ergastula: hunc honorificentissimum titulum aestimabat plurimi Paulus; hunc Epistolis honoris causa præponebat, ut tempestive observat Chrysostomus homil. 8. ad illa verba *Ossecro vos ego vincit in Domino*. Ephes. 4. num. 1. Magna (inquit) & quæ vim magnam habet dignitas, & regno, & consulatu, & quibusvis alijs maior. Et rursus citata homil. expendens illa verba ad Philemonem. Paulus senex, nunc autem, & vincit Iesu Christi. Ibi num. 9. ita scribit. Nihil est enim æque præclarum, atque vincula propter Christum, atque catena sanctis illis manibus imposta: vincit esse propter Christum, est præclarum, quam esse Apostolum, quam esse doctorem, quam esse Evangelistam: si quis amat Christum, novit, quod dicitur, si quis in Domino insanit, maluerit esse vincitum propter Christum, quam habitare celos.

Hinc Ioannis animus exundabat gaudijs, quo enim divini amoris igne flagrabat ardentius, eò catenis suavius, & vinculis incundius oblectabatur. Pergit deinde Chrysostomus citatus sermonem texere de catenis Pauli. Quis (inquit) auro splendidiores eis ostendebat manus, & quous regali diademate; non enim tam splendidum facit caput vitta ex gemmis imposita, quam catena ferrea propter Christum.

tunc erat Regijs vincitorum carcer præclarior, atque adeo ipso celo. Siquis Christum diligit, novit hanc dignitatem, novit hanc virtutem: hoc fortasse est præclarior, quam sedere à dextris, hoc est magnificentius, quam sedere super duodecim sedes. Siquis mihi daret totum celum, aut illam catenam ego illam præferrem. Siquis me apud superos collocaret cum angelis, aut cum Paulo vincito, eligerem carcerem, & vincula, Siquis me faceret unum ex potentatibus, quæ sunt circa celos, aut circa thronos, aut talem vincitum, potius optarem talis esse vincitus: nihil est illa catena beatus. Vellem nunc esse in illis locis, in quibus dicuntur manere illa vincula. Vellem videre catenas, quas pertimescunt, & horrent demones reverentur autem angeli: nihil est melius, quam malè pati propter Christum: non tam beatum existimo Paulum, quod raptus sit in Paradisum, quam quod iniectus sit in carcerem; non tam enim censeo beatum, quod raptus sit in tertium celum: quam eum censeo beatum propter vincula. Hæc ibi Chrysostomus, & alia digna, quæ iugilectione, ac meditatione regustentur: quæ omnia iure optimo accommodari possunt, & debent Ioanni, & ei, quo includebatur carceri: quod quia lector multò melius, quam ego, facere poterit; venio ad eundem, quem paulò ante laudavi, locum. Cum sit talis, ut Paulus senex, nunc autem, & vincit Iesu Christi. ad Philemonem n. 9. Vbi Theodoretus multa præfatus in aliam, ita in nostram perorat sententiam. Reverere igitur Paulum, reverere senem, reverere vincula, quibus, ut veritatis predicator adstrictus est. Ego dice-

315

Carcer palatii, imò celo ipso clarior.

316

Catenas horrent demones.

Philem.
Theod.

317

Vinciti reverentia digni.

rem: reuerere igitur Ioannem, reuerere senem (senē apello non ætate, sed maturitate) reuerere vincula, quibus, vt veritatis prædicator adstrictus est. Ad hæc, reuerere etiam occultam, & arcanam diuini consilij rationem: nam dum Herodes præcipiti vitiorum impetu fit effrænior in dies; Ioannes laborum, ac vinculorum asperitate fit sanctior.

318

Epistola Pauli scripta in carcere resagnat, & inundant præferenda in charitatem.

Vide Corneliolum de Cornelijs.

Ceterum pro Ioannis vinculis nota, quemadmodū illa verba, & illæ epistolæ, quas è carcere scripsit Apostolus, quasi restagnantis præ intimi feruoris magnitudine, plus eructant sapientie, anhelans enim Apostolus ad martirium, eiusque ardēs desiderijs illas maiori spiritus dulcedine voces vltimas efformauit, & quasi cygnæas cationes modularus est; talis est Epistola ad Ephesios; talis ad Collocenses; talis ad Philipenses; talis denique ad Timotheū 2. Ita etiam quæ Ioannes ad discipulos in vinculis de Christo verba fecit, acriores, quàm antea, eorum pectoribus flammæ iniecerunt: cum enim eius ante verba faces præferrent, quæ tamen in carcere loquebatur, ea amoris in Christum præstabant incendia, suosque discipulos sensim sine sensu ad vehementem Christi amorem fortiter, & efficaciter impellebant. Hæc dum per Ioannem fiunt in carcere, Herodes in palatio scelera sceleribus addere machinatur; & Dei vocem, quam ferreis cratibus incluserat, adhuc in scelerū reprehensione sonoram cruen-

tæ necis minis tentat suppressere: sed incassum, nam Ioannes diuini amoris lorica firmatus, nulloquæ mortis metu vacillās regis voces infringit voce minaciore, & vocalius tunc, & audacius lōgè latèq; personat; quod sequenti titulo videamus.

LAVREA XXXIX.

Verbum diuinum carceris angustijs inclusum vocalius, & fortius erumpit. Super eadem verba. Tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere. Marc. 6. num. 17.

- 319. Ioannis vox è carcere erumpit fortior,
- 320. Moriens omnium linguas acuit in Herodem.
- 321. Vno Verbi diuini ministro occiso centeni alij mox adsunt.
- 322. Machabeus voce vincit, dum voce fraudatur.
- 323. Pro abscisa lingua alie clamāt.
- 324. Ioannis caput, non capitur carcere.

Cum Ioannes sit vox Dei, iure cum Apostolo dicere potest. Verbum Domini, non est alligatum. 2. Timothei 2. num. 9. Sicut enim aer, & ignis æreis fistulis inclusus erumpit vehementius; ita Ioānis vox, & amor è carcere sonat fortius, & erumpit efficacius, nec morte ipsa extinguitur. Vnde Ambrosius, in Lucam cap. 1. de Ioanne, cuius

D. Pauli 2. ad Timotheum. n. 9.

317

Ioannis vox è carcere erumpit fortior

nomen

320

Moriens omnium linguas acuit in Herodem accusatōne

Chryso.

nomen gratiam sonat, ita loquitur. Alius est spiritus vita huius, alius gratie, ille nascendo sumit exordium, moriendo defertur: iste non temporibus, non aetatibus coercetur, non obitu extinguitur. Quin etiam moriens omnium linguas in sui laudes, Herodisque incusationem prouocat, vt notat Chrysostomus, to. 2. hom. 16. ex vatijs in Matt. ad illa verba. Tenuit Ioannem, & alligās posuit eum in carcerem. Herodes (inquit) te petit causa, te arguunt vincula, te carcer accusat; te diuulgat producta in publicum. pena: Ioannes iniuriatur, causam custodit, qui requirit, in te inuenit, quod punit, & in Ioanne, quod dolet: Ioannes orbi notus, celebratissimus sanctitate, dum attrahit ad se inquisitores iniurie, facit, vt tuus cunctis innotescat incensus: agit, vt te habeat confusio publica, quæ corrigere non valuit secreta correptio, & priuata: ita Chrysostomus.

Martial

Porrò sicut Ciceronis lingua moriens, omnium linguas in Antonium, & Photinum excitauit, quod dixit hoc carmine Marciali. lib. 5. Epigr. 17. (qua, Quid profunt sacra pretiosa silētia lin incipient omnes pro Cicerone loqui. Haud aliter dicere possumus in Herodem, & Herodidem de Ioānis uoce, & lingua. (qua, Quid profunt sacra pretiosa silētia lin incipient omnes pro moriente loqui.

Ambros

Quod notanter dixit Ambrosius ferm. 65. his verbis. Si Zacharia os, cum in seculo nasceretur, aperuit, quāto magis cum pro Christo patitur, ora vestra fecundat. Quasi dicat, omnium diserta reddit ora, & qui vox est, omnibus multiplices voces cōmunicat ad ipsius Ioānis enco-

mia decātanda. Herodisque; & Herodiadis vitia promulgāda. Quare Claudius Guiliardus in c. 14. Matt. Putabat Herodes (inquit) actū esse de Ioāne, & ob id neminē postea in cæstis eius nuptias accusaturum: verū cæso Ioanne, adest nunc ipse Dominus una cum duodecim Apostolis, qui omnes vno ore puritatem vitæ docent, impunitatem condemnant. Propter quod vere dixit Apostolus 2. Timoth. 2. Verbum Dei non est alligatum. Capite cæsi, & occisi possunt ministri Verbi, Verbi vero, & Verbi ministeriū immortalē est, & perpetuū, vno Verbi ministro occiso centū alij excitantur, & resurgunt. Vnde videre est, quā iustè adūteram, mentitamquæ Reginam, læua meas frustrata fuerit, dum enim sanctissimi prophetæ vocem, ac linguam vult opprimere, & eandem procutit, & aliorum magis linguas acuit. Præclarum est in hanc sententiam testimonium D. Ambrosij lib. de Iacob, & vita beata expendentis; quanta cū crudelitate dirus Rēx Antiochus fortissimi adolescentis linguam secuerit: verba Ambrosij audiantur. Iussit itaq; linguā amputari: & ille exclamans. Victus es, inquit Antioche, qui organum vocis abscondi iubes, confessus es, te respondere nō posse rationi, maiorāq; probas lingue nostræ flagella, quā tua verbera. Nos enim tua verbera non timeamus, tu nostræ vocis flagella non potes sustinere, sed hæc pietatis flagella sunt, tua flagella perfidia. Hactenus Ambrosij. Quæ verba, quā aptè cōueniant reprehensionī Herodiadis, facile lector intelliget. Illa enim, non tam videntur esse Machabæi iuuenis in Antiochum,

321

Vno verbi diuini ministro sublato, ceteri alij mox adsunt.

Claud. Guiliard. D. Pauli 2. ad Timoth. 2.

D. Ambrosij

322

Machabeus voce vincit, dum voce fraudatur.

Aaa

quam

quam Ioannis in Herodiadem. Nec illa eiusdem Ambrosij citato loco minus accommoda: ita enim iuducit iuuenem alloquentem Antiochum, nosque inducere possumus Ioannē alloquentem Herodem. *Abscinde* (inquit) *linguam, sed non abscindes constantiam: non virtutem auferes; non eripies testimonium veritatis: si lingua adpugnetur, sanguis clamabit: audit enim sanguinis vocem qui audit internas cogitationes: quid verba damus? loquaciora sunt vulnera.* Ita Ambrosius. Hoc certē modo loquacius fuit, ac vocalius toto orbe abscissum Ioannis caput, idcirco iubetur ē ceco carcere. apportari ad palatiū, vt eo quasi signo præsignificaretur, iturum hoc sacrum caput, si minus re, at fama per aulas regias, ac palatia principum varijs terrarum regionibus habitantium; quod collimant illa Abbatis Ruperti verba lib. 1. in Ioan. *Verum tamen non Macharunta Galilea oppidulum; non carcer Herodis adulteri tantum caput continere potuit, quin per omnem mundum quadrigis emicans euangelicis cum firmamento cali enarrarent: id est, cū beatis Apostolis altisonum ferret testimonium Verbo Dei; sicut vsquē hodie personare non desinit in Evangelio eiusdem filij Dei notus, & inclutus.* Ita ille. Hęc cum ita sint, nihil tamen timet obfirmato animo, & praua consuetudine obstinatus Herodes, sed a sceleribus alijs in alia præceps agitur, vt ex sequenti laurea liquebit.

323

Pro subla
ta lingua
lingua
lia cla
mant.

Rupert.
dia.

324

Ioannis ca
put haud
carcere
capitur.

LAVREA XXXXX.

Impij, ac deprauati homines in peiora ruunt. In eadem verba. *Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum.* Marc. 6. n. 17.

- 325. *Qualiter mala in dies crescant.*
- 326. *A filiorum internecione ad Prophetarum sanguinem Iudaica procedit insania.*
- 327. *Declinentur minima, vt eintentur grauiora.*
- 328. *Herodiadis in maiora precipitatio.*

Totus horreo, & omnibus artibus consternatus intremisco hostilium metu insidiarum, dum locum hunc mente verso, eō enim fallaces voluptates impios adducunt, vbi stare nequeunt; vnde in maiora scelera præcipitare coguntur. Ecce Rex impurus Herodes, vbi vxorem fratris rapuit, sistere nequit, ad sacrilegium impatiens anhelat, ad Ioannis sanguinem adspirat. *Misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere* Matthei 6. num. 17. *Vide* (inquit Diuus Basilus Seleuciæ præsul oratione 18.) *diaboli artem, vt ad impietatem ex leuioribus erratis extrahat: primum fraterni cubilis perfosorem fecit, & subfessorem, vt ex adulterij fossa ad Baptista cadē trāsfilire faciat; malum verò tempore altū*

D. Basil.

325

Qualiter mala in dies ex-crescant

crescit

crescit in quamuis libertatem. Hęc scelerum noua adueteres culpas addita mēta miratur Diuus Ambrosius de Virgini. lib. 3. Ab adulteris (inquit) *Iustus occiditur, & a reis in Iudicem capitalis sceleris pena conuertitur. Deinde premium salutaris mors est prophete, postremo (quod etiam omnes barbari horrere consueverunt) inter epulas atque conuiuia consummande crudelitatis profertur edictum, & a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium ferilis flagitij circumfertur obsequium, quanta in uno facinore sunt criminali in eandem sententiam expendit Ecclesiæ lumē Hieronymus locum illum. Immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs.* Psal. 105. num. 37. Cum enim hęc videatur esse potuisse vltima crudelitatis meta, filios, quos parentes habent oculorum loco, mactare cacodæmoni: nō ibi tamen impietas gradum fugit, sed vltius grassatur, & Iudeos impellit ad prophetarum sanguinem effundendum. *A paricidio* (inquit Hieronymus in cap. 97. *Isaie liberorum, ad prophetarum sanguinem perueniunt.* En, vt iniquitas nullis peccandi limitibus, ac finibus contenta est; a minimis sæpē incipit, deinde paulatim pergit ad mediocritā, vt tandem ad maxima facile possit ascendere. Quo sensu Isidorus Clari9 ad illum locum. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Ad Galatas 5. num. 9. *Que videntur* (inquit) *minima, grauisima secum trahunt mala.*

D. Amb

Hieron.

Psal. 105
n. 37.

Hieron.

326

A filiorum
internecio
ne ad pro
phetarum
sanguine
Iudaica
procedit
insania.

Isidorus
Clarius.
Gala. 5.
n. 9.

diocritā, ij leuia prius debent deuitate. Vt egregiē subnotauit Lyranus in illa verba. *Et emundabor à delicto maximo.* Psalm. 18. num. 14. quomodo maximum delictum præterfugere potuisset, nisi minora mente, & cogitatione declinasset? *Quia* (inquit Lyranus.) *Qui cauet minora peccata, cauet etiam maiora.* Ne paulatim in Syrtim, & Charybdim malorum omnium, quasi per gradus ruas, & in caput absorptus inouaris cum illis naufragis, de quibus Apostolus. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* ad Rom. 1. num. 23. Illud etiam animaduerte si ad hęc vada naufragium feceris; multos tecum eisdem vitij, velut scopolis adhesuros: exemplo sit ipsamet Herodias, ea enim, teste Chrysostomo homil. 49. in Matthei. *Conscientia moribus, tanquā stimulis concitata magis debacchatur, & in summum dedecus omnes detrusit, se ipsam, filiam suam, defunctum maritum, viuentem adulterum, & priora superare certabat.* Et quasi hęc tanta, ac talia scelera commisisse, parum esset, inducit in super eam Chrysostomus ita Ioannem deridentem. *Si doles, quod (Rex) adulterium committat, ego illum etiam homicidam faciam, & accusantis interfectorem.* Vt re ipsa fecit; nec peccandi ibi finem facit; sed abscissum caput in potestatem suam afferri iussit, vt in sultaret, vt illuderet, vt muliebrem iracundiam exfatiaret. Vt diximus Cur. 5. n. 280.

Psal. 18.
n. 14.

Lyran9

327

Vi eintentur
grauiora,
declinentur
minima.

ad Rom.
1. n. 23.

228

Herodia
dis in ma
iora præ
cipitatio.

Chryso.

Quocirca, qui grauisima scelera declinare cupiunt, ij me-



CURRVS SEXTVS.

IIS LAVREATVS EX VVVIS QVÆ NOBIS.

EX DESÆVIENTE HERODIS, ET HE-
rodiadis immanitate barbara, ex sacris vinculis,
iugulatione, coronationeque
superfunt.

TEXTVS EX D. MATTHÆO.

IOANNES autem cum audisset in vinculis ope-
ra Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illis. Tu
es, qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens
IESVS ait illis. Euntes renuntiate Ioanni, quæ audif-
tis, et vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi
mundantur surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes
euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandaliza-
tus in me. Illis autem abeuntibus capit IESVS dicere ad
urbas de Ioāne. Quid existis in desertum videre? arundinē
vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus
vestitū? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt.
Sed quid existis videre? prophetā? etiā dico vobis, et plus-

quam

quam prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit
viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter na-
tos mulierum maior Ioanne Baptista; qui autem minor est
in regno calorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis
Baptista usque nunc regnum calorum vim patitur, et vio-
lenti rapiunt illud. Omnes enim propheta, et lex usque ad
Ioannem prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Elias,
qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui au-
tem similem astimabo generationem istam? similis est pue-
ris sedentibus in foro: qui clamantes coequalibus dicunt. Ce-
cinimus vobis, et non saltastis: lamentauimus, et non
planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans, neque
bibens, et dicunt, demonium habet. Matth. 11. a num. 2.
vsque ad num. 18.

EX EODEM.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu,
et ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista: ipse surre-
xit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim
tenuit Ioannem, et alligauit eum: et posuit in carcerem pro-
pter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioā-
nes. Non licet tibi habere eam: et volens illum occidere,
timuit populum, qui sicut prophetam eum habebant. Die
autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio,
et placuit Herodi: unde cum iuramento pollicitus est ei da-
re quodcumque postulasset ab eo. At illa pramonita a ma-
tre sua. Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Bap-
tista. Et contristatus est rex: propter iuramentum autem, et
eos, qui pariter accumbebant, inquit dari. Misitque, et decolla-
uit Ioannem in carcere. et allatum est caput eius in disco:

Aaa 3

et datum

Et datum est puella, et attulit matri suae: et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, et sepelierunt illud: et uerentes nuntiauerunt IESU. Quod cum audisset IESVS secessit inde in nauicula in locum desertum. Matth. 14. a n. 1. usque ad 13.

EX D. M A R C O.

Herodes misit, ac tenuit Ioannem: et uinxit eum in carcere propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui, qui duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum, et sanctum, et custodiebat eum, et audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset. Herodes natalis sui canam fecit principibus, et tribunis, et primis Galilaeae. Cumque introisset filia ipsius Herodias, et saltasset, et placuisset Herodi, simulque recumbentibus: rex ait puella. Pete a me quod uis, et dabo tibi: et iurauit illi. Quia quidquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quae cum exisset, dixit matri suae. Quid petam? at illa dixit. Caput Ioannis Baptista, et contristatus est rex propter iusiurandum, et propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore praecipit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco, et dedit illud puella, et puella dedit matri suae. Quo audito discipuli eius uenerunt: et tulerunt corpus eius, et posuerunt illud in monumento. Marc. 6. a n. 17. usque ad n. 29.

EX D. L V C A.

Herodes autem tetrarcha cum corripereetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis, quae fe-

cit,

cit Herodes, adiecit, et hoc super omnia, et inclusit Ioannem in carcere. Luc. 3. n. 19.

EX E O D E M.

Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his: et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes: et misit ad IESUM dicens. Tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt. Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens. Tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri dixerunt. Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens. Tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit a languoribus, et plagis, et spiritibus malis, et cecis multis donauit uisum: et respondens dixit illis. Euntes renuntiate Ioanni, quae audistis, et uidistis: quia ceci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntij Ioannis, cepit de Ioanne dicere ad turbas. Quid existis in desertum uidere? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce, qui in ueste pretiosa sunt, et delicias, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? utique dico uobis, et plusquam prophetam. Hic est, de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante te. Dico enim uobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. Luc. 7. a num. 18. usque ad 28.

IOANNES AUTEM CUM AUDISSET in uinculis opera Christi. Matthaei

11. num. 2.

LAVREA I.

Quam impensè discipuli Magistrum Ioannem deamauerint.

- 1. Ioannis discipuli Christi opera publicabant.
- 2. Elisæi in magistrum reuerentia.
- 3. Magistri nomen honore dignum.
- 4. Magister patris, & principis vice fungitur.
- 5. Discipuli corona sunt magistri.



QVIBVS Ioannes opera Christi audiuerit, controuertitur. Et certè valde est verosimile, à proprijs discipulis hæc audiuisse: qui erga Ioannem magistrum amore, erga Christum liuore nimio flagrabant, & inuidia: ita Abulensis hoc loco quæst. 6. Discipuli (inquit) ex inuidia hoc dixerunt: desiderabant enim, quod solus Ioannes haberetur magnus, ut nemo haberet magistrum excellentiorè, quàm ipsi. Porro quàm vehemens esse soleat auditorum amor in magistros, prædelineabat olim Helisæus, qui magistrum suum Eliam, non in palmis, nò in oculis solum gestabat, sed in capite; nam vbi in editione vulgata filij prophetarum ita Helisæum alloquuntur. Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum à te? 4. Regum 2. num. 3. in Hebræo fonte ita effertur. Quia ho-

die Dominus tollet Dominum tuum de super capite tuo; seu clarius: tollet Dominum tuum à capite tuo, id enim sonant hebraica verba: קַרְנֵי רֹאשׁוֹ quasi discipulus tanto honore magistrum coleret, vt in capite gestare videretur, vt decus, vt què coronam, & ornamentum. Vatablus id albo notat calculo eo loco. Doctor (inquit) est discipulo, vt corona, & ornamentum, ergo à capite tuo, id est, Dominum tuum tollet, qui tibi non aliter ornamento est, atquè corona capiti. Hæc Vatablus.

Et verò quemadmodum regalis corona omnibus est honori, & reuerentiæ, ita vel ipsum nudum magistri nomen reuerenter coli debet à discipulis. Reuerendum (inquit Aurelius Cassiodorus lib. 6. varia. formula. 6.) honorem sumit, quisquis magistri nomen acceperit, quia hoc vocabulū semper de peritia venit, & in nomine cognoscitur, quid sit de moribus estimandam. Hæc Cassiodorus: ita deliberat eò loci, & statuit imperator, honorificentissimè colendum magistrum, nimirum tantum magistro honoris impendat auditor, quantum, si minus ipsi regi, at principi deberi videt honoris, ac reuerentiæ: vt enim loculentè scripsit S. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 26. ad Orionem Diaconum. Discipuli veros magistros, & vt patres amare, & vt principes timere debent.

Cæterum quemadmodum discipuli magistros habent pro corona, capit is ornamento: ita magistri vicissim pro corona, itidem auditores habent, vnde Apostolus. Fratres (inquit) mei

charissimi.

2

Helisæi in Eliam magistrum reuerentia

Vatabl.

Magister discipulo, ornamentum, & corona.

Cassiod.

3

Magistri nomen honorabile.

S. Isidor Pelus.

4

Magister vt pater, & vt princeps habetur.

Ioannis discipuli opera Christi enarrant.

Abulcn.

4. Reg. 2. n. 3.

Philip. 4. n. 1.

1. Thef. 2. n. 19. Hugo Cardin.

5

Discipuli corona sunt magistri.

charissimi, & desideratissimi gaudiū meum, & corona mea. Ad Philip. 4. num. 1. Et rursus. Quæ est enim nostra spes (inquit) aut gaudium, aut corona gloriæ nonne vos? 1. ad Thef. 2. num. 19. Ad quem locum ita scriptum lego apud Cardinalem Hugonem. Perfectio discipulorum gaudium, & corona est magistrorum; hi enim sunt, qui labores fructuum suorum edituri sunt; fructus enim magistri est obedientia discipulorum, cuius bona conuersatio coronam dat magistro, indice Christo, vnde patet, quod duplicem coronam habebunt, auream, & aureolam. iuxta illud Cantic. vlt. d. ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Esai. 61. cap. In terra sua duplicia possidebunt, ad hoc significandum habet Dominus Papa in die, quæcantatur, letare Hierusalem, duplicem coronam; diademata scilicet supra mitram ad innuendum, quod ipse est summus doctor, & duplex præmium debet expectare. Hæc ibi Cardin. Hugo.

LAVREA II.

Ioannes in carcere securus, nec de sua salute sollicitus, auidè labores amplectitur, vt icituum tutamen hostilium.

- 6. In argastulo de aliena salute laborat.
- 7. Virtus amat pericula. dilatio vite illi pena erat.
- 8. In extremo periculo Petrus secure dormit.
- 9. Apostolus dum curat effugium tetationis, magis perichitatur.

10. Nulla arma validiora patientia.

NON studet Ioannes à carcere liberari. Vt præclare notauit Diuus Ioannes Chrysostomus hmilia 27. operis imperfecti his verbis. Missus in carcerem non de suo periculo sollicitus erat, sed de aliorum salutè cogitabat. Diuina porrò freti clementia, ac prouidentia, nihil sancti minus, quam sua pericula meditantur, quia pericula ipsa deamare, non vitare generosa virtus affolet: vt præclare notauit Seneca celebri illo tractatu inscripto. Quare bonis viris mala accidant, in hæc verba. Auida est periculi virtus, & quò tendat, non quid passura sit, cogitat; ita ille. Enim verò sic firmiter apprehendit æterna bona, ad quæ tendit, & cælitum voluptates perennes, ac perpetuas, ad quas anhelat, vt illis procul in hac vita immorari penam putet, ac cruciatum. Quare citatus Chrysostomus de Ioanne carcere ipso detento. Non solum de morte sua non contristabatur, sed ipsam quoque dilationem vite sue penam putabat. Eamquè, deliberabat, esse veram corporis, & animi quietè, si cruenta illi mors ocyor aduenisset.

En tibi ante oculos appono locuples exemplum Petri principis Apostolorum, qui in eius diei nocte proxima, quo à carcere erat extrahendus in theatrum, in vtramquè aurem dormiebat somno soporatus artissimo. In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinculus catenis duabus. Actor. 12. num. 6. Ad quem

Chryso.

6

In carcere de aliorum salute sollicitus.

Seneca.

7

Virtus auida periculi.

Chryso.

Dilatio vite illi pena erat.

Act. 12. n. 6.

locum

Chryso.

8

Petrus tranquille dormit in extremo periculo,

Isidorus Clarius.

Ambro.

locum Chryso. homil. 8. in cap. 4. ad Ephesios. Erat (inquit) *vinctus, & dormiebat, adde gaudebat, nec alterabatur, & profundus eum tenebat somnus, non dormisset, si in magna fuisset solitudine.* Quin etiam in tanta id temporis, ac periculi, quiete mentis erat, ac tranquillitate, ut opus foret percussione lateris, quo excitaretur a sopore, expergeretque, & euigilaret e somno. Isidori Clarius verba excipe eo loci. Petrus (inquit) *inter ea securus omnium periculorum, & totum in Deum reijciens, ita profundo obruitur somno, ut oportuerit angelum percusso eius latere eum excitare.* Hæc ille. Nisi enim constantissimum robur, omnis timoris inscium eius animu obuallaret, au fugisset, antequam apprehenderetur, & in carcerem conijceretur, sed fuga visa est indigna tam forti, ac generoso peccatore; quare Ambrosius lib. 5. epist. 32. ita de eo scribit. *Vbi eum Herodes quesuit, & accepit, recepit in carcerem: non enim recesserat Dei seruus, sed steterat timoris ignarus; orabat pro eo Ecclesia, sed Apostolus in carcere, quiescebat, quod est indicium non timentis.*

Rursus a carceris laboribus expediri Ioannes non studet, ne forte extra labores periclitetur is, qui carceris in laboribus securus esse videbatur. Sane, ut exemplo rem comprobem, dum carnis stimulum deprecaretur Apostolus, & a se procul remoueri deposceret, pene victus, & in diaboli potestatem redactus fuerat. *Datus est stimulus carnis meo angelus satana, qui me colaphizet,*

propter quod ter Dominum rogavi. 2. ad Corinth. 12. nu. 7. laudat Ambrosius Apostoli securitatem diuina protectione firmatam, dum in illa ærumna, & afflictione permanebat: vituperat vero eiusdem maximum periculum, si forte exaudiretur, illiusque afflictionis immunis, & liber euaderet. *Paulum* (inquit sermone 3. in Psalmum 118.) *Satanas inflare volebat; quem Paulum? Illam utique Apostolum non ab hominibus factum, sed per Iesum Christum, & pene de ceperat, ita ut stimulum carnis sue, qui se humiliauerat, rogaret auferri.* Baptista vero Diabolus non istius modi laqueum tetendit, non parauit eiusmodi fraudes: non enim a custodia, qua Ioannes premebatur, egredi laborabat, quinimo huc animum collegerat, huc vires, huc palantes cogitationes, velut in arcem munitissimam, receperat. Enim vero ijs, qui diros cruciatus, ac penas animose perferunt, ipsamet cruciamenta sunt pro arce, & pro inuicto Castello: qua propter Diuus Cyprianus de laude Martyr. *Quantum hoc sit, quis ignorat, stare hominem, nec moueri, torqueri, nec tamen vinci, sed pena ipsa potius, qua cruciatur, armari.* Expende illud (armari) nullum enim est impenetrabilius armorum genus, quam laborum, ac malorum omnium perpessio: quo sensu Diuus Petrus Chryso. ferm. 124 pauperis, ac mendici Lazari vulnera lorica appellauit impenetrabilem: *Diues* (inquit) *totus indutus diuitiarum stabat armis; & contra pauper iacebat ipsa*

2. ad Corinth. 12. nu. 7. D. Amb.

9

Apostolus diem suadet euadere tentatione, uel hemetius tentatur, & periclitatur.

Cypria.

10 nullum genus armorum praestantius patientia.

Chryso.

vestitus

vestitus in carne: nisi forte lorica erat illi unum totius corporis vulnus. Hoc se pacto loricebat, & clypeabat inuictus Ioannes, & quo plura fortiter exorbebat in carcere, eo se fortius armabat ad maiora. Adhuc, quemadmodum Christus se in crucem, quasi in arcem tulit, ut alijs infractis, alia resumeret armorum genera: accepitque crucem manibus, quasi telum, quo perdomaret hostes. Vnde Augustinus in Psal. 54. *Effectus probauit virtutem; Domuit orbem non ferro, sed ligno.* Ita nos gerere debemus in vinculis, in ergastulis, in carceribus, ijsque uti ut armis, quibus hostes, quibus tyrannos expugnemus.

August.

MITTENS DVOS de discipulis suis, ait illis. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?
Matt. 11. nu. 2.

LAUREA III.

Ioannes non suæ, sed suorum saluti consulit.

- 11. Materno utero clausus, quæ calities latebant, agnoscebat.
- 12. Interrogatio docens, & dirigens.
- 13. Interrogando Christus auditores edocet.
- 14. Hesitat in verbis Ioannes, ut a discipulis hesitantiam tollat.

- 15. Suos ad Christum discipulos misit, ut Christi doctrina teneantur.
- Quare Christus interrogat sorores Lazari, ubi posuisti eum?
- 16. Filiorum cognomen discipuli nanciscuntur.
- Ioannes discipulos amabat, ut filios.
- 17. Ut placide moueretur, eos Christo tradebat.

NON dubitat Ioannes grædæus de ijs mysterijs, quæ tenellus in utero nuerat, ut notauit Sanctus Ioannes Chryso. in Encomio Natalis venerandi Præcursoris, quod refertur à Surio tomo 3. mense Iunio fol. 902. in huius ergo encomij cap. 10. ita loquitur. *Quæ in celo ignorauerunt Angeli, cognouit Ioannes, qui gestabatur in utero. Thronos latuit, & eum, qui erat in utero, minime praterijt. Celauit dominationes, & ei, qui erat in ventre, reuelauit mysterium susceptæ carnis æconomie: & qui venit Archangelus ferens bonum nuntium, is eum narrauit in utero.* Ergo hæc interrogatio, quam Ioannes per os discipulorum edit, non tam est hæsitantis, quam edocentis: è re simili hanc metire. Interrogauerat Sanctus Damascus per epistolam Hieronymum in Syria agentem: ad quem ille dato responso epistola, qua exponit Euangelicam historiam de filio prodigo, & filio frugi. *Beatitudinis* (inquit) *tua interrogatio disputatio fuit, & sic iussisse querendo, viam est dedisse quesitis: sapienter quippe interroganti sapientia reputabitur.*

S. Ioan. Chryso.

Surius.

11

In utero cognoscebat, quæ latebant calities.

S. Dam.

12

Interrogatio docens, & dirigens

Non

Non fecus hoc loco dixerim, se cum discipulis habuisse Ioan- nem: nam dū per illos ad eo pruden- ter interrogat, eos sollerter, & sapienter instruit; sic Christus dum tēplo doctores interrogat, eos superarum rerum cognitio- ne acutē, & subtiliter imbuit. Inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Luc. 2. num. 46. In quem locum pulchrē ad- modum Origenes homil. 19. Interrogabat (inquit) magistros, non ut aliquid disceret, sed ut interrogatis erudiret. Vt enim grauer animaduertit Cardinalis Toletus. Interrogatio (inquit) & si disceris esse videatur, aliquando docentis est, & sapienter interrogare, est instrue- re, imo sapiens interrogatio aliquan- do est fortissimum veritatis argumen- tum, quo etiam aduersarij conuincuntur. Vnde Christus istiusmodi inter- rogationibus utebatur pro ar- gumentis, vt cum dicebat. Inter- rogabo, & ego vos unum verbum. Matthæi 21. n. 24.

Luc. 2. n. 46.

Origen

13

Christi interrogans erudit, & instruit.

Marth. 21. n. 24.

14

Ioannes balbutit cum balbutientibus, vt eos edoceat.

Chryso. D. Hila.

Metap.

Itaque receptissima opinio ita fert: amans discipulorū Ioānes balbutit cum balbutientibus, & cum cæcultantibus cæcultare se simulat, vt eorum oculos Christi doctrina, quasi calidonia reglutinet: ita Chryso- stomus homil. 37. in Matth. Vbi etiam D. Hilarius. Non sua (inquit) sed discipulorum ignorantia Ioānes consulit: Ita etiam Metaphra- stes, in comment. de Sancto Ioāne Baptista apud Lipoman. Mit- tit ad Iesum, qui rogarent, tu es, qui venturus es non ipse volens discere, sed illos doceri potius. Eamdem it

viam Diuus Cyrillus, lib. 2. the- sauri cap. 4. His verbis. Quando Ioannes propheticis spiritu, quo reple- tus erat ex utero matris sue, nudum iam imminere sibi gladium vidit; voluit discipulos suos in fide Christi confirmare; apteque docere, vt scirent ip- sum esse, qui ad salutem omnium ex- spectabatur Ita ille. Eodem itinere graditur author operis imperfe- cti hom. 27. dum multa præfa- tus totam concludit argumenti feriem in hæc verba. Ideo interro- gabat per discipulos suos, non vt ipse disceret, sed vt misit discipuli oculis vi- derent opera Christi, & crederent. Eadem mens est Haymonis hæc scribentis. Non dubitabat Ioannes, non enim propter se misit discipulos ad Dominum, sed propter inuidiam dis- cipulorum, quam habebant contra Do- minum. Tanto enim amore af- ficiebantur discipuli Ioānis erga suum magistrū, vt auditis Chri- sti miraculis extimularentur in- uidia, persuasi, tanta miraculo- rum Christi celebritate Ioannis præceptoris sui authoritatē ele- uandam, & infringendam.

D. Cyr.

Author operis imperfecti.

Haymō.

15

Mitti discipulos, vt spectatis Christi miraculis illum alliciantur.

Ioan. 11. n. 34.

D. Hie.

Vult ergo Ioannes, vt Chri- stum adeant, audiantque, & co- ram contemplantur, probè sciēs, eius vultu sidereo spectato, gus- tataque sermonis dulcedine, eos facile allectum iri ad Christum: persimiliq; artificio vtitur Chri- stus, qui Lazarū à sepulchro re- uocaturus ad vitā, percontatur. Vbi posuisti eum? Ioan. 11. nu. 34. vt nimirum forores locū adeāt, & dum ostendunt locum, mira- culum videant: id obseruat Ec- clesie lumen Hieronymus in eū locum. Vt (inquit ille) qui locum sepulchri

re in Christo, vt iucundius moreretur

LAVREA III.

Sanctus Ioannes etiā in carcere docet animarū aucupia facere. 18. Ieremias per interpretē concionē agit, dū per se ipsum non potest. 19. Paulus in carcere spirituales filios lucratur: 20. Suis consulit. 21. Interrogationibus vitur Christus, vt fidem incendat.

Ioannes in carcere otium nescit.

Haud defatigatur Euangeli- cus concionator in aucupā dis celo animis Ieremiæ par, qui cæco carceri mancipatus librū mittit ad Israeliticū populū salu- tis monita cōtinētē: quod, & regē, & plebē a sceleribus reuocet ad virtutes. Precepit Ieremias Baruch dicēs. Ego clausus sum, nec valeo ingre- di domū Domini: ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini. Ierem. 36. n. 6. Elaborabat sanctus propheta, vt Regē palatijq; principes, ac omnes aulicos in meliorē viuen- di methōdū, si minus lingua pos- set, at scriptis prædicando reuo- caret. Audi Rabanum ibi apud Editionē Parisiensem, quē Car- dinalis Baronius post alios, Ful- gētissimū Ecclesiæ sydus appellat: Ad salutē proximorum exercet officiū præ- dicationis, qui etsi clausus carcere per- semet ipsum id perscicere nō valuit, per- interpretē tamē omnia iuxta id, quod sibi iussu fuerat, explere curauit. Et quātū in animarū aucupijs viri sancti elaborant; ad eō, ut in vin- culis etiam detenti multos pec- catorum vinculis absoluant, & à vitiorum scditate ad virtu-

sepulchri indicabant, saltem sic pararem tur ad fidem, & viderent mortuum resurgentem; sic & Ioannes interficiē- dus ab Herode discipulos suos mittit ad Christū, vt per hanc occasionem vi- dentes signa, ac virtutes crederent in eum, & magistro interrogante sibi dis- cerent. Ita Hieronymus. Et Epif. 151, ad Algasiam quæst. 1. sui si- milis. Ioannes (inquit) mittebat dis- cipulos, vt sibi querens; illis disceret. Tanta erat Ioanni suorum cura discipulorum, quos vice gnato- rum vnice diligebat: & certē. vi- ri sancti discipulos loco filiorū habere solent, ideo enim 4. Reg. 2. discipuli prophetarū, propheta- rū filij esse dicuntur. Cūq; descēdis- set de Bethel, egressi sunt filij propheta- rū, qui erant in Bethel. Ibidē n. 2. ita Lyranus apud Abulenf. ibi. q. 9. Isti (inquit) non erant filij propheta- rū secundum carnē, sed erant discipuli eorū, & vocantur filij, quia discipuli vo- cantur filij magistrorum. Firmaturq; hæc doctrina authoritate S. Cy- rilli catechesi. 11. vbi in illū lo- cū D. Pauli. Per Euangeliū ego vos genui. 1. Cor. 4. n. 15. Hic enim (in- quit) secundū naturā filius non erat, per doctrinā filius est factus. Hac artē suos auditores, vt filios habebat Ioānes, vt filios amabat, & vt suo- rū gnatorū tenerē amans cū hesi- tantibus, & balbutientibus hæsitare, & balbutire videbatur, inter- rogās per illos. Tu es, qui vterus es, an aliū expectamus? Sicut pater moriēs (inquit Chryso. operis imperfe- cti hom. 27.) Si viderit filios suos bo- nis moribus ornatos, & omni sapiētia perfectos, quasi securus moritur; nihil de cætero timēs de illis: sic & Ioannes volebat discipulos suos perfectos vide-

Idem.

4. Reg. 2. n. 2.

16

Discipuli filij appellantur.

Lyrang S. Cyril Hieroso

1. Corin 4. n. 15.

Ioannes discipulos amabat, vt filios.

Chryso.

17

Christo traheret, iucundius moreretur.

Ierem. 36. n. 6.

18

Ieremias. dū non potest per se ipsum prædicat per interpre- tens.

Act. 16.
n. 30.

Chryso.

19

Paulus in
carcere
spiritua-
les filios
ut ratur.

Similiter
& Ioannes

Idem.

tis pulchritudinem traducant. Est in hanc sententiam illustre illud Apostoli testimonium; qui Actorum 16. impetitus opprobrijs, onustus flagellis, inclusus insuper caeco carcere, cum plures alios, tum carceris custodem ab inanium Deorum cultu ad Christi fidem traduxit procumbentem ad pedes Pauli, ac dicentem: *Quid me oportet facere, ut saluus sim?* Ibi num 30 quod admiratur, preter alios, Chryso. homil. 8. in c. 4. Epistolę ad Ephesios. *Considera* (inquit) *Pauli feruorem, uinctus, flagellatus ita euangelizabat: O beatam catenam, qualis fuit illa nocte eius parturitio, quales peperit filios, fieri autem potest, ut deus dicat, quos genui in meis uinculis: uides quomodo exultat, & uult filios, qui nati sunt, ex hoc esse splendidiores; habent aliquid amplius, qui nati sunt in uinculis Pauli.* Quę uerba recte conuertere possumus in Ioannem. *Habent aliquid amplius, qui nati sunt in uinculis Ioannis.* Hos enim Christus intus oppleuit uerberiore luce, & clariore fidei lumine: hos maiore miraculorum apparatu ad sui cognitione pertraxit: hos denique (duriores fortasse, & alieniores à Christo) Ioannes in uinculis parturiuit ipsi Christo crebriore gemituum ordine, & perenniore lacrymarum flumine. Addit deinde Chryso. *Ingressus est in carcerem catenam Pauli, & quicumq; illic erant, fecit Ecclesiã.* Tu uerte, ingressus est Ioannes in carcerem, & qui illuc uenerant, Ioannis sermonibus incensi redibant ad Christum.

Porro quemadmodum Iere-

mias oclusus carcere utebatur interprete, ita Sanctus Ioannes, qui lingua Christum absentem alloqui non potest, utitur nuntijs, & ad illum transmittit discipulos, ut dum Ioannis nomine sciscitantur, suo discant emolumento. *Non sua* (inquit Sanctus Hilarius) *sed discipulorum ignorantia Ioannes consulit.* Nihil enim equè ardentius optabat Ioannes, atq; auditores suos in Christi doctrinã, fidẽq; traducere, ut disertis uerbis scripsit author operis imperfecti ad eum locũ his uerbis. *Uolebat Ioannes discipulos suos Christo adiungere, tamquam si prouidus pater moriens filios suos consignet tutori, desiderabat enim uiuens plenam fide uideri discipulorum, & sine dubitatione aliqua credentes in Christum.* Magis autem, non sicut pater filios suos commendabat Christo, quasi tutori: sed quasi pedagogus alienos filios, quos ad tempus accepit, ut erudiret, eruditos uolebat Christo reddere, quasi proprio patri ipsorum, ideo interrogabat per discipulos suos. *Nõ ut ipse disceret, sed ut missi discipuli oculis uiderent opera Christi, & crederent.* Nec dissentit

D. Cyr. Alexad. thesauri c. 4. ubi italoquitur. *Quãdo* (inquit) *Ioannes propheticò spiritu, quo repletus erat ex utero matris sue, nudũ iã imminere sibi gladiũ uidit: uoluit discipulos suos in fide Christi confirmare, apertẽq; docere, ut scirent, ipsũ esse, qui ad salutẽ omnium expectabatur.* Nec nõ D. Hierony. *Quomodo* (inquit) *saluator interrogat, ubi sit positus Lazarus Ioannis 11. Ut qui locum sepulchri indicabat, salũ sic pararetur ad fidẽ, & uiderent mortuũ resurgẽtẽ, sic & Ioannes interficiẽdus ab Herode,*

discipulis.

D. Hila.

20

Suis consili.

D. Cyr. Alexad.

D. Hier. Ioan. 11

21

Christus interrogat, ut exeret fili.

Chryso.

Ioannes in carcere omni uisit.

discipulos suos mittit ad Christum, ut per hanc occasionem uidentes signa, ac uirtutes crederent in eum, & magistro interrogante sibi discerent. Notat os aureum Chryso. hanc S. Ioannis Baptistę in lucrandis animis indefessam ad mortẽ usq; sedulitatem to. 4. hom. 8. in c. 4. ad Ephesios his uerbis. *Uinctus fuit* (inquit) *propter Christum, & legem Dei: quid uerò, fuitne otiosus, cum esset in carcere? An non inde ex carcere missis dicebat suis discipulis. Tu es ille, qui uenturus es, an alium expectamus? & cum illic esset, docebat, non enim erit negligens.* In eo porro persplendet hęc Ioannis accurata diligentia, quod, cum per se coram Christo agere non posset, per discipulos de animarũ fenore, ac salute agebat. Sed quo pacto per discipulos ita interrogat, ut interrogatione ipsa de eo, quę sepe cõfessus fuerat, omnino dubitare uideatur? respondeo sequenti titulo.

LAVREA V.

Ioannes Christũ morte præit legatus ad Patres, qui erant in Limbo.

- 22. Dubium fuit Ioanni, an Christus inuisurus esset sedes infernas.
- 23. In cruce capitis submissio indicat Christum deorsum iturum.
- 24. Ioannes præit legatus ad inferos.
- 25. In scriptura Ioannes nusquam discipulus nominatur.

Ipse, & Christus magistri appellantur.

Lim multi Patres hanc sententiam, meliore non

dum inuenta, secuti sunt, Ioannem non dubitasse, an Christus uerus esset Messias, qualem ante sepe fuerat testatus; sed an moriturus esset, & ad inferos descensurus, ita Ambrosius in Lucam, Eusebius Emisenus in hom. Venatius in expositione Symboli Apostolici, Iulianus Pomerius lib. 3. cõtra Iudeos, Gregorius Magnus hom. 1. in Ezechielem. Nos etũ hanc opinionem refutabimus cũ (Deo dante) primũ tomũ ediderimus in Matthæũ, eam tamen modo eatenus probamus, quatenus etiã ab Spiritu S. minus præcipuẽ intendi potuit. Rogat igitur honorificentissimus Christi legatus regẽ suũ, an ipse post se, quoq; uenturus sit ad inferos? Cui Christus, & si nõ aperte, at subobscure annuit, illis præsertim uerbis. *Et beatus, qui nõ fuerit scandalizatus in me.* Ioã. 11. n. 6. Et re uera ed Christus uehementius ardebat ad Patres morte obita, descendere, quã illũ, longissimã aũtorũ feriẽ, Patres ipsi ardentius, & sitientius expectabãt. Venerat enim Christus, ut cũ uisũ mortuis dominaretur, ut testatur D. Cyrillus Alexandrinus in Ioã. lib. 12. c. 36. to. 1. quod in cruce significauit, cũ caput inflexit deorsũ, uersus eã regionẽ, in quã per atrocis adẽo necis angustias uia adornabat, ut Sanctos Patres unã cum præcursore suo Ioãne lætus inuiferet, & exhilararet. *Cũ tẽpus iã esset* (inquit ille) *ut etiã spiritibus apud inferos predicaret, uenit enim ut tã uiuorum, quam mortuorũ dominaretur, mortẽ suscepit.* In quã sententiã querit Salmerõ

22

Ioannes dubitat, an Christus descensurus sit ad inferos.

Ambro. Eusebio Emiseno Venant. Iuliano Pomer. Gregor. Magnus

Ioã. 11. n. 6.

D. Cyr. Alexad.

23

Inflexio capitis Christi in morte, deorsum iturum significat.

Salmerõ

romo 10. de passione tract. 46. quare Christus iam iam moriturus caput inclinat deorsum? Et in hæc verba respondet. *Inclinando caput in partem inferiorem, significavit, tempus esse, ut spiritibus prædicaret apud inferos.* Quod biennium ante fecerat per Baptistam legatum amplissimum, qui Christi responso accepto mortem lætabundus obiit, ut præclare explicat Divus Bernardus epistola 98. his verbis. *Quod utique ab ipso Domino moriturus sciscitari sollicitus fuit, ac certificari meruit, nam enim per discipulos eum interrogasset, tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Post enarrata plura miracula audiuit, & beatus, qui non fuerit scandalizatus in me, in quo mirum verbo significavit se Dominum moriturum, & tali morte, quæ posset Judæis esse scandalum, gentibus stultitia: ad hanc vocem gaudens alacri animo præcessit, quod, & illum in proximo esse venturum, iam dubitare non potuit.* Scilicet in limbum antiquorum Patrum, ac iustorum omnium domicilium perobscurum, quod Sanctus Ioannes Christi aduentus lætus nuntius præcucurrit, quod Sanctus Theodorus Studit. oratione de natali S. Ioannis profitetur his verbis. *O beate Ioannes, qui es martyrum martyr excellentissimus; qui ihs, qui erant apud inferos vitam præsignificasti, qui Deum significans, fuisti tuba orbis terrarum: nunc quoque nobis sonum ede calitis sacratissimis intercessionibus,*

Cæterum in hac Ioannis ad Christum legatione notare est, quod solus Ioannes Baptista le-

gationes mittebat ad Christum, ut Rex ad Regem, & quasi par ad parem; solus cathedram posuerat, solus discipulos, & auditores habebat, ut Christus ex quo fit, ut Ioannes in scriptura nusquã dicatur discipulus Christi, sed magister potius habens discipulos, sicut, & Christus, quod obseruat Augustinus sermone 23. *Ioannes (inquit) non inuenitur inter discipulos Domini, sed inuenitur potius discipulos habuisse cum Domino.* Et rursus ibidem. *Discipulos habet Christus, discipulos habet Ioannes; docebat Christus, docebat Ioannes, baptizabat Ioannes, baptizabat, & Christus.* Ita ille.

Hinc est, quod Christus pariter, & Ioannes æquè magistri in Israel appellabantur, pro Ioanne sit ille locus testimonio. *Venerunt Publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ei. Magister, quid faciemus.* Luc 3. num. 12. pro Christo fat est illud. *Scimus, quia à Deo venisti magister.* Ioann. 3. num. 2. Rursus pro Ioanne stat, (nam de Christo res est manifesta) quod ille orationes, ut magister instituit, quas discipulos edocuit, ut religiosius orarent: unde vnus è Christi discipulis Luc. 11. ait. *Domine doce nos orare, sicut docuit, & Ioannes discipulos suos.* Ibi num. 1. quare Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 26. *Quia, inquit, & Ioannes nouum aliquem ordinem orationis induxerat, ideo hoc, & a Christo discipulis eius postulandum nõ immerito præsumpserat.* Tatum erat Ioannis nomen, tanta authoritas, ac maiestas. Vide hoc Curru Laur. 54.

August.

25

Ioanes in scriptura nusquam dicitur discipulus

Idem.

Ipse, & Christus magistri appellantur.

Luc. 3. n. 12.

Ioan. 3. n. 2.

Luc. 11. n. 11.

Tertull.

D. Bern

24

Ioannes præit legatus ad inferos.

S. Theo. Studit.

ILLIS AVTEM
abeuntibus. Matthæi. 11.
num. 7.

LAVREA VI.

Amoris affectus discipulorum erga magistrum suum Ioannem ex quo vicissim interlucet amor Ioannis in discipulos.

- 26. Discipulorum benevolentia in Ioannem, Magistri, ac discipuli se se vicissim amant.
- 27. Doctrina generationi similis. Discipuli a Ioanne persuasi, ut Christo credant.
- 28. Sanctimonia Ioannis Discipulos rapit in admirationem.

Quare, ut Christus Dominus exordiretur encomia Ioannis, expectauit, donec Ioannis discipuli iter arriperet? Abulensis Matth. 11. q. 19. *Non decuit (inquit) quod ipsi audirent istas laudes, erant enim discipuli Ioannis tam affecti ad ipsum, quod putabant, eum esse Messiam; si autem nunc istas laudes audirent, confirmarentur in priore opinione, scilicet quod Ioannes erat Messias.* Siquis autem sciscitetur, huius amoris causam? Reddo geminã, alterã præclaram, & eximiam virtutem Ioannis, quam impij etiam, nedum discipuli, deamabant: alteram amorem ipsius Ioannis in discipulos: solè-

Abulen.

26

Amor discipulorum in Ioannē

Magistri, ac discipuli se se vicissim amant.

ne enim est magistris auditores suos amore prosequi vehementi. ideoquè ab auditoribus vicissim luculenter amari.

Davidis regnũ ambiebat eius filius Adonias, & iam regni inuenerat auspiciũ, regaliter inunctus, cum Nathan propheta Salomonis partes tuendas suscipit, eoquè consilio, ac prudentia, qua breui in paternum soliũ, sedata Adoniæ factione, confendit: historia scribitur 3. Reg. cap. 1. Rimatur igitur Abulensis ibi quæst. 26. causam tam insignis benevolentie, studioq; beneficentię prophete Nathan erga Salomonem? Respondet què ex altorum cerebro ad rem præsentem. *Faciebat hoc, quia nimis affriebaratur ad Salomonem, & causa huius erat, quia ipse instruxerat Salomonem in parua aetate: & doctores solent affici erga discipulos, sicut discipuli erga doctores.* Ita ille. Alternat igitur se beneuolentia prosequitur & magistri, & auditores; ideoq; discipuli plerumquè redamant, quia amari se sentiunt. Est què hic amor reciproq; qualis amor parentum erga gnatos, & gnatorum erga parentes. Hinc est, ut eruditio, & instructio magistri comparetur parentis generationi: quo sensu Apostolus Corinthios alloquitur. *Per Euangelium ego vos genui.* Ad Corinth. cap. 4. num. 15. Unde Clemens Alex. lib. 5. stromat. ita scribit. *Nam apud barbaros quoq; Philosophos per auditum instruere, & illuminare, dicitur generare. Et ego genui vos in Christo Iesu, dicit alicubi præclarus Apostolus.* Quo etiã modo Procopi

3. Reg. cap. 1. Abulens.

Nathan. magister Salomonis eius partes tuetur.

27

Doctrina generationi similatur.

1. ad Corinth. 4. n. 15. Clemens Alexad.

Procop

commentar. in Isaiam cap. 1. exponit illum locum. *Filios genui, & exaltaui. Isaiæ 1. num. 2. Gignendi (inquit) verbum hic usurpat, quod virtutis, & doctrinæ studio meliores effecit. Et verò licet discipuli difficulter auelli possent ab ea, quæ imbibebant de Ioanne, æstimatione, tamen propter hæc ipsam amoris vim multis in rebus exploratam paulatim Ioannis ipsius hortatu opinionem dignam de Christo conceperunt, & idcirco author homiliarum sub nomine Eusebij Emiffeni cap. 1. in Ioan. Crediderunt (inquit) magistro loquenti, & Christo Domino testimonium perhibenti. Nec nõ Theophylactus in eundem locum. Discipuli (inquit) crebris testimonijs demulsi, secuti sunt IESVM, non quidem contemntes Ioannem, sed magis obediens ei, testanti de Christo meliora. Adde Bedam ibidem ita loquentem. Magistri imperium sunt secuti; testimonium Ioannis, fides est discipulorum.*

Illud tandem ad maiorem Ioannis laudem, ac gloriam adnotauerim; eius discipulos tanto amore eum fuisse profecutos, non propter illam modo generalem causam, qua auditores affici, & alluci solent ad magistros, sed tum propter hanc; tum potissimè, propter incomparabilem eius vitæ perfectionem. Arripio testimonium ab Isidoro Pelus. lib. 2. epist. 34. ita scribente. *Tu es qui venturus es, Domino significabat Ioannes, cum veritatis causa caput ei amputandum esset, suosque discipulos ad eum adducere studeret, qui ob accuratam, atque omnibus nu-*

meris absolutam vitam ad ipsius testimonium, num Dominus eo maior esset, ambigebant, atque id Dominus per ea, quæ statim fecit, demonstravit.

CÆPIT DICERE

ad turbas de Ioanne.

Matt. 11. n. 7.

LAVREA VII.

Ioannis laudes incipi vix possunt, nedum finiri.

29. Ioannis laudes narratione non capiuntur.

Laudati laudibus vinci gloriosius, quam vicisse.

30. Illius laudes diuinis similes in eo quod non explicari queant.

31. Optimum genus laudis fateri impotentiam ad laudandum.

Silentio eum S. Lucas dilaudat.

Dicitur Christus incepisse Baptiste laudes recensere; non eas dicitur omnino percurrisse, non plenè enumerasse: vt ex eo mortales intelligerent, nullius tantum esse flumen ingenij, nullius laudandi tantam vim, tantamque copiã, quæ Ioannis prerogatiuas verbis queat adæquare. Vtquè ita omnes planè perciperent, cum cæterorum hominũ laudes eloquentiæ finibus possint comprehendere, hoc vnum Ioannis pelagus, hunc excellentiarum Oceanum apparere ingenijs omnibus altitudine, ac latitudine sua in-

nabile

nabile prorsus, & innabile, postquam illum Christus passis velis enauigans dicitur tantum enauigare incepisse, non circumquæ nauigasse. Quid ergò nobis agendum erit? pandemus vela, & huic nos commitemus oceanò dubio procul audendum, & cum D. Ioanne Chryostomo homil. 1. de laudibus S. Pauli dicendum erit. *Nequaquam ergo possumus eius explicare præconia: nec tamen idcirco reticemus. Quin potius propterea dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus; cum orationis copiam virtus superat; & magnitudo laudati: sicquè vinci multo est nobis gloriosius, quam vicisse.*

Itaque Ioannis laudes videtur aliquid participare de diuinis, quibus illud est proprium, agnatumquè, & connaturale, vt hominis ingenia frangant, vt humanæ mentis vires obnubilent, ne, si incepserint, audeant ultra progredi: id ingenuè fatetur Iob, qui cum se diuinæ cognitionis alis eueheret altius, extimuit, & in illam sententiam erupit. *Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus.* Iob. 9. num. 10. In quem locum Gregorius Magn. lib. 9. cap. 6. ita loquitur. *Diuinæ fortitudinis facta tunc facundius loquimur, cum ab his obstupescendo reticemus.* Et vero diuina Dei fortitudo rectè explicatur per brachium, ac per manum ipsius Dei, quæ re ipsa erat in Ioanne. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. num. 66. Hæc verò, quæ elucet in Ioanne, in explicabilem diuinæ manus fortitudinem, partim tacendo pos-

sumus, loquendo nullatenus possumus explicare. Vnde citatus Gregorius Iobum dilaudans ita loquitur. *Diuina opera, quæ exple-re dicendo non potuit, facundius deficiendo desinit.*

At si hoc ita est, quomodo regius Vates hortatur, vt Deum ijs laudibus efferamus, quæ eius magnitudinem, potentiamquè deceant inenarrabilem. *Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.* Psal. 150. num. 2. Sed ò dictum prima specie prorsus intelligibile! Ecquis enim erit tam indicendo grauis, vt Deum exæquando præconijs dignè laudet? Respondet citatus Gregorius. *Laudat, qui se succumbere in eius laudis expletione considerat.* Hac arte Ioannis, qui Deo in omnibus similis euasit, encomia dilaudemus, non inani verborum volubilitate, quæ tot laudibus est longè impar, sed ingenij eisdem laudibus vltro succumbentis ad mirabili silentio: quandoquidem vel ipsum Christum, ait Euangelista, cum in eius laudibus excurrisset latissimè, inceptionem solam fecisse. *Cæpit Iesus dicere ad turbas.* Extatquè in sacro textu huiuscæ veritatis exemplum locuples: nam quemadmodum de Christo Domino dicitur. *Sunt, autem, & alia multa, quæ fecit Iesus quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Ioann. 21. num. 25. ita de S. Ioanne Baptista scriptum est. *Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.* Luc. 3. num. 18. quibus verbis

Gregor Mag.

Psal. 150 n. 2.

Gregor Mag. 31

Optimum genus laudis fateri impotentiam ad laudandum.

Silentio eum S. Lucas dilaudat.

Ioan. 21 n. 25. Luc. 3. n. 18.

Isai. 1. n. 2.

Eusebij Emiffeni

Discipuli à Ioanne persuasi, vt Christo credat

Theop.

Beda.

Isidorus Pelus.

28

Incomparabili sanctitate discipulos rapiebat in admirationem.

Chryso.

Laudati laudibus vinci gloriosius, quam vicisse.

30

Eius laudes assimulantur diuinis in eo, quod dicuntur quædam

Iob. 9. n. 30. Gregor. Mag.

Luc. 1. n. 66.

29

Ioannis laudes desinentes in rabiles.

insinuat Euangelista, multa alia gessisse Ioannem, quæ tum propter magnitudinem, tum propter excellentiâ silentio potius, quàm verbis explicari debeant, ita utrumquè locum conferens exponit Origenes hom. 27. in Luc. in hæc verba. Et quomodo in Evangelio secundum Ioannem de Christo refertur, quia multa, & alia locutus est, que non sunt scripta in libro isto, que si scriberentur, nequè ipsum puto mundum capere potuisse libros, qui scribendi erant. Sic, & in presenti loco intellige; quod forsitan Lucas, quoniâ maiora quedam ab Ioanne annuntiabantur, quam, ut deberent literis credi, noluerit ea nominatim dicere, sed tantum significaverit, quod dicta sint, multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. Hæc Origenes: ubi ea præsertim verba ponderabis.

Quoniam maiora quedam ab Ioanne annuntiabantur, quam ut deberent literis credi, noluerit ea nominatim dicere. Ut enim diximus Curru 4. Laur. 51. num. 265. Ioannis laudes tales, ac tantæ sunt, ut cum aliorum sanctorum laudes citra periculum augeri possint, in Ioanne periculum sit, nisi minuatur.

LAVREA VIII.

Suprema Baptistæ laus est, Deum suarum laudum habuisse præconem. Super eadem verba. *Capit IESVS dicere ad turbas de Ioanne.* Matth. 11. num. 7.

- 32. *Deus illius laudum præco existit. Eius laudes Deus capit, nõ absoluit.*
- 33. *Inde plusquam Prophetæ.*
- 34. *Aliorum sanctorum laudes longè excellit.*
- 35. *Ioannis encomia generatim, non priuatim explicantur.*
- 36. *Vt digne commendaretur, Deum præconem, ac eius potentiam vendicabat.*
- Videtur ultra hominis naturam ascendisse.*
- 37. *Quid significauerit Orphei simulacrum sudans coram Alexandro.*
- Qui in concionem ascendunt pro Ioanne, anxie desudant.*
- 38. *Non potest ei homo addere, cum ei Deus totum tribuerit.*
- 39. *Vanitatis alienus. Christus eum laudandi nullam præterit occasionem.*

CVM magnus Alexander, ad Achillis sepulchrum adstitisset in Sigæo Troadis Asiæ regione, dicitur in hanc vocem exclamasse. *Felix adolescens, qui talem (Homerum subintelligebat) tuarum laudum præconem habere meruisti.* Ita refert Cicero pro Archia; quod cum ita sit, qualis quæso laus erit, quod encomium Baptistæ, non alium, quam Deum præconem suarum laudum habuisse, quod egregie pedit Theodorus studit. orat. de Baptista apud Surium tomo 3. his verbis. *In alijs Sanctis tractauit alter alterius encomia: eius autem, qui nunc laudatur, ante alios ipse Christus Deus, qui est summa veritas. Quam Encomiastis Optimi Maximi prærogatiuam demiratus Dionysius*

Cicero pro Archia 32
nactus suarum laudum præconem Deum
 Lheod.
Eius laudes Deus capit, non abs. inf.

Carthu-

Carthusianus tomo de Sanctis ferm. 3. *Quis enim (inquit) exprimere queat, quanta sequuntur de excellentia Sancti Ioannis ex verbo isto. Tanta enim erat Ioannis virtus tantum meritum, ut ipsa sapientia Patris eius laudes caperit, nõ absoluerit. Facit illa Christi, interrogatio. Quid existis in desertum videre prophetam? Etiam dico vobis, plusquam prophetam.* Matthæi 11. num. 9. quærit verò Chrysostomus hom. 27. operis imperfecti. Vnde colligitur hæc tanta Baptistæ laus, ut prophetarum omnium laudes longè exsuperet? Respondet ex eo maximè colligi, quod à Deo, quem omnes laudant, ipse laudetur. *Amplius erat (inquit) quam propheta, qui talem meruit laudatorem habere. Prouerb. 27. n. 2. dicitur. Laudet te extraneus & nõ labia tua.* Porro ea est summa vitæ felicitas, si ad eum sanctitatis gradum peruenias, ut omnium laudibus efferaris. *Sed quam felicius, & gloriosius (ait Guerri- cus fermone 3. de Baptista) eum laudabant, quem extollunt labia Dei sui, Deus quippe, nec falli potest, nec adulari.* Vnde sicut Deus infinite excedit homines, ita Baptistæ laus infinitis partibus omnium laudes videtur excellere; quod animaduertit Emissenus homilia de Ioanne. *Agnosce, ait, magnificentiam laudis, ex dignitate laudantis.* Porro cum laudantis dignitas sit infinita, infinita quodammodo censebitur laudis magnitudo, quod in causa fuit, ut citatus proximè ante Dionysius Carthusianus hoc Christi de Ioanne testimonium appellauerit testi-

Math. 11. n. 9.
 Chryso.
 33
 Inde plusquam propheta.
 Prouer. 27. n. 2.
 Guerri.
 Emissen
 34
 Eius laus aliorum laudes infinitis modis videtur excellere
 Carthu.

monium sententijs immensum. *Dominus (inquit) IESVS laudes ipsius breui testimonio comprehendens disseruit; quod testimonium verbis breuissimum, sententijs est immensum.* Et Diuus Petrus Damianus fermone de S. Ioanne, *Pensemus (inquit) vir iste, quam magnifica priuilegio sublimitatis emineat, qui idius testimonio veritatis immensis laudum præconijs extitit gloriosus.*

Sed ulterius perpèdamus illa verba. *Capit Iesus dicere ad turbas de Ioanne.* Matthæi 11. num. 7. Quid est, per ipsum Christum immortalæ, quod se capisse Christus ipse dicat, cum potius Baptistæ laudes videatur exhaustisse admirabili, & incomparabili encomio illo. *Non surrexit maior Ioanne Baptista.* Ibidem num. 11. Nam si Deus infinem usquè seculorū Baptistæ fieret encomiastes, quomodo, quæso, altius peruenire potuisset? Optime Abulens quæst. 31. in capit. 11. Matthæi. *Inceperat (ait) Ioannem laudare de multis, & quia laudes Ioannis, si per singula enarrarentur, erant tanta, quod fortassis populus, non eas intelligeret, dixit, nõ surrexit maior, sicut si subtilia dicantur coram rusticis. Quasi omnes homines rustici essent, solusquè Deus eloquens foret ad Ioannis laudes decantandas; Ioannisque excellentes laudes, & incomparabiles prærogatiue ad eum forent subtiles, ut ad eas recensendas, non humanum sufficeret, sed diuino opus esset ingenio, quod disertis verbis scriptum reliquit Sæctus Andreas, & Hierosolymitanus Episcopus, & Cretensis in orat. de amput. capitis Præcurf.*

D. Petr. Damian.
 Matth. 11. n. 7.
 Ibidem
 Abulen.
 35
 Ioannis laudes generaliter tãtã non singulariter explicari possunt.

apud

Origen.
 Ioannis laudes, periculum est, nisi minuatur

Lipom.

36

Si digna laudare tur, eguit Deo praecone, Deo virtute, ac potetia

apud Lipomanum tomo. 3. Encormiorum (inquit) argumentum eo magis cuiuslibet orationis superat facultatem, quo ex illa cum natis mulierum comparatione, maiorem praestantiam adeptus est: Adde ut sola, & prima illa voce opus habeat, primi, & solius secundum naturam Dei Verbi, virtutisq; & potentia: & nobis quidem proponit argumentum Iohannes, qui est maximus inter natos mulierum. Vbi pendenda sunt illa verba. Adde, ut ut sola, & prima illa voce opus habeat, primi, & solius Dei Verbi, virtutisq; & potentia. Nec miremur antiquissimum hunc praesulem eo usque Iohannis laudes extulisse, ut ad illas enarrandas Dei voce putaret opus esse, quandoquidem Iohannes ipsius praesulis opinione ultra sortem humanam ascenderat. Nam cum Iohannem virum nominasset, se quodammodo redarguens ait. Si tamen vir dicendus est, qui inter natos mulierum, apparuit maior.

Videtur ultra hominis naturam ascedisse,

37

Quid Alexandro acciderit Orphei reperco simulacro.

Accipe de hinc ad huius sanctissimi herois laudum exaggerationem, quae scribit Graecus author Didymus: reperisse nimirum Alexandrum Magnum in Thessalia regione aeneam imaginem Orphei poetae celebratissimi, quam attentè considerare cepit, reuocans in memoriã eximias Orphei laudes, quas ipsi Alexandro magister Aristoteles commemorare solebat, cum igitur eam imaginem pìdè, ac beneuolè hinc inde Alexander inspiceret: Ecce tibi guttatim sudore manare cepit imago: miranti mox Regi, prodigijquè significationem exquirenti reddiderunt

magi in hanc sententiam. Profperum habes Alexander auspiciam: nam dum poetæ imago coram te desudat, portedit, in tuarum laudum enarratione poetas alios sudaturos, cum viderint tuas incomparabiles, & toto orbe celebres victorias carminibus comprehendi non posse. Quod verò accidit Orphei simulacro coram Alexandro Magno sudanti, hoc reor accidere omnibus S. Iohannis Baptiste laudatoribus, ac concionatoribus, coram effusa Christianorū multitudine, quæ ad eius laudes degustandas in tēpla anniuersaria eius celebritate solet confluere: etenim, quis tam ingeniosus erit Orpheus, qui in hac causa peroranda non desudet; quis tam perspicax Homerus, qui in huius sancti encomijs non cecutiatur? Quis Delius natator; qui in tam immenso laudum pelago nandi ignarum se non fateatur, quandoquidem Christus Dominus cum in eius laudes habenas effunderet, eas percurrere se tantum cepisse fatetur. Quapropter Diuus Petrus Chrysologus sermone 1. de Sancto Iohanne. Vacat (inquit) hic magnus sermo, sicut praedicatio tractatoris, quando Evangelico praconio Iohannis gloria praedicatur, virtus insonuit, laus collaudatur, nec est quod illi adiciat homo, cui Deus totum contulit.

Qui in cōcione ascendunt pro Iohanne anxie desudant.

D. Petr. Chryso.

38

Nō potest eihomo adde, cui Deus contulit totū.

Abulen.

Baptiste

Baptistæ laudes non (nisi recedentibus discipulis Iohannis) diu merare cepisse; ut ne discipuli, si audissent, Iohanni magistro deferrent, ansaquè illi; & occasio preberetur vanæ gloriæ. Vt (inquit Abulensis) non esset Iohanni occasio inanis gloriæ tam excellēs laus Horū tamen authorum causam non probo; nam laudis amor in Iohanne sic erat sedatus, sic extinctus, ut eum Deus laudare nō dubitet. Deus (ait Guericus serm. 3. de Baptista) neminem facile laudat, quem laude posse inflari videat. Ita ille. Vnde cum Baptista alienus omnino foret, ab hac inflatione animi, nullam Christus illum laudandi præterit occasioem; quod notauit citatus Abbas Guericus his verbis. Nec semel quidem, aut perfunctorie, vel breuiter laudes eius attigit, sed quotiescumquè se offerebat occasio sermonis, laudibus eius delectatur immorari. Et verò ad cæteras coronas Martyris nimirum, virginis, ac doctoris, de quibus hoc Currus 6. Laur. 53. adde hanc, quam illi Christus suis laudibus attexuit, de qua Euthymius hic. Baptista (inquit) elegantem contexit encomij coronam.

Guerr.

39

Quā alienus a vanitate.

Idem.

Christus eū laudandi nullam præterit occasioem

Euthy.

QVID EXISTIS in desertum videre? Arundinem vento agitata? Matt. 11. n. 7.

LAVREA IX.

Iohannis exemplo interioribus bonis exteriora sunt postponenda.

- 40. De interiore cultu parū agimus, de externo multum curamus.
41. Similes arundini bonis operibus carent.
42. Amputandi flores, conseruandi fructus.
43. Diuinitatis spe Diabolus Adamū elusit.

A Rundo intus inanis, foris viriditate foliorum plausibilis homines eos designat, qui interiora flocci, exteriora permagni faciunt; de quibus Diuus Bernardus in præfat. Sancti Malachie Episcopi. Lex est (inquit) præfixa ab Apostolis apostolorum successoribus, vultum & vestitum habentes, his contenti simus. Timoth. 6. Vbi forma hæc? In libris cernimus eam, sed non in viris, habes verò de iusto, quia lex Dei eius in corde ipsius, & non in codice. Hæc ille. Sed hac nostra tēpestate miserrima interiora animæ contemptui habemus, & despiciunt, exteriora corporis ornamenta accurate colimus, & comimus. Sicut homines plerumquè; arundinibus similes, nec intus saccaro, sed vèto plenis, forinsecus tantum foliacea viriditate peramænus: idcirco iure optimo arundineto mundus hic assimilatur. Fulgebunt iusti, & tamquam scintille in arundineto discurrent. Sap. 3. num 7. Hoc est in mundo, de cuius inanitate fucata sic scribit Diuus Gregorius in Iob lib. 33. cap. 32. Arundinetum vitam secularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris, quasi ad altum proficiunt, sed intus à soliditate veritatis inanescent. Ita Gregorius!

D. Bern.

40

De exteriore cultu multū, parum de interiore curamus.

Sap. 2. n.

7. D. Greg.

41

Arundini similes, foris virides, intus inanes.

Quo

Quo etiam sensu Iob mundum calamo æquiparat, sub cuius vmbra diabolus sponte conquisit, homines ab intrinseco ornatu animæ ad exteriorem corporis splendorem auocando. *Dormit* (inquit) *in secreto calami.* Iob. 40. num. 16. Quapropter citatus Gregorius de vanissimis mundi incolis ita sermonem attexit. *Morè quippe calami intus sicut per facultatem vacui, sed foris per speciem, & ostentationem pulchri.* Ita ille. Hæc est mundi gloria, hæc hominum vanissimorum vanissima ostentatio: de qua illud erit etiam intelligendum. *Flores apparuerunt in terra nostra,* Cant. 2. n. 12. ac si dicatur, nihil in terris solidum, nihil cerebro, ac virtute plenum, florea omnia, & foliacea apparēt; ideoque ex instinctu diuino addit diuinus Salomō. *Tempus putationis aduenit.* Ibi num. 12. Ut innuat fructifera tantum esse conseruanda, florulenta verò, ac solum florifera fore amputanda. Cum autem illud Ambrosij ad hunc locum. 3. Hex. cap. 7. sit verissimum. *Omnis gloria præmatura, ut flos, caduca quasi fanū; germinat vite viriditatem in specie, non in fructu soliditatem.* Agedum vide, quam te oporteat hæc extrinsecus apparentem rerum formam ac figuram temere: ne te diabolus decipiat, sicut, & Adamum fefellit, diuinitatem pollicitus, verbis illis. *Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.* Genes. 3. num. 5. nec tamen, nisi folia soluens iuxta illud. *Consuerunt foliificus, & fecerunt sibi perizonia.* Ibidem. num. 7. vt scite expendit

Iob. 40. n. 16. D. Greg.

Cant. 2. n. 12.

Ibid. n. 12.

D. Amb 42

Florea tãtã, nec fru-ctifera amputanda.

Gen. 3. n. 5.

Ibid. n. 7.

Germanus Patriarcha Constantinop. orat. de cruce apud Gretserum tomo 2. *Illusus* (inquit) *est homo à diabolo, qui cum cum ingenti spe diuinitatis adipiscenda pausset, tandem totam illam spe iurgidam mollem ad folia transtulit.* Ita ille.

German. Const. 43 Diabolus Adamo, diuinitatem pollicetur folia dedin.

LAVREA X.

Ioannis constantia. In eum dẽ locum. *Quid existis in desertum videre, arundinem v̄eto agitatum?* Matth. 11. nu. 7.

- 44. *Ioannes totus miraculum, & ultra mortalium naturam. Ibi stabilis, vbi omnes nutant.*
- 45. *Quanti fiat, non extolli gloria, & dignitate.*
- 46. *Constans animus ad instar incudis. Vt eius constantiam cerneant, ad Ioannem omnes ventitabant.*

Dictorum atque factorum constantia Ioannes perscrutabatur immobilis: contra ac arundo, quæ quolibet vento mouetur. Erat Ioannes, veluti paradisi cedrus altissima, quæ quemadmodum sublimes ad cœlum ramos pandit, ita radices agit altissimas: quod innuit Guericus Abbas serm. 4. de Baptista. *Non est* (inquit) *arundo deserti, sed cedrus paradisi, miraculum mundi, merito ultra naturam humanam.* Certè pro miraculo habenda erat tanta Ioannis constantia inter tales, ac tantas humanarum mentium varietates, quæ huc illuc agita-

44 Ioannes miraculum, & ultra naturam humanam.

tas quolibet vento arundines nõ exequant solum, sed superant. Certè Ioannes erat ultra naturam hominum, nam ibi erat constantissimus, vbi omnes homines valde nutant, vbi se, quasi ventorum iudices in omnem aucupandæ gloriæ auram versant. Rogatur Ioannes an sit ipse Messias? haud labat, haud nutat; intra suas se metas cõhibet immotus.

Ibi stabilis, vbi omnes nutant.

D. Ephr.

45

Quanta virtus sit gloria, & honoribus nõ at tolli.

2. Corin. 6. n. 7. D. Ephr.

46

Animus constans instar incudis.

neq; concavitas formam in se recipit, sed eadem semper manet, sibiq; similis. Quid præclarius ad commendandum Ioannis constantiam in mediũ afferri posset? Poterant enim de eius constantia addubitare ij, qui eũ ad Iordanis oras audiuerant locupletia illa testimonia de Christi diuinitate proferentem. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioã. 1. n. 29. Et rursus ait idem Ioãnes Baptista. *Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Ibidem n. 34. Peterant [inquã] addubitare, an Ioannes parum constans sententiam mutarit, siquidem qui tũc asseueranter affirmarat, ipsum esse Messiam promissum, nũc hesitare videbatur, interrogans per auditores suos. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Matth. 11. n. 3. Quapropter istiusmodi cogitationibus Christus obuians, ait ad eos, in quorum mentis subrepre posset ea dubitatio. *Quid existis in desertum videre, arundinẽ vento agitatum?* Ac si diceret, nõ is est Ioãnes, imò eius dictorum constantia est. *Quemadmodum incus aliqua, quæ licet quidem semper verberetur, non tamen dat tergum, neq; concavitas formam in se recipit, sed eadem semper manet, sibiq; similis.* Et planè, nisi tali, ac tãta constantia firmatus esset Ioãnes, nõquam finitimæ vrbes eius fama sanctitatis cõmote, tanto ad eum ardore concurrerent, vt egregiè notauit Abulensis Matth. 11. q. 21. his verbis. *Non enim plebs tanta cum tanto desiderio in eremũ venisset, nisi magnum quẽdam, & mirabilem, & petra solidiorem videre se, existimans.*

Ioan. 1. n. 29.

Ibidem n. 34.

Matth. 11. n. 3.

Vt eius constantiam cerneant, ad Iordanem omnes ventitabant.

LAVREA XI.

Ioannis constantia inter utramque fortunam prosperam, & aduersam. Super eadem verba. Arundinem vento agitatum. Matth. 11. num. 7.

- 47. Arundinis mobilitate imitatur, qui attollitur prospera fortuna, & aduersa supprimitur.
- 48. In animalibus mysterium unguis diuisa.
- 48. Fortis animus in utramque fortunam.
- 49. Idem tamquam adamas, & silex.
- 50. Christus superior omni fortuna.

D. Greg

47

Arundo est, qui vel attollitur prospera, vel deicitur aduersa fortuna.

Diuus Gregorius tomo. 2. homil. 9. in cap. 2. Ezechielis de arundine ita loquitur. Arundo vento agitata modo flatibus erigitur, modo flatibus inclinatur: omnis autem, qui vel derogatione deicitur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est: quod Ioannes non erat, qui inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum, & derogationes tenebat. Hec ille. Tempestiue fati ad Ioannis constantiam dilaudandum. Nam quod neque resistentis fortunæ incurfibus Ioannes fuerit infractus, id liquet ex proximè ante dictis, quod verò se laudibus non extulerit, inclarescit ex doctrina tradita hoc sexto Curru numer. 39. Constantissimus itaque fuit, & in via virtutis immobilis. Contra, ac reliqui esse solemus, leues, & ad omnem ve-

torum varietatem variij, flexiles, ac mobiles. Inde apud Iobum leuissimo folio comparatur homo. Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Iob 13. num. 25. Quod si queras, quorsum folio comparatur homo? respondet antiquus pater Philippus in Catena græca. Homo folium dicitur, quia tentationis vento rapitur, & desideriorum flatibus mouetur. Et Carthusianus Iobi personam induens. Ut (inquit) folium vento mouetur, sic ego varijs cogitationibus, affectionibus, tentationibusque impellor, & feror. Quid folio leuius? Quid homine mobilius? propterea rex Troianorum Sybillam Æneid. 9. obsecrabat, ut ne ventura suorum fata folijs inscripta daret, ne vento forte spirante turbata, ac rapta perirent.

Iob 13. n. 25.

Philipp.

Carthuf

Virgili.

Vnū oro tantū folijs ne carmina mada. Ne turbata volēt rapidis ludibria vētis. Itaque vltimis folijs mobiliores suapte natura sunt reliqui homines: In virtutis tamen stadio tenacissimus, firmissimusque, & constantissimus fuit Ioānes, inscius sursum per elationē, aut pessum ire per depressionem; lubet hūc afferre legem utramque; constantiæ partem clariū, ac nitidius dilucidantem. Ea verò sic habet. Omne, quod habet diuisam unguam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Leuitici 11. num. 3. mysterium diuisæ unguæ euiscerat Tertullianus tomo 5. capi te 3. libro de cibis Iudaicis in hæc verba. Eorum, quæ in duas unguas pedem diuidunt, robustus semper incessus, dum lubricum partis alterius unguis

Leui 11 n. 3.

Tertull.

48

In animalibus diuisa unguis mysterium.

firmamento

firmamento fulcitur, & in vestigij soliditate retinetur. Quid enim magis lubricum, quam secundo flumine ferri prosperè; hæc autem pars solidatur aduersitatis memoria; & aduersitas rursus firmiter toleratur prosperitatis recordatione; quemadmodum binæ unguæ terram præhendentese vicissim iuuant. Enim verò firmiter, ac multò securius animantes diuisas unguas habentes inter utriusque, siue facili, siue difficili viæ diuersitatem iter peragunt, non modicè iuuante ipsa unguarum, & diuisione, & geminatione. Etenim [verba sunt Sancti Irenæi lib. 5. capit. 8.] quæ sunt unguis animalia facile labuntur: firmiora autem sunt, quæ duplicem quidem unguam habent, succedentibus inuicem unguis fissis secundum iter, & altera unguis sabbaulat aliam.

S. Iren.

Iuanis se mutuo unguis diuisa.

48

Fortis animus in utramque fortunam.

Talis planè fuit Ioannes, firmabat utrimque vestigium, & constantiæ iter arripiebat medijs inter lubrica prosperitatis, & aspera aduersitatis itinera, nullis laudibus sursum, nullis vituperijs deorsum trahendus; in eo quidem Dauidi similis, qui nec laudibus Ionathæ intumescibat, nec Saulis contumelijs despondebat animum; nunquam nõ in eadem animi equabilitate permanens, qua dere Procopius in cap. 3. Isaiæ sub finem. his verbis. Simpliciores ergo attollit quidem aduasio sed fortem animum, neque unquam contrahit vituperatio, neque facit insolentem laudatio.

Hac Deus constantia Eze-

chielem roborat. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam ne timeas eos. Ezechielis 3. num. 9. Quorsum, ut adamantem? quorsum, ut silicem Deus aduersarijs suum proponit athletam? Diuus Gregorius lib. 1. in Ezechielem homil. 10. Ut [inquit] adamantem, ne per laudem lingua refranetur: ut silicem, ne per despectum taceat. Eadem constanti fortitudine præmunitus velut in campum certaturus cum Pharisæis exiit ipse Christus, quaerit enim Abulensem Matth. 12. quæst. 85. quare Christus repungit asperè Pharisæos. Generatio mala; & adultera signum querit, & signum non dabitur ei. Matthæi 12. numero 39. cum illi paulò ante Christum alloquerentur, admodum benignè. Magister volumus à te signum videre. Matthæi 12. num. 38. cur in blandiloquos addeò acrem se præstitit, addeò seuerum? Voluit [inquit Abulensis] ostendere, quod non flectebatur aliqua passione, id est, non indignabatur propter contumeliam, nec propter laudes plarabatur. Et Chrysostomus homilia 44. apud eundem Abulensem. Cum ei conuiliabantur, mansuere eis respondebat, cum autem aduiliabantur, conuiliosè: demonstrans, quod utraq; passione erat superior, & nec conuilijs in iram ducitur; nec adulatione mollitur. Itaque vnusquisque nostrum facile, siue ad dexteram, siue ad sinistram declinare potest, & siue in hanc, siue in illam partem vitiosè deflectere: at Christus rectissima virtutis via, quin exorbitaret, constantissimè procedebat.

Ezech. 3. n. 9.

D. Greg

49

Idem, ut adamas, ut silex.

Abulen.

Matth. 12. n. 39

Matth. 12. n. 38

Abulen.

Chryso.

50

Christus utraq; fortuna, & passione superior.

LAVREA XII.

Eadem Joannis firmitas, & constantia. Super eadem verba.

- 51. Mens inconstans arundo. Christi manu prehensa solidatur.
- 52. Divinitatis actu firmatur. Constantia martyrum visu excipiens tormenta.
- 53. Amoris perseverantia in omni fortuna.
- 54. Joannes palma non arundo extitit.

Isidorus Pelusi.

A Rundo, ut scribit S. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 400. huc illuc flexile memem repræsentat. Arundo, inquit, est mens lenitate, atque inconstantia laborans. Dico clarius: arundo humanam naturam refert, inanem, leuem, versatilem. Diuino ergo permisso diuinæ prouidentie factum cæseo, ut domi præsidis Pilati arundo Christi manu prehensa firmaretur, ac solidaretur: hæc cogitationem collimat D. Hilarius canone 33. in Matthæum. In calamo (inquit) gentium infirmitas, atq; inanitas, manu comprehensa firmatur. Hoc, ut fieret, permittit Deus, ut arundo Christum tangeret, ut humana natura arundine repræsentata inter illatas iniurias solidam à Christo reciperet constantiam, & olim perditam recuperaret immutabilitatem, in quam sententiam præclare Diuus Ambrosius, ita scribit. Arundine secundum Mar-

51

Mens inconstans arundo.

Christi manu prehensa solidatur.

D. Hila.

D. Amb

cum, caput eius perentitur, ut solidata, diuinitatis actu, nostra conditio mutare non possit.

Proh quantum mutata est ab illa antiqua arundinea volubilitate. Id videre est in Martyrū constantia plusquam adamantina. Adhibe patulas aures Diuo Bernardo suaue sonanti cap. 3. de Passione Domini. Terreantur licet martyres, ridet: feriuntur, & gaudent: occiduntur, & ecce triumphant: & rursus sermone 61. in Cantic. Stat (inquit) Martyr tripudians, & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe intuito. nempe in petra. Ac si diceret à petra Christo admirabilem sibi arripit constantiam; ab hac panoplia immutabilem, & impenetrabilem constantie loriam mutuatur: qua omnes facile retundit imperus leuitatis: Hinc amorem pro æneo thora-ce capit: ad quem vix leues inconstantie icus pertingunt, cū resiliunt. Hinc talem se obuijs hostibus obuium offert, qualem Christianum optabat Diuus Leo sermone 1. de ieiunio. Vt (inquit) amor directus in Deum, nec inter secunda superbiat, nec inter aduersa deficiat. Qualem Origenes Baptistam iure optimo deprædicabat. Quem non ipsa diuinitatis tentamenta pulsarunt. Quo ariete nulla non quaterentur adamantina mænia, nulla non inflecterentur humana pectora; quapropter citatus Gregorius. Inflexibilem (inquit) mentis verticem inter

52

Eiusdem diuinitatis actu firmatur.

D. Bern

Constantia martyrum excipiens visu tormenta.

Idem.

D. Leo.

53

Amor inter secunda superbiat, nec inter aduersa deficiat.

D. Greg

laude s

LAVREA XIII.

Luxus in vestibus dedecet Sanctos.

- 55. Notantur vestes sericæ. Mundi victorem vincit vestis pulchritudo.
- 56. Herodiana vestis splendor notabilis.
- 57. Luxus vestium peregrinus.
- 58. In Christianis taxantur vestes molles. Rigida, & austerior vita Regum palatia deuinet.
- 59. Carcer locus virtutis, & penitentia.

A RMA mouerat, & quidem cruenta Ioannes corporeis voluptatibus; ideoque crudam se pelle, & cilicina armavit. Audi Bedam homil. in vigil. Sancti Ioannis. Pili (inquit) camelorum, & cincti zona pellicea auro textas Pontificum postposuit stolas. Id fecit probesciens, molles vestes egrotis hominibus conuenire; succinctas, & asperasin milites quadrare. Quo circa Diuus Bernardus, Epistol. 1. Infirmantium (inquit) sunt fomenta, non arma pugnantium. Et Epistola 2. ad falconem. Hec (inquit) sunt pacis ornamenta, non belli munimenta. Porro Magnus Alexander cætera victor orbis terrarum veste tantum Medica, peregrina venustate conspicua vicetus apparuit; ut egregie notauit Tertullianus lib. de Pallio.

Beda.

D. Bern

53

Carpatur molles vestes.

Tertul-

Mundi victorem vincit vestis pulchritudo.

Guerr.

54

Ioannes non arundo, sed palma

Chryso.

Bernard

August.

laudes hominum, & derogationes tenet. Et Guericus Abbas sapienter illum, non arundini leui, ac vanæ, sed solide palmæ, ac inuictæ æquiparat. Non arundo (inquit) sed palma fortior omni procella. Poterat ille maximis ab Herode honoribus, & amplissimis beneficijs adornari, si à reprehensione parumper cessasset; si Regi modicè adularetur: audi Chrysofostomum hom. 38. in Matth. Poterat enim, si tantummodo flere voluisset, magnis ab Herode affici honoribus: nam si redarguentem, & vitium mirum in modum Herodes verebatur: multo magis tacentem coluisset. At Ioannes non erat arundo pro temporis inconstantia huc. & illuc semet inflectens; palmæ similitudinem referebat, quæ recta in cælum assurgens nullis ventorum turbinibus cedit, quæ admirabilem fortitudinem, ac constantiam propè diuinam demiratus Sanctus Bernardus sermone de natiuitate Ioannis ait. Ligatus quippe, & in carcerem trusus nihilominus stetit in veritate. Et Augustinus sermone 2. de eius natiuitate. Beatus (inquit) Ioannes plena, & perfecta libertate maluit iniusta sustinere, quam iusta non dicere.

SED QUID EXISTIS videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in Domibus Regum sunt. Matt.

11. n. 8.

Ccc3

cap.

cap. 4. his verbis. Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste: non erat satis animi tumens Macedo, nisi illum etiam vestis inflator dele-
tasset.

Hoc illicio reges potissimi, & qui eos sequuntur in aulis mirifice capiuntur: idcirco signate de rege Herode ait Diuus Lucas. Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos: populus autem clamabat, Dei voces, & non hominis. Act. 12. num. 21. Tanta enim erat vestis maiestas, tantus splendor infuso sole promicans, ut eius vultus species, humana augustior appareret. Excipe Iosephum lib. 19. antiq. cap. 7. *Tota* (inquit) *ex argento mirabili opere contexta, quae radijs Orientis Solis percussa, & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum honore incutiebat spectantibus.* Et rursus ibidem. *Alij* (inquit) *aliunde acclamantes Deum consababant rogantes, ut faueret propitijs, haec enim verò, ut hominem reueritos, nunc agnoscere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius.* Hæc Iosephus: ut vel hinc inclarescat, quod hic vestium luxus collimet, ut nimirum se quisque appareat augustior.

Quantum verò hac parte Salomon euauerit, cernere erit ex liliatarum, ac picturatarum vestium ornatu, quo usus est, multigenere: de quo Pineda lib. 6. cap. 5. Accreuit insuper hæc vanitas ex peregrinarum pelliū conquisitione follertissima, de qua Diuus Petrus Damianus lib. 2. epist. 2. conqueritur in hæc verba. *Cum domestici murices nostris*

aspectibus sordeant, transmarinorum pelles, quia magno pretio coemuntur, oblectant, ouium simul, & agnorum despiciuntur exuuiæ, Ermelini, Gebelini, martores exquiruntur, & vulpes. Id verò in Christianis heroicis probrosum est, & ignominiosum, non enim decet sub spinoso capite membra esse delicata, caput autem nostrum Christus molle suo capiti cervicali haud apparat, iuxta illud. *Vulpes foveas habent, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Matth. 8. num. 20. quare citatus Diuus Petrus Damianus. *Ecce* (inquit) *non reclinatur in vulpeculis Christus, dormit sub vulpinis pellibus Christianus.* Quid si adijciam, dormit sub vulpinis pellibus Ecclesiasticus? id Laurentius Iustinianus dolet de triumphali Christi agone cap. 15. his verbis. *In veste toties illudatur Christus, quoties, qui praesunt in Ecclesia, pretiosarum vestium apparatu nitent.* Et paulò post. *Iam attende palatia praesulum; ponunt signa sua signa, sericis apparatibus ornantur: pretiosis vestimentis induuntur, famulorum vallantur multitudinè; & quod sine maiore dici non potest, domus, quae egenorum esse receptacula debent, imperatorum palatia iudicantur.*

Extremum alloquor concionatores, aulicos praesertim, & eorum oculis verba Hieronymi subiicio ad praesentem locum D. Matth. *Ex quo* (inquit) *ostenditur, rigidam vitam, & austeram predicationem vitare debere aulas regum, & mollium hominum palatia declinare.* Enim verò ibi virtutes difficilè, vitia è contrario sponte sua radices agunt altissimas, quod si ani-

mum

57

Vestiu luxus peregrinus.

58

Taxatur mollis vestitus in Christiano.

Matth. 8 n. 20. D. Petr. Damianus Laurent. Iustin.

D. Hier. Matth. 11. n. 8.

Rigida vita, & austeri regum palatia deinceps.

Act. 12. n. 21.

Ioseph.

56

Herodiana vestis fulgor mirabilis.

Pineda.

D. Petr. Damianus

num inducas, id conuenire, & illuc eundi pruriant desideria, mentis oculos intende ad Ioannis imitamen ex Diui Thomæ consilio 22. quæst. 187. a. 2. sub finem. *Conuenit* (inquit) *relogiosos adire regum palatia, ad eos arguendos, vel dirigendos, sicut Ioannes Baptista arguebat Herodem.* Interim verò aduersus mollium vitiorum phalanges te armare memeto Ioannis exemplo, veste cilicina, ciboque acueendis voluptatibus aduerso: nec his rectè factis te placiturum putes; nam ut scite monet Diuus Hieronymus in cap. 11. Matth. *Istiusmodi cibus, & vestis carceris hospitio recipiuntur: & predicatio veritatis tale habet habitaculum.*

D. Tho.

59

Carcer paupertas, & virtus domus

D. Hier.

SED QUID EXISTIS videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. n. 9.

LAVREA XIII.

Ioannes est plusquam propheta, quia adhuc in utero prophetandi dono insignis extitit.

- 60. In aluo materna futura prauidit.
- 61. Christum salutatur exinde.
- 62. Virginem ostendit.
- 63. Plusquam propheta.
- 64. Quia spiritum prophetia communicat.
- 65. Plus illi in utero, quam Moysi senio confecto reuelatum.

Eius initia prophetie superant aliorum fines.

HOC in confesso est apud Patres, Ioannem intra viscera matris extitisse prophetam. Nam si prophetæ, quodam videntes nuncupabantur, Ioannes etiam in matris utero appellatur videns; audiamus S. Paulinum in carmine de Sancto Ioanne Baptista. *(alio. Iam vates, ne dum genitus coclusus in* *taq; propheta prius gesta, & vetura videbat.*

Et Sanctum Ignatium Martyrè in epist. ad Philippenses ita loquentem. *Præcursoris pueri præconium ob illius praesentiam, qui ex Virgine nasciturus erat, illiusque intra maternum uterum; ob ea, quae praeuidebat, suis salutatio.* Præuidere autem ventura, proprium erat donum prophetarum, ut præclare notat Procopius in Isaiam in principio. Adde Sedulium lib. 2. orat. soluta cap. 8. ita loquentem. *Hunc Ioannes Baptista conspiciens, quem matris in utero senserat, cum lateret, iam Christi conscius affuturi, prophetia munus exercens, licet loqui non posset.* Et Prudentium hymno 7. *Nec ante partu de senili effusus est.*

Qua predicaret Virginem plenam Deo. His addendus S. Augustinus ser. 22. de Sanctis. Vbi ita loquitur de sanctissimis superiorum etatum heroicis. *Nullius illorum natiuitas Domino militauit, recordemur & Prophetas, recolimus Patriarchas, nati sunt, ut postea prophetarent: Ioannis autem ipsa natiuitas Dominum Christum prophetauit, quem conceptum ex utero salutauit.* Itaque etiã

S. Paul.

* id est natus.

S. Ignat. Martyr.

60

Ioannis ad huc in utero videtur fuisse.

Procop. Sedulius

S. Aug.

61

Ex utero Christum salutauit.

antequam nasceretur, praeuidebat, salutabat, vt poterat, honorificentissimè, & colebat officiosissimè. Quia verò ille vidit ex utero coram praesentem, què alij prophetae futurum non nisi matura iam aetate viderunt, inde est, quod plusquam propheta nominatur.

Affero alia ex alijs Patribus testimonia Ioannem adhuc in utero prophetam vocantibus, ex Tertulliano lib. de carne Christi cap. 21. vbi ita loquitur. *Tacebit igitur, & Elisabeth prophetam portans iam Domini sui consciam infantem.*

Ex Diuo Leone ferm. 10. in Natiuitate Domini cap. 4. ita scribente. *Præcursor Christi futurus Ioannes spiritum propheticum intra viscera matris acceperat, & non dum editus puer genitricem Domini signo clausa exultationis ostenderat.*

Ex Diuo Petro Chryologo ferm. 87. *Adhuc in utero cum membrorum compage penè concepta in Ioanne est prophetia, ante natum Dei loquitur, quam perueniat ad vocis officium.* Ac rursùm ferm. 88. *Beatus Ioannes, qui antequam videret praesentia, futura meruit nuntiare.* Et tandem ferm. 91. *Sexto mense sua matris exultat in utero, & in uterum Virginis venisse nuntiat Christum: feruens nuntius, qui ante gestiuit nuntiare, quam viuere.*

Ex Cyrillo Hierosolymitano catechesi 3. *Solus Ioannes in utero existens exultat in gaudio: & corporis oculis nihil videns, spiritu Dominum cognouit.* Ex Diuo Leone iterum ferm. 5. in Epiphania Domini cap. 1. *Ad Saluationem Virginis in utero Elisabeth, non diu natus Ioannes prophetica exultatione commotus est, &*

quasi etiam intra matris viscera iam clamaret. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Ex Diuo Ambrosio lib. 2. in Lucam cap. 7. de Deipara, & de Beata Elisabeth sermonem texente. *Duplici miraculo prophetat matres spiritu paruulo: exultat infans, repleta mater est, non prius mater est repleta, quam filius: sed cum filius esset repletus spiritu & repleuit, & matrem.* Idem scribit D. Cyrillus lib. 2. in Ioannem cap. 4. Idem Origenes hom. 7. in Lucam sub exordium, idem alij plurimi.

Merito igitur dicendus Ioannes plusquam propheta, qui propheta iam erat in utero. Et ex hoc principio scite colligit Sanctus Isidorus Pelusiotus lib. 1. epist. 32. Ioannem plusquam prophetam, & cæterorum omnium extitisse facile principem, *Audi (inquit) paucis verba plurima, idcirco maior inter natos mulierum Ioannes, quia ex ipso materno ventre vaticinatus est, atq; in tenebris abditus, & occultatus, lumen, quod venerat, minimè ignorauit.* Eamdemquè reddit rationem Diuus Ambrosius lib. 4. de fide cap. 4. *Quia (inquit) nondum editus prophetauit.* Eamdem Doctor maximus Hieronymus tomo 2. epist. 8. ad Demetriadem, alijquè non vulgares. Vnde D. Lucas hac excellenti prophetie dote eum declarat omnium longè maximum. Imò Christus, dum de eo plena laude loquitur. *Dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est.* Lucæ 7. num. 28.

Dicitur etiam Ioannes plusquam propheta, quia cæteri prophetae suum sibi vaticinandi do-

D. Amb.

D. Cyt.

Origen.

S. Isido. Pelusio.

63 Plusquam propheta.

D. Amb.

Luc. 7. n. 28.

num

Tertul.

D. Leo.

D. Petr. Chryso.

62

Virginis ostendit.

Idem.

Testimonia Patrum

Idem. Cyrillo Hieroso.

D. Leo.

64

Quia communicat prophetiae spiritu.

1 Reg. 2 n. 1.

Cryso.

Antipater Psal. 86. n. 1.

63

Illi plus in utero, quam Moyses in senectute communicatur.

num referuabant: de vno tantum Samuele lego matrem suo spiritu participauisse: id tamen donum parenti non impertiuit, antequam nasceretur; sed illo nato caepa est mater exultabunda vaticinari celebri eo cantico 1. Regum 2. numer. 1. cuius illud exordium est. *Exultauit cor meum in Domino.* Enim verò donum prophetiae filius propheta ad matrem deriuauit, vt egregie notat Theodoretus in eum locum. *Anna (inquit) filij gratia fuit participes, nam cum concepisset prophetam, prophetat post partum.* Sed proquam ultra tendit priuilegium nostri Ioannis, qui parenti suae vaticinij prerogatiuam, etiam antequam nasceretur, impertiri meruit: audi Chrysostrum operis imperfecti homil. 17. exponentem causam propter quam dictus est plusquam propheta. *Quia (inquit) diuini ortus scientiam matri donauit. Tanta ille intus prophetandi gratia inundauit, vt restagnaret in matrem: ceteri quidem sancti non nisi prouecta iam aetate prophetiae spiritu implebantur: vnus tamen Ioannes antequam vitae cursum lustrare cepisset, vaticinari caepit: vnde Episcopus Antipater oratione de Baptista. *Saliens, inquit, in ventre ea dicebat, qua Moyses, cum senuisset, Deus significauit.* Vnde quemadmodum de Deipara dici solet. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Psalm. 89. num. 1. quia nimirum eius primordia sanctitatis omnium sanctorum fines, ac metas vltimas superarunt; ita quodammodo de Ioannis prophetia di-*

ci poterit. *Fundamenta eius in montibus sanctis: dum enim prophetandi, nondum natus, cepit exordium grandaeuam prophetarum omnium intelligentiam superauit. Sunt, & alie huiusce praeconiij causae, quas sequenti Laurea praestringuam.*

LAVREA XV.

Causae alie propter quas Ioannes dicitur plusquam propheta. Super id. *Etiam dico vobis, & plusquam propheta.* Matth. 11. num. 9.

66. Multi de Ioanne propheta prophetarunt.

Deus Ioannis fit propheta.

67. Digno monstrat, quem alij voce praenuntiarunt.

68. Bonis operibus prophetiae donum acquiritur, Prophetiae dono quantum ceteros excedat.

69. Prophetis sigillum, & silentium prophetis indixit.

Christus optimus maximus erat plusquam propheta: eo quod, & futura ipse vaticinabatur, & illius aduentum multi ante praenuntiauerunt. Hoc etiam nomine Ioannes fuit plusquam propheta; in quam sententiam audiendus est Chrysostrum homil. 27. operis imperfecti. *Ipsa (inquit) non solum prophetauit de Christo, sed etiam alij prophetae prophetauerunt de ipso. De ipso videlicet vaticinatus est Isaias.*

Chryso.

66

Alij prophetae de Ioanne prophetauerunt.

Vox

Isa 40. n. 3. Malach 3. n. 1.

Guillial

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, & ceteras facite semitas eius. Isaie 40. num. 3. & Malachias. Ecce ego mitto angelum meum, & prapabit viam ante faciem meam. Ibi cap. 3. num. 1. Eadem it viam Guiliardus in cap. 11. Marth. In primis (inquit) videtur alios vincere prophetas, quod hi quodammodo fuerunt ministri Ioannis, & prophetauerunt de Ioanne: Isaias de Ioanne vaticinans ait; vox clamantis in deserto. Malachias de Ioanne ait. Ecce ego mitto angelum meum. Ita ille.

Adde singularem Ioannis Baptistæ excellentiam ex eo elicitam, quod omnes prophete Dei ministri sint: vnus tamen Baptistæ Deus in prophetando minister appareat; singulari illo oraculo atque vaticinio. Ecce ego mitto angelum meum. Malachiae 3. num. 1. quapropter Chrysoftomus homil. 27. operis imperfecti. *Propheta (inquit) est, ut ipse de Deo prophetet; numquid propheta est, ut Deus de illo prophetet? dicens ecce ego mitto angelum meum. Ita Chrysoftomus: quasi Deus propheta fuerit Ioannis omnium prophetarum maximi.*

Rursus ideo dicitur plusquam propheta, quia quæ cæteri multo post venturum pronuntiabant, ipse digito demonstrat, ita Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. cap. 1. in Ioannem. *Nam propheta (inquit) venturum Christum predixerunt, hic vero venturum predicans presentem quoque demonstravit.* Et Abulensis in cap. 11. Matthæi quæst. 27. *Ioannes (inquit) plusquam propheta est, quia eum, quæ prophetauerat præcurrendo, etiam ostendendo nuntiabat.*

Malach 3. n. 1. Chryso.

Deus Ioannis fit propheta.

67

Digito demonstrat, quæ alij pronuntiauerant futuram.

S. Cyril.

Abulens.

Et S. Gregor. hom. 3. *Ioannes (inquit) plusquam propheta est, quia quem verbo dixit, digito ostendit.* Et hom. 6. *Ioannes (inquit) plusquam propheta est, quia eum, quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo monstrabat.* Adde Sanctum Isidorum Pelusiotam Epist. 33. *Hoc (inquit) nomine prophetas antecellit, quod eum quoque, qui predicabatur, in carne conspexit.* Nec non Sanctum Hilarium canone 11. *Quia (inquit) soli licuit, & prophetare Christum, & videre.*

Ad hoc adde, extitisse olim prophetas, qui vaticinandi donum meruerunt manu, supra quam dici possit, egregie operante; quibus adnumerandus est Aggeus, in cuius manu verbum Domini ided dicitur sedem posuisse, quod insignibus factis id ille meritus, & consecutus fuerit. *Factum est verbum Domini in manu Aggei prophetae Aggei 2. n. 2. notat id Cardin. Hugo his verbis. In manu bene operante data est gratia prophetandi.* Et Hieronym. ad caput secundum eiusdem prophetæ. *Notatur (inquit) quod propter bona opera tantum, qua habebat, merebatur suscipere verbum.* At Aggeus eam dotem merebatur manu propria, Ioannes vero prophetandi donum ideo accepit ultra ceterorum vatum mensuram, quia id non solum sua, sed Dei etiam manu prodigiosa merebat. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. num. 66. vnde quantum manus Domini excedit manus hominum; tantum videtur prophetia Ioannis excedere prophetias ceterorum.

S. Greg.

S. Isidor Pelusio.

S. Hilari

68

Opera bona conciliant prophetiam.

Aggei 2. n. 2. Cardin. Hugo. Hieron.

Quantum ceteros excedat Ioannes prophetia dono.

Luc. 1. n. 66.

Chryso.

terorum prophetarum, quod cum attente citatus Chrysoftomus considerasset, rupit in hæc verba. *Propheta est de Christo predicare: numquid propheta fuit, ut in utero constitutus Deum in utero cognosceret? propheta est pro merito conuersationis, & fidei prophetiam accipere: numquid propheta fuit, ut prius fieret propheta, quam homo? propheta est, beneficium à Deo accipere: numquid propheta est beneficium baptismatis Deo donare? Ita ille; quibus aperte declarat, hæc omnia citra merita liberaliter accepta fuisse ex beneficentissima Dei manu, quæ sic erat cum Ioanne, quasi cum familiarissimo, sibi quæ iunctissimo regalis sigilli secretario, per quem Deus omnium prophetarum vaticinijs sigilli auctoritatem vltimam, ac supremam iniungebat; vt acurate notat Euseb. Cæsariens. de demonstratione Euangelica cap. 10. his verbis. *Claudit horum prophetarum predicationes, quasi signum ipsius imprimens, Ioannes Baptistæ in ipsius saluatoris aduentu.* Et propter hanc vltimam supremi sigilli impressionem dicitur silentium cæteris prophetis, tamquam minoribus imposuisse: iuxta illud: *Propheta, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.* Matthæi 11. num 14. eam assignat locupletem rationem (propter quam dicitur plusquam propheta) Chrysoftomus oper. imperf. homil. 17. his verbis. *Quia alij de illo prophetauerunt, & quia fuit silentium prophetarum. Merito prophetas omnes obstupescit, qui talis, actantus fuit, vt Deo potuerit beneficia conferre iuxta verba**

Euseb. Cæsariens

69

prophetijs sigillæ, & prophetis I. I. unum imposuit.

Matth. 11 n. 14.

Chryso.

Chrysoftomi proxime ante citati.

HIC EST ENIM de quo scriptum est. *Ecce ego mitto Angelum meum antefaciem tuam, qui prapabit viam tuam ante te.* Matt. 11. n. 10.

LAVREA XVI

Eliditur opinio existimatum, Ioannem reuera fuisse Angelum.

70. *Ioannem hominem simul, & angelum plures adiudicant.*

71. *Creditur natura Ioannis assumpta hypostaticè ab Angelo.*

Refellitur hæc opinio.

72. *Aduersatur Euangelista errori futuro.*

Probatur ratione.

Argumentum Origenis.

73. *Refutatur opinio asseruens animas, ante unionem cum corpore, creatas in celo fuisse.*

74. *Cum dicitur missus, non supponitur iam productus.*

Mitti nihil aliud fuit, quam ordinari ad hoc munus.

Rationes, ob quas angelus appellatur.

NON defuerunt, qui dicerent, Ioannem natura non fuisse hominem, sed angelum vnum è choris angelicis, qui missus erat, vt assumpto corpore testimonium redderet de Christo. Horum restim ducit Origenes vsus presentis lo-

Origen.

70

aliqui erant Ioannem fuisse hominē, cō angelum.

co, quasi irrefragabili, & incō-
 cūso testimonio: ait enim Deus,
Ecce ego mitto Angelum meum. Ma-
 lach. 3. nu. 1. A firmabant itaq;
 hi authores cum Origene tomo
 5. in Ioannem, & lib. 3. Periar-
 ch. Ioannem angelum simul, & ho-
 minem fuisse, & utramquē na-
 turam in Angelica hypostasi ge-
 stasse: & si illi hoc ita expressē
 non scriptum reliquerint: asse-
 rebant enim hoc Præcursoris mu-
 nus perfectum fuisse Angelum
 assumpto corpore: quo pacto au-
 tem corpus assumpserit, phanta-
 sticē ne, ad hypostaticē, id non
 explicant. Certē, ut appositē lo-
 querentur, dicere debuissent, eū
 angelum hypostaticē naturam
 humanam adsumpsisse: hi enim
 necessario faterentur cum Ori-
 gene, Ioannem filium naturalē
 fuisse Zachariæ, in cuius nati-
 vitate tot, ac talia miracula vi-
 sa fuerint; quod si filius erat na-
 turalis, non corpus habebat phā-
 tasticum, sed verum. Deberent
 igitur asserere, assumptam fuisse
 ab eo angelo illam naturam, quā
 Zacharias, & Elisabeth genuer-
 ant, vel in utero matris eo mo-
 do quo Verbum æternum huma-
 nam naturam adsumpsit in vte-
 ro Virginis: vel postquam Ioan-
 nes natus fuerat, alioquin ille
 præcursor non esset filius Zacha-
 riæ, contra manifestum illud
 Scripturę Diuinę testimonium.
*Et tu puer propheta altissimi vocabe-
 ris, præibis enim antefaciem Domini
 parare vias eius.* Luc. 1, num. 76.

Hęc tamen doctrina utrius
 modo intellecta cum Catholica
 dissentit: eamquē, ut a Christia-

71

Credatur assumpta natura Ioannis hypostaticē ab angelo

na veritate alienam Patres ab
 initio strenuē refellerunt: San-
 ctus Cyrillus lib. 1. in Ioannem
 cap. 7. *Iam enim (inquit) rumores
 fuerunt, non natura hominem (intel-
 lige completē cum hypostasi hu-
 mana) sed de numero Angelorū Bap-
 tistam fuisse; quod inde affirmabant,
 quia scriptum est, ecce ego mitto an-
 gelum meum. Quam hæresim Euā-
 gelista futuram præuidens, mul-
 tō ante cauit, hominem, non
 Angelum Ioannem esse subscri-
 bens: ut tempori, & opportu-
 nē notavit Theophylactus in
 caput 1. Ioannis his verbis. Prop-
 terea Evangelista subuertens quorun-
 dam opinionem, qui suspicabantur, Ioā-
 nem esse Angelum, dicit, fuit homo.*
 Hoc ipsum ibi notarunt Sāctus
 Thomas, Episcopus Haymo, &
 alij: inter quos est etiam illud
 Bedæ testimoniū cap. 1. in Mar-
 cum. *Angelus (inquit) vocatur
 Ioannes non nature societate, iuxta
 hæresim Origenis, sed officij digni-
 tate.*

Conuinci etiam potest hic
 error, nam si Ioannes angelus es-
 set natura, Euangelistæ hoc non
 tacuissent. Cum ergo dicitur an-
 gelus, non dicitur, quia angelus
 esset natura, sed propter causas
 subsequētib; titulis explicā-
 das, ut ergō Euangelista Ioannes
 Ioannem Baptistam purum ho-
 minem esse significaret, cum di-
 xit. *Fuit homo missus, vocem (homo)
 sine articulo posuit, ut in Textu gra-
 eco videre est: ne homo, ut alter Chri-
 stus existimaretur, qui fuit simul Deus,
 & homo.*

Nec silentio prætereundum
 erit argumentū illud Origenis,

S. Cyri.

refellitur hæc opinio

Theop.

72

Obuiant Euange- lista errori futuro.

D. Tho. Haymo Beda.

Probatur ratiōne.

Argumentum Origenis.

quod

Argumentum Origenis.

73

Reijctur opinio cōstituta animas ante unione cum corpore, creatas in celo.

Leo primus. Concil. Brachar. D. Hier. August. Cyrill. Alexan.

quod summebat ex illo verbo
Missus. Si missus (inquit) est,
 ergō ab aliquo loco missus est:
 ergō præcessit Ioannes, antequā
 venisset in mundum, sed tunc
 non erat homo; ergō Ange-
 lus, quamquam ipse, Origenes
 solutionem aliam architecta-
 tur, iuxta eorum sententiam, qui
 credunt, animas prius in celo
 esse creatas, & inde demitti in
 corpora: & hoc responso cre-
 dit, huic dubitationi factum es-
 se satis, ut missus dicatur Ioan-
 nes, etiam si purus homo esset:
 quia de celo delapsa est anima
 in corpus, ut redderet testimo-
 nium de Christo: sed hic etiam
 error aduersatur Catholicæ do-
 ctinæ profitenti animas simul
 cum corporibus, & creari, &
 uniri. Ut liquet ex prima Epi-
 stola Leonis. 1. ad Turibium Af-
 turicensem Episcopum, & ex
 Concilio Bracharenfi. 1. capite
 6. ex Diuo Hieronymo epistola
 ad Pamachium, ex Augustino
 epistola 28. ad Hieronymum, ex
 Cyrillo Alexandrino lib. 1. in
 Ioannē. capite nono, & ex alijs
 passim. Nequē eo modo dubi-
 tationi fieret satis: nam si is, qui
 mittitur, præcedere debet in
 termino, a quo mittitur, cum
 Ioannes dicatur missus, in celo,
 prius quam mitteretur, exi-
 stere debuit, sed anima non est
 homo, nec dicitur missa; opus
 ergō esset, Ioannē fuisse prius in
 celo, ut inde mitteretur: nisi for-
 tē vellet affirmare, animā homi-
 nis esse hominē ex doctrina Pla-
 tonica, quā, ut vanā, refellit Aris-
 toteles. Cū enim hominē ex ma-

teria, & forma: nō potest dici ho-
 mo, nisi id, quod ex utraq; cōstat.
 Solutio ergō dubitationis
 hæc est: homo non dicitur mis-
 sus ex eo, quod producit, unde
 Euangelista non dicit, factum
 esse Ioannem, sed missum;
 dum verō mittitur, supponitur
 iam productus, ac natus, nec
 non ordinatus ad eius muneris
 executionem: porro ij termini
 locales fictitij sunt, atquē a-
 deo superuacanei. Illud tan-
 tum erit necessarium, ut cui ha-
 ærenus non erat iniunctum ta-
 le munus, ad id destineretur: qua-
 re mitti a Deo Ioannem, nihil
 aliud fuit, quam Ioannem a
 Deo ordinari, & parari ad hoc
 munus. Quemadmodum pro-
 phetæ dicebantur mitti, quan-
 do illis Deus imperabat, ut an-
 nuntiarent populis Dei man-
 data. Et hinc planum fit, Deum
 non misisse Ioannem, ante-
 quam genitus esset: licet in men-
 te diuina ab æterno foret decre-
 tum, id quod exequendum e-
 rat in tempore. Quando verō
 Ioanni impositum fuerit hoc
 præceptum, declarat Diuus Lu-
 cas capite 3. restat ergō inqui-
 rendum, quas ob causas Ioan-
 nes nominetur Angelus? Dicit
 aliquis, & quidem plausibili-
 tē, sicut Angeli singulares sunt,
 nec multiplicantur specie, ut
 multi cum Diuo Thoma tuen-
 tur, & videre est apud Suar. to-
 mo de Angelis lib. 1. cap. 15. nu.
 2. ita Baptistam perfectionum
 cumulo unicam esse, & prorsus
 singularē. Addet, quod sicut natu-
 ra simili non duplicatur Angeli,

74

Cum dicitur missus, supponitur iam productus

Mitti nihil aliud fuit, quā ordinari ad hoc munus.

Luc. c. 3

Soarius.

Ddd

ita

Rationes ab quas Angelus appellatur.

ita officij similitudine multi inter se conueniunt: solus tamen Baptista nouus Angelus ita officio singularis est, vt similem non habeat, & intra eandem hierarchiam solus, & singularis eluceat: accumulabit præterea, quod cæteri Angeli officio similes vitandæ confusionis causa destinguntur subiūctis nominibus vt Raphaelis, & Gabrielis iuxta illud. Ego sum Angelus Raphael. Tob. 12. num. 15. & illud. Misus est Angelus Gabriel à Deo. Luc. 1 num. 26. Ioannes verò, qui, vt est puritate Angelus, ita est singularitate phœnix, satis angeli communi nomine antonomasticè declaratur. Ecce ego mitto Angelum meum. Malach. 3. numer. 1. Tandem subiiciet, Ioannem absolute, & antonomasticè dici Angelum ob maiorem inter Angelos excellentiam, quemadmodum Roma ob præcipuam inter vrbes eminentiam dicitur vrbs, Paulusquè ob insignem, & ineffam docendi acrimoniã Apostolus absolute nominatur. Sed hæ rationes præproperè, & præmaturè redditæ hic videntur, ad alias veniamus sub illo titulo subiiciendas.

Tob. 11 n. 15. Luc. 1. n. 29.

Malach 3. n. 1.

LAVREA XVII.

Cur Ioannes dictus fuerit angelus. Super eadem verba. Ecce ego mitto Angelum meum. Matth. 11. n. 10.

- 75. Angelus propter officium.
 - 76. Dignitate Angelus.
 - 77. Angelus à similitudine. Ob sublimem angelicam vitam excellentiam.
 - 78. Angelus, quia non comedit.
 - 79. Quia castus.
 - 80. Angelorum periculum, si Dei filij vocentur.
- Ioannes, & angelus vocatur, & Dei filius.

IOANNES Angelus imprimis nuncupatur propter officium, qua etiam de causa Episcopi dicuntur angeli Apocalypsi 2. & 3. sic enim Deus sui præcursoris prouidit authoritati, vt si naturam non haberet angelicam, angeli tamen obtineret honorem: audi Diuum Gregorium Magnum homil. 7. Qui nuntiare supremum venerat, angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine, quam explet in operatione. Et Diuus Petrus Chrysologus sermone 87. Pariet [inquit] filium Elisabeth redemptionis huius nuntium, huius salutis prauium: sed ipse in nostro ordine constitutus, & angelico honore suffultus. Quo ductus argumento Chrysostomus operis imperfecti. homilia 27. Intellige (inquit) dignitatem, puto si non est audacie dicere, quod gloriosior est Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum angelus est vocatus, quam si angelus natura fuisset; angelus enim, hoc ipso, quod angelus est, non tam est virtutis premium, quam natura proprietatis: iste autem mirabilis est, quia humana natura angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit, quod non

75 Angelus propter officium. Apocal. 2. & 3. D. Greg. Mag. 79 Dignitate Angelus Chryso.

habuit

Angelus à similitudine.

habuit natura per gratiam Dei. Ita ille. Dicitur etiam angelus ex quadam similitudine; quemadmodum enim angeli à primò creationis articulo atque momento perfecta libertate, arbitrijquè integritate potiti sunt; ita penè Ioannes: nam quoad animam, infantia tempus habuit perexiguam, qui sexto conceptionis mense vsum rationis obtinuit, & prophetandi munus obiit. Rursus dicitur Ioannes angelus propter sublimem angelicam vitam excellentiam. Ita prædoctus Episcopus Abulensis Matth. 11. quæst. 29. ex aliquorum placito Vocatur (inquit) Ioannes angelus propter vite excellentiam, erat enim Ioannes talis, vt potius angelus, quam homo putaretur, quia nihil humanum patiebatur, sed quidquid in eo erat, angelicum erat. Quapropter Dionysius Carthusianus tomo. 5. de Sanctis sermone 2. Christi Præcursor [inquit] angelus nuncupatur, quia angelicam vitam duxit in terris. Quo sensu S. Ioannes Chrysostomus homil. 14. in epist. 1. ad Timoth. apud Canis. lib. 1. de corrup. Verbi Dei capit. 2. Si quis [inquit] nunc ad Ægypti solitudines veniat paradiso prorsus omnem illam videbit cremum digniorem, & innumerabiles angelorum catus in corporibus fulgere mortalibus. Deinde angeli non vescuntur, aut bibunt, quantumuis id fecisse videantur aliquando. Vnde angelus comitatus olim Tobiam dicebat. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non

Abulen.

Ob sublimem angelicam vitam excellentiam

Dionys. Carthu.

78

Angelus, quia non comedit.

potest, vior. Tobia 12. num. 19. Quid angelis similius Ioanne. de quo luculentum illud extat Christi testimonium. Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens. Matthei 11. num. 18. Quapropter Diuus Basiliius homil. de Ieiunio illius, testatur totam vitam Ioannis fuisse ieiunium, quodam, propter quod Origenes tomo 5. in Ioann. & lib. 3. Periarc. videbatur sentire, Ioannem natura fuisse angelum, & Eusebius lib. 9. demonstrat. Euang. capit. 5. perhibet, ac refert. quosdam sentientes Ioannem natura fuisse angelum: æquum enim erat, vt qui angelos meritis superabat, nature etiam dignitate, si minus quoad rem, saltem, quoad opinionem æquaret. Præterea casti æquiparantur angelis: ideoquè Deus, qui alios cælo angelos habuerat, nouos in terris angelos elegit: testor Diuum Hieronymum ita scribentem ad Eustochium epist. 22. capite 9. statim, vt filius Dei ingressus est super terram, nouam sibi familiam instituit: vt qui ab angelis adorabatur in cælo, haberet angelos in terris, nempe Virgines. Ioannes verò nouus in terris natus angelus, castitate vixit angelica, & puritate addo eximia, vt Christus loco omnium, quos ad nutum parentes sibi cælo reliquerat, hunc solum angelum præoptaret. Hinc est, quod illum Deus apertis oraculis appellat angelum. Ecce ego mitto angelum meum. Malach. 3. num. 1. Cæteros autem homines citra angelicam

Tobia 12. n. 19. Mat h. 11. n. 18. D. Basil. Origen. Euseb. 79 Quia castus. D. Hier. Malach 3. n. 1.

Ddd 2 dignitatem

Pfalm. 8. n. 6.

Theop.

80

Angelorum periculis, si Dei filij appellentur.

Ioan. I. n. 12.

Ioannes, et angelus vocatur, & Dei filius

Apocal. 3. n. 12. D. Amb

dignitatem esse commemorat Pfalmographus. *Minuisti enim paulominus ab angelis.* Pfalm. 8. nu. 6. Et sane huiusce rei ratio eruenda, & petenda est ex confimili, quam reddit Theophylactus in caput 6. Epist. ad Collo cenf. vbi fatetur, non audere se angelos Dei filios appellare, homines vero maximè: rationem, si illum repositas, profert in hæc verba. *Angelica natura altitudo, statim ad impietatem angelos precipitaret, existimantes eiusdem esse dignitatis cum Deo; in homine autem tenuitas, & humilitas munit nos, firmiterque, ne tale quiddam suspicemur.* Explico clariùs. Angeli, cum sint excellenti natura, ac Deo valde proxima, si insuper Dei filij nominentur, parum aberit quin Dij, & habeantur, & appellentur; at verò homines, vt pote natura humilii, ac fragili, quantumuis Dei filij nominentur, Dij neutiquam existimabuntur. Vnustamen Ioannes, & angelus diuino, & speciali prophetarum celebratur oraculo, & Dei filius euangelico illo, & communi cum alijs testimonio. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan. 1. num. 12. Quapropter non est mirum, Christum illum terris haberi, & existimari; qui & angelus, & Dei filius denuntiatur; in quam sententiã mirè cadit, id quod animaduertit Ambrosius to. 5. in eum locum Apocalyp. *Qui viderit, scribã super eum nomen Dei mei, & nomen meum nouum.* Apoc. 3. n. 12. *videlicet, inquit Ambrosius, vt vocetur filius Dei, sicut, & ego sum filius Dei.* Quod planè in Ioane mirificè quadrat, qui

ipsissimus habebatur Christus.

LAVREA XVIII.

Ioannes Dei angelus familiarissimus. Super eadem verba. *Ecce ego mitto angelum meum.* Matth. 11. num. 10.

81. Diuina tres persona suum esse volunt, & nominant.

Familiarissimi sunt Regi, qui coram semper esse iubentur.

82. Angelus Dei dicitur Deo benivolus.

Dignitas angelica quarta sit.

83. Ioannes Dei facies

84. Angelus perfectissima Dei imago.

ECC Ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Matthæi. 11. num. 10. Hoc loco (vt explicat hic Maldonatus) loquitur cum filio Pater Æternus, ideoque dicitur. *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.* At vero Malachie 3. loquitur ipse filius, & idcirco ait. *Ecce ego mitto angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam.* Ibi. num. 1. Vbi notare est, & Æternum Patrem, & ipsius filium Ioannem suum speciatim angelum appellasse, videntur enim tres diuinæ personæ Pater, Filius, & Spiritus Sanctus (Cuius eloquia sunt ipsæ Sanctæ Scripturæ, iuxta illud S. Cyrilli Hierosolymitani cateche. 11. *Quis est alius, qui cognoscat profunda Dei, nisi*

Matth. 11. n. 10

Malac. 3 n. 1.

81

Tres diuina Personæ suam se volunt, & nominant.

S. Cyr.

Spiritus

S. Gau

Familiarissimi Regi, qui coram se per esse iubentur.

Chryso. Autho operis imperf.

Pfalm. 131. n. 18. 82

Angelum suum Deus pronuntiat propter benivolentiam.

Euthy. Ruper. Axod. 33. n. 4.

Spiritus Sanctus cuius eloquia sunt diuina scriptura cum cæteros angelos habeant communes, de hoc solo amicè certare, & contendere voluisse. Vt enim tempestitudè notat Sanctus Gaudentius fermone 17. in dedicat. Ecclesiæ. *Vno testimonio saluatoris Beatissimus Ioannes Baptista, & Angelus, & Apostolus, & Propheta precipuus declaratur: verus enim Dei est Angelus, qui Præcursor, & nuntius Christi est.*

Porro hic angelus fuit è finu Christi, & vt illi regum familiarissimi dicuntur, & singulari donati priuilegio, qui ante Regis faciem semper adesse iubentur; ita Ioannes Christo amicissimus, & familiaritate iunctissimus; non nisi ante Christi faciem venturus annuntiatur: notat verò Chrysostomus, & author operis imperfecti, Ioannem ex singulari amicitie dono proximè ante Regis Messie faciem præiuisse, ideo ait. Malach. 3. *Mitto angelum meum.* Facit ille locus. *Petrus qui lucernam Christo meo.* Pfalm. 131. num. 17. Qui locus tum de Dauide, tum de Ioanne à patribus intelligitur. Quod si queras cum Euthymio, quare Dauide (idem interrogari, & responderi potest de Ioanne) Christum speciatim suum nominat? Respondet Euthymius ibi. *Meum ideo dixit, vt benivolentiam suam erga eum ostenderet.* Quemadmodum explicat Abbas Rupertus lib. 2. in Apocalypsim illa verba. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Apocalypsi 3. num. 4. *Nominat* [inquit]

pauca, id est, nominatos paucos penes te habes ex nomine mihi cognitos, quia incorrupta seruaauerunt corpora sua. At Ioannes cum esset angelus Christo proximior, & ante faciem semper ambulans, & ob angelicam integritatem nominatus, ex ipso nomine erat Christo Regi Regum notissimus. Ideo ait. *Ecce ego mitto angelum meum.*

Ad hæc, angelus in sacris voluminibus Dei facies aliquando nominatur; quo sensu plerique illud accipiunt. *Facies mea præcedet te.* Exod. 33. num. 15. Hoc est, ille, quem tibi ductorè præficiam, tam eximia erit excellentia, vt ex facie Deus videri, & appellari possit: ita illustrissimus Cardinalis Hugo ed loci. *In facie (inquit) intellexit Moses, aliquem simillimum Deo mitti.* Et verò Dionysius Carthusianus tractatu de venustate mundi art. 15. Hanc faciem explicat in hæc verba. *Tanta est pulchritudo, eminentia, dignitas nature angelica, vt excellentia potentia, sapientia, bonitatis, & pulchritudinis Dei plenius, atque lucentius in vno reluceat angelo, quam in omnibus simul celestibus corporibus, & mixtis.* Hactenus ille. Quod si hoc de quolibet angelo dici potest, quid de illo par est, vt dicamus, quæ Pater Æternus; quem certatim ipse Filius suum appellat angelum. Quod si quilibet angelus dicitur facies Dei, ed quod immensa pulchritudine referat Dei faciem, quanta quaeso cum potiore ratione dicendum id erit de Ioanne? Cuius sanctitas Sanctimo-

Malach. 3. n. 1.

Dignitas angelis a quanta sit

Hugo Cardin.

Diony. Carthu.

83

Ioannes Dei facies.

D. Dio. Arcopa.

84

Angelus perfectissimus Dei imago.

Dan. 7. n. 10.

Malach 3. n. 1.

niam cæterorum omnium infinito prope preit interuallo.

Quod si quilibet angelus, vt scribit D. Dionysius Areopagita lib. de cælesti hierarchia. Clarum est, ac perspicuum diuini luminis speculum. Angelus (inquit ille) est imago Dei, manifestatio occulti luminis, speculum clarum, clarissimum, immaculatum, incoinquatum, totum (si conueniens est dicere) suscipiens in se pulchritudinem omniformis Deiformitatis munda, resplendere faciens in se bonitatē silentij. Ita ille. Quam queso clarum, quā nitidum, ac perspicuum diuini luminis manifestatorem Ioannem, par est, vt appellemus? Ille reuera fuit manifestatio occulti luminis, ideo à Deo missus, vt omnes crederent per illum: ille dubio procul speculum clarum, imò clarissimum suscipiens in se pulchritudinem omniformis Deiformitatis, ad eò expresse, ad eòque ad viuum, vt hominum oculos falleret, vt Christus, & Messias pene ab omnibus crederetur. Ideoq; inter tot millia Angelorū, quos Deus semper habet ad manum, de quibus illud. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebāt ei. Daniel. 7. num. 10. solus Ioānes Dei Angelus antonomastice appellatur. Ecce ego mitto Angelū meum. Malach. 3. num. 1. Pende, si fortè Rex, tot urbium Dominus, tot oppidorum, inter loquendum ita pronuntiaret, mea vrbs, vel meum oppidum, qualis, & quanta inter vrbes, & oppida excitaretur contentio, quāta de honore preoccupādo foret

concertatio? Ita mecum ipse cōfidero, cum Deus illud efformat. Ecce ego mitto Angelum meum. Malach. 3. num. 1. videor videre cōtendentes omnes vniuersum choros Angelicos à summo ad infimum, quinam inter innumeros sit tam felix, vt Dei Angelus sit æstimandus. Certè ego sic existimo, hunc à Deo Angelū terris electū fuisse loco omniū, quos ad nutum ministrantes habebat in cælo: hoc insinuat illis verbis D. Petrus Chrysologus serm. 89. Cum Deus nasceretur in carne, Ioannes Angelus est generatus in terris, vt ita officia terrena officijs se cælestibus miscerent. Sicut humanis se diuina miscerant, & in terra Deo Angelus, diuinus ordo cælestis obsequij nō deesset. Vbi expende vltima verba, quæ inauunt in eo vno Dei Angelo diuinum ordinem cælestis obsequij repræsentatum fuisse.

D. Petr. Chrysol

LAVREA XIX.

Ioannes Angelus ex eo quod animas ad Christū pertraxerit. Super eadem verba. Ecce ego mitto Angelū meū. Matth. 11. num. 20.

- 85. Angelus, quia animas ad Christum allicit.
- 86. Id Angelicum ministerium est, imò ipseus Dei. Cavendum à superbia ob excellentiam muneris.
- 87. Adamus Deus eduxit in lucem in statu gratia.

88. Ada-

Malach 3. n. 1.

D. Greg

Mat. 11. n. 3.

85

Angelus, quia animas ad Christum traducit.

Luc. 3. n. 4.

ad Hebr. 1. n. 4.

Theoph

- 88. Adamus vltimo creat Deus, ne se Dei adiutorem iactet.
- 89. Cavendum vitium presumptionis in concionatore.
- 90. Concionator Dei adiutor.
- 91. Multa Christus edidit miracula, vt animas pauculas lucretur. Quam apposite animas Ioānes præparabat.

ECCE ego mitto Angelū meū, & præparabit viā ante faciem meam. Malach. 3. nu. 1. Hoc insigni vaticinio Verbum Diuinum Præcursorem Ioānem pollicetur, se præmissurum, scire autem est, quare angelum appellet? Ego sic existimo Angelum propterea nominari, quod hortando, & prædicando Christo vēturo viam præparet, & adornet. Ducem habeo, & patronum huiusce opinionis magnum Gregorium homil. in illud. (Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?) Malach. 1. vbi sic loquitur. Vnusquisquē nostrum, si exhortari proximū ad bona opera curat, profectō Angelus existit. Ioannes autem hortabatur ad pænitentiam, illud iterans, & ingeminans. Dirigite viam Domini, rectas facite semitas eius. Luc. 3. num. 4. Porrò illud Angelis est proprium, animas à sceleribus ad virtutes traducere, à dæmonis, ad Dei seruitutem reuocare. Nō nē omnes (inquit Apóstolus) sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Ad Hebr. 1. num. 14. vbi præclare admodū Archiepiscopus adnotauit Theophylactus. Considera [inquit] hic, angelicum esse in ser-

uire saluti mortalium: imò ipseus etiā Christi, proinde haud venit negligendum huiusmodi ministerium. Ita ille.

Quin etiam, quemadmodum angeli Dei censentur adiutores, ita hoc angelicum munus eò dignitatis euehit, vt Numinis instituat adiutores, Apostoli testimonio suffragante. Dei adiutores sumus. 1. Corinth. 3. num. 9. Id verò quantæ sit excellentiæ indicat hac animaduersione Theophylactus. Neq; ideo superbi nos attolli oportet. Quod ideo Theophylactus subiunxit, quia veritas est, ne ex tanti prærogatiua muneris concionatores nimio plus efferrentur. Quod in Adami opificio Deus olim cavit, extulit illum in lucem, in statu gratiæ, vt non Theologi modo, duce Diuo Thoma 1. p. quæst. 95. a. 1. vt verò similis affirmant, sed Patres etiam, inter quos est Diuus Dionysius de cælesti hierarchia cap. 3. Diuus Ireneus lib. 3. contra hereses cap. 20. D. Chrysostomus homil. 8. & 9. in Genesim, & complures alij, tum ex Græcis, tum ex Latinis; ne tamen superbiæ vento sublati Adamus euanesceret, eum non nisi die sexto nouissimum rerū omnium procreauit Genes. 1. n. 27. Si roges, cur non potius omnium primogenitum produxerit? Respondet egregiè. Procopius his verbis. Ne gloriaretur, & se quasi iactaret cooperatorem Dei. Eodemque modo nos hic philosophari possumus. Est ergò hoc munus ad eò gloriosum, vt non leui cautione opus sit concionatoribus, quò iactantiæ periculum

86

hoc est angelicum, imò Dei ipseus ministerium

1. Corin 3. n. 9. Theoph

Cave dicitur esse deus ad ex elementa minoris

D. Tho.

D. Dion.

D. Iren.

D. Chry

87

Adamus Deus eduxit in lucem in statu gratia

Procop

88

Adamus vltimo Deus creat, ne se Dei cooperatorem gloriatur.

Ddd 4

deuient.

denitent.

Rupert.

Quærit Abbas Rupertus lib. 1. de Trinitate cap. 13. in Exodum, quorsum mittente Deo Moysen legatum ad Pharaonem, Moyses ipse oblectatus, ait. *Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem? & educam filios Israel ex Ægypto?* Exodi 3. num. 11. Deo verò rogante, ac deliberante. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Isaiæ 6. num. 8. Isaias ipse auscultans exilit, & rumpit in illa verba. *Ecce ego, mitte me.* Ibidem. Cur semet offert alter, alter se se furatur operi? Hauri animo, & excipe auribus responsum Abbatis Ruperti. *Cum quis ad hoc vocatur ab Spiritu Sancto, ut mittatur contra Pharaonem, id est, contra diabolum, scilicet, ut aliquo fungatur ministerio salutis animarum, sic inter hos, viam teneat regiam, ut videlicet, nec nimius sit dicendo. Quis ego sum, ut eam; nec importunus vociferando, ecce ego, mitte me; nã hinc pertinacia, illinc presumptionis cauendum est vitium.* Hæc ille. Pendo hæc extrema verba, quæ concionatoriam dignitatem attollunt sub sidera, quam Moyses modestè recusat, ne à Deo ingentem gloriam citra meritum sibi videatur indignus arrogare, neudè Deo præsumat adiutor accedere, qui se putabat indignum, vt à Deo adiuuaretur.

Exod. 3. n. 11.

Isai. 6. n. 8.

Rupert.

89

Cauendū præsumptionis vitium in concionatore.

D. Bern.

Cæterum Deus, qua est in nos clementia, omnibus horis hortatur, vt & sibi inde lucrum, & nobis gloriam aucupemur. Audi Bernardum sermone 18. in Cantica, expendentem, quot horis paterfamilias suæ vineæ studiosissimus in forum venerit.

Ex hoc [inquit] paterfamilias operarios inuitat ad opus, quando iam senserit, sic omnia preparata, vt absquẽ multo suo ipsorum labore gloriari, & dicere queant, quoniam coadiutores Dei sumus. Hæc Bernardus. Ipse verò Christus hac in re exempli faculam prætulit: sic enim pro duobus tantum alliciendis, & ad suam cognitionem reuocandis, laborauit, sudauit, miraculaquẽ expendit, quasi multa millia animarum inde esset aucupaturus. Vinculatus iam Baptista discipulos duos miserat ad Christum; vt aspectu, auditione, admirationeque nouarum rerum ad ipsius amorem fidemquẽ pertraherentur, vix accesserant, cum Christus beneficentiæ thesauros repãdit, & varia accedentibus Ioannis legatis ostendit miracula. *In ipsa autem hora multos curauit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.* Luc. 7. num. 21. Quæ omnia cum mentis oculis collustrasset Chrysofomus operis imperfecti homil. 29. *O misericordia [inquit] Christi, omnia faciebat, vt paucorum animas lucraretur.* Nouerat enim, & laborauerat Christus, vt nos id ipsum cognosceremus, nimirum, quam inenarrabilis pretij, vel vna sola habenda sit anima: quapropter idem Chrysofomus homil. 3. super 1. epistolam ad Corinthios. *Et si [inquit] immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si vnã conuerteris animam.* Ioannes verò non conuertebat solum, sed ita preparabat, vt in eis Deus, velut in magnificis regijs, ac palatijs noua de-

90

Concione tor Dei adiutor.

Luc. 7. n. 22. Chryso.

91

Multa Christus edit miracula, vt per paucas animas lucraretur.

Chryso.

libutus

D. Hier.

Quã appofite Ioannes animas preparabat.

libutus voluptate deambulare: quapropter Diuus Hieronym. lib. 1. in Matthæum cap. 3. *Animas [inquit] credentium preparabat, in quibus ambulaturus erat Dominus, vt purus in vijs purissimis ambularet, dicens Leuitici cap. 26. Habita- bo in eis, & inambulabo.*

LAVREA XX.

Ioannes, & angelus ostenditur in Christi obsequia præfestinus: & vltra humanam sortem virtutibus ascendisse probatur; ex eo, quod angelus appelletur.

92. *Reliqui Angeli Christum natum venerantur, hic ante eius ortum.*

Homo cum esset, angelus dicebatur.

93. *Præcauit Euangelista, ne natura Angelus existimeretur.*

94. *Angelus, quia rerum temporalium alienus.*

95. *Gratiæ donis plusquam Angelus.*

Malach. 3. n. 1.

HAud exigua laus Baptiste est habenda, quod inter tot angelorum millia singularis Dei perhibeatur angelus. *Ecce ego mitto angelum meum, Malach. 3. num. 1. si, cur id factum sit, interrogas? Ex eo, opinor, quod cæteri angeli Deum humanos artus indutum adoratum, quidem venerunt, sed non nisi post Christi natiuitatem Apostolo testificante. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre dicit, & adorent eum omnes ange-*

li Dei. Ad Hebræos 1. num. 6. Solus hic angelus, antequam Deus nasceretur, eum reuerenter adorauit, quod exaggerat Dionysius Carthusianus serm. 3. de Baptista. *Ioannes [inquit] in ventre matris etiam corporali quadam motione, & inclinatione reuerentiam regi altissimo Christo exhibuit.* Quapropter Deus illum pleno ore vocat angelum, nec quemlibet, sed singulari quadam excellentia, & autonomasia vocat angelum suum; vnde Chrysofomus homil. 27. operis imperfecti. *Christus [inquit] Ioanni diuinã contulit gratiã, & supra quã videbatur, erexit, vt qui homo erat, angelus diceretur.* Ad hæc, illud mēti tuæ altè in sit, Baptista hoc loco Dei angelum fuisse dictum, ac si alij sint aliorum angeli custodes, solusquẽ Baptista Dei sit angelus custos. Et sanè Ioannem natura fuisse angelum non pauci putarunt, de quibus supra, ijquẽ grauissimã humane nature iniuriam intulerunt, quia homo non ad angelicam solum dignitatem, sed ad Dei vsquẽ æstimationem ascendere potuit in Ioanne. Eorum deliberationi, seu potius delirationi obuiam it Euangelista, hominem testificans. *Fuit homo missus à Deo.* Ioan. 1. num. 6. Hominem nominat. vt scias, non esse angelum, quod egregiè pendit Diuus Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioannem cap. 7. his verbis. *Rumores fuerunt, non natura hominem, sed de numero Sanctorum Angelorum Baptistam fuisse, ac humano corpore usum, predicasse.* Ita Cyrillus. Nec mirum, si ille, qui vitam

Ad Hebr. 1. n.

Cartuh.

92

Cæteri angeli Christi iã natum, hic, ante quã nascatur, adorat.

Chryso.

Homo est epet, angelus dicebatur.

Ioã. 1. n. 6. D. Cyr.

93

Præcauet Euangelista, ne natura Angelus existimeretur. Hic error refutat Tolentus annot. 22. 1. Ioannis.

viuebat

Theop.

94

Angelus, quia sermo fuit expertus huiusmodi necessitudinum.

Psal. 8. n. 6.

Chryso.

95

Gratia plusquam angelus.

Salmer.

viuebat angelicam, angelus crederetur, quare Theophylactus in Matth. cap. 11. Angelus, inquit, uocatus est, propter angelicam vitam, ac ferme nature expertem. Vbi expendo illa uerba (ferme nature expertem) nam cum humana natura paulisper infra angelicam a Deo conditore Opt. constituta fuerit, iuxta illud. Minuisti eum paulo minus ab angelis. Psalm. 8. n. 6. Baptistaque ultra humanam forte parumper ascenderit, quis Baptistam angelum dubitauerit appellare? Vel, si mauius illum non angelum, sed hominem appellare: illud defendas oportet, eundem, si minus natura angelus extitit, gratia extitisse plusquam angelum, unde Chrysostomus homil. 27. in Matth. Gloriosior (inquit) est Iohannes, qui angelus meruit appellari, quam si nomine, & natura angelus fuisset. Hec Chrysostomus. Enim uero, ut notat Salmeron tomo. 2. in Euang. hist. tractat. 21. Dicitur Angelus, ut eius celestis uita, & angelica potius, quam humana designetur.

LAVREA XXI.

Iohannes ob Angelicos mores angelus nominatur. Super eundem locum. Ecce ego mitto Angelum meum. Matth. 11. num. 10.

- 96. Angelos stupore commouit. Eorum aciem multa luce excuperat.
- 97. Angelus ab Angelo nominatur.
- 98. In eo tantum aspectus carnis.

99. Minimus inter Angelos, quam pulcher sit, & excellens. Angelus, quia supra terram eleuatur.

100. Paruulus uenenosos serpentes in eremo non extimuit.

NEC angelicam vitam uixit utcumque Iohannes, sed ad stuporem angelicum: ita colligo ex Diuo Bernardo serm. de excellentia Baptistae, tomo 2. Latantur (inquit) angeli, & utriusque natura uniuersitas deminatur hominem, sic ingressu abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, ut ipsam reuerberet aciem angelicae puritatis. Vbi praenotandum ante alia, uerbum illud (reuerberet) quia ille caeteros angelos tanto uicerat splendore puritatis, ut ipsum intueri uix possent, quin conuincerent. Hinc est, quod angeli illius conceptionem, ac natiuitatem festiue denuntiant; Querit Diuus Petrus Chrysologus sermone 88. quare Baptistae conceptio, ac natiuitas non nisi ab angelo annuntiat illo oraculo. Apparuit ei angelus Domini. Luc. 1. num. 11. Respondet Chrysologus in haec uerba. Ut esset angelus ore angeli, sancta delatus in uiscera. Auget hanc opinionem illud Christi Domini. Venit Iohannes non manducans, neque bibens. Matth. 11. num. 18. nam angeli cibo utantur inuisibili, unde Chrysostomus homil. 27. sub exordium tomo 2. Iohannes (inquit) specie homo, gratia angelus, quia nihil carnis erat in eo, nisi uisus solus. Et Theophylactus paulo ante citatus in cap. 11. Matth. An-

D. Bern.

96

Stuporem iniecit angelis.

Eorum aciem multa luce excuperat.

D. Petr. Chrylo.

Luc. 1. n. 11.

97

Angelus ab Angelo nominatur.

Matth. 11. n. 18. Chryso.

Theop.

gelus

98

Nihil carnis in eo, nisi sola uisio.

D. Greg. Nazian.

Malach. 3. n. 1.

multiplex Christi cum Iohanne si militudo.

Luc. 1. n. 76. Matth. 16. n. 16

99

Minimus inter Angelos, quam pulcher sit, & excellens.

gelus (inquit) uocatus est propter Angelicam vitam, ac ferme materiae expertem. Similiter, & Sanctus Zenone sermone de natiuitate Iohannis. Anus (inquit) peperit Angelum, Virgo Deum: quis est iste Angelus, frater, nisi Iohannes Baptista. Talem quippe decebat, ut foret is, quem Deus angelum sibi proximum efformauerat; Angelicam naturam, ut loquitur Diuus Gregorius Nazianzenus orat. natiuitate. Fecit Deus, sibi ipsi cognatam, & propinquam naturam. Cum ergo Deus Iohannem angelum fecerit, & nominauerit, iuxta illud. Ecce ego mitto angelum meum Malach. 3. n. 1. cerne quam sibi quoque fecerit similem, quam sibi proximum effinxerit: Angelum fecit, & quidem suum, qui a suo latere, quoad fieri posset, non discederet, suum fecit, & praecursorem. Praebis enim antefaciem Domini. Lucae 1. num. 76. suumque fecit esse similitudine; alij enim dicebant Christum esse filium Dei uiui, ut Petrus Matth. cap. 16. num. 16. Alij dicebant illum esse Iohannem Baptistam, addeo erant conformes, de qua similitudine egimus Curru 4. num. 13. & Curru 6. a num. 133. Certè de minimo angelorum ita scriptum reliquit Sanctus Bernardinus sermone de Angelis. Minimus angelorum existens in uita aeterna est decies pulchrior anima, quam unquam fecerit Deus, excepta anima Christi, & Virginis gloriose. Quod si minimus angelorum supra mortalium animas decuplam habet excellentiam, quam quæso, par est habuisse credamus eum an-

gelum, quem Deus suum appellat? Ecce ego mitto angelum meum. Malach. 3. num. 1. de quo Euthymius Matth. 11. Iohannem angelum suum Deus nominauit, quasi angelicam degentem vitam, eo quod supra terram eleuabatur, ac celestia sapiebat. Planè angelum (inquit Hieronymus aduersus Luceferianos) qui post materni uentris hospitium eremi deserti sectatus paruulus de serpentibus ludit, qui oculis spectantibus Christum nihil aliud est dignatus aspicere. Quo circa Honorius serm. de natiuitate. Ioan. Baptistae ait de illo, propter angelicam excellentiam, dictum fuisse a Christo Domino. Non surrexit maior. Quanta, inquit, ueneratione Sanctus Iohannes sit dignus, declarat nobis in Euangelio Dominus. Internatos, inquit, mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Omnibus sanctis maior affirmatur; solis angelis equiparatur, unde, & angelus non immerito appellatur.

LAVREA XXII.

Iohannes plusquam angelus. Super eundem locum.

- 101. Aperit os, quod Angelus clausit. Iosue Angelus, ob magnitudinem uirtutis.
- 102. Diuina Apostoli auctoritas supra angelos.

Angelus, qui se spectabilem Zachariae Iohannis patri dedit, illi usum linguæ interdixit. Eris tacens, & non

poteris

Angelus, quia supra terram eleuatur.

Malach. 3. n. 1. D. Hier.

100

Eremita paruulus ludit serpentibus.

Luc. 1. n. 20.

D. Hier.

101

Apericos, quod angelus clauserat.

Exo. 33. n. 2.

Iosue angelus, ob magnitudinem virtutis.

Tertull.

Galat. 1. n. 8.

102

Divina Apostolis auctoritas supra angelos.

poteris loqui. Luc. 1. num. 20. Iohannes tamen Angelus fuit, & quidem beneficentior, nam quam alter angelus vocem abstulit, hic restituit, vt egregie notavit D. Maximus serm. de Iohanne. Os (inquit) quod angelus clauserat, promissus ab angelo filius referavit. Maior ergo extitit Angelus, quandoquidem maius contulit beneficium: Angelum Deus olim pollicitus est Moyfi, qui praeursor esset in terra promissa. *Mittam praecursorem tui Angelum.* Exod. 33. n. 2. Hic angelus ex mente Tertulliani erat Iosue, qui populum ad promissae regionis possessionem vsque ductavit, Angelusque nominatur ob angelicas virtutes. *Angelum quidem cum dixit* (inquit Tertullianus lib. 3. adversus Marcionem cap. 16.) *ob magnitudinem virtutum quas erat editurus.* Et verò si Moyfi praeursor Iosue in terram promissam angelus extitit, quid mirum videri debet, Iohannem praecursorem Christi fuisse plusquam angelum. Ad haec, D. Paulus semet angelis non dubitat anteferre, ait enim. *Licet nos, aut angelus de celo evangelizaverit vobis, praterquam, quod evangelizaverimus vobis, anathema sit.* Ad Galat. 1. num. 8. Pende verba (*licet nos, aut angelus.*) Ecce angelum sibi postponit ordine, ac si tacite loqueretur, & diceret, re ipsa angelo sum multo maior, qui legati Dei maiestate perfungor, & Evangelicam auctoritatem praefero, qua eò dignitatis, ultra angelicam, attollor, vt non in homines modo, sed in angelos etiã anathematis sententiam ferre

valeam: vnde Cardinalis Caietanus cum ad has anathematis minas, ad hanc angeli postpositionem adgereret, ad eum ipsum locum. *Si queris (inquit) auctoritatem divinam, in promptu est Evangelium habens divinam auctoritatem, utpote ab ipso Verbo Incarnato immediate traditum: Evangelica ita auctoritate supra omnes Apostolos, & Angelos existente utitur.* Et hinc argumentum vires capit haud mediocres, nam si Evangelica praedictio Paulum extulit supra angelos; planè ultra archangelos ascenderit Iohannes, qui primus non modo seuit Evangelium, sed ipsum Evangelij auctorem etiam primus cecutientibus adhuc mortalibus indigitavit.

Caietan

A M E N D I C O
vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. Matth. 11. num. 11.

LAVREA XXIII.

Ioannes ideo caeteris omnibus maior, quia Christo par estimatur.

103. *Propter sanctimoniam Sanctus Sanctorum creditur.*

Videtur cum Deo in comparatione venire potuisse.

Christo vicinior, quam caeteri.

104. *Communes cum Christo prerogativas vendicat.*

Ciceronis

Guerr.

103

Propter sanctitatem sanctus sanctorum creatur.

Lytanus

Videtur in comparationem cum Deo venire potuisse.

Damia.

HO C argumentum ita proprium est huius loci, vt citra piaculum neutiquam potuerit praetermitti. Itaque, quantumvis de hac re non semel obiter dictum sit, addenda sunt insuper aliqua, quae hoc argumentum collocupletent. Quod fit in primis planum ex celebri illa legatione, & interrogatione, vtrum Iohannes esset Messias, nec ne. Iohannis 1. num. 20. Vnde Guericus Abbas sermone 1. de Iohanne Baptista. *Iohannis [inquit] tam magnifice sanctitas effloruit supra modum aliorum, vt crederetur Sanctus Sanctorum.* Et hinc est, quod in Evangelio dicitur. *Non erat ille lux, sed, vt testimonium perhiberet de lumine.* Iohann. 17. Quærit eo loco Lyranus, cur Evangelista illum esse lucem, hoc est Christum, neget? Respondet, id iure negasse, quia multa dicta erant de Baptista, quae illi Messiae conciliare possent auctoritatem. *Ex hoc (inquit Lyranus) quod Evangelista dixerat de Iohanne tot magnifica, posset aliquis credere, quod eius adventus sufficeret ad salutem generis humani, sicut, & de ipso multi sunt opinati, ipsum esse Christum propter excellentiam suae sanctitatis.* Quae verba, si rectè ponderentur, nescio, quid altius eius laudes ascendere possint. Cum hoc convenit id, quod acutè dixit Damianus sermone de Baptista, Deum scilicet, qui calamum mouebat, & mentem dirigebat Evangelistae, Iohanni Baptistae voluisse praeponi, negando illum esse lucem, non erat ille lux, vt nimirum intelligere-

tur, talem ac tantum fuisse Iohannem, vt pene cum Deo, in comparationem venire potuerit. Vnde etiam aliqui dicebant, Christum esse Iohannem Baptistam. Matth. 16. numer. 14. Audias Damianum sermone 2. de Sancto Iohanne. *Beato viro se non indignatur in comparatione praepone, vt inueniatur homo apud Deum promeritorum excellentia, quasi locum comparationis habere.* Concordat ite sententia Cardinalis Toleti, qui eandem reddit rationem negationis illius. *Non erat ille lux.* Iohann. 17. *Admiranda profecto (inquit) sanctitas Iohannis, vt Christus putaretur.* Tantus enim virtutum omnium cumulus efflorescebat in Iohanne, vt illum homines Deum, non hominem esse crederent. *Tanta (inquit Augustinus tomo 10. sermone 2 1.) in illo excellentia erat, tanta gratia, vt ipse putatus sit Christus.* Quare Salmeron tomo 2. Evangelicae historiae tractatu 22. *Magna [inquit] Et inenarrabilis Iohannis laudatio, & commendatio, ex his verbis depromitur: nam talis, ac tantus ab omnibus est habitus, vt opus fuerit, Evangelistam exprimere, ipsum non esse Messiam.* Vnde idem Augustinus sermone 23. *Quisquis (inquit) Iohanne plus est, non tantum homo, sed & Deus est.* Quare Ambrosius sermone 65. *Præcellit (inquit) cunctis, eminent uniuersis, antecellit prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis ex muliere est, inferior est Iohanne.* S. Hilarius insuper homilia 1. in festo Baptistae. *Itaque (inquit) in tantum luce sanctitatis esultat, vt*

Matth. 16. n. 14.

Toletus

Iohann. 7. n. 7.

Messias creditus.

August.

Salmer.

August.

Ultra omnes proximior Deo

Ambro.

* Eadem verba habet Divus Augustinus infra laudandus

Amacari
Fortun.

104

Communes habet
cū Christis
30 prerogativas.

non tam Christi nuntius pararetur esse, quā Christus. Hinc est, quod communes habet cū Christo prerogativas, communes laudes: ideoquē Amacarius Fortunatus in libello de ordine antiphonarum capite 59. agens de festo Præcursoris. Antiphona (inquit) *quæ excerpta sunt in presenti festiuitate de Esaiâ propheta, Christi IESV propria persona conueniunt; sed quia Ioannes Baptista Præcursor eius fieri meruit, & ex ventre matris sanctificari, conueniant ei antiphona, Dominus ab utero, &c.* Quē admodum verò Ioanni eadem cum Christo antiphonæ conueniunt, ita eadem in multis prerogatiuæ, ijdem tituli quadrāt; quare tanto cæteros omnes anteit, quanto Christo it proximo.

LAVREA XXIII.

Eiusdem argumenti confirmatio.

105. Ciceronis, & Demosthenis laus Ioanni competit.

106. Darij Regis mater Ephesionis aspectu fallitur, sic Hebræa Respublica Ioanne decipitur.

Ioannes, & Christus flosculi.

107. Vter pulcher esset, populus dubitabat.

D. Hier.

DIVVS Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum refert celebre apophthegma, quod Romæ Ci-

ceroni dicendi gloria florenti dictum fuit in hæc verba. *Demosthenes tibi praripuit, ne esses primus, tu ille ne solus.* Vterquē enim vicissim collatus ad alterum gloriam sibi inuicem præripiebat: tantum quippe ingenij flumen adfuit Ciceroni, dicendi tanta vis, tantaquē copia, vt oratoria facultate Græcorum oratorum Principem Demosthenem crederetur adæquasse; ac proinde illum fraudasse gloria singulari principis oratorum. Nam vbi Tullius summam in eo genere laudem meritus, & consecutus est, iam non vnus tantum oratorum princeps orbe terrarum dicebatur extitisse, sed duo: quorum alter impedire gloriam videretur alterius: nam qui prior extitit, causa fuit, ne qui posterior aduenit, primi gloriam obtineret. Rursus secundus effecit, ne qui eatenus summa laude fruebatur, ea deinceps solus potiretur: ad rem igitur Ciceroni dictum est. *Demosthenes tibi praripuit, ne esses primus, tu illi, ne solus.* Quod quidem (si licet in magnis, exemplis vilibus vti) & in Christum accommodari posset, & in Ioannem, si conferantur inuicem: vterquē enim summam eximie sanctitatis famam in Hebræa republica promeritus; vterquē pro Messia reputatus est, possetquē apophthegma in Christum ita efferri. Baptista tibi præripuit, ne esses primus habitus pro Messia, tu illi ne solus: testis hominum opinione pares.

105

Ciceronis & Demosthenis laus Ioanni, et Christi adaptata.

Ad

106

Mater Regis Darij Ephesionis aspectu fallitur. Et Hebræa Respublica Ioanne decipitur.

Valerij Maxim.

Ioan. 1. n. 21.

Salomonis sapientiam discernendo anigmata.

Ioannes Grithse.

Ioannes, & Christus flosculi.

Isai. 11. n. 1.

Theod. Studit

Ad hæc Matrem Regis Darij inuifit aliquando Alexander Magnus Ephesione, quo utebatur amicissimo, comitatus. Ecce tibi illa primum honorem dicit Ephesioni, Alexandrum rata: cui Alexander. *Non te peniteat, inquit, mater, sic Ephesionem honorasse, nam & hic Alexander est.* Ita refert Valerius Maximus lib. 4. Quod si magnificus Ephesionis apparatus decepit reginam: at Baptistæ, quod plus est, insolitus virtutum splendor ita fefellit Hebræos, vt illi diuinos honores iam iam exhiberent, nisi ipse vetans occurreret; *non sum ego Christus.* Ioan. 1. num. 21. Ad hæc adde, quod Regina Saba duos florum ramulos, fictum alterum; alterum verum, vndiquē simillimos coram Salomone diiudicandos proposuit. Quid sapiens? Cubili vnâ cum aliquot apibus iubet includi: apes hinc illuc volitantes, tandem relictis fictis ad veros flores aduolarunt: quod perhibet Ioannes Grithsch Basiliensis Theologus, ordinis minorum. sermone 47. Ita planè Christo simul, ac Ioanni accidit, Christus enim flos erat iuxta illud. *Egreditur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Isaiæ 11. num. 1. Ioannes item flos erat, ita appellat Sanctus Theodorus Studites orat. de Natali Sancti Ioannis. *Ioannes, inquit, filius Zachariæ, & Elisabethæ admirabilis; exortus est flos præcedens Christi aduentum, in modum legis, & gratiæ apparens.* Et de his duobus floribus anima

sancta loquitur, cum ait. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Cantic. 2. num. 12. vt videre est apud Ghislerium Expositione 4. Tanta verò erat similitudo inter Ioannem motanum, ac Christum Nazarenum florem, vt difficillimè liquere potuerit, vter esset verus, tanta enim erat similitudo, vt Pharisæi Ioannem censerent esse Christum: Herodes iudicaret, Christum esse Ioannem. Opusquē omnino fuerit cælesti ædipo, & Dei Patris voce cōtestante. *Hic est filius meus dilectus.* Matth. 3. num. 17.

107

Anceps Hebræus populus, vter pulchrior. Ghisler

Matth. 3. n. 1.

LAVREA XXV.

Ostenditur Ioannes ex Patrum testimonijs Sanctorum omnium primus. Super eundem locum. *Non surrexit maior Ioanne Baptista.* Matth. 11. num. 11.

108. Patrum testimonia.

Ioannes excellentia hominum.

109. Humanorum fugit mensuram meritorum.

Deus est, qui Ioanne plus est.

110. In locum Luciferi cooptatus.

111. Propter humilitatem magnos experitur prouentus.

IOANNEM Christo parem ab omnibus habitum, & ea, quo paulò ante di-

Eec 2

xi,

dixi, & quae mox dicenda sunt, fatis approbant: subiungo ergo Patrum testimonia Baptistam omnium maximum comprobantia; & colloco ante oculos Patrum grauisimorum lumina, & quasi triariorum militum aciem ab hac parte praelian-
 Theod. Sudit. 108
 Patrum testimonia.
 Petrus Damia.
 August. Ioannes excellentia hominum.
 S. Hilar. 109
 Humano riu fugit mensura meritum.
 S. Augu

trium. Stat hinc, in primis Sanctus Theodorus Studit. sermone de Baptista apud bibliotheca scriptorum Ecclesiasticorum tomo de Sanctis. Id (inquit) quod est maximum, sortitus est, prater omnes. Stat. Diuus Petrus Damianus sermone de Baptista, dum eum super omnes homines, angelosque itatuit. Sic (inquit) nouem angelorum ordinibus est insertus, ut etiam ad Seraphim apicem transferatur. Stat Augustinus in Psalm. 29. p. 2. Nihil (inquit) maius exitit in genere humano, si quaras excellentiam hominis, Ioannes est. Intellige tamen puri hominis, nam hominis Dei excellentia maior est. Stat Diuus Hilarius homilia 1. de Baptista. Meritum (inquit) inter conseruos nulli secundus esse creditur, cui solus Dominus antefertur. Et iterum ibidem. Dum (ait) nemo illi esse maior ostenditur, datur intelligi, quod Ioannes humanorum fugit mensuram meritum. Stat Sanctus Cyrillus lib. 2. thesauri cap. 4. Non maior, inquit, inter natos mulierum tempore dicitur, sed virtutis sublimitate, qua ad eos peruenit terminos, ad quos natura humana peruenire potest. Stat Sanctus Augustinus serm. 4. de Baptista his verbis. Si inter natos mulierum non surrexit maior, quisquis Ioanne plus est, non

tantum homo, sed & Deus est. Stat Diuus Bernardus sermone de Baptista. Considera (inquit) mansiones regni caelestis, solumque Ioannem videbis omnibus alijs prepositum. Stat Chrysostomus homilia 27. operis imperfecti tomo 2. Omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior. Stat denique Ambrosius sermone 54. Ioannes, inquit, cuius magnitudine Saluator testimonium perhibet, praecellit cunctis, eminet vniuersis, antecedit prophetas, & quisquis de muliere est, inferior est Ioanne. Eandem sententiam locupletat Diuus Bernardus sermone de priuilegijs Baptistae. Leuentur, inquit, omnes viribus meritum, & prerogatiuis ante consistorium maiestatis exultent, non erit tamen, qui ad Beati Ioannis Baptistae priuilegium audeat aspirare. Hinc Bernard. ser. eodem de priuilegijs Baptistae. Quid (inquit) vis amplius, de nullo dici potest, quod dictum est de Ioanne.
 Hinc fit, ut Ioannes substitutus putetur in Luciferi locum, cathedramque supremam Empyreii, sic Franciscus Mayronius apud Barradas tomo 1. lib. 8. capite 4. Collocatus (inquit) fuit in throno Luciferi Baptista, quin etiam Gerson tractatu 4. in Canticum Deiparae. Videtur (inquit) Ioannes Baptista primus post Mariam positus in ordine Seraphinorum loco Luciferi. Et iure optimo post Solem, & Lunam Lucifer est primus amplitudine radiorum. Accedit Pater Salmeron tomo 7. in Euangelia tractatu 22. numero 10. Dum (inquit) populo existimante, quod ipse esset Chri-

S. Bern.

Deus est, qui Ioanne plus est

Chryso.

Ambro.

D. Bern.

110

In locum Luciferi cooptatus

Francis Mayro.

Gerson

Salmer. 111

Eo euectus propter humani litatis meritum.

stus,

stus, recusavit tantum honorem ob hoc humilitatis meritum a Domino pronuntiatum est. Non surrexit maior Ioanne Baptista, & siquid dandum est coniecturis in locum, & sedem Luciferi, qua si perstitisset, assequutus fuisset, assumptus est. Ad tam sublime meritorum, ac virtutum omnium culmen euectus est. Quapropter si Diuus Hieronymus Epist. ad Lucilium. Capisse (inquit) multorum est: & ad culmen peruenisse paucorum. Quanto cum maiore Ioannis encomio dicere poterimus. Adspirasse multorum fuit; ad locum Lucifero designatum accessisse, solius Ioannis.

D. Hier

LAVREA XXVI.

Declaratur nomenclaturis extraordinarijs.

- 112. Ioannes, & Christus par pari sibi vicissim reddunt.
- 113. Ioannes a communi regula se iungitur.
- 114. Solus Ioannes plus ultra permeat.

Ioannes, utpote omnium maximus non communibus alijs sanctis titulis, sed singularibus explicari solet. Enim vero solus Ioannes Baptista specialiratione, ac iure dicere potuisset. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi Cantic. 2. num. 16. In Ioanne enim, & in Christo hoc videtur adimpletum, ut ex equo alter alterius nomini, authorita-

Cant. 2. n. 16.

tique videretur deseruire. Ea est mens Abbatis Guerrici sermone 4. de Baptista. Ioannes (inquit) IESV, & IESVS Ioanni; Ioannes IESVM predicat, & Ioannem IESVS commendat, par pari redditur. Vbi maturatione cogitatione ponderanda sunt illa verba (par pari) cum enim laus, & commendatio extrinseca sit, & tota pendeat ab hominum existimatione; cumque Baptista Christo par haberetur, par pari referre censebatur. Et certe si amicitia pares aut accipit, aut facit, ut loquitur Diuus Hieronymus in cap. 7. Michae, cum Christus, & Ioannes vicissim forent amicissimi, necesse erat, ut sibi inuicem par pari referrent: ut enim amicorum est idem velle, ac idem nolle; ita eorundem est, illud idem, quod sibi volunt, & amicis velle: audias Dionysium Carthusianum tomo 5. de sanctis sermone 4. de Sancto Ioanne Baptista. Amicorum est eadem velle, & nolle, sincera, speciali, ac seruida dilectione mutuo affici, ita ut unus cupiat, & procuret bonum alterius, item sua secreta sibi inuicem communicare, libenter, & iucunde conuincere, se ipsos sibi mutuo impartiri. Ita se mutuo impertiebant reciprois tum laudibus, tum affectibus Ioannes & Christus.

Hinc fit, ut Ioannes Baptista (utpote omnium maximus) non communibus, & vulgaribus theorematibus accipiatur; exempli gratia, cum Christus dicit. Non inveni tantam fidem in Israel. Matthaei 8. numer. 10. Haud intelligitur de

Guerrici Abbatis.

112

Ioannes, et Christus par pari vicissim reddunt.

D. Hier.

Dionysius Carthusianus.

113

Ioannes & Christus communibus regulis excipiuntur.

Ecc 3

Ioan-

Ioanne Baptista, haud de Deipara, quorum dubio procul fides, & prestantior erat, & illuminatior: iuratum habes testem episcopum Abulensem ad eum locum quæst. 35. *Non intelligitur* (inquit) *hoc de Virgine matre Christi, nec de Ioanne Baptista, nam erant persona insignissime, non includende sub tali generalitate. Quemadmodum enim Virgo Sanctissima communibus regulis excipitur, ita precursor dignissimus (qui post Deiparam proximior Christo locum in cælo habet) exceptus quoad fauores, & honores debet intelligi.* Vnde Salmeron tomo 2 in Euangelicam historiam tract. 21. expendens illud. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Ioan. 1. num. 6. *Et* (inquit) *hic, post verbum, descriptus est, ita in libro vitæ proximus Christo post matrem, qua in filio intelligitur, merito scriptus putatur.* Merito ergo cum cæteris diuis procul à Christo statuta sit, & præfixa priuilegiorum meta, dictumque sit, non plus ultra. Soli Ioanni Baptiste datum est, ire plus ultra, & proximè Christum accedere, ultra Patriarchas, ultra Prophetas, ultra Apostolos, ultra Euangelistas, ultra Angelos: vsurpa auribus Cardinalem Petrum Damianum sermone 1. de S. Ioanne Baptista. *Ioannes Patriarcha? imo Patriarcharum finis, & caput. Ioannes propheta? imo plusquam propheta. Ioannes Angelus? sed, & inter Angelos electus, Salvatore testante, qui dicit. Ecce mitto Angelum meum; Ioannes Apostolus? Sed & Apostolorum primus, & princeps, quia fuit homo missus à Deo. Ioannes Euangeli-*

sta? Sed & Euangelij primus messor, predicans Euangelium Regni Dei. Ita ille. Et S. Theodorus Studites orat. de Natali S. Præcursoris apud Lipomanum tomo 3. O beate Ioannes, qui maximorum es propheta maximus, qui es primorum primus inter Apostolos: qui es martyrum martyr excellentissimus, qui speciosissimi sponsi es amicus dilectus.

LAVREA XXVII.

Ioannes rursus omnium sanctorum maximus. In eundem locum. *Non surrexit maior Ioanne Baptista* Matth. 11. num. 11.

- 115. *Ioannes omnibus positivè maior.*
Post Christum, & Mariam Sanctissimus.
- 116. *Nullus celo par alteri.*
- 117. *Quo Christo Sancti plus accedunt, eo sanctiores.*
- 118. *Concluditur. Ioannem sanctitatis apicem extitisse.*

Quod Iannes dubio procul omnium sanctorum maximus habendus sit, palam innuit Ecclesia, in anniuersaria Diuorum omnium celebritate, ubi dignitatis ordine responsoria dicantur, Deo primum, secundum Deiparam, tertium angelis, quartum Ioanni præcursori: quod non faceret Ecclesia, nisi probè intelligeret, Ioannem cæteris omnibus Ecclesie militantis esse longè maiorem. Ergo,

Matth. 11. n. 11

Eccl. 9.

115

Ioannes omnibus positivè maior.

Euthy.

Post Christum, & Mariam Sanctissimus.

Hilari.

S. Bona.

D. Tho.

D. Hier.

Chryso.

cum dicit Christus. *Non surrexit maior Ioanne Baptista.* Matth. 11. num. 11. Non ita intelligendum est, ut nullus sit Ioanne maior, sed ita, ut ille sit maior omnibus. Hanc sententiam appellat Ecchius communem homilia 6. de Baptista. *Locum* [inquit] *suum habet communis doctorum sententia, Ioannem Baptistam inter omnes sanctos post Christum & Mariam esse sanctissimum.* Quod eo loco sequutus est etiam Euthymius his verbis. *Christus Ioannem maiorem prophetis predicavit, ac uniuersaliter omnibus maiorem hominibus.*

Ne quis tamen contendant esse quidem maiorem, sed negatiuè, ut loquuntur Theologi, hoc est, nullum illo extitisse unquam maiorem, quod sensisse videtur Sanctus Hilarius homilia 1. de natiuit. Sancti Ioannis; ubi ita loquitur. *Dicens inter natos mulierum, non eum summis priorem, sed primis pronuntiauit aequalem.* Et Sanctus Bonaventura in Luc. cap. 7. ubi ita fatur. *In illis verbis inter natos mulierum, aequalitatem tantum insinuat significari.* Et Sanctus Thomas in cap. 11. Matth. ad illa verba. *inter natos mulierum, qui etiam pro hac parte laudat Diuum Hieronymum: nequis, inquam, hanc terat viam, obuiat communis Theologorum doctrina, quæ docet sanctorum merita, ac præmia in cælo inæqualia esse, ut late probat Doctor Petrus Canisius lib. 1. de corrupt. Verbi Dei cap. 9. à 9. Quid verò.* Obuiat, & Chrysostronus tomo 2. in Matth. homilia 27. operis imperfecti, ex eo quod credat,

nullum cælo parè alteri posse reperiri. *Puto* (inquit) *quod omnes sancti quantum ad sublimitatem diuini iudicij inuicem sibi aut inferiores sunt, aut priores, ex quo intelligimus, quoniam, qui maiorem se non habet, omnibus maior est.* Magna laus, quod nullus Christo sit sanctitate proximior: hinc Sanctus Theodorus Studit. vir, admirandus apere, & sermone, ut appellat Cardinalis Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis, orat. de Baptista apud Bibliothecam homil. priscorum Ecclesie Patrum tom. 4. in festo eiusdem. *Et prophetis* [inquit] *& Apostolis alijs omnibus reuera prior est magnus præcursor, illis quidem ut sequens; his verò ut præcedens.*

Quod ut intelligatur, aduertendum est, sanctos omnes, & in veteri, & in noua lege, quod Christo totiùs sanctitatis fonti propinquiores sunt, eò esse sanctiores. Quærit Abulensis 4. Reg. cap. 4. quæst. 55. *Cur magnus Elias, ut puerum exanimem ad vitam reuocaret, prius semel, bis, & ter orauit. Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum, & exaudiuit Dominus vocem Elia.* 3. Reg. 17. num. 20. Cum tamen Eliseum Eliæ discipulum satis fuerit ad similem pueri resurrectione, bis tantum orasse 4. Reg. 4. *Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incurruuit se super eum, & calefacta est caro pueri; at ille reuersus deambulabat in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit su-*

116. Nullus celo par alteri.

Theod. Studit.

117

Sancti, quo Christo proximiores, eò sanctiores.

4. Reg. 4. n. 35.

3. Reg. 17. n. 20

ibi. n. 35

per eum, & oscitavit puer septies, aperuitque oculos. Ibi num. 35. ubi Abulenſis queſt. 51. in textus explicatione ſuper illa verba. Et aſcendit, & incubuit ſuper eum, & oſcitavit puer. Iſtud (inquit) fuit in ſecunda vice: nam bis oravit pro ſuſcitatione iſtius pueri, & in ſecunda vice ſuſcitatus eſt puer. Subiūgitq; ſubinde cauſam ad rem noſtrā non parum facientem. Fortè (inquit) Deus reputabat Eliſaum maioris meriti quā Eliam, & hoc communiter apparet in viris ſanctis ſecundum ſucceſſionem ſæculorum, quia ſemper viri ſancti iunioris ſæculi excellentiores erant in virtute, & opere miraculorum. Quo argumento conficitur, Ioannem Baptiſtam fuiſſe omnium maximum, cum fuerit omnium nouiſſimus, Chriſtoque iunctiſſimus, ſi cum veteris legis Patribus conferatur. Qui erat ultimus ordine [inquit Sāctus Theodorus Studit. orat. de Baptiſta] maior dignitate extitit. E contrario verò, ſi cum heroibus ſequentis ſæculi comparatur, Chriſto etiam proximior apparet, ex eoquē principio maior: quod oſtendo ſequenti titulo.

LAVREA XXVIII.

Eiuſdem argumenti proſecutio.

119. Cum ſequentibus comparatur. Primus videt, & prædicat Regnum caeleſte.

120. Il Chriſto proximior.

Illi ſanctitas pene originalis.

121. Archidux noui teſtamenti.

Viriusquē legis terminus. 122. Theſaurus noua ſanctitatis, & antiquæ. Teſtimoniū Ioannis pondus.

IOannes cū ſequentibus collatus eſt etiam cæteris omnibus prior, Chriſtoq; vicinior, vnde meritò dicitur à Chryſoſtomo ſermone 91. Euangelij ſibula, in qua nimirum totum eſt, quidquid in cingulo decoris eſt: hæc ſibula connectit antiquæ ſanctitatis apicem cum nouæ perfectionis cumulo: fitquē mons altiſſimus, cæloquē æquatus: quapropter inter omnes prior Ioannes exclamat. Appropinquauit regnum calorum. Matth. 3. num. 2. Quod dictum magnus Hieronymus magnæ Ioannis laudi vertit. Primus Baptiſta (inquit) regnū calorum prædicat, ut præcurſor Domini hoc privilegio honoretur. Vnde Haymo Epicoſopus Albertatenſis Ioannem appellat exordium Euangelij, ſic enim ait in cap. 1. Lucæ. Ioannes, qui gratia Dei dicitur, Euangelium ſignificat. Ioannis natiuitate celebrata, noui teſtamenti eſt inchoata ſublimitas. Ideoque regno, ac regi ſummo it propinquior, & inter anteeūtes, ac ſequētes ſpectabilior. Quomodo (inquit Sāctus Theodorus) qui præit, rex procedens ex regia habet primum præcedentes quosdam, qui ferant virgas, & quosdam, qui ſceptra geſtant, poſtremum autem quendam maiori dignitate præditum, poſt quem ſtatim Rex apparet nullo interiecto, ſic mihi cogita in ſolo vniuerſorum rege Chriſto Quærit Chyſoſtomus homil. 27. operis imperfect. quænam ſit

Chryſo 119

Cæſerur cū ſequentibus.

Matth. 3. n. 2. Hieron.

Haymo

Regnū calorum primus videt, ac prædicat.

Theod. Studit.

Chryſo.

illa

Malach 3. n. 1. Matth. 11. n. 10

120

Chriſto proximior.

Guerric

Sanctitas illi pene originalis.

D. Petr. Damia. Cyrill. Hieroſ.

Tertul.

121

archidux noui teſtamenti.

Viriusq; legis terminus.

D. Petr. Damia.

illa Baptiſte laus eximia? Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Malach. 3. num. 1. Matth. 11. num. 10. omnes enim prophætæ ante faciem Chriſti promiſſi fuerunt? Ad hoc ille tale reſponſum reddit. Omnes [inquit] prophætæ ante faciem Chriſti tranſmiſſi ſunt. ſolus autem Ioannes ſic miſſus eſt ante faciem Chriſti, ut pene cū ipſo Chriſto veniret: quantum præ cæteris prophætis Ioannes in tempore iuxta Chriſtum, tantum iuſtitia præ illis proximior erat Chriſto. Vnde etiam Guerricus ſermone 1. de Ioanne. Omnino (inquit) Saluatori proximior erat, qui ſanctitate pene originali auctoritate baptizandi ante mortales alios ei propius accedebat. Hæc de cauſa dicitur à D. Petro Damiano ſerm. de Baptiſta. Ioannes Patriarcharum ſinis, & caput; ſinis vtiquē præcedentium, caput autem ſub ſequentium, à D. Cyrillo Hieroſolymitano in Catechiſmo. Archidux noui teſtamenti. A Tertulliano lib. 5. contra Marcionē cap. 2. Terminus vtriuſquē legis, ſicut enim Deus ſe terminū poſuit abſolutiſſimum vtriuſq; naturæ diuinæ, & humanæ, ita quodammodo Ioannem terminum vtriuſquē legis nouæ, & veteris. Chriſtus (inquit ille) terminum in Ioanne ſtatuens inter vtrūq; ordinem deſinentium exinde veterū, & incipientium nouorum. Vt nimirum & antiquæ legis gloria rutilans in varijs Patribus, ac prophætis, & nouæ ſanctitatis ſplendor in varijs ordinibus mirificè radians in vno Ioanne plenè coaleſcerent. Quapropter Diuus Petrus Damianus ſermone 2. de

Sancto Ioanne admiratus ita in eius laudes effunditur. Ioannes itaque humanorum limes eſt meritō, quantumcumquē enim Apoſtolicæ ſematus excellat auctoritas: quantumcumquē vel Patriarcharum fides in diuina agnitione proficiat, vel Prophetarum oracula ad reſeranda arcana mysteria conualeſcant: quantumlibet cerè cumuletur triumphantium gloria martyrum: quantumuis effloreat vernans pudicitia Virginum, vel in verbis vite ſe exerceat lingua Doctorum; citra metam Ioannis omnia cohibentur, nihilq; virtutis humanæ nihil religionis, nihil perfectionis ultra progreditur. Ita ille.

122

Veteris. & nouæ ſanctitatis cumulus.

LAVREA XXIX.

Firmatur vltorius eadem theſis, Ioannem ſcilicet, extiſſe Sanctorum omnium maximum.

123. Nemo ad eius meſuram gloria aſcendere poteſt.

Natura humana non poteſt ultra aſcendere.

124. Ioannis, & Chriſti laudes ſimiles putantur.

Aliorum laudes longè ſuperat.

125. Maximus inter omnes.

Varia teſtimonia.

126. Inter natos mulierum Chriſtus non continetur.

127. Virginis, mariyris, ac Doctoris titulo decoratus.

128. Nec Euangelista cum eo comparandus.

AD

AD hęc præclara testimonia de Ioannis sanctitate æte omnes maxima, addo alia Patrum loca grauisimorum tum Græcorum, tum Latinorū. Græcorum in primis laudandus Sanctus Gregorius Nazianz. orat. 21. Ioannis supra omnes excellentiam non diffitens. *Ei* (inquit) *qui inter natos mulierum omnes superauit.* & orat. 39. idem penè repetit. Item orat. funebri Athanasij. *Qui* (inquit) *super omnes inter natos mulierum existat.* Ad do Cyrillum Alex. lib. 1. in Ioannem cap. 21. vbi ita loquitur. *Ioanne igitur Christo cedente necesse est, neminem sanctorum ad mensuram eius glorie posse ascendere.* Et lib. 2. Thefauri scribere audet exaggeratione incomparabili, Ioannis sanctitatem eo ascendisse, quò humana natura gratiarum cumulis ascendere potuit. *Sanctus* (inquit) *Ioannes Baptista, maior inter natos mulierum, virtutis sublimitate dicitur, qua ad eos peruenit terminos, quò natura humana peruenire potest.* Auger Emcomiaficā laudationem. Procopius comment. in Isai. cap. 40. *De quo, inquit, his verbis loquitur Saluator; ille erat lucerna ardens, & lucens, vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Est enim iustitia Sol, & vera lux Christus. Nequè est, quod utriusque differentiam inuestigare, vel cum alia conferre, [quantumlibet illa hominum sapientia, & luce abundet] posse putemus.* Vbi notanda sunt illa verba. *[Nequè est, quod utriusque differentiam inuestigare posse putemus]* quibus verbis eo Ioannis extolluntur encomia, vt à Christi laudi-

bus scerni vix posse putentur. Ex quo fit consequens, Ioannem omnes alios Sanctos quantumuis magnos sanctitatis excellentia longissimè superauisse. Ideo enim subiungitur. *Nequè est, quod utriusque differentiam cum alia conferre posse putemus.* Ac si dicat, ex alijs sanctis nullum, nequè cum Christo, nequè cum Ioanne in comparisonem venire posse. Ideoquè Simeon Metaphastes Sanctorum omnium facile principem, ac maximum nuncupat. Audiamus illum in Encomio de exportatione Magni Præcursoris apud Lipomanum 1. part. *Eo duce, inquit, utentes, qui inter natos mulierum est maximus.* Vide pro hac parte Sanctum Basilium Magnum homilia 15. ex varijs locis Matthæi, & Sanctum Ioannem Chrysoctomum homilia 38. in Matth. Metaphrastes etiam apud Lipomanum commento de Sancto Ioanne. Vbi hæc inter alia. *Quod nulla mulier eo maiorem pepererit, inueniet, qui velit veritatem dicere, si illius viuendirationem, si illius mensam cogitet, si excelsam illius mentem; tamquam enim, qui è calo venisset, sic terram obibat.*

Venio iam ad Patres Latinos, eosquè refero, quos postea legendo obuio habui: restim ducat August. sermone 21. de Sanctis ex quò desumpsit Ecclesia homilia 4. quā legit in natiuit. B. Ioann. vbi ita scribitur. ** Præcedit ceteros, & minet vniuersis, antecellit prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne. Simil-*

Aliorum laudes longe superauit.

Simeon Metaph

125

maximè inter omnes.

D. Basil. D. Chry. Metaph.

D. Aug

** Eadem penè verba supra laudant ex Ambrosio libro 24. huius Curus.*

lima

D. Amb
D. Max
Varia te
simonia.
D. Petr.
Chrysol
D. Chry
Matth.
11. n. 11
Idem.
Idem.
126
Christus
non inclu
ditur in
ter natos
mulierū.
D. Chry
Theop.

lima verba repetit Ambrosius sermone 65. quem supra laudauimus, vbi subdit hæc alia. *Dicit fortasse aliquis, si inter natos mulierum, maior est Ioannes, numquid maior est Saluator? Absit, Ioannes enim natus mulieris, Christus autem Virginis natus est.* Adiungo calculum Diui Maximi homil. 3. in natiu. Ioann. *Hic est [inquit] qui iudicio celestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur.* Nec non Diui Petri Chysologi serm. 174. *Merito* (inquit) *in natis mulierum cunctis maior est hic Ioannes.* Adde latinis Chrysoctomum homilia 30. in Matthæum in illa verba. *Qui autem minor est in Regno Calorum, maior est illo.* Matth. 11. num. 11. vbi Apostolis, & alijs omnibus Chrysoctomus anteponit Ioannem. Propterea, quod cum illū maiorem omnibus Christus dixerit, & se solum exceperit, simul, ac se tantum exclusit, incluse ceteros, quis inficiabitur? quod verò se solum excluderet, asserit citatus Chrysoctomus in hæc verba. *Verum cum dixerit in natis mulierum, distinguebat sepebatquè se ab hac comparatione, nam si ex muliere natus est, sed non sicut Ioannes, nec omnino nature hominum lege, sed inaudito quodam, ac mirabili partu.* Appareat inter Latinos, & cum magistro Chysostomo testificetur idem Theophylactus eius discipulus in cap. 11. Matth. *Confirmatione, inquit, hoc asserit, quod non sit quisquam Ioanne maior: dicens autem, mulierum, se ipsum excepit, Christus à Virgine natus est non muliere virum passa.* Et animaduertamus obiter illam iuris regulā.

Exceptio firmat regulam in contrariū
Cū igitur Christus se ipsum excipit, negatiuam illam propositionem [non surrexit maior] firmavit omnimodè auxitquè, & roborauit. Accedit suffragium Sancti Bonauent. in sermone 2. de Sancto Ioanne, ita scribentis. *Tāta excellentia fuit beatissimus Ioannes, vt plena lingua dici nequeat. Quis enim sic totus Sanctus, sic omni tempore vitæ suæ conuersatus? Sic à Deo commendatus, vt Præcursor hic maximus.*

Nec te fugiat testimonium Sancti Laurentij Iustiniani ita scribentis orat. de Sancto Ioanne, *Omnibus virtutibus cum esset insignis, à Christo promeruit laudem. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: merito nemo in natis mulierum dicitur maior, qui fuit mente, & corpore Virgo: passione martyr: Doctor prædicatione: ex reuelatione vates: conuersatione Sanctus: imitatione Angelus. Humana prorsus transcendere videtur merita, dum commendatur à Christo.* Nec lateat S. Petrus Damianus eloquentiæ habenas laxans in hæc verba serm. 1. de Sancto Ioanne. *Ad extremum subinfertur, quod terrena excedat, transeat calum, ipsumquè, verticem Angelicæ dignitatis attingat.* Inter natos, inquit, mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. *Quid vis amplius? De nullo dici potuit, quod dictum est de Ioanne. Non opponas mihi Euangelistam inter ceteros Apostolos magis dilectum, non Apostolorū Principem omnibus antelatum, non vasa electionis ad celi tertij secreta translatum. Nec Apostolicus splendor audeat occurrere Præcursori, quia iam omnes*

D Bon.

D. Laur Iustinia

127

Fuit Virgo, Martyr, Doctor.

D. Petr. Damia.

128

Nec Euāgelista cū illo comparandus

ist

isti adolescentiæ metas exceſſerant, cū à veritate dictum eſt Ipter natos mulierum non ſurrexit maior. Conſidera manſiones Regni, & uniuerſum ordinem generationis obambula, ſolumq; Ioannem tam nouis, quam veteribus videbis eſſe prælatum. Haſtenus Damianus.

Ex testimonijs haſtenus adductis, facile erit intelligere, S. Ioannem non negatiuè ſolum, ſed poſitiuè etiam cæteris ſanctis fuiſſe maiorem. Quod aduerſus nouatores propugnat ſtrènuè Doct̃or Petrus Caniſius lib. 1. de corruptelis verbi Dei cap. 9. Nā cum Chriſtus ait Matth. 11. non ſurrexiſſe maiorem Ioanne Baptiſta, ſi antecedentia, & conſequentia attentè perpendimus, eſt hoc dictum quoddam Epiphonema, epilogusvè ſuperiora claudens, quibus Ioannes impèſè, & eximiè commendabatur. Extulerat eum Chriſtus propter fidei, & conſeſſionis veræ conſtantiam; propter vitæ aſtiritatem, propter docendi, & prædicandi munus, ideo eum prophetam, & pluſquam prophetā, imò; & angelum a Malachia prædictum appellauit. Indequè cōtinuò descendit ad ea verba. Amē dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierū maior Ioanne Baptiſta. Ineptum planè, frigidumquè, & abſurdum foret hoc de Chriſto ſentire, hac verborum aded accumulata amplificatione vnam tantum ſignificare voluiſſe prophetiæ excellentiam. Itaque dū prophetam, & pluſquam prophetā, & angelum, nec quemlibet, ſed inter alios maximum, atq; præ-

ſtantiſſimum facit, diuerſa, & dixit, & intelligi voluit: ac veluti gradatione quadam ſenſim ad maiora acceſſit, vt illum, quem tot modis celebrauerat, veluti in culmine virtutis, ac ſanctitatis demum collocaret. Nam non ſatis eſſe putauit, Ioannem ex officij ſui ratione prophetam, & pluſquam prophetā dicere: ſed, vt incomparabilem illius ſanctitatem comprobaret, iuſiurandum adhibuit, & indubitanter aſſeuerauit, Ioannem non ſolum reliquis, poſt hominū memoriā, mortalibus non eſſe inferiorem, ſed & maiorem neminem haſtenus prodixiſſe. Quo circa, infert citatus Doct̃or, non tantam Chriſti verba peruerſè accipiunt, ſed etiam de Ioannis virtute, & gloria palam detrahunt, qui hanc ſupremam laudem ad ſolum prophetiæ munus reuocant, nec extendi volunt ad vitæ Ioannis perpetuam, & alijs nō communicatam innocentiam, tantæq; virtutis, & ſanctitatis prerogatiuam, quantum omnibus in hunc uſque diē admirari facilius ſit, quam imitari. Cōfirmat porrò hanc noſtrā ſententiam angelus, qui Ioannis laudes patri Zacharia commemorans, ſimpliciter illum vocat magnum coram Domino, neq; ſolum in eo commēdat officium, ſeu miniſterium, per quod multos filiorum Iſrael ad Deum conuerteret, ſed & de ſingulari vitæ eius ſanctimonia, deq; gratia Spiritus Sancti copioſè, & maturè illi adſutura prædicit. Quod autē dicitur, & erit magnus coram Domino, non ad corporis, ſed ad animæ, ſimulquè virtutis magnitudinē etiam Ambroſius refert in 1. cap. Lucæ. Et rectè notauit Procopius Ga-

Canisig

Petrus Canisig

Ioannes maximus nō in ſolo dno propheta præbatur.

*LAVREA XXX.

Ioannes primus Regni cælorū, prædicator.

- 129. Primus regni cæleſtis concionator. Chriſtus in regno cælorum minor Ioanne.
- 130. Ioannes maior, quia primitus Euangelium diſeminat.
- 131. Iacobus maior, quia prius ad Chriſtum vocatus. Maior Chriſto, quia prius prædicat, & baptizat.
- 132. Durum eſt pubertatem præferri ſenio.

DE violentia, quam cælo intulit Ioannes penitens, & penitentes alios inferre docuit, dicemus Matthei 3. ſub exordium, dum tractabimus de penitentia: nunc verò ex eo Ioannem dilaudamus; quod, & Euangelicam penitentiam, & regnū cælorum primus ostendit. Ergò hæc etiam laudis prerogatiuam [de qua iā diximus curru 3. Iaur. 31.] Deus Ioanni præcurſori ſuo chariſſimo impertiuit. Primus Baptiſta (inquit Hieronym. in c. 3. Matthei) regnum cælorum prædicat, vt præcurſor Domini hoc priuilegio honoretur. Fuit porrò opus hoc aded laudabile, vt exinde Ioannes vitæ ſuæ exordia duxiſſe dicatur; inde enim dies Ioannis ſacer textus enumerat. A diebus Ioannis Baptiſta regnum cælorū vim patitur. Matt. 11. n. 12. In eo autē munere exequēdo ſic Ioannes effloruit famæ

D. Hier.

129

Primus prædicator regni cælorum.

Eff celebri.

zæus, de ſcriptura more magnum prædicari eum, qui virtutem in omnibus ſedulò conſectetur, ac ſeruet. Itaq; malum hominem nullum rectè magnum dici poſſe: cū ſcriptura conſuetudo veter, hanc magnitudinem, ſeu excellentiam malis attribueret: Moſen verò, & Ioannem hoc titulo celebrari, quod verè magni, & ſingulari virtute præditi eſſent. Tanta porrò virtute, & tā eximia ſanctitate Ioannes effloruit, vt & interiore ſanctitate cæteros omnes antecuerit, & exteriori veneratione, æſtimationeque ipſo etiam Chriſto Domino maior fuerit. Vnde Chriſtus illum in cōparationem ſecū adducens ait, Ioannē in regno cælorum, (hoc eſt, in Eccleſia) ſe ipſo maiore eſſe, opinione ſcilicet, & æſtimatione hominū: ac rursus ſe, (qui minor æſtimatur) abſolutè, & ſimpliciter eſſe maiore; vtrūq; euidenter expriment illa verba. Qui autē minor eſt in regno cælorū, maior eſt illo. Matt. 11. n. 11. Vbi, inquit Caniſius citatus, ſe ipſum cū Ioanne conſert, & minor videri vult, ſicut erat, ætate videlicet, multorūq; opinione. Vide Chryſoſtomū in breui enarrat. ſuper Matt. c. 11. meritò igitur D. Maximus hom. de S. Ioanne Baptiſta. Hic eſt, inquit, qui iudicio cæleſtis ſententiæ cū etis mortalibus antefertur, dicente Domino. Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.

QVI AVTEM MINORE EST in regno cælorum, maior eſt illo. A diebus autē Ioannis Baptiſta vſq; nūc regnū cælorū vim patitur. Matt. 11. n. 11. & 12.

Matth. 11. n. 11

Ioannes ætate, & opinione hominum maior Chriſto.

D. Max

celebritate, vt Christo maior haberetur: quo pacto intelligenti est effatum illud Christi Domini: *qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo*, hinc num. 11. vbi regnum cælorum pro militante, terris Ecclesia ponitur: in qua minor ad sp̄ciem Christus est, re ipsa tamen Ioanne longè maior. Querit Card. Caietanus ad hunc locum, quare se in regno cælorum, seu in Ecclesia Christus dicit minorem? Respondetq; id quidem factum fuisse propterea, quod Ioannes fuit in eo maior Christo, quia prius euulgauerit regnum cælorum; priusq; baptizauerit. Prius (inquit) predicator regni cælorum fuit Ioannes Baptista, sicut etiam pater primus baptis- mi; IESVS autē fuit secundus in vtroq; & propterea dicitur maior in regno cælorum: secundus enim minoritatem à primo sonat.

In hac sententiam inquiritur, cur Iacobus filius Zebedæi maior in Ecclesia habetur, & nominatur; Iacobus verò Alphæi vbiq; minor appellatur? Respondet Abul. in caput 10. Matt. quest. 33. Dicitur [inquit] maior ratione vocationis; quia iste fuit prius vocatus ad discipulatum; quam ille. Quemadmodū verò Iacobus filius Zebedæi propterea maior appellatur, quia prior fuit Christi discipulus, ita etiā Ioannes Baptista propterea maior in Ecclesia militante habitus fuit, quā Christus (esse enim re ipsa maior non potuit) quia prior interris prædicandi, & baptizandi munus exercuit. Tantum enim vbiq; valet antiquitatis ratio, & ordo ætatis.

vt propterea Christus hominum æstimatione Ioanni antiquiori postponi sponte sua voluerit. E contrario verò est ad eum aduersū, & repugnans rationi minores maioribus anteferri, vt necesse fuerit: Isaac sanctissimum alioqui patriarcham, oculorum vsu fraudari, ne dolore contabesceret, dum minorem filium Iacobum, Ezau antiquiori prælatum repente cerneret, Caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Genes. 27. num. 1. cæcitatē causam Oleastrum si roges, reddet pulchram in hæc verba; quia senex egre ferret, minorem maiori præferri, voluit enim prius Deus excacare.

Tandem aduerte, Ioannem ita fuisse primum in prædicando Regnum cælorum ore, vt extiterit etiam primus in prædicatione operis, & exempli: quod notauit Diuus Augustinus sermone 65. de tempore his verbis. *Ioannes Præcursor Domini locutus in eremo, & agresti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum suauitatibus pascitur. Poterat utique iuxta Iordanem positus piscium sibi exhibere delicias: sed penitentiam prædicaturus, rigorem ieiunij exemplo suo magis debuit, & factis ostendere, quam voce.*

I O A N N E S
Baptista surrexit à mortuis,
& propterea virtutes
operantur in illo.
Mar. 6. n. 14.

LAV-

Christus in regno cælorum maior Ioanne

Ibi. n. 1

Caietan

130

Ioannes maior, quia prius predicat Euangelij regnum.

131

Iacobus maior, quia ad Apostolatū prius vocatus.

Abul. f.

Maior Christo, quia prius predicat, & baptizat.

132

Iuniorē præferri antiquiori, intolerabile est.

Genes. 27. n. 1.

Oleastr.

August.

LAVREA XXXI.

Ioannis: quanta cum Christo fuerit similitudo.

133. Idem animus in Christo, & Ioanne viuit.

Viuus creditur Christus, post mortem Christus creditur Ioannes.

134. Ambo admirabiliter nati. Datum illi nomen nouum filij Dei.

135. Vnigenitus, & primogenitus, vt Christus.

Eadem ætate decedit.

136. Generationem, & mortem aliquantulum habuit similem.

Multo ante prænūtiatus, vt Christus.

137. A Sibylla etiam prædictus. Multifariam similis.

138. Humilitatis via ad hos deuenit titulos.

139. Honor humilitati respondet.

140. Vt Christus eisdem, quibus descendit gradibus, ascendit.

141. Gloriam aspernari admiratione dignum.

Mirabilis Ioannis cū Christo similitudo, ad eum, vt Christus crederetur esse Baptista, ita creditur Herodes, cum Christi miracula inaudisset. *Quem ego decollauit Ioannem, ipse surrexit à mortuis* Matth. 14. n. 2. itaque eadem anima in duobus Baptistæ, ac Christi corporibus habitasse credebatur ab Herode, vt explicat Caietanus, & Iansenius apud Barrad. to. 2. lib. 9. c. 26. atq; hoc pacto Ioannes pro Christo mortuus, in Christi pec-

Matth. 14. n. 2.

133

Eadē anima in Christi, et in Ioannis pectore habitasse creditur.

tore æquē cū Christo hominum opinione viuebat, vtq; equis omnino passibus procederent, Christus pro Baptista, & Baptista pro Christo habebatur vicissim; quare Salmeroni tom. 4. p. 2. tract. 8.

Quantus (inquit) fuerit Ioannes Baptista, illud ostendit, quod viuus creditus fuerit Christus; vbi verò mortuus est, ipse Dominus Iesus creditus fuit Ioannes Baptista, à morte suscitatus.

Huius tã magne similitudinis inter alias illa mirabilis apparet conuenientia, quã indigitat Ambrosius ser. de Baptista. *Ambo (inquit) mirabiliter nati, lucerna, & dies: vox, & verbū.*

Eiusdē similitudinis extat iudiciū, argumentū vè desumptū ex Apocalypsi, vt Christus testificatus est. *Qui viderit, scribā super eū nomen Dei mei, & nomen meū nouū.* Apoc. 3. n. 12. vbi id. Ambrosiusto. 5. in Apoc. ita explicat.

Videlicet, vt vocetur Filius Dei, si ut, & ego sum Filius Dei. Quod encomiū vnus, vltra omnes, Baptistę genuinū, ac propriū esse, quis inficiabitur? Nonne ipse Ioannes Christus habebatur, ac proinde filius Dei? Et hæc est causa, ob quã Deus voluisse videtur, vt Ioannes Zachariæ, & Elisabethæ filius foret vnigenitus, vt hac etiā ex parte Christo filio utriusq; parte vnigenito per quã similis euaderet, vt egregiè adnotauit Hugo Cardinalis ad illa verba. *Cū ambo processissent in diebus suis* Luc. 1. n. 7

Procuratū est, inquit, à Deo, vt Ioannes esset vnigenitus, & primogenitus; sicut Christus, vt nūtius similis sit Domino, quia secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Hæc ille. Ad hæc simillimus euasit Christo

testificandi

Salmer.

Viuus creditur Christus, post mortem Christus creditur Ioannes.

D. Amb

134

Ambo mirabiliter nati.

Apocal. 3. n. 12.

D. Amb

Datū illi nomen nouum filij Dei.

Lu. 1. n. 7.

135

Vnigenitus, & primogenitus; vt Christus. Similis te- stificandi minister.

Fff 2

D.Tho.

testificandi munere; vt notat Diuus Thomas in cap. 1. Ioannis lect. 4. his verbis. Inde est, quod etiã Christus hoc officium testificandi habuit infra 18. ad hoc veni, ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeã veritati. Sed aliter Christus, aliter Ioannes, Christus enim, vt ipsum lumen, Ioannes verò vt ipsum lumen participans tantum. Est ergò magnum officium Ioannis ex participatione diuini luminis, & ex similitudine ad Christum, qui hoc officio usus est.

Deniquè, vt in omnibus Christo similis fieret, ætate Christo etiam æquiparatur; Christus tribus supra triginta annis, moritur, eadem ætate moritur etiã Ioannes, vt testatur Barradius tomo 2. lib. 9. cap. 16. Deniquè quemadmodum Christus non cõmuni modo genitus, nec vulgari, sed admirabili nece mortuus est: ita Ioannes, & mirabili modo natus, & nõ vulgari nece mortuus fuit; quod scribit Ambrosius hom. 1. in festo natiuitatis Baptistæ, quærens, cur Ioãnes in morte iugulatur? Respondetq; Ambrosius in hæc verba. Qui præter communem hominum natiuitatem generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi cum cæteris de seculo mortis genere discederet. Graphicam itaq; Ioannes habuit cum Christo similitudinẽ: nam præter proximè ante dicta testimonia accedit etiam, quod sicut Christus multò ante prenũtiatus fuit à prophetis, vt puta à Dauide dicente. Vox Domini super aquas. Psal. 28. n. 3. Et iterum. Parauit lucernam Christo meo, Psal. 131. num. 17. Et ab Isaia futurã

Eadẽ etate accedit

D.Amb

139

Generatiõ, & mortẽ habuit aliquãtuler similem.

Psal. 28. n. 3. Psal. 131. n. 17.

Ioãnis vocem ingenti voce personante. Vox clamantis in deserto. Isai. 40. num. 3. & iterum. Dominus ab utero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Isai 49. num. 1. Et à Malachia. Ecce ego mitto angelum meum. Malachiẽ 3. num. 1. Vnde Rupertus Abbas lib. 2. in Matthæum. Qualis enim [inquit] est, & quam magnus propheta hic, de cuius magnitudine probetauerũt alij propheta magni, & Sancti, teste ipso, qui ipsos prophetas misit. Adnecte etiam, si placet, testimonium Sybillę Perficæ, quod refert Sixtus Senẽsis lib. 2. Bibliot.

Verũ cum quedam vox per desertum (locorum) Nutia mortales veniet, quæ clamat ad omnes: Vt rectos faciãt calles, animosq; re-purgent. A vitijs, & aquis lustrentur corpora (cuncta): Vt nõquam deinceps peccent in iura (renati):

Propter hæc & alia prope innumera similitudinis argumẽta, ait Guericus Abbas sermone de Sancto Ioanne. Omnino Saluatori proximus erat, qui non solum sanguine coniunctus, aut amicitia intimus erat, sed etiam gloria annuntiationis, nouitate natiuitatis sanctitatis penè originali, predicatione consimili, autoritate baptizandi, virtute patiendi ante mortales alios ei propius accedebat. Eodẽ spectãt illa verba Cardinalis Petri Damiani sermone de S. Ioãne. Pẽsemus, vir iste, quã magnifica privilegio sublimitatis emineat, quã incõparabili certitudine meritorũ inter sanctõrum choros excellat, qui ad instar

Isai 40. n. 3.

Isai. 49. n. 1.

Multo ante prenũtiatus, vt Christus.

Malach 3. n. 1. Rupert.

Sixtus Senẽsi.

137

ASybillæ etiam prædictus.

Guerric.

Multifariam similis.

Petrus Damia.

saluatoris

S. Hier.

138

Ad hos titulos, sicut Christus, ascendit humilitate.

Ephes. 4. n. 9.

Philip. 2. n. 10.

139

Honorabili militati respõdet.

saluatoris, à prophetis ante prædictus, ab eodem, quo Dominus, angelo nuntius, ipse insuper testimonio veritatis immensis laudum præconijs extitit gloriosus. Quin etiã teste S. Hieronymo lib. 1. contra Iouinianum præordinauit Deus, vt Ioannes, & propheta foret, & virgo. Vt, inquit, à propheta virgine virgo Dominus, & annantiaretur, & baptizaretur. Ad eã exactam, & exscriptam similitudinem esse voluit inter se, & suum præcursorem.

Adde, quod ad hanc laudem, ad hos titulos, ad hæc encomia Ioannes ascendit scala simillima ei, qua Christus ascendit: hæc est insignis animi submissio, qua ideo multum Christus ascendit, quia multum descenderat: iuxta illud, Quod autem ascendit, quid est, nisi quia, & descendit, primum in inferiores partes terra? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. Ephesior. 4. n. 9. Descenderat à Cælitibus ad homines, ab hominibus ad inferiores partes terrarum, & inferiorũ: eisdemq; gradibus, quibus descenderat, rursus ascendit. Nimirũ ab inferis ad homines, ab hominibus ad Cælicolas. Additq; propterea Pater Æternus omnium, à quibus, & ad quos descendit, & apud quos se præstitit humilem, insignite reuerentię obsequiũ. Vt in nomine IESV. omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & inferõrum. Philipp. 2. n. 10. Cælestium primò, à quibus primo descenderat: terrestriũ deinde, quibus se proximè post submiserat: inferiorũ tandem, ad quos vsq; peruenerat. Vidisti Iesum eisdem ascen-

dentem gradibus, quibus excenderat. Vide eisdem Baptistam, & deorsum, & sursum secunda vestigia figentẽ. Deorsum; dũ ait. Non sũ ego Christus. Veluti de sũmo cæli vertice gradatim incipit descendere: rogantibus deinde. Elias es tu? dixit: non sũm. Ioã. 1. n. 21. putarãt legati, si Christus non esset, Eliã saltẽ caput omniũ Prophetarũ esse debuissẽ; ab hoc ille etiã sublimi gradu se proripit deorsum. Instant illi. Propheta es tu? tibi eodẽ numero. Hinc etiã infra saltu se mittit. Et respõdit. Nõ. Vt quẽ Christo similior esset, descendit vterius, & quẽadmodũ Christus proclamat apud Dauidẽ. Ego vermis, & nõ homo. Psal. 21. n. 7. seu vt Tertullianus legit lib. 4. contra Marc. c. 7. Ego vermis, & multiplicamen hominũ. Ita Baptista infra hominis dignitatẽ se proiecit. Rogãtib; enim legatis. Quis es, vt respõsum demus ijs, qui miserent nos, quid dicis de te ipso? Ait, ego vox clamantis. Ioã. 1. n. 23. Vocẽ se nominat, quẽ nihil est, nisi aer allisus ad fauces, ac lingua verberatus: quẽadmodũ ergo Christus eisdẽ, quibus descenderat, submissiõnis gradibus, rursus ascendere meruit, ait nãq; Apostolus. Propter quod, & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ. ad Philip. 2. n. 10. super nomẽ videlicet Demõnũ, hominũ, & Angelorũ: ita S. Ioãnes, eisdẽ, quibus descenderat, gradibus ascendit. vltra homines, vltra prophetas, vltra Angelos ad Mesiã vsquẽ æstimationem euectus.

Certè quidẽ mihi plus admirationis incutit animo Ioannis

Ioan. 1. n. 21.

Psal. 21. n. 7. Tertul.

Ioan. 1. n. 23.

140

Vt Christus, eisdẽ, quibus descendit, gradibus ascendit.

Philip. 2. n. 10.

Fff 3

descensio

descensio ima, infimaque, quam eius ascensio inter sanctos omnes summa, ac suprema. Quæ admodum verò Diuus Hieronymus tomo 1. in vita S. Hilari- nis cap. 51. eius Sancti plus admirabatur occultationem gloriæ, quam stupèda miracula, quæ idem Sanctus patraret, aliorum enim admirationi ea relinquēs, ait. *Mirantur alia signa, quæ fecit, mirantur incredibilem abstinentiam, ego nihil ita stupeo, quam gloriam illam, & honorè calcare potuisse.* Nō secus ego nihil ita stupeo in Ioanne, quam summam gloriam sibimet oblatam contemnere potuisse. Quapropter Ecclesiæ lumē Augustinus tomo 9. tract. 4. in Ioānem. *Nullum (inquit) tantum meritum Ioannes habuit, quam de ista ipsa humilitate, qui cum posset putari Christus, & haberi pro Christo, confessus est tamen aperte, & dixit. Non sum ego Christus.*

OMNES ENIM
propheta, & lex usque ad
Ioannem prophetauerunt.
Matth. 11. n. 13.

LAVREA XXXII.

Disparent Sancti veteres ad Ioannis, vt stellæ ad Solis exortum.

- 142. Primus, & ultimus.
Novissimus Christi prophetat, vt primus ostendat.
- 143. Propheta, Martyr, Apostolus.

- 144. In Abele iustitia principatum Deus posuit.
- 145. Ioannes totius iustitia fastigium.
Apostolorum silentium.

IOANNES, vt iam diximus, terminus fuit veteris, & exordium nouæ legis, atq; ita meritò, & optimo iure dici posset primus, & vltimus: vt hoc etiam in mysterio Christo foret, quam simillimus, Christus enim de se ipso testatur. *Ego primus, & nouissimus.* Apocal. 1. nu. 17. Quod etiam mirificè cadit in Ioannē, qui si conferatur cum Patribus antiquis, fuit quidem nouissimus, si cum posteris, fuit primus. Quod exaggerans Diuus Maximus homilia 3. de Baptista. *Speciali (inquit) gratia redemptorem mundi Ioannes nouissimus prophetavit, vt ostenderet eum primus.* Vtq; foret, & veteris legis culmen ad cælum vsquè pertingens, & nouæ caput, ac exordium. Quem admodum nobilissima stella Lucifer diei dicitur initium ita ille nouæ legis appellatur exordiū quo sensu Diuus Petrus Damianus sermone de Baptista, plena voce, ac laude clamat. *Ioannes Patriarcha, imò Patriarcharum finis, & caput.* Et Sanctus Theodorus Studit. semel, & iterum appellat. *Excelsam Apostolorum gloriam, magnum decus prophetarum, nouum, & admirandum ornamentum martyrum, martyrem, sed, & martyrum lumen.* Et rursus dicitur à citato Sancto Theodoro. *Maximorum propheta maximus, primorum primus inter Apostolos, martyrum martyr ex-*

cellentissimus,

D. Hier.

141

Gloriam calcare, valde est admirabile.

D. Aug.

142

Primus, & vltimus.

Apocal. 1. n. 17.

D. Max

Novissimus prophetat, vt primus ostendat.

D. Petr. Damia.

S. Theo

143

Pr. pheta, martyr, Apostolus

cellentissimus, hæc ille. Ex quibus colligitur, vt Sol inter alia cæli lumina irrutilat, & irradiat clariùs, ita Ioannem inter alios Diuos extare, & eminere gloriosius.

Appellat Christus, & arguit Phariseos homicidiorum, quod prophetarum sanguine iam inde à maioribus manus semper cruentare assuescerent. *Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti, vsquè ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, quem occidistis inter templum, & altare.* Matth. 23. num. 35. Diuus Augustinus, aut quisquis est author lib. 1. de mirabilibus sacræ scripturæ cap. 3. Inquit causam, quare Abel ceteris omnibus sit antepositus? Respondetquè. *Huic Abel Dominus IESVS iustitie primatum commisit.* Ideoque ipsi Abeli ceteri primas cōcedere debuissent, qui cunctis iustitiæ, & virtutis gloria longè anteiret: illud tamen aduertere est, hanc Abelis præstantiam atquè excellentiam, non nisi ad Zachariam vsquè extensam atquè terminatam fuisse, quem patrem Ioannis fuisse asserit Diuus Gregorius Nyssenus de Natiuitate Christi, ideoquè Christus etiam addidit. *Vsq; ad sanguinem Zachariæ.* Exinde namquè alterum sanctitatis caput attolli cæptum est, Ioannes Baptista nimirum, qui Dei vox, & vnum quid morale cum Christo erat. Vnde ab Augustino sermone 22. de Sanctis, & à Bernardo sermone de eius excellentijs, tum alijs titulis decoratur, tum etiam appellatur.

Omnis iustitie principatus. Inde est quod dicitur. *Omnes propheta vsq; ad Ioannem prophetauerunt.* Matth. 11. num. 13. ille enim prophetis omnibus silentium indixit. Quare Diuus Petrus Chrysologus sermone 127. *Ioannes (inquit) maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij Sanctio, Apostolorum vox, silentium prophetarum.* Quemadmodum enim de Alexandro Magno ait sacer textus. *Siluit terra in conspectu eius,* 1. Mach. 1. num. 3. ita de Ioanne dici potest. *Siluit vox omnium prophetarū a conspectu eius.*

OMNES ENIM
Propheta, & lex usque ad
Ioannem. Matth.
11. num. 13.

LAVREA XXXIII.
Ioannes, & Christus in eo similes, quod vterquè tum veteris legis finem, tum nouæ præmonstrauerit exordium.

- 146. Ioannes, vt Christus, intermediat nouū, & vetus testamētū. Testimonia id probantia.
- 147. Mediator ante mediatorem.
- 148. Ioannes, & Christus Dei gratia dicuntur.
- 149. Ambo legis veteris terminus. Terminus olim, Deus habebatur. Reliquos veteris legis Sanctos, vt terminus superat.
- 150. Trinitatis agnitionem primus assequitur.

Matth. 23. n. 39
D. Aug.

144

In Abele instituit Deus principatum iustitie.

D. Greg Magnus

145

Ioannes totius iustitie principatus.

Matth. 11. n. 13
D. Petr. Chrysol

Apostolorum silentium.

1. Mach. 1. n. 3.

Quemadmodum Christus lapis dicitur angularis, qui aedificij veteris, ac noni necit vitramque partem iuxta id. *Ipsa sermo angulari lapide Christo IESU.* Ad Ephes. 2. num. 20. Ita quodammodo Sanctus Ioannes Baptista fuit utriusque testamētis nexus intermedius. Laudo, quae id ipsum probant, testimonia. Sancti Cyrilli in primis Hierosolymitani Cateches. 10. *Ioannes* (inquit) *Baptista maximus quidem inter prophetas, archidux autem noui testamenti, & quodammodo conglutians in se ipso ambo testamenta, & nouum, & vetus.* Deinde Honorij lib. 4. de antiquo ritu missarum, ubi cum de Sancti Ioannis officio ageret. *Responsoria* [inquit] *sumpta sunt ex prophetis, & Euangelia, quia ipse erat finis prophetiae, & principium Euangelij.* His adde Sanctum Gregorium Nazianz. orat. 20. ubi ita scribit. *Ipsa quoque inter duo testamenta medius.* Et orat. 21. *Eximium illum Ioannem mediatorem veteris & noui testamenti.* Quapropter idem Sanctus Gregorius orat. 38. *Tu* [inquit] *inter nouum, & vetus testamentum interiecte.* Ob quam etiam causam Sanctus Petrus Chrysologus illum comparauit aureae fibulae, quae sacerdotis maximi vestem sacram adglutinabat. *Nascitur* (inquit sermone 91.) *maior homine, par Angelis; & ut proprie dicam legis, & gratiae fibula, quae diploidem Summi Sacerdotis iungebat in pectore.* Et Tertullianus tom. 4. lib. 3. contra Marcionem cap. 7. Ioannem appellat veteris testamenti vltimum, & noui primum. *Federis il-*

le noui primus, veterisque supremus. Et Sanctus Augustinus sermone 76. in appendice diuersi. *Hic est ille* (inquit) *in noui, & veteris testamenti idoneus mediator, & gloriosi agni dignus ostensor, una eademque suae trinitatis aetate, noua incipiens, & vetera concludens.* Vnde rursus Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 33. *Lex* (inquit) *& propheta usque ad Ioannem, ex quo regnum Dei annuntiatur: quasi non, & nos limitem quendam agnoscamus Ioannem constitutum inter vetera, & noua; ad quem desineret Iudaismus, & a quo inciperet Christianismus.* Adnecte Sanctum Cyrillum Hierosolym. Catech. 3. ita loquentem. *veteris testamenti finis, & noui est principium baptismus, Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierum nullus; qui finis erat prophetarum, & idem rerum Euangelicarum principium.* Nec te praetereat Theodoretus in Cantic. Cantic. sub exordium, ita scribens. *Magnus ille Ioannes, qui legis finem, & gratiae principium ostendit, quiq; inter paedagogum, & sapientem magister intermedius fuit.* Hoc est, inter legem nouam, ac veterem inter Moysen, & Christum.

Et verò, quia fuit intermedius iure dicitur, à Sancto Gregorio Nazianz. orat. 21. *mediator ante mediatorem;* nam ut loquitur Apostolus. *Vnus mediator Dei, & hominum IESUS.* Ad Timot. 1. cap. 2. num. 5. Sed Ioannes in omnibus pene eximij afficitur priuilegijs: & hac praesertim in re, vnum quid efficere videtur cum Christo. Ideo enim vterque, & Christus, & Ioannes dicitur

gratia

D. Aug.

Tertul.

D. Cyril Hierol.

Theod.

D. Gre. Nazian.

1. Tim. 2. n. 5.

147

mediator ante mediatorem.

148

Ioannes, & Christus Dei gratia nominantur

Beda. Haymo

Ad Heb. 2.

149

Ioannes, & Christus vnus legis veteris terminus.

Matth. 11. n. 33

Terminus olim Deus habebatur.

Festus Pompe. Liuius.

gratia Dei, vt nimirum significetur, in vtroque Dei gratiam mirabilem efformasse similitudinē: quod Ioannes Dei gratiam significet, probat Beda in Marcum c. 16. Vbi ait. *Ioannes Domini gratia, vel in quo est gratia interpretatur, quod verò Christus gratia Dei etiā significet, declarat Haymo in cap. 1. Ioannis his verbis.* *Ioannes interpretatur gratia Dei, & recte, quia gratiam Dei id est Christum, nuntiare venerat: gratia Dei dicitur Christus, quia non nostris meritis procedentibus, sed misericordia Dei Patris ad salutem nostram datus est nobis.* Quod Christus appellatur gratia Dei, Paulus Apostolus manifestat in Epist. ad Hebr. eos cap. 2. *vt gratia Dei, id est Christus pro omnibus gustaret mortem.* Haec tenus ille.

Et verò propter hanc, & plures alias admirabiles, quas Ioannes habuit cum Christo similitudines, moraliter vnum cum Christo constituit mediatorem: nec non vnum, & eundem legis veteris terminum. Vnde Christus clamat, in magnam Ioannis laudem. *Omnes enim prophetae, & lex usque ad Ioannem prophetauerunt,* Matth. 11. num. 13. Nam Ioannē legis veteris, & expectationis Messiae fuisse terminum, eius laudi vertitur incomparabili: qua etiam ad Dei aestimationē ascendere potuit. Nam veteres, vt refert Festus Pompeius, & Liuius lib. 1. Decad. 1. ab vrbe condita, terminum Deum esse putabant, & illi thura offerebant, eū subdicio adorantes persuasi, nefas esse putare, terminum Deum posse latere. Porro inter haec ve-

terum deliramenta adumbrabatur aliqua veritas, nimirum cuiuslibet rei terminum non exiguam praese ferre dignitatem: qua ne Christus fraudaretur, non solum alpha, sed etiam Omega, hoc est, non solum rerum omnium initium, sed etiam finem, & terminum se esse praedicauit Apocal. 1. n. 8. & 17.

Ad haec quemadmodum termino veteres eam inscriptionē adhibebat. *Cedo nulli. Vel Terminus concedo nulli.* Vnde illud.

Et se se nulli profitetur cedere: talis Terminus est.

Ita Ioannes veteris legis terminus nulli Sanctorum cedit, imò omnes longe superat. Plura de termino videri possunt apud August. lib. 4. de ciuitate. Tandem in eo similes euaserunt, quod quemadmodum Christus explicitam Trinitatis cognitionem, Ecclesiam primus edocuit, ita Ioannes primus fuit eiusdem Trinitatis cognitor, & euulgator. Audi Petrum Damian. sermone de excellentijs Baptiste. *Ad sacratissimorum nominum nouitatem caelorum palatia referantur: Pater auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus Sanctus in columbae specie demonstratur.* Adest Ioannes totius medius Trinitatis, gloriosumq; Baptistam sanctificant indiuisae substantiae personata vocabula, & nomen Trinitatis prioribus saeculis obuelatum absque totius velaminis obumbratione relucet. Et paulò post. *Quis, inquit, penitentiam, & regnum caelorum primus ostendit? Quis baptizauit regem gloriae? Cui se primum Trinitas renouauit? Vide, si non haec omnia ita singulariter,*

Apocal. 1. n. 8. & 17.

150

Terminus nulli cedit, ita Ioannes omnibus praest.

Vide Ouid. lib. 2. fautorum.

Damia.

Trinitatis cognitione primus affequitur.

gratulariter,

Ad Eph. 2. n. 20.

D. Cyr.

146

Ioannes, vt Christus, utriusq; testamenti nexus intermedius.

Honor.

Testimonia id probantia.

D. Gre. Nazian.

Idem.

D. Petr. Chrysol.

Tertul.

Carthu.

Gulariter sunt huic singularia, ut nullus mortalium predictis dignitatibus audeat inhiare. Notauit hoc ipsum Dionysius Carthusianus tomo 5. sermone 6. de Sancto Ioanne Baptista his verbis. Regem gloria meruit baptizare; vidit Spiritum Sanctum, in specie columbae, supra Christum descendere, Dei Patris vocem meruit audire, & Unigenitum Dei humanatum palpate: sicque superbenedicta Trinitati medius esse; atque tam euidentem de ea ostensionem primus accipere. Quemadmodum vero primus accepit, ita primus euulgauit.

ET SI VULTIS recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Matth. 11. num. 14.

LAVREA XXXIII.

Ioannes inconcussa animi fortitudine, & constantia imperterrita Eliam superat.

- 151. Elias ante iudicij diem promittitur.
- 152. Iudaei non satis intelligebant Eliam aduenturam.
- 153. Timoris vi ductus Elias, calum petit.
- 154. Ioannes timoris inops à calo in solum rediret reprehensurus.
- 155. Adulationem execrantur concionatores.
- 156. Concionator speculi instar maculas detegit.

Promiserat olim Deus Malach. 5. Eliam missurum se se. Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, a nequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Ibi num 5. & 6. Quem locum de secundo Domini aduentu intelligendum esse, nemo, qui sana mente sit, ignorat. Vnde probatissima fuit semper Christianorum opinio, Eliam ante diem iudicij re ipsa venturum esse: ita Hippolytus lib. de consumatione mundi, ita Origenes tract. 8. in Matth. Tertullianus lib. de anima, Chrysostomus homilia 4. in secundam Epistolam ad Thessalonic. Ambrosius comment. in Epistol. ad Rom. cap. 4. Hieronymus in c. 17. Matth. Augustinus tractat, 4. in Ioannem, & lib. 83. quaestio-num quaest. 58. Gregorius Magnus lib. 7. in Iob cap. 4. & lib. 11. cap. 9. Theodoretus in commēt. in 4. cap. Malachiae, quod & ex eodem Malachiae capite constat, & ex alijs sacrae pagine locis roboratur, vt ex illo Matth. 17. nu. 10. & 11. Quid ergo scriba dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Idemq; habet D. Marcus cap. 9. num. 11. Eadem fuit cōstans Iudaeorum opinio, quamuis illi, quando venturus Elias esset, nō perspicue satis intelligebant, vt ex eisdem Marci, & Matthēi locis colligitur.

Sed quonam sensu Ioannes dicitur Elias? Hoc nimirum, nō quod Elias esset, hoc enim Ioan-

151

Promittitur Elias ante iudicij diem.

Malach. 5. nu. 5. & 6.

Hippolytus. Origen. Tertul. Chryso. Ambro.

Hieron. Augul.

Gregor. Magn. Theod.

Matth. 17. nu. 10. & 11.

D. Mar. c. 9. n. 11

152

Iudaei quādo Elias venturus esset, non satis intellegant.

nes

Ioan. 1. n. 21.

Luc. 1. n. 17.

Quo sensu Ioannes erat, quo non erat Elias.

3. Reg. 19. n. 1. Abulēf.

153

Elias, est cōstans; adeo timuit, vt in calum assurgeret

3. Reg. 29. n. 3.

D. Fulg

nes ipse negauerat Ioan. 1. num. 21. sed quod in spiritu, & virtute Eliæ aduenisset: quo sensu loquitur angelus apud Lucam. Ipse praecedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ. Luc. 1. num. 17. Atq; ita nulla inter Christi, & Ioannis verba repugnantia apparet.

Imò verò adducor, vt credā, ab eius spiritu spiritum Elię longè superari: nam Elias, qui aliquando regias quidem minas contemnebat, vt colligitur ex ea Reginae Iezabelis ad illum legatione. Misit Iezabel nuntium ad Eliam, dicens. Haec faciant mihi Dñs, & haec addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnus ex illis. 3. Reg. 19. num. 1. id est, ex illis prophetis, qui Elię zelo fuerant occisi. Vbi Abulensis quaest. 2. scitatur, quorsum Eliam monet Regina destinatum diem supplicij? An, vt aufereret? Minimè: cur ergo? Putauit (inquit Abulensis) quod nullo modo Elias recederet propter verba haec, quia ipse valde constans erat, & non timuerat Regem. Ille tamē tremefactus fugē se dedit. Timuit, & surgens abiit, quocumquē eum ferebat voluntas. 3. Reg. 29. nu. 3. Adeoq; pertimuit, vt terrarum nullibi se securum crederet, sublimiq; ad eodē curru nubibus iactatus auolauerit in caelum. Quod scitè, & expresse dixit Diuus Fulgētius sermone de Ioannis decollatione his verbis. Elias Iezabel Regina passus est inimicam, quam, dum fugit, totam vitam suam in fuga contriuit, cuius tantum pertimuit gladium, vt vix fugisset in calum. Proh quam fortior, & animosior Ioannes ex-

134

Ioannesti timoris inops in terris à calo rediret

D. Basil

1. Theof. 2. n. 25. Isidorus Clarius.

155

Fugienda concionatoribus adulatione.

Theop.

titit, qui vel ipsum caelum vltro deserere non dubitaret, vt temulentos vesana cupidine reges, ac reginas cohiberet, ac sifteret in tartareas flammās euntes: testor verba D. Basilij Seleucia Episcopi ita ad Virginem Iasam loquentis. Ioannes vero Baptista suspiria duxit, quod non potest, relictis superis conuersationibus, quemadmodum tunc solitudine, ad redarguendā iniquitatem percurrere: & siquid pati oporteret, caput potius, quam dicendi libertatem amittere: imo ad beatam Abel similitudinem etiam ipse mortuus adhuc loquitur: clamat adhuc altius, quam de Herodiade vociferatur illud. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. O inuictum Baptista animam, Eliæ spiritum longè superantem? O peccatis adamanti-num quod, si terris Elias vidisset, honorificentissimè haberet: o quanta cum ratione dicere potuisset. Neq; enim aliquando fuissemus in sermone adulationis, sicut scitis. 1. Thef. 2. num. 5. Quod tempestiue notans Isidorus Clarius. Obserua (inquit) que sincero predicatori seruanda sint, vt scilicet non assentetur. Quod cū ubiq; sit peratule concionatoribus, illis certè erit pernecessarium, qui in aulis principum, regumq; curijs diuinum hoc munus perfunguntur, quod eò magis è re diuina, emolumentoque propriae conscientie peragent, quò Baptista sibi proposuerint studiosius, ac sedulius imitandum: qui, vt appositè notauit Theophylactus in cap. 3. & 11. Matth. idcirco penetravit inuastam solitudinem, in eaque tam diu moratus. Et, in-

quit,

quit, ne multitudinis malitia particeps fieret, & ut neminem reueritus liberè reprehenderet. Nam si fuisset imitator, fortassis consuetudine amicorum, & societate conquinatus fuisset: sed ut fide dignus haberetur, qui predicaret Christum, utpotè Eremita, vitæ què excellens alios. Vbi singulariter adnotanda, & ponderanda sunt illa verba. *Ut neminem reueritus liberè reprehenderet.*

Illud insuper ab ijs considerandum erit, eos, qui ex officio crimina redarguunt, esse instar crystallini speculi, quod oris nequos indicat, non exprobrat: quo exemplo utitur in hanc rem Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagogi cap. 9. *Quemadmodum enim* [inquit ille] *speculum non est malum deformis; eo quod ipsum ostendat, qualis sit, & quemadmodum medicus non est egrotanti malus, quod ei febrem annuntiat, non enim medicus febris causa est, sed ipse febrem arguit, ita nec is, qui reprehendit, ei male vult, qui laborat, ut aueriat ab eiusmodi studijs.* Hactenus Clemens; de Ioannis fortitudine, & constantia vide etiam Curru 4, Laurea 37. 38. 39. 40.

VENIT IOANNES
nequè manducans, nequè bibens. Mat. 11. n. 13.

LAVREA XXXV.

Ioannis abstinentia mirabilis.

156

Concionator instar speculini nos indicantis.

Clemens Alexan.

157. *Quo modo intelligatur illud non manducans nequè bibens.*

Locusta cibi genus apud Palaestinos.

158. *Mel siluestre amarum.*

159. *Eius exaggeratio ieiunij.*

Nullius cibi homo.

Eius vita continua austeritas.

160. *In mundo sine illius voluptatibus.*

161. *Sublimius vitam egit, quam homines possent intelligere.*

162. *Ioannis Discipuli magistri vestigia in ieiunio observant.*

NON ideo dicitur Ioannes non manducans, nequè bibens, quod nihil omnino manducauerit, & biberit: sed quia solis locustis, & melle siluestri famem non tam solitus esset eximere, quam sedare. Porro locustas, ut dixi Curru 3. Laurea 25. à n. 137. cibi genus fuisse apud Palaestinos, facile probatur ex sacra pagina: ponuntur enim locustæ Levitici 11, inter alimenta munda, quæ lex non interdicat. Quare Strabone auctore lib. 16. aliqui Æthyopes locustas inter cibos habent, easquè sale siccatas, digestasquè in massas vescuntur. Orientales etiam locustis pro cibis vsos, scribit D. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum, & in Ioannem cap. 4. Plinius item natur. histor. lib. 2. cap. 9. hanc consuetudinem attribuit Parthis. Ad hoc Beda de locis Sanctis cap. 14. hoc idem astruit fretus Archulphi Episcopi, qui eas regiones perlustravit, testimonio: notissimum videlicet esse locustarum genus in Pala-

157

Quo sensu dicitur non manducans, nequè bibens.

Leu. 11.

Locusta cibi genus apud Palaestinos.

Strabo.

D. Hier.

Plinius.

Beda.

stina,

stina, quæ corpusculis instar digiti manus exiguis, & breuibus in herbis facile capte, coctæquè oleo pauperibus cibos præsent. Iam verò Euthymius addit, eas fumo prius exficari solitas, & graui licet odore, ac gustu comedi. Ex hoc ergò rudi, vili, insuauiquè cibo haud dubiè satiaretur ad fastidium Ioannes parte modica, ac exigua.

Nec mel siluestre auidius appetitionem ciceret, excitaretquè; erat namquè valde amarum si verum est, quod testatur locuples author Isidorus Pelusiota, qui cum monasticam vitam exegerit, ea quæ scripsit, scire potuit ex Palaestinae monachis, qui de melle etiam siluestri nouum, quid sentit (nos de utroquè iudicium tulimus Curru 3. Laurea 25. sub finem) is igitur lib. 1. Epistola 132. ita scribit. *Locusta, quibus Ioannes alchatur, non animata sunt, ut quidam imperitè putant, scarabæis similia, absit, verum herbarum, ac plantarum summitates: eodem què modo rursum non herba quædam est mel siluestre, verum mel montanum, quod ab agrestibus apibus conficitur, summequè amarum est, & gustatui omni infestum, atquè inimicum, quibus ex rebus singularem quandam, ac penè incredibilem corporis afflictationem Ioannes præseferbat, ut qui non inedia dumtaxat, verum etiam victus, asperitate omnè corporis appetitionem amaram redderet.* Hæc ille. Rebus his aded amaris, ac fastidiosis gustatis ut cumquè quantitate permodica sanctissimus Ioannes vitam traheret, ad eamquè seuerissimam

Euthy.

158

Mel siluestre amarum.

Isidorus Pelusio

pænitentiam respexit Christus, cum dixit. *Venit Ioannes nequè manducans, nequè bibens.* Matthei 11. num. 18.

Hinc arripuerunt encomiastes Sanctissimi Ioannis Baptiste ansam, ut scriberent, illum non humanitus ali solitum, ut hominem, non communi hominum more, modoquè sustentatam. Quare Diuus Petrus Damianus oratione de Baptista: *Rore (inquit) calis pascitur.* Et Sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 37. in Sancta lumina ipsum appellat nullius cibi hominè. *Tu inquam, solitudinis alumnus, & nullius cibi hominem.* Diuus Basilius concione 1. de ieiunio ex nuper editis. *Ioannis vita omnis nihil aliud, nisi perpetuum quoddam fuit ieiunium.* Et Diuus Hieronymus tomo 4. Epist. de vera circumcissione. *Ioannes ille maior omnium prophetarum non exquisitis ad gulam dapibus saginatur, sed in hoc mundo penè sine mundo est.* Et Origenes homilia 12. in Lucam. *Erat igitur in deserto, & nutriebatur nouo, & extra naturam humanam modo.* Ed ascenderat Apostolica perfectio, ut diceret. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* 1. Timoth. cap. 6. num. 8. huc Apostolicus splendor accesserat; sed Baptiste sanctimonia altior euolat, victum temnit, & vestitum: ut expendit S. Bernar. in natiuit. Baptiste. *Apostolica, inquit, perfectio ista est, sed Ioannes hac contempserit: venit Ioannes non bibens, nec manducans, planè nec vestitus.* Ut qui se ultra humanam fortè euexerat, vix humanis vteretur adiumentis, de eo sic

Matth. 11. n. 18.

159

Eius exaggeratio ieiunij.

D. Petr. Damia.

S. Greg. Nazian.

Nullius cibi homo

S. Basil.

D. Hier.

Eius vita perpetua ieiunium

Origen.

160

In mundo sine mundo

1. Tim. c. 6. n. 8

S. Bern.

Ggg

Diuus

D. Petr. Damia.

Diuus Petrus Damianus. Cibus tenuis, mens deuota, perfectum consecrant patriarcham. Adeoque sublimem efferunt, & cælo proximum, vt humanæ mentis aciem subterfugiat; vt tempestiuè animaduertit Guerricus Abbas sermone 4. de Baptista his verbis. Ioannes sublimius viuens, quam possint homines vel intelligere; loquitur tamen eis, prout possunt audire. Ad hoc feuerissimum ieiunium adde simplicem aquæ potum, de quo Origenes homil. 25. in Luc. Erat inquit) Ioannes mirabilis, & multum ab aliorum hominum conuersatione diuersus. Erat in solitudine Iudææ, & aqua simplici irrigabatur, vt & in potu esset diuersus à cæteris. Sed de hac re vide Curru 1. Laureæ 36. 37. 38. & Curru 3. Laureæ 24. ex Chryfologo.

Guerr.

161

Sublimis viuens, quæ homines possint intelligere.

Origen.

Abuléf.

Matth. 9. n. 14.

162

Discipuli Ioannis obseruantissimi ieiunij.

LAUREA XXXVI.

Quanta homines de Ioanne opinionem conceperint, ob penitentiam, ac præsertim ieiunij cultum. Super eadem verba. Venit Ioannes non manducans, neque bibens. Matt. 11. num. 18.

- 163. Hebræi ex abstinentis vitæ modo sanctimoniam metiebantur.
- 164. Ioannis vita solum ieiunium, Potius dici debuit non comedens, quam ieiunans. Quam durè, & asperè secum egerit.
- 165. Ieiunium Deo simile reddit.
- 166. Nos Deo æquales facit.
- 167. Splendet Moysis facies dum ieiunat.
- 168. Ieiunium Moysen in Deum mutat.

Quantum æstimaretur apud Hebræos vitæ duritia, & austeritas, perpendit Abulensis in caput 9. Matthæi q. 68. Austeritas (inquit) vitæ putabatur à Iudæis pertinere ad maximam sanctitatem, & ideo Ioannem Baptistam omnibus sanctiorem esse credebant, quia nullus precedentium ei in austeritate par fuerat. Hinc illa sublimis adeo, & extraordinaria, quæ de illo apud omnes erat, existimatio: cum enim Iudæi metirentur sanctitatem ex vitæ duritia, & austeritate; hæc verò in Ioanne tanta fuerit, vt omnes eius, & su-

Abuléf.

163

Hebræi ex abstinentiæ norma metiebantur sanctitatem

perioris

Abuléf.

164

Ioannis vita continentium ieiunium.

Potius dici debuit non comedens, quam ieiunans.

Carthu.

Quæ durior, & asperè secum egerit.

165

Ieiunium Deo assimilat.

Chryf.

superioris ætatis heroës sanctissimos facile anteiret, meritò Ioannes ultra omnes Sanctus habebatur. Ioannes (inquit Abul. q. 71. eiusdem capitis) excesserat omnes homines in abstinentia, non enim comedebat panem, nec vinum bibebat, aut qui quæ, quod posset inebriare, fuit ergo à tota vita sua quoddam ieiunium continuatum; imò plus quam ieiunium, quia non utebatur cibis, quibus ieiunantes utuntur, unde potius Ioannes poterat dici non comedens, quam ieiunans: sic enim Christus appellauerat eum. Matthæi 11. Nam cum ad opera eximia, & extraordinaria multum proficit à teneris assueuisse: Ioannesque à tenerrima ætate his se ieiuniorum penitentijs abdidit, ad quas respiciens Dionysius Carthusianus sermone 5. de Sancto Ioanne. Innocentissimum (inquit) & sacratissimum suum corpusculum à pueritia ita tractauit, quasi vniuersa commisisset flagitia: potuit omne reliquum vitæ tempus aut in eadem, aut in duriore austeritate vitam trahere. Vide Curru 3. Laureæ 28.

Porrò subinde ieiunio adeo extraordinario ad Dei æstimationem Ioannes ascendit: nam ieiunium Deo solet assimilare, quapropter diabolus, qui Christum, dum mensis accumbentem viderat, hominem esse existimauerat, vbi primum in eremo ieiunantem conspicatus est, Deum esse, induxit animum: ideoque accessit, & dixit. Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Matthæi 4. num. 3. expendit locum Diuus Petrus Chryfologus sermone 12. Qui (inquit) man-

ducantem contempserat Christum, bibentem velut hominem computat; vbi ieiunantem vidit, suspicatur Deum, Dei filium confitetur. Hinc est, quod Tertullianus ieiunantes Deo pares existimat, & æquales iudicat: nam, dum expenderet illum locum. Quid hic agis Eliæ 3. Regum 19. num. 10. ita loquitur lib. de ieiunio cap. 6. Tanta est circumscripti victus prerogativa, vt Deum præstet homini contubernalem, parem reuerà pari. Quod propterea dixit Tertullianus, quia Deum considerauit in eadem cum Eliæ spelunca loquentem, eodemque speluncæ circuitu commensuratum, ac circumscriptum: atque adeo parem Eliæ contubernalem: vnde cum paulò post ieiunij dignitatem, & excellentiam commendaret, ita fatur. Hoc erit tempus, quo homo Deo adequatur, cum sine pabulo viuat. Sed de hoc argumento, deque varijs ieiunij excellentijs dicam Matth. 4. nu. 3. Nunc satis sit animaduertere, Ioannem propter singularem eximij ieiunij prerogatiuam ad opinionis, ac reputationis ascendisse, vt vulgò Messias esse crederetur; vt his verbis adnotauit Claudius Guilialdus in capite 3. Diui Matth. nam cum eius penitentiam variam, ac multifariam depinxisset, addidit. Porrò hæc sanctimonia omnibus adeo admirabilis erat, & omnium animos sic obstupesciebat, vt non deessent in populo, qui suspicarentur, hunc Messiam esse, quem natum audierant ex Magorum aduentu, & tumultu excitato inter Hierosolymitanos, qui & fortassis in-

Tertul.

3. Reg. 19. n. 10

166

Nos Deo æquiparat

Tertul.

Matth. 4. n. 3.

Claud. Guiliald

desertum à parentibus delatus vitasset Herodis tyrannidē, quam in Bethlehem mitorum infantium clade, & cade ille manifestam fecerat.

Itaque ieiunio tanta est potentia apud Deum, vt homines humanos in diuinos, & mortales transferat in immortales: exemplo fit Moyfes, de cuius continuato dies quadraginta ieiunio, ita habet sacer textus. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit. Num. 34. num. 28. tantaquē ex ieiunio radiorum excellentia enituit in eius vultu, vt cum descenderet ex monte, filij Israel in eius os oculosquē intendere non potuerint. Cumq; descenderet Moyfes de monte Sinai ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini: videntes autē Aaron, & filij Israel cornutā Moyfi faciem, timuerūt propē accedere. Ibi num. 30. Vnde, quēso, hic tantus, & tam accensus splendor in Moyfis ore, ac vultu? Vnde, hęc tam ample fulgurans gloria, & humanos intuitus sic exuperans? an quia quō diutius ieiunabat corpus, eo anima rutilantius splendebat? Ita autumo: & hanc ieiunij gloriam in Moyfis faciem redundantem tacite innuūt Interpretes 70. quorum lectio hęc est. Moyfes nō sciebat, quod glorificatus fuerat aspectus cutis faciei sue, cum loqueretur ipse ei. Et vidit Aaron, & omnes filij Israel Moysem, & erat glorificatus. Eūdem splendorem Paraphrastes Chaldæus declarat his verbis. Viditq; Aaron, & omnes filij Israel Moysem, & ecce multiplicatus erat splendor

glorie vultus eius; timueruntq; accedere ad eum. Quod autem hęc tam insolens radiorum geminatio ex ieiunio nasceretur elegantē declarat D. Petrus Chryfologus sermone 196 his verbis. Moyfes dierum quadraginta ieiunio ita humano defacatus est, & exinanitus a corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam. Et adhuc in nostri corporis obscuro, toto fulget lumine Deitatis. Nequē intueri eum mortalium visus posset, qui substantia Dei diu patius tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta. Ita illē.

Cur vero se Ioannes ieiunio, & crebra corporis abnegatione tantopere afflixerit, & macerauerit, hoc exemplo olim edocuit vir eximius ē religione D. Francisci [vt in eius chronico narratur 1. p. lib. 7. c. 32.] quærens ab alio, qui austerā Ioannis vitā solebat demirari, quorsum recētes carnes aspergerentur sale? cui, cū alter appositē redderet, ne scilicet corruptioni obnoxie putrescāt, ē vestigiō præmiditatz doctrinæ sententiā accōmodans. Ita (inquit) Ioānes effecit, ne eius caro foret, & per culpā fieret obnoxia corruptioni, eā seuerā vita asperitate, quasi sale, aspersit. Verē enim dictum est illud a Tertulliano lib. ad Marty. c. 3. Virtus aurtia extruitur, mollitia destruitur. Vtq; id cōmodi efficeret triginta annos perseuerauit in solitudine, quapropter Metaphrastes in cōmendatione S. Ioānis. Triginta annos, inquit, habitabat in solitudine, & se veluti perpetuo dāna nauerat exilio, & cū nullo omnino hominē versari statuerat. Hinc stupor, hīc admiratio, cū post triginta annos

ē filiis

168

Ieiunium Moysem transtulit in Deum

Chrysol

Tertull.

Metaph

Num. 34. n. 28

167

Quantus in ore Moyfis splendor.

Ibi n. 30

70. Interpret.

Chald.

ē filiis, latebrisq; exeuntem vidissent. Vnde Sanctus Cyrillus Alexandrinus apud Canisium lib. 1. de corrupt. Verbi Dei cap. 2. Eremum (inquit) habitare voluit diuinus ille Baptista, tantoque virtutum excelluit numero, vt cum ad summam humane iustitiæ peruenisset, maximam de se admirationem hominibus concitauerit.

LAVREA XXXVII.

Ioannes angustam cæli viam tenuit, ac docuit exemplo.

169. Angusta cæli porta penitentiam extenuatos recipit.

Caro exilior facilius intrabit per angustam cæli portam.

170. Non capit nisi subtiles, & spirituales.

171. Que sit lata via, que angusta. Cæli via, quam sit arcta.

172. Quam pauci illā pertranseant.

IOANNES, quoad potuit; vite suæ vias, ac rationes angustauit; vt angustā cæli portam posset inire: exorauit, & exobsecrauit, quod tantoperē orabat Dauid. Vias tuas Domine demōstrā mibi; & semitas tuas edoce me. Psalm. 24. num. 4. Ac si diceret (ait ibi Cardinalis Caietanus) semitas, & arctiores vias ad te ducentes edoce me. Has enim vias per angustas significat Hebraicum verbū, has institit, expleuit, exequauit Baptista; vias nimirum arctissimas, quæ ad Deum; & ad Dei æstimationē, reputationēq; dirigerent: quas ingressus; &

emenus illud itidem sæpe ingeminaret. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. Psalm. 29. num. 2. ad quem locum lectio Hebraica hęc est. Exaltabo te Domine quoniam extenuasti me, hoc est, exilem fecisti, & subtilem, ne ab angustis cæli foribus excluderer, quæ idcirco ianua appellatur. Gloriosa est ianua. Matthei 25. num. 10. Græce pro ianua ponitur, nō ducit, ducit verò portæ sunt domus, pulchre autē vrbes, vt habet scholium, Thucyd. quemadmodum etiam latine fores domus, portæ vrbes dicuntur, est ergo cæli porta, quasi porta domus, non vrbes; hęc lata, illa angusta: ideo Christus. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, que ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quæ angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Matthei 7. num. 13. ideo Christus appellat ianuam, quod respexit Tertull. aduersus Psychicos cap. 24. his verbis. Facilius forte per angustam salutis ianuam introibit caro exilior, citius resuscitabitur, caro lenior, quā obrem Chryfostomus tom. 2. homilia 18. operis imperfecti credit Christum portam angustam appellari. Matthei 7. Quoniam (inquit) non recipit in se, nisi qui deposuerint omnem sarcinam mundi; & facti fuerint subtiles, & spirituales. Proh qualem te sanctissimē Ioannes cum cæteris omnibus, tum hac in re potissimē contemplet! quam à prælata alio, quam à nitida facie, quam a pingui, & obeso corpore alienam videat!

Psal. 29 n. 2.

169

corpus extenuatum penitentia capitur angusta cæli porta.

Matth. 25. n. 10

Caro exilior facilius intrabit per angustam cæli portam

Matth. 7. n. 13. Tertul.

Chryso.

170

Non nisi subtiles, & spirituales recipit.

Psal. m. 24. n. 4. Caietan

arctas virtutis vias ingressus,

Ggg 3

quam

quam gaudent, & exultanter cæli portam incunt cernunt: discant mortales, & tandem aliquando meritas humana desideria cogitationes erigant, & prælata corpora, ac præpinguia crebris sui abnegationibus, & macerationibus exemplo Ioannis extenuent.

Ne in angustâ porta (ait Isidorus Clarius tomo de sermone Domini in monte oratione 64.) Elatus superbus caput frangat, & obesus crepet, ac disrumpatur.

Quapropter oculos aperire necesse est, & nosmetipsos ab appendicibus varijs expedire: accingerequæ angustæ viæ percurrendæ: cuius longitudo metienda est ex longitudine vitæ. Nam vt ait Fulgentius lib. 2. de remis. peccatorum cap. 4. Via nostra præfens vitæ est. Eiusdem verò angustia in eo sita est, quod initio laboribus hinc inde premitur, ad finem verò latè expatiatur amplitudine præmiorum.

Lata via (inquit Hieronymus hoc loco) est sæculi voluptas, quam appetunt homines: angusta, qua per labores, & ieiunia panditur, quam & Apostolus ingressus est. Panditur videlicet per labores, & ieiunia: vel quia, quo caro fit pænitentia tenuior, eo ipsa cæli porta illi latior apparet; vel quia merito ieiuniorum, ea donamur gratiarum abundantia, quæ omnia arcta, & angusta prolatur, extendit, amplificat. Iam verò Diuus

Basiliius inter. 241. declarans, quæ nam sit arcta via. Arctum [inquit] angustiarum magnitudinè exprimit, via videlicet eo usquè in angustum evadit, ut arctetur, hoc est, in angustâ

redigatur altrinsecus, idest, ex altera parte sit valde angusta: quemadmodum enim inferorum via incipit à latitudine, & explicit in fauces perangustas, ita via cæli orditur ab angusto calle timoris, & se se deinde explicat in latam diuini amoris amplitudinè.

Sic Deus per arctam, angustam, formidolosamquæ, & valde metuendam viam maris rubri direxit Israelitas: deinde trāsito mari per angusta viarum, per abrupta solitudinis in peramplam Chananææ regionem usquè perduxit. Vnde Origenes homilia 5. in Exodum. Tu (inquit) fortasse credebas, quia iter, quod Deus ostendit, planum esset, & molle, & nihil prorsus haberet difficultatis, & laboris, ascensio est, & descensio toruosa. Non enim proclive iter est, quo tenditur ad virtutes, sed ascenditur, & angustè, ac difficulter ascenditur. Et propter hanc difficultatem paucissimi sunt, qui hanc eunt, teruntq; viam; quapropter iure optimo Christus, interposita admiratione, erupit in illa verba. Quam angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Matth. 7. num. 14. quam iustorum paucitatem Christum arcta via sequentium David exaggerans. Omnes (inquit) declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est quia faciat bonum, non est usquè ad unum. Psalm. 52. num. 4. quare autem iustorum inopiam ad unum redegerit, explicat Saluianus lib. 4. de prouidentia his verbis. Ideo dixit, penè usquè ad unum, quia tanta est raritas bonorum, ut penè unus esse videatur.

Celi via, qua sit arcta.

Origen 172

Quæ pauci ea gradiantur.

Matth. 7. n. 4.

Psal. 52 n. 4. Saluian

Huc

Isidorus Clarius.

D. Fulg

171

Quæ sit lata via, qua angustâ.

D. Hier

D. Basil

Huc usquè Christus Dominus Ioannis Baptiste laudes protendit: dū ille cæco carcere detentus, quod extra docuerat, intra carcerem discipulos, & si qui alij inuisebant, docere non cessabat, eum, quem in Iordane indigitauerat, verum esse Dei agnum, & Messiam prophetarum oraculis promissum. Interea verò. Herodes (etiam in carcere positum) metuebat Ioannem sciens eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Marci 6. num. 20.

Vide Maldonatum in caput 14. Matt. n. 5. Marc. 6 n. 20.

HERODES ENIM metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, et sanctum.

Mar. 6. n. 20.

LAVREA XXXVIII.

Heroes egregia sanctitate per illustres terrori sunt Regibus.

173. In vinculis detentus territat Herodem.

174. Apostoli Iudeorum consultationes in angustias redigunt. Abraham regibus terror erat.

175. Mari rubro emenso timent reges finitimi.

Ioannes etiam mortuus terret Herodem.

176. Quantum sit timor in peccatore.

177. Regis factum peccatum deprimat.

Præformidine de Ioannis resur-

rectione philosophatur Herodes. 178. Nec audeo sermones serere, nisi cum Domesticis.

NON solum extra, sed intra carcerem positus Ioannes sanctitatis opinione perterrefaciebat Herodem: tanta quippe sanctimonie gratia commendabatur, vt etiam impijsimo Regi Herodi terrori esset, & formidini: quod non nisi Sanctis extraordinaria virtute præditis solet accidere. Testem huiusce veritatis adhibeo Doctorem gentium sub custode positum, de quo Chrysostomus loquitur homilia 51. in Acta ad ea verba. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & iudicio futuro tremefactus est Felix. Act. 24. num. 25.

Vide (inquit) Paulum, quamuis cum Principe loqueretur, nihil dicere eorum per quæ verisimile erat, esocillari animam illius, sed talia, è quibus etiam terretur, & mente concutitur, disputante enim, inquit, de iustitia, temperantia, & futuro iudicio tremefactus est Felix. Tanta erat verborum Pauli vis, vt & Principem terreat. Et rursus tomo 1. homilia 5. de patientia alludens Pauli vincula Act. 24. Ephes. 3. Colloc. 4. 2. Timoth. 1. Philem. 1. fatur in hæc verba. Vides vinculorum fortitudinem magis, quam resurrectionem mortuorum esse gloriosam: vincit est Paulus Romæ, & plerisque attraxit, vincit Hierosolymis atq; ligatus, regem exterruit, præfidi timorem incussit.

Non secus accidit Ioanni Baptiste, vincit ad se se plures attraxit: vincit, atque ligatus Herodem regem exterruit: He-

173

Ioannes etiam in carcere Herodi terror.

Chryso.

Act. 24. n. 25.

quæ vehementer Apostolus Felicem terret, & tremefecerit.

Ephes. 3 Colloc.

4. Timoth. Philem. 1.

Ggg 4

rodiadi,

rodiadi, atquē aulicis terrorem inuisit. Simile rursus affere testimonium ex Apostolis, qui ad necem expetiti à Iudeis, & in carcerem trusi, ipsis tamen horrori sunt, & timori, adeoque, vt in angustam eam redigerentur hæitationem. *Quid faciemus hominibus istis, quoniam quidam notū signum factum est per eos omnibus habitantibus Hierusalem, manifestum est, & non possumus negare.* Act. 4. n. 16. Quod pulchrè expedit Chrysostomus sermone 15. in Epist. ad Rom. cap. 3. his verbis. *Vide quomodo Iudai, cum Apostolos in medio positos haberent, & stupuerint, & dixerint. Quid faciemus hominibus istis? Admirandum quippe fuerat, quod cum illos iam captos sibi, & obnoxios haberent, ligatosq; cecidissent, adhuc tamen hæsitauerint, consilijsq; inopia laborauerint, atq; ita neq; tyrannus, neq; populi, neq; demonum phalanges, neq; diabolus ipse poterat eos vincere, sed longè superabantur. vniuersi.* Hactenus Chrysostomus. Ex quo loco satis apparet, quantam viri sancti in impios præfides potestate habeant.

Venio ad aliud exemplum, quod satis ostendit, quā sit viruti proprium, regibus terrorem incutere, & reuerentiam in genere. Cum felicem vitæ cursum in Abrahamo Rex Gerarē Abimelech considerasset, extimuit, eiusquē inire gratiam, & benevolentiam conciliare in posterū vehementer affectauit. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in vniuersis, que agis. Iura ergo per Deum, ne noccas mihi, & po-

steris meis. Genes. 21. num. 22. In quem locum Oleaster. *Quia (inquit) Abraham secum Deum habebat, etiam Regibus terrore erat.* Quid ergo terrore Ioannes Herodi non incuteret, qui Deum secum titulis multo pluribus habebat? Ad famam prodigiosi transitus maris rubri finitimi reges artubus omnibus contremuerant. *Ascenderunt populi (in hebreo apud Oleastrum est, audierunt populi) & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistim, tum conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor; obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Exodi 15. nu. 15. Quare ad prosperum hebræi populi successum tot, & tales populi tremuerunt? *Disce [inquit ibi Oleaster] nihil esse malis terribilius, quam iniustos.* Admoue aures Euthymio in cap. 14. Matth. de Herode loquenti. *Quod hunc (Ioannem nimirum) maximè timeret, tamq; fortiores iam effectum, & quasi futurum esset, ut deinceps vehementius cum argueret: & vide rem admirandam: is, qui interemerat, timet interemptum; talis est enim, qui iniquus est, ut & mortuos timeat, & talis est; qui virtutem colit, ut pauorem eius post mortem immittat viuensibus.*

Accedat deinde Davidis exemplum: Dauidem Saul montibus peregrinantem persequabatur, cumquē in speluncam, in qua Dauid latitabat; Saul deuenisset, Dauid clam, amputata chlamydis summitate, cliumquē superans, cæptus est exclamare, *Vide, & cognosce oram chlamydis tue in manu mea, quoniam cum prescinderem summitatem chlamydis tue, no-*

Gen. 11 n. 22. Oleast.

175

Transitio mari rubro finitimi reges

Exod. 15. n. 15

Oleast.

Euchy.

Ioannes etiam mortuus incutit terrorem Herodi.

lui

lui extendere manum meam in te 1.

1. Reg. 24. n. 12

Ibi n. 22

Theod.

176

Quarta sit peccati formido, & pusillanimitas.

3. Reg. 21. n. 20

D. Amb

177

Regis fastum peccatum de primit.

Reg. 24. nu. 12. Tunc Saul perterrefactus. Iura mihi [inquit] in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Ibi n. 22. Vnde quæso hic tantus metus Regi comitato tribus hominum millibus? Nam Dauid solus erat, aut paucissimis comitatus, & Saulis periculum iam abierat. Pulchrè respondet Theodoretus eo loci, in hæc verba. *Qui erat dux, & imperator multorum millium, rogabat fugituum, tanta est vitij imbecillitas.* Ea quippe est imbellis culpæ natura; exarmatam virtutem exhorrescit. Vltimum exemplum sit Eliæ adeuntis Achab Regem, arguentisquē iniustitiæ propter usurpatam per vim vineam Naboth, cum Achab totis artubus contremiscens ita loquitur. *Nū inuenisti me inimicum tibi.* 3. Reg. 21. num. 20. *Quasi diceret, quare mihi Elia succenses, & irasceris? Quid in te merui? Quare me amicorum tuorum numero excludis? Proh metum rege profus indignum! Quid potentissime Regum extimescis? Qui regiam habes cohortem, regio ad ministros, regalem exercitum? Optimè respōdet D. Abrosius. Adeo deiecta erat conscientia peccatoris, ut nec regalis potentia fastu attolleretur.*

Quo etiam modo Herodē considero virtutum, quas in Ioāne reuerabatur, splendoribus obstupefactum: ideoquē, vt opinor, Christi miracula etiam post Ioānis mortem, ipsimet attribuebat: iuxta illud. *Et dicebat, quia Ioan-*

nes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Marci 6. num. 14. *Animaduerte (inquit Chrysostomus homilia 49. in Matth.) quam ingentes virtus habeat vires: nam hic Herodes adeo Ioānem mortuum perhorruit, ut a nimia formidine, vel de resurrectione philosopharetur.* Penditquē idem Chrysostomus tam ingenti pauore ad Ioānis memoriam fuisse correptum, vt de eius magnitudine miraculorum, non cum alienis, sed cum domesticis solum loqui auderet. *Vides, inquit, nimirum ipsum timuisse: nec etiam hæc verba ad alienos efferre audeat: sed vernas suos alloquitur, ait enim Drius Mattheus. Audiuit Herodes famam Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Matth. 14. num. 2. *Ecquis mollicie, & luxu eneruatus, vt Herodes erat, austerum adeo, ac sanctum hominem conspicatus, non exhorresceret, & interna reuerentia medullitus expauesceret? Rectè Tertullianus lib. de pallio cap. 6. Etiam [inquit] eloquium conquiescat, habitus sonat, philosophus tunc auditur, cum videtur; ab occursum suo confundit vitia. Quid, vel sola mentis cogitatione visus Ioannes non faceret?*

ET AVDITO EO
multa faciebat, & libenter
eum audiebat. Marci
6, num. 20.

Herodes præformidine de Ioānis resurrectione philosophatur,

Mar. 6. n. 14. Chryso. Idem.

178

Non nisi cum domesticis loqui audeat.

Matth. 14. n. 2.

Tertull.

LAVREA

LAVREA XXXIX.

Herodes nomen sibi, & auctoritatem conciliat ex Ioannis alloquijs.

179. Ioannes vincit in arce Macheruntina in finibus Galilæe.

Virtus mirabilis, & laudabilis etiam malis.

180. Princeps Iehu sua facta condecorat sancti propheta comitatu.

181. De minimis non curat Pharisæus, cum magna obseruet.

Virtutis pulchritudinem amant, qui virtutem ipsam oderunt.

182. An Herodes ante iuramentum Ioannem voluerit occidere?

Deciditur affirmatè.

183. Ut facinus occuleret, prætextum excogitauit.

Vulpina simulatione Herodes sibi nomen, & auctoritatem conciliabat ex Ioannis colloquijs, atque consilijs. Enim verò, ut probat Maldonatus in cap. 14. Matthæi num. 10. Ioanes erat vincit in carcere arcis Macheruntinæ, ut scribit Iosephus lib. 18. cap. 10. quæ in finibus Galilææ, & Arabiæ sita erat; in eaque arce per id tempus Herodes habitabat, Ioannemque nonnumquam admittebat ad colloquia, ut velle se Dei voluntatè sequi, simularet. Itaque virtutem in se quidem pessum dabat, in Ioane laudabat; quare Chrysostrmus homil. 49. in Matth. Videlicet, inquit, talis res

Maldo.

Ioseph.

179

Ioannes vincit in arce Macheruntina in finibus Galilææ.

Chryso.

virtus est, ut nequam etiam homines, & admirentur ipsam, & laudent.

Hoc pacto princeps Iehu nomen sibi sanctitatis arrogabat, cum Ionadab filium Rechab eximia eo tempore sanctitate fulgentem suum adsciscibat, & aduocabat in currum; sermonèq; ac intimam familiaritatem cum eo iungebat, ut videre est. 4. Reg. cap. 10. à num. 15. Vbi Abulensis quæst. 23. Quia (inquit) erat famosus sanctitate, voluit cum Iehu honorare nimis, ad ostendendum facta sua à Deo esse, quia vir sanctissimus totius Israel ibat cum eo fauens, & dirigens. Non dissimili artificio utebatur doli artifex Herodes. Herodes (ait S. Ioanes Chrysostrmus homilia 49. in Matth.) quamuis à Ioanne reprehenderetur, valde tamen ipsum honorabat: ita inuicta res virtus est. Honorabat Ioannem; ut eum populus honoraret, dignumque censeret imperio, quandoquidè virum aded Sanctum colebat, & ad colloquia non semel admittebat.

Erat Herodes instar illius Doctoris Hebræorum versuti, ac fallacis, qui de lege Dei disceptabat, ut Sanctus potius reputaretur, quam re ipsa foret. Interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum, magister, quod est mandatum magnum in lege. Matthæi 22. num. 35. Ecce non nisi de magnis inuestigat præceptis, qui nec minima quidem seruat mandata, ut in eum locum scitè notauit Chrysostrmus his verbis. De magno interrogat, qui nec minimam obseruat. Sic Nabuchdonosor venerabatur Ieremiam præ-

Virtus mirabilis, et laudabilis etiam malis.

4. Reg. 10. n. 15 Abulens.

180

Sanctissimum prophetam comitatum principis Iehu suacõsilia & facta cõdecorat

Chryso.

Matth. 22. n. 35

Chryso.

cupiens

181

Pharisæus cõtractet de magnis, nec minima obseruat.

Ier. 39. n. 11.

Virtutis pulchritudinem amant, qui virtutem ipsam oderunt.

D. Bern. D. Cyr. Hieroso.

Mar. 6. n. 20.

182

An Herodes ante iuramentum Ioannem se ipsa voluerit occidere.

cupiens Nabufardano præfecto militiæ, ut eum haberet honorificè. Præceperat autem Nabuchdonosor rex Babylonis de Ieremia Nabufardan magistro malitum dicens, tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilq; ei mali facias, sed ut voluerit, sic facias ei. Ierm. 39. numer. 11. eum, inquam, sic afficiebat honore, eius tamen virtutes non amplexabatur, eius sanctitatem fastidiebat, & auertebatur. Tam pulchra enim, tam honorata, tã denique gloriosa res est virtus, ut ea decorari, & ornari ament etiam illi, qui virtutem ipsam oderunt. Quod de humilitate dixit Diuus Bernardus his verbis. Gloriosa res est humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit. Hæc vna cogitatio animum Sancti Cyrilli Hierosolymitani angebat vehementer, & in ea verba rumpere cogebat. Catechesi 15. Defecerunt plurimi à bonis operibus, & videri potius, quam esse boni malunt.

Ex horum numero erat Herodes, qui Ioannem libenter audiebat, non ut esset, sed ut videretur bonus. Probat hoc ex solutione sequentis dubitationis. Herent sacri Interpretes, & ad dubitant, an Herodes re ipsa voluerit occidere Ioannem: videtur enim, noluisse occidere, idq; fecisse, quasi coactum: enim verò dicitur Marci 6. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiebat eum, & libenter eum audiebat. Ibidem n. 20. Custodiebat videlicet ab Herodiadis furore. Deinde, quia petente Salome Herodiadis fi-

lia caput Ioannis Baptistæ, vultum antea lætum Rex contraxit ad tristitiam. Et contristatus est Rex propter ius iurandũ. Ibi nu. 26. Et hinc deducitur 3. ratio; quia ex his verbis infertur, Regem simpliciter Ioannem occidere noluisse, occidisse tamen, ne per iurij reus esset.

Nilominus dicendum est, voluisse Herodem Ioannem occidere, proindequè animo sagaci, ac callido illud conuiuium præparasse: illam ludicram saltationem, illamquè sacri capitis petitionem, nec non illum mærorem, ac tristitiã simulauisse: Itaq; versutus Herodes simulauit religionem, dissimulauit impietatem: atquè aded prætextu colendi iuramenti sanctissimum Prophetam iussit occidi. Ita deliberat Abulensis quæst. 24. in c. 14. Matth. his verbis. Videtur dicendum, quod Herodes voluerit occidere Ioannem, & quod timens populum quæsierit aliquem modum coloratum ad occidendum, ut sic vitare posset populi turbationem contra se. Ita declarat Lyranus ea verba. Et auditio eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Marci 6. num. 20. Totum (inquit) istud erat simulatorium, ut ex obtemperatone dictis eius in aliis, retineret populum à rebellionem contra ipsum. His enim dissimulationibus uti solent sagaces, ac pellaces homines, ut virtutis habitu colorequè pietatis, ad destinatam prauitatem viam sibi, ac fenestram aliquam aperiant.

Ibin. 26

deciditur affirmatè.

Abulens.

183

Prætextum quo facinus tegetur, excogitauit.

Mar. 6. n. 20.

ET VOLEN S

illam occidere timuit po-
pulum. Matthæi

14. nu. 5,

LAVREA XXXX.

Quales ij sunt, qui viros Sanc-
tos odijs infectantur.

184. *Quare Christianos Gentiles o-
derint.*

*Christianorum persecutores ipsa
etiam gentes prae impietate
oderunt.*

185. *Primus Nero persecutor.*

186. *Qualis Herodes fuerit, decla-
ratur.*

Cur Deus hac monstra patiatnr.

187. *Herodes Ioannem, Herodis pa-
rens Ioannis patrem intere-
mit.*

Virtuti suus semper hostis adest.

Chryso.

Percunctatur os aureum
Chryostomus homilia 24.
in Matthæum, quare om-
nes ethnicorum nationes exose
fuerint Christianos, ex illius ora-
culi doctrina. *Eritis odio omnibus
hominibus propter nomen meū.* Mat-
thæi 10. num. 22. Redditquē lu-
culentam rationem in hæc ver-
ba. *Non quia odibile est genus Chri-
stianorum, sed quia diuinum est, car-
nales oderunt.* Carnalis planè erat
Herodes, ecquid mirum, si diui-
num prorsus hominem Ioannē
fit pertæsus? Solent enim homi-
nes id, quod cogitatione assequi,

Matth.
10. n. 22

184

quare Ge-
ntes o-
derunt Chri-
stianos.

& moribus emulari non possunt,
odijs prosequi, quo sensu Ter-
tullianus lib. Apologetici cap. 3.
*Oditur (inquit) in nobis innocuis e-
tiam nomen innocuam.* Quo odio,
vt argumentatur idem Tertul-
lianus eodem libro. cap. 1. Quid
iniustus, ac scelestus reperiri
potest? *Quid enim (inquit ille)
iniquius, quam vt oderint homines,
quod ignorant?* Additquē cap. 3.
illa verba. *Tales semper nobis inse-
cutores, iniusti, impij, turpes, quos
& ipsi damnare consueuistis, & à qui-
bus damnatos restituere soliti estis.* Et
iterum ad finem. *Probatio innocē-
tia nostrae est iniquitas vestra: id eo nos
hac pati Deus noster patitur.* Conso-
nat S. Ambrosius de obitu Va-
lentini, vbi maioris felicitatis ar-
gumentum esse pronuntiat, si
Episcopi persecutionem patian-
tur, quam si diligantur ab impe-
ratoribus. *Felicis, inquit, Episco-
pos persequantur imperatores, quam
diligant: quanto mihi beatius Maxi-
mus mirabatur: in illius odio laus e-
rat; in horum amore supplicij feralis
hereditas.* Notandaquē, & memo-
ri mente reponenda sunt verba
illa. *In illius odio laus erat.* Nec le-
uem inde laudem colligit S. Ioā-
nes Chryostomus, sed maximā.
*Maxima (ait homilia 4. ad popu-
lum) laus accusatio: & crimina laudes
sunt: & testimonium indubitatum ini-
micis ipsis proferentibus.* Vita naq;
omni scelerum turpitudine de-
pauata manifestissimè decla-
rant, non posse se persequi nisi
eos, qui vita, moribus, & pro-
fessione sint longè dissimiles.
Eoque titulo, ac nomine glo-
riatus de exilio S. Hilarius in

Tertul.

Christia-
norū per-
secutores
ipsa etiā
gētes prae
impietate
oderunt.

Idem.

Idem.

S. Amb.

Chryso.

Hilarius

Constant.

Constant. *Exilio, inquit, non crimi-
ne, sed factione.*

Hinc est illud, quod aureis
illis primitiue Ecclesiae tempo-
ribus Christianus populus sibi
gloriatur accidisse, primum sci-
licet in se tyrannum ferro flam-
maquē armatum non alium in-
surrexisse, quā Nerone, in quē
velut in sentinā omnia genera
vitiōrū confluxerant: quare Ter-
tullianus Romanos affatus Apo-
log. c. 3. *Consulite (inquit) cōmenta-
rios vestros, illic reperietis, primum Ne-
ronem, in hanc sectam, gladio ferocisse,
tali dedicatore damnationis nostrae etiā
gloriamur, qui enim scit illum, intelli-
re potest, non nisi grande aliquod bonū
à Nerone damnatum.* Ita ille.

Tertull.

185

Nero pri-
mus inse-
cutor.

186

Herodes
suis pingi-
tur colori-
bus.

Chryso.

Hoc ipsum de Herode Ioā-
nis caput crueto gladio secari iu-
bente, posset efferrī. Qui enim
scit illum, intelligere potest, non
nisi grande aliquod bonum ab
Herode damnatum. Sciebat pro-
fectū, intus, & in cute nouerat
Chryostomus, cum illum hom.
15. ex varijs in Matth. depinge-
bat in hanc speciem. *Herodes pro-
fanauit templum, Sacerdotium sustu-
lit, confudit ordibem, temeravit reg-
nū, corrupit quicquid erat religionis,
quod legis, quod vite, quod morū, quod
fidei quod disciplina perdidit, & con-
fudit.* *Herodes sicarius in ciues, in no-
biles latro, in socios populator, in do-
mesticos prado, plebis interreptor, occi-
sor filiorum in extraneos homicida, in
proprios parricida, inebrians terrā cruo-
re.* Hæc Chryostomus pro me-
ritis Herodis legū contempto-
ris diuinarum, qui inter conui-
uandum necem prophetæ om-
nium sanctissimi dolosè, vt mul-

ti autumāt, & artificiosè machi-
natur, iuramento prius edito, vt
per speciem religionis perpetra-
ret immane facinus; ad cuius ta-
cità cogitationē exclamat Chry-
sostomus homil. 49. in Matth. in
hæc verba. *O conuiuium diabolicum, o
Sathana spectaculum, o iniquum tripu-
dium, & mercedem tripudij multo ini-
quiores, cades enim omnium sceles-
tissima cadum excogitabatur: & qui co-
ronari, ac laudibus in calū efferrī me-
rebatnr, percussus securi iacebat.* Proh
inexplicabilem Dei patientiam
hæc aded sæua crimina intuetis,
nec repente vlciscētis, qua
spectata toto orbe patientia do-
cemur, hanc vitam mercatum
esse, quo, Sanctissimi Ioānis exē-
plo, sudore, & sanguine, lau-
reas, & coronas emimus sempi-
ternas: in quam sententiam gra-
uiter, vt solet, citatus philoso-
phatur Chryostomus. *Deus (in-
quit) sustinuit, nec fulgure e calo vi-
brata impudentissima facies illa est,
nec terre hiatu turpissimum illud est
absorptum conuiuium, vt & iustus
ille fulgentiores coronas consequere-
tur, & qui postea iniuriam passuri es-
sent, hoc exemplo corroborati equi-
ori animo cuncta perferrent.* Ita ille.

Idem.

Cur Deus
hac mon-
stra patia-
tur?

Extremum illud adnoto: quē-
admodum ab hoc Herode Ioan-
nes iugulatur: ita Ioannis pater
Zacharias ab alio Herode huius
parēte occiditur: vt testis est D.
Epiphanius alibi laudatus: neq;
enim virtutis ofores, & infecuto-
res vilo vnquam tempore desi-
derantur: etiam nunc aduersus
innocentem Abel insurgit im-
pius Cain: aduersus Sactū iacob
præliatur Esau, & virtutis via

Hhh

gradien-

Ambro.

187

Ioanē Herodes: Herodis pater patris Ioannis occidit,

Virtutis suus semper hostis adest.

gradienti Isaac obuius occurrit Ismael: nec innoxio Naboth patit Achab. Quapropter D. Ambrosius lib. 1. de Naboth cap. 1. Non igitur vnus Achab natus est: sed quotidie Achab nascitur, & nunquam huic saculo moritur, si vnus occidat, asurgunt plurimi. Quemadmodum verò Naboth obrūcarūt Achab, & Iezabel: ita Ioanē iugularunt, & Herodes, & Herodias: & istiusmodi pestes abundè nascuntur, ne sancti careāt infecutoribus. Vnde citatus Ambrosius. Non vnus Nabuthæ pauper occisus est, quotidie Nabuthæ sternitur, quotidie pauper occiditur.

DIE AVTEM NATALIS Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Matth.

14. num. 6.

LAVREA XXXXI.

Comædiarum peruagata perniciēs.

188. Dies conuiujs, & spectaculis dicitur.

Inuectio in tripudia, & theatra.

189. Lasciuus saltus duce diabolo.

Comædia eneruant animos.

190. Sponsionem ad sacrum fontē factam cū renascimur, postea abijcimus.

Patrum testimonia.

191. Huiusmodi ludis inhonestis societas aduersatur.

Authoris deliberatio.

192. Diabolus venenum abscondit.

193. Patres ægerrimè saltationes scænieas carpsunt.

Doctrina Patrum prudenter ad-mouenda pro tempore.

PRO exordio sint illa verba prophetæ. *Dies Regis nostri: ceperunt principes furere à vino.* Osee 7. n. 5. Clientum vox est dicentiū. *Dies Regis nostri.* Et applaudentiū Regi suo, ac principi letū conuiuī offerenti: quale in die natiuitatis suæ exhibuit Herodes. Excipe Carthusianū eo Osee loco. *Solent (inquit) maiores in saculo isto certos præfigere dies ad-nacandū spectaculis, vanitatibus, seu conuiujs, & in illis diebus illis applaudens vanaq; festa, ac impia opera peragēs dicit. Dies Regis nostri.* Istiusmodi vanū, & omnibus vitijs, quasi dapibus refertū conuiuī in anniuersario suæ natiuitatis die exhibuit Herodes applaudēte populo, & acclamāte. *Dies Regis nostri.* Quin etiā sub conuiuio obtulit Herodes spectaculū, quo Herodias saltat, vêturis theatris futura exēplar impudētię. De qua D. Pet. Chrysol. ser. 127. *Intrat (inquit) bestia, nō puella: querit amputare, nō saltare: discurret fera, nō feminas spargit iugas per cervicē, nō capillos: mēbra dilatat amfractibus, sanctia crescit augmentis: fit grādis crudelitas, nō corpore, & singularis fera, vsquē dū capiat prædā, fremit ore, dēribus frendet, ferrū non suscipit, sed producit.* Quibus eā Chrysológus nō hominū tantū excludit numero; nō crudelibus tantū cōparat feris, & monstris veneniferis, sed vna cū duce diabolo saltantē iuducit in theatrum homilia. 48. in Matth. *Vbi [inquit] saltus lasciuus adest, ibi cerē diabolus, quod si corpus deforme sit impudenter saliendo, quanto magis*

Osee 7. n. 3.

188

Dies dicitur conuiujs, & spectaculis.

Carthu.

Chrysol

Chrysol

Inuectio in tripudia, & theatra.

animans

189

Saltat duce diabolo

animam sedari credendum est: his tripudijs diabolus saltat, his à demonum ministris homines decipiuntur.

Porrò hoc exemplum in nobili femina fuit nō præsentibus solum, sed absentibus, & longè post vêturis valde perniciosum, nam dum consequentes ætates sponte prolabūtur in maiora vitia: vbi exempla præluxere magnatum, ac principum, omnia virtutum semina reuoluta præcipitant in perditissimum nequitie barathrum quemadmodum sub Herode accidisse, memorant Iosephus, & nobiles alij scriptores.

Certè huius occasione spectaculi non possum non ex imo corde alta trahere suspiria, & lamenta præteritarum indicia, futurarumquè præsaga calamitatum, quas in Lusitaniam externæ inducere comædię: dum enim Lusitani Hispanas mulieres in suis theatris non viderant, victorias videbant, ac triumphos: sic Deo, ac cælitibus visum est, spectacula, quæ ceteras eneruant nationes, & à pristina illa fortitudine abduxere, ea ipsa inuictos antea debilitarent quoq; & peruincerent Lusitanos. Ita, vt Orosium deplorantem sui cui ignauiam à theatris ortam, ob degeneres huius temporis animos lachrymis debeamus equare: ille igitur lib. 4. aduersos paganos cap. 21. tomo 7. veterum Patrum ita loquitur. *Quomobrem intelligant nostri [quibus quicquid extra oblectamentum libidinis occurrit, offensus est] propter hoc, quod se infirmiores esse hostibus suis ipsi sentiunt, & fatentur, theatra inuisanda,*

Comædia eneruant animos.

non tempora. Verum quidem est, eas tunc comædias licentiores, ac dissolutiores extitisse, vtpote inter paganos; at, quæ nostra ætate fiunt inter Christianos, eæ etiā satis indigne sunt, quæ à graui, & seueri viro spectentur. Pro misimus omnes, quotquot sumus Christiani sponsorum ore in baptismo, declinatuos nos, turā diabolum, tū pompas eius; interroganti enim Sacerdoti, qui Christi personam agit. *Abrenuntias satana?* Respondemus. *Abrenuntio.* Rufusquè interrogat. *Et omnibus pompis eius?* Iterum respondemus. *Abrenuntio.* Nec tamen promissis stamus, sed qualibet occasione data frangimus fidem. Querit Sanctus Cyrillus Hierosolymitanus Catechēsi mystica 1. & Tertullianus lib. de spectaculis cap. 23. *Quæ nam sint hæc diaboli pompe?* Respondetquè, esse spectacula, ac comedias: audi Tertullianū citato c. 23. *Nihil nō diaboli est, quicquid Dei non est, vel Deo displicet: hoc erit pompa diaboli aduersus quam in signaculo fidei eiuramus: & rursus c. 4. eiusdē lib. Ad principalem auctoritatem conuertat signaculi nostri [hoc est baptismi.] Cum aquam ingressi Christianā fidē in legis suæ verba protestamur, renūtiasse nos diabolo, & pōpō, & Angelis eius, ore nostro cōtestamur. Et paulo infra. *Igitur si ex idololatria vniversā spectaculorū paraturā cōstare cōstitit, indubitatè præiudicatū erit, etiā ad spectacula pertinere renūtiationis nostre testimonium in lauacro, quæ diabolo, & pompe, & Angelis eius sint mancipata: scilicet per idololatriam.**

Post Tertullianum audiendus

190

Cū in sacro fonte renascimur, cū promittimus, quibus non stamus.

S. Cyril.

Tertul.

Tertul.

Hhh2

erit

S. Cyril.
Patrum
testimo-
nia.

erit Sanctus Cyrillus citata Ca-
techesi. *Pompa* (inquit) *diaboli est*
in theatri spectacula, & reliqua om-
nis eiusmodi vanitas, a qua postulans
liberari sanctus ille Dei, avertit, inquit,
oculos meos, ne videant vanitatem: non
ergo sis curiosus in frequentia specu-
lorum, ubi conspicias mimorum petu-
lantias omni contumelia, & impudici-
tia refertas. In eadem sententiā

S. Isidor

loquitur Sanctus Isidorus Ety-
mol. lib. 18 cap. 26. *Deum* (inquit)
negat, qui talia praesumat: fidei Chris-
tiana praevicator effectus est, qui id
denuo appetit, quod in lauacro iam pri-
dem renuntiavit, id est diabolo pom-
pis, & operibus eius. Et Masiliensis

Saluian

Episcopus Saluianus lib. 5. de pro-
videntia. *In spectaculis quedam a-*
postata fidei est: & a Symbolis ip-
sius, & caelestibus Sacramentis letha-
lis praevicatorio, quae est enim in ba-
pismo salutari Christianorum prima
confessio, quae scilicet, nisi, ut re-
nuuntiare se diabolo, ac pompis eius,
atque spectaculis, & operibus prote-
stantur? nam spectacula, & pompa,
etiam iuxta nostram professionem ope-
ra sunt diaboli. Quomodo igitur o
Christiane spectacula post baptismum
sequeris, quae opus esse diaboli conste-
ris. Renuntiasti semel diabolo, & spe-
taclulis eius: utriusque rei simul renun-
tiaisti, & unum utrumque esse dixisti,
si ad unum reverteris, ad utrumque, re-
measti. De hac renuntiatione egit

Tertul.

latius Tertul. tom. 3. lib. de bap-
tismo, quem imitatur B. Cypr.
lib. de spect. cap. 2. & ratio prop-
ter quam haec sedulo sint euita-
da, est manifesta, ac perspicua il-
la impudentia, nimirum, quam
assignavit praedicta catechesi S.
Cyrillus Hierosolymitanus illis

Cypria.

verbis. *Non ergo sis curiosus in fre-*
quentia spectaculorum, ubi conspicias
mimorum petulantias omni contume-
lia, & impudicitia refertas. Ex eo
namque intuitu mille scelerum
facies, velis, nolis, adhaesunt:
quare quae admodum fatetur Ho-
ratus lib. 3. Carminum. Ode. 8.
extremam suae Reipublicae per-
niciem ex hoc fonte dimanasse.

Horat.

Hoc fonte derivata clades
In patriam, populamque fluxit:
Moius doceri gaudet Ionico s
Matura Virgo.

Ita etiam hac aetate Lusitani la-
mentari possumus, ex hoc fonte,
quae multa cernimus publica de-
trimenta Reipublicae, dimanasse:
praeviderunt hanc morum pestem
futuram Patres nostrae societatis
gratissimi: Doctor in primis, &
Regius olim concionator Igna-
tius Martins, tum eximia sancti-
tate, tum doctri- arudine insignis.
Concionator ite eximius Pater
Ioanes de Lucena, ille qui D. Fra-
ncisci Xaverij vitam eleganti stylo
elucubrauit, nec non praepositus
domus praesertim Olyfiponensis Pa-
ter Ioanes de Madureira, doctis-
simosque, ea de re tractatus edide-
runt, conati persuadere ijs, qui Rei-
publicae clauem tenebant, eiuscemo-
di theatra fatigata tot calamita-
tib9 Lusitania funditus euersura.
Deo tamen id, ob nostras culpas,
permittente, nihil ijs scriptis obti-
nuere aliud, quam ut inuidiam cofla-
remus, & ea in re nimio plus re-
ligiosi habeamur: Nec tamen de-
fuimus nostro muneri, qui in co-
ncionatorum suggestum ascende-
bamus: & ne in nos iactaretur il-
lud. *Canes muti non valentes latrare.*

191

Societas
sc his the-
atris, &
comadijs
opposit.

Ifai.

Isai. 59. num. 10. *Elatrauimus in*
fraudentos hostes, priuateque
pudicitiae, & publicae honestatis
fures: sed in casu: latratus enim
nostri irriti abiit, & auram, non
corda mouerunt.

Ergo cum iam despondeamus
animum, & videamur ea in
re suspecti, haesi dubius, quid age-
re? Veniebat in mentem, inuehi
in haec spectacula, ne loco, & of-
ficio deessem: quod si nostrates
resipiscere nollent, haud deesset,
qui inde aliquod caperent emo-
lumentum; & qua in re domestici
delirarent, exteri saperent: haec e-
rat animi mei institutio: cum for-
te incidit in manus inscriptus li-
ber. *Stimuli virtutum adolescentie Chri-*

Guiljel.
Baldefa-
nus,

Authoris
delibera-
tio.

stiana. Quae scripserat Itala lin-
gua Guilielmus Baldefanus Do-
ctor Theologus: hic lib. 6. cap. 19
20. & 21. *Scenica theatra, & co-*
mediarum frontem, ac terga, pe-
des, & caput suis depingit colo-
ribus. Quo circa, qui haerebam
dubius, id consilii cepi, ut quae
ille Italicè scripserat, latinè huc
transferrem: ut haec inuectio, dum
alieno ore loquitur, minus appa-
reat inuidiosa: ut qui domesticos
refugiunt, externos hac via cogantur
audire doctores. Efficiam quae-
sita externi scriptoris gratia,
quod medici solent, dum amara
medicamenta foris illinunt dulce-
dine, & auri grato comunt aspe-
ctu: imo conabor, ut a peccatis re-
uocem, quod entitur diabolus, ut
peccatis implicet: quid ille agit?
sapore praedulci circūtegat infer-
nam pestem; quare Tertullianus lib.
de spectaculis c. 27. Nemo, inquit,
venenū teperat felle, & elleboro, sed co-

Tertul.

ditis pulmentis, & bene saporatis, &
plurimum dulcibus id mali inijcit: ita,
diabolus lethale, quo coficit, rebus Dei
gratissimis, & acceptissimis imbuit.
Quare quemadmodum diabo-
lus, ut mortales decipiat, his vti-
tur fallacijs: Ego, ut eos ipfos
doceam, ut diabolicas fallacias
aperiam, ut suppositos cineri
doloso tartareos ignes ostendam,
externum in medium afferam
authorem suis quidem excursi-
bibus videntem, suoque adeo Chri-
stiano zelo inuehentem; meo ta-
men speciali studio, mea erudi-
tione, ac lectione Patrum paulo
altiùs, eruditiusque, atque adeo
efficacius argumentem.

Verum enim verò priusquam
eo veniam, obtemperabo reli-
giosae cuidam cogitationi, quae
mentem perculit, ac profus per-
pulis, ut prius breuissimo com-
pendio ponerem ante lectoris
oculos descriptionem, ac velut
imaginem eorum, quae olim Ro-
mae celebrabatur, spectaculorum:
in quae veteres Patres, prout
ipsa meruerant, amarulentis ca-
lamis, ac sententijs inuecti fue-
runt. Iuuat etiam animaduertere,
dum in excursu huius tractatus se-
ueras sententias inferimus, quibus
Patres scenas, & theatra gentium
arguerunt; id eo nos animo face-
re, ut Christianus lector ijs, quasi
morborum medicinis, utatur apud
Christianos: ut enim medica-
menta, pro egrotorum ratione,
vel augenda sunt, vel temperanda: ita
generalis theatri, & absoluta Pa-
trum execratio a prudēte doctore,
ac concionatore, pro maiore, leuio
reue theatralium vitiorum abusu

192

Diabolus
venenū
folet oc-
cultare.

193

Patres a-
marinus
scripse-
runt in li-
centiora
veterum
theatra.

Doctrina
Patrum
prudēter
admonē-
da prote-
pare.

Hhh 3

vel

vel erunt in varijs orbis parti-
bus moderanda lenius, vel gra-
uius acerbanda. Sed iam ad ve-
teres ludos, & breuem Roma-
norum spectaculorum synco-
pem.

LAVREA XXXXII.

Quot olim fuerint Romæ lu-
dorum, & spectaculorum
genera: & quænam illa sint,
quæ à Patribus improban-
tur.

- 194. Quatuor spectaculorum genera.
Qui in ea scripserint.
- 195. Olympici agones tolerari capti.
- 196. Ludi gladiatorij tempore Con-
stantini non prorsus extincti.
Monachus gladiatores dirimens
obruitur lapidibus.
- 197. Circenses, ac scenici diu per-
manserunt.
In eos Chrysostomus sæpe, sæpe Au-
gustinus inuehitur.
- 198. In ipsi vetiti diebus sacratori-
bus.
Lachrymosa ferarum spectacula.
- 199. Circenses prohibentur die do-
minica.

Quatuor præcipuè gene-
ra spectaculorum impro-
bantur à Patribus Cypria-
no Epiphano, Isidoro, Tertul-
liano, & alijs: ludi nimirum Cir-
censes in Circo. Artes scenicæ
in theatro: Agones in stadio. Mu-
nera, venationes, seu gladiato-
rij ludi in amphitheatro: munus
dicebatur quodlibet ludi, vel

spectaculi genus, quod impera-
tor, tamquam munus populo
spectandum proponebat: vena-
tiones verò appellabantur ludi,
quibus feræ magno discrimine
abijs, qui depugnabant, confi-
ciebantur. De his Tertullianus
lib. de spectaculis eodem ordine
tractat. cap. nimirum 9. 10. 11. &
12. Et iterum cap. 16. 17. 18. 19.
Eisdemquæ sæpe alibi promiss-
cû quasi sub vno fasce feuerè
reprehendit; vt videre est apud
eius interpretem Pamelium sub
eius libri exordium.

Eadem quatuor genera spe-
ctaculorum numerat, & crimi-
natur Sanctus Cyprianus libro
[quo Tertullianum imitatur]
de spectaculis, & de singulis eo-
rum singula capita instituit, ni-
mirum 3. 4. 5. 6. Quamuis non
eodem ordine, ijsquæ eorum spe-
ctaculorum impudentiam, quæ
potest vehementissime arguit:
illum curiosus lector attente le-
gat. Temperato postea parum-
per illo priori feruore Christia-
norum tolerari cepit tertium
illud genus spectaculorum, quod
ab Agonibus Olympijs, quinto
quoquæ anno celebrabatur. Qua
propter posteriores scriptores
Arnobius, Lactantius Hierony-
mus tres solum reliquas species
refutarunt dissimulato illo alio
spectaculo currentium in Olym-
piaco stadio, vt iuxta Apostolum
eorum exemplo Christiani sic
ad currendum se accingerent, vt
palmam apprehenderent, memi-
nissentquæ non coronandos nisi,
qui strenuè decertauerint: cum
præsertim iam eo tempore, vt vi-

Qui mea
scripse-
rim.

195

Agones
olympici
tolerari
capti.

Arnob.
Lactat.
Hieron.

detur,

Cypria.
Epipha.
Isidorus
Tertul.

194

Quatuor
genera spe-
ctaculorum

detur, impudicæ ille in Circo
meretricum colluctationes fo-
rent exterminatæ. De Amphitheatrorum carnificina lege Ar-
nobium lib. 2. post medium: de
Circensibus tractat idem Arno-
bius lib. 4. & latissimè lib. 7. sub
finem differit de eorum origine.
De Theatralibus ludis tractat
idem lib. 4. aduersus gentes pro-
pe finem. Latissimè etiam La-
ctantius de singulis horum triū
spectaculorum disputat lib. 5. c.
20. tractationem concludens in
hæc verba. Primitus quidem vena-
tiones, quæ & munera vocantur, satur-
no attributa sunt: ludi autem scenici
Libero dicati: Circenses Neptuno sa-
crati, paulatim verò, & ceteris dijs
idem honos tribui capit, singuliquæ lu-
di eorum nominibus consecrati sunt,
sicut Sisinus Capito in libris specta-
culorum docet.

Euseb. Porro teste Eusebio lib. 4.
de vita Constantini cap. 28. Et
Sozom. Sozomeno libro 1. Histor. Ec-
cles. quamuis Constantinus san-
cita lege ludos gladiatorios sus-
tulerit de medio, vt constat ex
lege 2. Cod. de gladiatoribus, nō
tamen omnino eo tempore erāt
extincti, vt liquet ex libro 2. de
gladiatoribus Cod. Theodosiani
lege per Constantium lata, quæ
munerarios vetat auctoratos mi-
lites esse, aut Palatina præditos
dignitate; patet etiā ex August.
lib. 6. Confess. cap. 8 vbi memi-
nit gladiatorij ludi Romæ, dum
esset adolescens, celebrati. Et ex
Hieronymo in vita Hilarionis,
vbi hæc etiam eo tempore me-
minit; & ex Prudentio ad finē
libri secūdi ad Symmachum, qui

Honorium Imperatorem horta-
tur, vt eos tollat. Tu mortes misero-
rum hominum prohibeto litari. Qui
reuerà in eis extinguendis tan-
tum opere posuit, vt gladiato-
rios ludos omnino prohibuerit,
occasione præsertim monachi cu-
iusdam, de quo Theodoretus
Eccles. histor. lib. 5. cap. 26. Is, cū
cerneret duos in amphitheatro
punctim cæsinq; se lethaliter
impetentes, zelo charitatis in-
census irrupit in theatrū, dumq;
eos seiungere niteretur, lapidi-
bus à populo fuit oppressus.

Pro maiori etiam intelligē-
tia aduertat oportet, Cæsares,
quamuis Christianos, scenicos
diu ludos, ac Circenses, quam-
uis reniterentur Episcopi, per-
misisse: ne (vti respondebat Ar-
cadius, & Honorius) nimia tri-
stitia in populo generaretur: in-
terdictæ tantum sunt. Maius, fe-
do, & obsceno spectaculo, vt pa-
tet ex l. ult. ff. de Maiuma, in Cod.
Theodos. quod fuit in causa, vt
non pauci inde tumultus exci-
tarentur Aurigarum, Agitato-
rumquæ factionibus, vt perhibet
Ecclesiasticæ historiæ. Hinc in-
telligitur, quare Sanctus Chry-
sostomus, & Sanctus Augusti-
nus, dum frequentissimè aduer-
sus spectacula declamant, Cir-
censes præsertim ludos, ac thea-
tra reprehendant. Nam Chryso-
stomus homilia 31. in Ioanē. Cir-
censes carpit scenicos verò lu-
dos homilia 2. 5. & 69. in Mat-
thæum criminatur, rursusquæ
vtrosquæ arguit scribens in Psal-
mum 50. & homilia de Kalen-
dis, iam verò Augustinus lib. 2.

Theod.

monachus
gladiato-
res diri-
mens ob-
ruitur la-
pidibus.

197

Circenses,
ac sceni-
ci ludi
diu per-
manserunt.

Chryso-
August.

Hhh. 4

de

In eos
Chryso-
stomus
sape
Augustinus
invehitur

de symbolo cap. 2. & lib. 2. de
Ciuit. Dei cap. 6. Circenses di-
ctis percellit, libro verò 1. de cõ-
sensu Euangelistarum cap. 37. &
libro 2. de Ciuitate Dei cap. 4. 5.
6. 7. 8. 10. 11. 12. 13, ac 14. sceni-
cos pro merito pungit. Et certè
hoc vnum consecuti sunt sancti
illi heroës, vt saltem omnis thea-
trorum, atque Circensium vo-
luptas per vniuersas vrbes, pro-
hibita sit Dominicis diebus, &
festis Natalis, ac Epiphanię Do-
mini: nec non Paschatis, & per
totam Pentecosten Lege Domi-
nico de spectaculis in Codice
Theodos. quę data est Kalendis
Februarij Cõstantinopoli Theo-
dos. 11. & Valentiniano Cęsar.
Coff vti rectè ante nos adnota-
uit quisquis author est libri ob-
seruationum diuini, & humani
iuris. Qui etiam præclare illud
adnotauit, postea Constantino-
poli inoleuisse ludos illos gla-
diatorios, ex eo quod extet lex
vltima. Quod Cod. de ferijs, qua
Zeno Imperator interdicit non
simpliciter, sed dominico tan-
tum die Circense certamen sce-
nam theatralem, & lacrymosa fe-
rarum spectacula. Quę videli-
cet ferarum spectacula interpre-
tari debes, vel non permiffa fuis-
se, nisi de maleficis, qui ad be-
stias condemnabantur: vel non
nisi ferarum inter se certamina:
quę tamen subinde lacrymosa
facta sunt, quia si quando elabe-
bantur caueis in medios homi-
num conuentus, aliquos interne-
cabant. Tandem Circense, aut
aliquod aliud spectaculum fieri
die dominico, vetitum legitur

198

Ij ipsi ve-
liti dieb9
sacratio-
ribus.

Anchor
lib. ob-
seruatio-
nũ diui-
ni, & hu-
mani iu-
ris.

Lacry-
mosa fe-
rarũ spe-
tacula

199

Circenses
vetiti do-
minico
die.

sexta synodo in Trulo celebra-
ta can. 66. Quod utinam (inquit
Pamelius in cap. 1. libri de spec-
taculis apud Tertullianum) etiã
nunc obseruaretur, cum videamus ple-
rumquẽ Dominicis, & festis diebus
spectacula exhiberi, nec modo coma-
diarum, aut tragediarum veterum
honestiorum dramata, sed & lubrica
subinde, & pudenda, etiam ad mediã
noctem vsquẽ. Ita ille. Sed iam de
peruagatis comedijs, & tota fe-
rẽ Europa fieri consuetis dicere
aggrediamur.

LA V R E A XXXXIII.

De spectaculorum vanitate vi-
tanda; tum propter His-
trionum turpitudinem, tum
propter maiorum exempla.

- 200. Ingenuos viros dedecet Coma-
dos recipere.
- 201. Ignana aliquorum excusatio.
- 202. Dei iram exacuunt.
- 203. Rempublicam funditus eueritũ,
qui huic genti fauent.
- 204. Alcibiades Histricnem in mare
precipitem dedit.
Comedi apud Romanos erant in-
fames.
- 205. Leges tum Civiles, tum Cano-
nica horum notarunt turpitu-
dinem.
- 206. Vxorem lusus scenicos specta-
tem Sempronius reijcit.
Prima causa, ob quam spectacula
declinanda.
- 207. Satius est in carcere esse, quam
in teatro.
- 208. Assignatur secunda causa cur-

fugienda.

fugienda spectacula.

Olim Christiani spectacula exe-
crabantur.

209. Spectacula olim idololatria
mixta.

210. Spectacula propter turpitudinẽ
antiquitus vitabantur.

Q Vanam autem incommo-
da ex ijs spectaculis sub-
oriantur, satis indicat te-
nerę iuuentutis euerfio, & in ef-
frænem libidinem vehemens in-
citatio: cum frequentius, aut in
publicis ædibus, aut in dynasta-
rum domibus, aut principum au-
lis ex comediã, ac tragediã ex-
hibentur. quę multa impuden-
tia, ac lasciuia abundare soleant.
Quod eo indignius debet existi-
mari, quo indigniores sunt ij,
qui præmemoratis artibus in-
feruiunt. Sunt enim pleriquẽ
vani, ac futiles, vasti, astuti, dolo-
si, vtpote ad inhonestas artes, &
illicitas voluptates architectan-
das peridonei, incontinenti lin-
gua, ac inuerecunda; omnium
deniquẽ scelerũ colluione in-
fecti. Atquẽ hoc impium ge-
nus hominum inter suos fines
non modo patiuntur (quod ex-
tremæ dementiae est: siquidem
sine lare, sine recto, sine vilius ho-
nesti viri patrociniõ incertis
sedibus euagantur, eorum instar,
qui se Ægyptijs finibus adduc-
tos falso mētuntur) sed id, quod
intolerabilius est, in nonnullis
Europæ regionibus peramanter
excipiunt, fouent, diligunt, &
splendidißimis lancibus nutriūt
summi vrbium præfides, quorũ
munus erat, eos hastis, & contis

200
Comados
recipere
dedecet.

arcere, ac è Reipublicæ limine
amandare.

Nec ignoro, prætere hõs
quandam politicæ prudentiæ,
simulationem: oportere plebem
non semper occupationibus, &
anxijs curis detineri, sed per in-
terualla relaxari debere à nimia
solicitudine, & dare se iucundi-
tati. Sed proculdubio apud istos
insignes magistratus plus momẽ-
ti Dei obsequium, & intemera-
ta religio habitura esset, si veræ
prudentiæ normam obseruare
cupiebant, cum tot animarum
myriades in eternæ noctis exi-
tium singulis hõris deuoluèrentur.
Cum potius enitendum fo-
ret, vt populi deliciæ, lusus, &
concertationes omni specie libi-
dinis, & diuini numinis offensio-
ne carerent. Quantũ verò hinc
supremi numinis maiestati iniu-
riæ accesserit, satis ex eo inno-
tescit, quod facinorosæ vitæ ho-
mines præ oculis habeant, fo-
ueant, & quasi manibus ample-
ctantur; nec iram Dei in se ve-
hementius excitari vereãtur: qui
terroritas artes aggressi Dei
honore posthabito se se eius ho-
sti infestissimo emancipare non
erubuerunt. Ac illud magis ca-
uere debuissent, quod nequissi-
ma istorum professione innume-
ræ animę in extremam perniciẽ
collabantur, nempe eorum, qui
adsunt, & ipsorum spurcicijs, &
gesticulationibus oblectantur:
quod enim maius damnum, quã
recta via ad inferorum crucia-
tus ire præcipites? vnde Sanctus
Macharius senior homil. 27. tom.
2. Bibliot. Patrnm, cum osten-

201

Frivola a
liquorum
excusatio

202

Dei iram
candiam
laccessunt.

deret

S Mach

deret arctam, & angustam esse viam ad aeternam salutem, ac proinde laborandum, sudandum, luctandum, nam. Si quis (inquit) ex ulitu solo sine labore ad bonam partem pertineret, etiam qui spectaculis theatralibus oblectantur, irent in regnum, & vitam, quam profecto nemo dabit illis citra laborem, & pugnam, quoniam angusta via est, & afflictionis plena: per hanc duram viam incedere, sustinere, & affligi necesse est, & ita vitam ingredi.

203

Histrionum sautores Rempublicam evertunt.

Age vero quam insignis istorum inscitia, quam vana prudentia, dum enim tam opipare hos excipiunt histriones non Rempublicam stabili in loco constituunt, sed ad eius perniciem patentissimum aditum moluntur. Quod mirifice describit B. Chrysostomus homil. 28. in Mat. th. ubi percurrit innumeras calamitates, quae ab his monstris bene morate civitati afferri solent.

B. Chry

Quid evertamus dixisti? nonne iam omnia sunt eversa? nam unde credis nuptiarum insidiatores proficisci? nonne ab huiusmodi scenis? unde illos, qui domos, ac thalamos aliorum effodiunt; nonne ab orchestra illa? an non hic uxores viri molestissimi, & vivis mulieres contemenda sunt? Itaque is mihi videtur omnia evertere, qui theatra petit, qui tyrannica cupiditatis viros nimio nutrit favore; hinc seditiones excitantur, hinc tumultus oriuntur. Qui his ludis aluntur maxime solent rumoribus populos inflammare, & tumultum in civitates immittere: otiosa enim iuventus impudenter educata omni ferissima bestia irmanior est. Malefici autem non ne theatralibus ludis multi constituuntur, nam

ut universum populum ad hoc possint inflammare, ut modestas mulieres corrumpant; ad tantum maleficii genus perveniunt, ut nec ab obscibus morisorum abstineant. Quid dicam, quod ad diabolicas has sodalitates innumeras multi insumunt pecunias. Haec ille vir plane aureus: quod perinde est, ac si aperte testaretur, esse predictos homunciones non solum professione sua profligatissimos, sed magistros etiam, & duces populi ad flagitia, & ex consequenti esse urbibus, ac regnis infestissimos, seditiosos, incantatores, magos, domorum stragem, & ingluviem patrimoniorum, eversores arctissimae Societatis inter maritos, ut uxores olim stabilitate. Hos qui everteret, addit Chrysostomus, non leges, sed iniquitatem everteret, & omnem pestem extingueret. Numquam satis laudabitur Alcibiades, qui nonnullis versibus laesitatus comaedum quemdam Eupolim in mare demergi imperavit; haec epigraphe. Tu me in scena sepe mersisti Eupoli, ego te semel in mari. Quantum vero praestiterint Romani Graeciae uniuersae, vel ex eo conspicitur, quod licet ex legum sanctionibus, & morum consuetudinibus multa in Latium comportauerint, tamen histrioniae professores semper infimo, nimisque abiecto loco habuerint. Qua de re multa memoriae prodit Amylius Probus, & ante illum oratorum princeps Cicero, Diuus Augustinus lib. 2. de ciuit. Dei cap. 13. sic enim Cn. Scipionem haec enarrantem introducunt. Cum artem ludicram, scenamq;

Idem.

204

Alcibiades comediae in mare praecipit.

Comediae apud Romanos erant infames.

Amyl. Cicero D. Aug.

totam

totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam Tribu moueri notatione censoria voluerunt. Quae in re quispiam non inuenit, tunc argumentabitur, inuicem illorum hominum fuisse improbitatem, infamiam, obscenitatem, turpitudinem, qui summa seueritate ex ea urbe propulsabantur, in qua innumerae colluuiiones hominum pessimorum, & profligatorum propemodum recipiebantur. Porro hanc histrionum infamiam leges etiam Canonicae, ac civiles adnotarunt, ut patet ex l. 1. ff. de his, qui notantur infamia, & Gloss. in C. de nare 86. d. ob quam rationem non possunt, ut testes laudari, nec produci ad accusandum, l. Casius ff. de Senatoribus, idque probari solet a Doctoribus in l. 2. C. de infamibus, viderique debet Tiraquel. t. 1. de nobilit. cap. 34. n. 13. ob eandem rationem illis denegari potest Eucharistia, ut intelligere est, ex c. Maritum 33. d. & c. pro dilectione de Consecratione d. 2. ubi etiam docet Glossa, posse patrem priuare filium hereditate, si citra patris voluntatem se dedat his artibus. Iam vero mulierum, quae in theatrum ascendunt, infamiam facile colliges ex his, quae scribit Plutarchus lib. 1. Symposiaca, & Alexander ab Alexandro lib. 6. Genial. dierum cap. 8. & Tiraquel. in lege Connub. 16. glossa 1. p. 16. num. 35. Macrobius lib. 3. cap. 14. Valerius lib. 2. cap. 5. Augustinus lib. 1. & 2. de Ciuit. Lactantius lib. de prouidentia, & alij passim:

205

Histrionum infamiam adnotarunt leges, tum civiles, tum Canonicae.

Tiraqu.

Plutarc Alexad. ab Alex. Tiraqu. Macro. Valerig August. Lactat.

itaque mulierum in theatro agendum tanta apud Romanos erat infamia, ut L. Sempronius coniugem suam repudiauerit, ut infamen, eo quod sola, & se in scioludos scenicos ausa fuerit spectare: ut testis est Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Haec igitur sit prima causa, quae bene moratum adolescentem ab his spectaculis exulare compellat. Praeclare D. Ambros. lib. de virgin. Primus discendi ardor excellentia est magistri. Diligenter inspiciat, quale nam hominum genus sit, quod hanc artem per loca urbis publica audeat profiteri. Hi enim cum se dam criminum labem, & turpementum infamiae notam contraxerint, quid aliud inculcare possunt miseris praeter pestilentes artes, quibus in extremum calamitatis, ignominiae, & turpitudinis sunt deiectioni: quocirca ad illorum conuentus declinare, est in omnem obscenitatem, & infamiam properare, seu ut attestatur Chrysost. homilia 8. de paenit. Ad communem luxuriae officinam, ad publicum incontinentiae gymnasium ad cathedram pestilentiae, ad omnem impudicitiae orchestram, in pessimum, plurimorumque morborum xenodochium, in fornacem Babylonicam.

Quamobrem idem ille vir Sanctissimus Iohannes Chrysost. homil. 62. ad populum Antiochenum incredibili verborum copia, & sententiarum splendore comprobatur, melius esse in fredo, & horrido, ac perangusto carcere vitam degere, quam in hac spectaculorum licentia aliquando detentum iuuenem reperiri. Nam

206

Reijcitur uxor, quod spectauerit scenicos ludos.

Prima causa cur declinanda sint spectacula.

Ambro.

Chryso.

Chryso.

207

Satis est esse in carcere, quam in theatro

si in

fi in carcere nimis aspere tractaretur, si insolens, & elatus sit, submissum, & abiectum exiturum: si iratus, mitis, & lenis: si mollis, & iunctus, sordidum, & robustum; cum didicerit, mobilitatem, & inconstantiam rerum humanarum, ipsamque indigentiam omnium virtutum magistram fore, & directricem: vincula denique, & umbram carceris omnium bonarum artium euasisse palestram: at ex spectaculorum, & histrionum sedibus, quid emolumenti excipi potest? *Nam illic, inquit Chrys. homilia 62. ad populum Antioch. omnia contraria, risus, ineptitudo, diabolicus factus, effusio, temporis impendium, superflua dierum consumptio, male cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiae schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exempla. At in carcere non ita, sed illic humilitas, supplicatio, philosophici profectus, secularium rerum contemptus, omnia conculcata sunt, & contempta, & tamquam infanti ped gagus adest timor ad omnia congrua dirigens eum. Hec si non credis, vultum intuearis unius, qui de carcere venit: & alterius, qui de infami exit comedia, huius animam videbis fastidientem, turbatam, vereque constri. Etiam; illius autem solutam, proptam, & vere elatam. Nam ille à theatro rececit oculis mulierum astrictus, quouis ferro grauiora ferens vinculas; hic autem ab omnibus liberatus.*

Secunda causa cur euitanda sint spectacula ex annalibus eruatur: primi enim illi Christianae veritatis cultores, qui nascentem florentemque pietatem (que mo-

do languet, ac pene iacet exanimis) sedulo complexi sunt: sic ab his infautis spectaculis abstinuerunt, ut eodem loco spectatores habuerint, quasi alicuius falsi numinis immolatiores euasissent: nec dissimilem utriusque noxam vlla ex parte crediderint. Quod si libeat intueri, consulendus Tertullianus, qui hac de re integrum volumen peregit; cuius vestigia secuti sunt postea Christianae religionis lumina Cyprianus, Lactantius, Saluianus, & Augustinus, partim libris de hac materia ex professo editis, partim arrepta occasione varijs in locis egregium, quid inseruerunt.

Erat priscis illis temporibus a recentissimis nostris diuersa admodum spectaculorum ratio: quippe vniuersos ludorum apparatus a simulachrorum cultu originem tenuisse videtur: sic enim grauior eis imputabatur reatus, & quasi impietatis enormitas in ea functione inhererebat; nunc autem eius criminis seditas ab vna depromitur ineptae laetitiae vanitate, nec non, & impuro turpitudinis contagio. Sed hoc ipsum tamen primaeuos illos Christi fideles vehementius incitabat, quorum institutio (siquidem velut patres nos quodammodo aluerunt) debent omnibus incitamento esse; quandoquidem indubitatum est, eos impensius esse spectacula detestatos, quae etsi, idololatriae specie quidem vacarent, tamen lasciuia, & in continentiam innexam penitus continerent.

Sed haec ex ore ipsiusmet Ter-

Olim Christiani spectacula abominabantur.

Tertull. Cypria. Lactant. Saluian. August.

209

Spectacula olim idololatriae permixta.

208

2. causa propter quam fugienda sunt spectacula.

LAUREA XXXXIII.

Spectaculis turpibus excitari libidinem, & dari scandalum.

- 211. Tertia causa huius fugiendae occasionis.
- 212. Testimonia de illorum impuritate.
- 213. In theatris morum seditas facilis.
- 214. Nulla via ad persuadendum nobilior, quam exempla.
- 215. Spectacula animis cupidinis nexu ingerunt.
- 216. Exempla notatione digna.
- 217. Quomodo lethaliter peccent comedi.
- 218. Duplex scandalum.
- 219. Alia ratio scandali in theatris.
- 220. Emerse provinciae huiusmodi lasciujs. Insani populi miseranda facies.
- 221. Barbari etiam spectacula detestabantur.

Verum opponat aliquis, frustra nos pro nostro arbitratu in tot, ac tantas dimicationes, & rationum ambages peruadere, siquidem, quae hactenus memorauimus longius a nostro instituto digrediantur, cum solum efficiant, declinanda esse spectacula, quod aniam aliamquam incontinentiae suppediant, quod est, ioculatorias actiones cum aduentitia vanitate exterminare. Ne igitur extra chorum profiliamus: tertiam causam proponamus ex visceribus rei, cur declinari debeant

tulliani audire iuuabit de spectaculis cap. 17. *Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiam à theatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitiae, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius de spurcitia plurimum concinnata est. Quod si omnis impudicitia nobis execranda est, cur liceat audire, quae loqui non licet? cum etiam scurrilitatem, & omne vanum verbum à Deo iudicandum sciamus: cur aequè liceat videre, quae facere flagitium est: cur quae ore prolata coinquant hominē; ea per oculos, & aures admissa non videntur coinquare? cum spiritui appareant aures, & oculi, nec possit mundus praetari, cuius apparitores inquinantur. Habes igitur, & theatri interdictionem de interdictione impudicitiae.*

Sed haec ipsa Diuus Cyprianus multò enucleatius inculcabit. *Hae etiam, si non essent simulacris dicata, obeunda tamen, & spectanda non essent Christianis fidelibus. Saluianus verò, (& ipsi ob antiquitatem plus auctoritatis concedimus) nimis longa oratione in istos, Sycophantas indignatus, vsque procedit, ut quincat, eos, qui ex similibus irritamentis oblectationem accipiunt, promissa edita in lauacro sacri baptismatis infringere, quibus in contemptum Sathanae, & omnium mirabilium eius repudiationem fecere. Nam pompe diaboli sunt ista spectacula: concludit igitur in haec verba. Renuntia sti diabolo, & spectaculis eius, ac per hoc necesse est prudens ac sciens dum ad spectacula remeas, ad diabolum te redire recognoscas.*

210

Spectacula olim vitabantur quia turpia.

Cypria.

211

3. causa ob quam spectacula sunt fugienda.

theatrales ineptiae, & vana spectandi iucunditas. In ea enim aere succenditur ardentissimus libidinis estus, quod vel maxime remouere debet iuuentutem, ne voracibus flammis tenerae mentes abripiantur. Si enim sepe alias singula quasi iacula per singulas sensuum fores interius immittuntur in animum: sane in turpiculis rebus, & obscenae rei spectaculis nostrorum sensuum ianuam ad omnem delictorum strepitum, omnemque diabolicae cohortis assultum excipiendum diutissime patet. Sepe vietas in alijs negotijs, quod si palpebrae macula aliqua ex re sibi e regione posita percipiant, aures tamen puriores sunt, quae nulla sordida fermocinatione inficiuntur: si rursus auribus occurrat scelerata, aspectus fortasse eius turpitudinis sunt immunes, si ab utroque fortiter nihil peruasit in mentem: at in scenicis spectaculis ubi actiones deformiores sunt, inundatio quaedam obscenitatis deuoluitur, quod intingantur, maculentur, & absorbentur omnium simul sensuum functiones, quin & animus totus, imo & noster interior, & exterior homo soleat inficiari; ut non immerito Saluianus lib. 5. de prouidentia. *Talia sunt, quae istuc sunt (inquit) ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit. Alia quippe crimina singulas sibi ferme in nobis vendicant portiones, ut cogitationes sordida animos; ut impudicus aspectus oculos; ut auditus improbi aures; ita ut cum ex his unum aliquid errauerit, reliqua possint cavere peccatis: in theatris vero nihil horum reuertatur;*

quia & concupiscentijs animus; & auditu aures, & aspectu oculi polluuntur. Quae quidem omnia, tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea, quae spiam, atq; eloqui saluo pudore non valeat; quis enim integro verecundia statu dicere queat; illas veru turpiu imitationes? illas vocu, & verborum obscenitates? illas motuu turpitudines? illas gestuum sceleratas? quae quanti sint criminis, vel hinc intelligi potest; quod & relationem sui interdicit: nonnulla quippe, etiam maxima scelera, incoluim honestate, referuntur, & nominari, & argui possunt; ut homicidium, latrocinium, adulterium, sacrilegium, ceteraque in hunc modum, sola theatrorum sunt impuritates, quae honeste non possunt vel accusari. Sit illud satis scire, veneremur ex sententia Saluiani coli solita in theatris. Ut Minerva (inquit ille lib. 6. de prouid.) in palastris, sic Venus colitur in theatris. Quod etiam videtur alludere Valerius Maximus lib. 2. c. 1. illis praefertim verbis. Ut Dijs cultus quareretur, reperta sunt theatra. Consentit Tertullianus lib. de spectaculis cap. 10. ubi ita. Theatrum proprie sacrarium veneris est. Et infra, omnium turpium sceleru sentina appellat scenicu theatru, quod sumptuoso fastu Pompeius erexerat, & veneris fano desuper imposito sacrauerat. Pompeius (inquit) Magnus solo teatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinu extruxisset, veritus quandoque memorie sua animaduersionem veneris adem superimposuit. Quapropter a Diuo Augustino lib. 1. de Ciuitate cap. 32 prope exordium dicuntur. Scenici ludu spectacula turpitudinum, & licentia vanitatum. De quibus Maffilienfis Epif-

Idem.

Valerij Maxim.

Tertul.

D. Aug.

copus

Saluian

212

Testimonium de impuritate veterum spectaculorum.

Saluian

213

Theatra ad excoriandam obcanam cogitationem plurimum olim valabant, hodieq; multum valent.

copus Saluianus de prouidentia lib. 5. apud Bibliot SS. Patrum tomo 5. In illis [inquit] imaginibus fornicationu; omnis omnino plebs animo fornicatur; & qui forte ad spectaculu puri venerant, de teatro aduulteri reuertuntur.

Quare ut omnino theatralis haec contagio dignoscatur, sedulo attendi debet, quam via haec turpitudinis labe se se animis nostris immisceat: neque enim communi, & usitato more haec scenicae artes ad peccati blandimenta pelliciunt, sed alio extra ordinem ita lubrico, ac difficili, ut mens nostra a prolapione se continere non possit. Siquidem nullam tam praecipue, ac periculosa via est ad irritamenta libidinis, spectata naturae imbecillitate, & sponte sua ad illecebras rapidissima propensione quam spurcissimarum rerum imagines se se per sensuum exterioru fenestras animis nostris conantur immittere: subindeque facilis via aperitur, qua inspectores eam, quam expetunt labem turpitudinis, absque villo negotio consequi possint. Sunt ergo haec theatrales machinationes omnium sceleru magisteria a nefarijs hominibus instituta: sunt accessu quaedam faces, quae nostris sensibus admotae, sicut ignis stipulis magnam penitus excitabunt incendium: cuius flamma si crebro insurgat, vorat, absumitque omnia, etiam si in remotiori loco sint posita; quae combustio ergo erit? si propitius incendia te imprudens constituas? Quid enim totus scenae ambitus sub sipario, quam feruidu

quoddam, & petulans lyceum, in quo mentis acumen, simul & exteriores sensus ad omnem pariter lasciuam, & proteruiam imbuantur: quippe non solum genus iocandi flagitiosum, & obscenum exhibeat, sed etiam lasciuam, & proteruiam nefario, & petulantissimo stylo erudiat. Proponit enim in primis totius audaciae, & procacitatis exemplum: quae doctrinae norma cum ad ceteras res perdifficiles sit valde expedita, quantum habebit virium in flagitijs inculcandis, quae nulla magistri ope natura per se tanto opere concupiscit. Quin, & exemplo orationis vim adijcit, quae sola absque alijs lenocinijs potestissima est ad hominum animos in utramque partem concitandos. Quid vero referam sententiaru acumina, quando mira varietate innectuntur, & apte coheret, praefertim si adfit viua vocis suauitas, & actionis venustas, aliaque verborum assentationes, ex quibus miram dulcedinem, & quasi titillantem letitiam sensus percipere possint. Nec obstat, quod fabellae sint, & poetica figmenta, quae scenici ludus referunt: semper etenim illa Lactantij vox locum obtinet lib. 6. cap. 20. *Docent adulteria, dum fingunt; & simulatis erudiunt ad vera.* Atque ante ipsum Minutius felix in Octauio. *Mimus vel exponit adulteria, vel monstrat; & eneruis histrio, amorem dum fingit, infligit.* Sunt in Brasiliae regione vastissima; ut ex certissimis liquet testimonijs Patrum nostrae Societatis, serpentes tantarum virium, ut al-

214

Praestantissima persuasio di ratio, exempla.

Lactat.

lii 2

tera

tera sui parte arborum brachijs innexi altera pretereuntem quam libet vegetam, ac robustam animam incautam apprehendant, ligentque, & astringant tanta vi ut breui in eorum cedens partem contabescat: haud secus, reor, accidit in istiusmodi theatris incautos repetere inuadit astutissimi serpentis interior afflatus, & amplexus, nodisq; implicat inextricabilibus, donec internecat: quid aliud queso, sunt ipsi gestus theatrales? *Ipse gestus* (inquit Tertulianus lib. de spectaculis c. 18.)

colubrina vis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum.

Quantum vero in dies hoc malum irrepserit, & inter bene moratas ciuitates caperit latius emanare, ex eo liquet, quod non solum nocuumentum pariunt, dum quis spectat, & audit, (tunc enim immundarum animarum instar se patiuntur in caeno, ac fordibus obuersione) sed nescio, quo dulci veneno inficiunt, ut quibusdam fractis, mollibusq; figmentis, quasi incantationibus homines demerere consuecant: ita ut longa tempore diuturnitate, quasi in compe delictorum, gehennalibus nexibus, & multiplicibus nodis, irretitus maneas, & praepeditus. Nec solum, ut in praecipis elabaris, efficiunt, sed brachia quoque comminuunt, ne deinceps insurgerere valeas; neque primam simplicemque peccati actionem, sed sepius repetitam, propensissimamque ad nocendum inclinationem nostris animis impertiunt ut, seruorum instar, in posterum sub iugum ser-

uitutis acerbissimum redigaris. Hae sunt illa vincula, hi nexi acerbissimi, quibus, eos qui ab histrionum ludis egrediuntur, implicitos manere docet B. Chrysostomus: quotus quisque enim in hanc flagitiorum caueam ingrediuntur, nefariae turpitudinis obsequijs obnoxij sunt: assidua infamiam rerum agitatione imaginatricis facultatis acie obtusa: nec vero intellectrix potentia, & imaginatio, eorum impressionem valet reijcere: certe voluntas, & appetitus delibatam dulcedinem aspernari non potest: est enim in his animus vorax, & appetitor, sicut vehementior ignis, ut ait sapiens, qui nunquam dicit, sufficit.

Quibus tamen non obstantibus, quod sine eulatu, & lacrymis proferri non potest, sunt plerique orthodoxae fidei cultores, qui non modo non aspiciant, quanta scenicis actibus sit malorum congeries: sed etiam pro ipsorum fortunis, & incolumitate dimicent, eos lacepsitos defendant, & quasi innocentes tueantur: ac laudi tribuant, alijs, qui pro istorum defensione confligunt. Quid si non desint parentes, qui virgis animaduertant in filios, quod saniore consilio, ac prudentia vberiori ab his illecebris malint abstinere? Vidi ego optimae indolis adolescentem, qui dum haec hominum portenta per summam impudentiam gestus sceleratissimos; indignosque Christiani hominis obrutibus moribusque palam ederent; hisque

Chryso.

obsca-

Tertul.

215

Spectacula astringunt animos vinculis cupiditatis.

216

Exempla notanda.

obscaenitatibus non dissimilia verba proferrent, eo pertinacius ab his illecebris se abstrahere: ac ne huiusmodi spurcicias olfacerent in abdita, & abscondita se immittere: quod si aliud non superesset remedium, oculos, auresque sudariolo obuoluere.

Vnum vero hac de re non desinam percunctari, ut nobis planissime, & apertissime causam vnam explicent, quae horum spectaculorum licentiam valeat excusare non modo veram, & solidam, sed saltem verisimilem, & ad speciem utique probabilem, dummodo Christianae religionis professionem, nomenclationemque non exuimus, sed sub hac disciplina vitam degere, ac demum emori constituimus: ea est enim Christianae religionis celsitas, & amplitudo, ut non modo, quod hic fit, ludum, iocosque histrionicos nulli concedat ob miram lasciuiam, & impudentiam; sed nec obscenum verbum, aut moliter prolatum ab vilo pronuntiarum sit passus: nihilominus, ut istorum obiectis petitionibus cumulatissime satisfaciam, prius nostrae sententiae theologicum fundamentum subiicimus.

Oportet ergo praediscere, & praemeditari, quod egregie inculcat Diuus Thomas 2.2. quae. 168 art. 3. cum de histrionibus ita disputationem instituit. Quamquam artem comicam professi, qua tales, non sunt in statu peccati; quod possunt esse actiones scenicae, etiam honestae, sanctae, aut certe mediae: tamen eosdem esse, ait, in statu damnatio-

D.Tho.

217

Quando comicae artis profissores peccent mortaliter.

nis, cum officij terminos excedunt. Id fit, cum arte abuntur, cum ad verba, factaue illicita artem transferunt. Cui subscribit Augustini sententia tract. 106. in Ioannem, in illos bona conferre. *Vitium est immane, non virtus.* Sed ne de isto argumento diuturna dissensio misceatur, alia occurrit ratio, quae multo vehementius torqueat aduersarios, & quae ab eodemmet traditur 2.2. quae. 43. vbi de scandalo disputat: scandalum, inquit, bifariam contingere potest; aliud cum eius generis malum admittitur, quod occasionem alijs tribuat, scelus aliquod imitandi: quod etiam tum scandalum est, cum is, qui delinquit, caret proposito, alios in idem nefas inducendi. Aliud vero, cum hoc de industria intenditur, ut vel dicto, vel facto prohibito alius in simile delictum pertrahatur: vtrouis modo criminofum est, sed hoc secundum asserit, induere propriam scandali rationem, & ex diametro opponi eius charitatis pulcherrimae functioni, quae proximum in peccati discrimine constitutum ab eo statu arceret, & adseruare enititur. Siquis enim prauidens incautum hominem in subiectum saxum incursum prope, quod ne accidat, de medio dimouet, is quidem charitatis muneri satisfacit: quod si e contra transeuntis offensionem subiiciat, ac occasionem prolabendi praestat non sine acerbissimo alterius detrimento, is grauissimi sceleris se labe commaculat: scanda-

August.

D.Tho.

218

Duplex scandalum, & vtriusque criminofum.

dalum autem, siue priori, siue posteriori modo contingat, qui illud obijcit, tam atrociter delinquit, quanta est atrocitas criminis, in quod alium sua inductione perduxit.

Quibus præsuppositis nullus est ambigendi locus, quin in similibus spectaculis, aut vtraquæ insit, aut saltem vna scandali ratio; quod spectatores ad vesanâ libidinem saltem visu, & cogitatione trahantur. Quod si quis dubius, & incertus adhuc hæret animi, consulat ipsos spectatores: vel ipsos, si libeat, histriones curiosius percontetur. Quod si enim verum fateri non grauentur ex ipsorum ore constabit, in scenicis actibus animarum iacturam, & gehennales semper latere diaboli insidias; qui his rebus, vtpote impurissimis, adest, & custos, & præses haberi semper amat, vbi frequenter adhibentur actiones, rectæ rationi legiquæ diuinæ valde contrariæ: vbi idonea instrumenta, quibus morum continentia, vitæ grauitas, & integritas expugnetur: & quod inde quadam necessitate insequitur ir tota reipublice machina penitus dissoluatur: constat enim statum omnem ciuitatis in peius ruere, si tam nefarijs hominibus repleatur, aut inualecente ipsorum audacia funditus extingui, & deturbari. Decertat enim aduersus hos totius improbitatis vindex, & ultor Deus: cū in eos laesissus non dicam singulis priuatorum criminibus, sed vniuersorum malefactorum, ac totius reipublice impuritatibus

ad iram, & vindictam vehementius irritatur. Vbi enim publice delicta, obistente Dei lege; non tolerantur modo; sed teguntur etiam, aluntur; & retinētur: quedam scelerum, & impudicitiae officina aperiri videtur: quod non iam vnius, & alterius priuati culpa, sed ipsorum magistratum, & totius vrbis labes, & opprobrium debeat reputari.

Sed nequis à me aniles nugas, & vana deliramenta proferri existimet: Saluianus citatus hac maximè causa factum putat, vt suo tempore tota Gallia, Sardinia, Sicilia Barbarorum irruptione redundarint: vt præclarissimæ vrbes Colonia, Maguntia, Treueri crudelissimè sint deletæ: vt Vandali, velut communis quedam orbis perniciēs, ad ipsam vsquæ Africam penetrarint. Atquæ vt planè intelligeretur, quamobrem Deo visum fuisset, tot prouincias, tam nobiles imperij Romani excindere. Circūsonabant (inquit) armis muros Carthaginis populi Barbarorum, & Ecclesia Carthaginensis insaniebat in circis; luxuriabat in theatris, alij foris iugulabantur; alij intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiua hostium, pars intus captiua vitiorum. Quin etiam idem Saluianus, & quod plus est, ante eum Chrysostomus barbaros ipsos, testatur, hæc flagitia spectaculorum admiratos, execratosquæ Romanis exprobrasse; quod extremè se stultitiæ, insaniequæ dedissent; ipsum quæ genus histrionum tamquam pestes humani generis, ex ijs, quas Christianis eripuissent prouincijs

[quod

219

Theatris
altera saltem
scandali ratio
inest.

220

Vastata
prouincia
ludorum
lasciujs.

Saluian

Insani populi
miseranda
facies.

Chryso

221

Etiam
Barbari
spectacula
dabant.Paulus
Orosius

[quod nunc Turcæ faciunt] subito exterminasse. Intellexerat hoc grauissimum malum in dies serpens in Romanorum animos Nafica: nam cum censores lapideum theatrum in vrbe pararēt, ipse solus, vt aliud cōsiliū inirent, persuasit. Audias Paulum Orosium D. Augustino, & D. Hieronymo cōtaneum, & vtriusquæ etiam aliquando hospitē haud ingratus, lib. 4. aduersus Paganos c. 21. qui habetur tomo 7. veterum Patrum. Eodem tempore censores theatrum lapideum in vrbe construi censuerunt, quod ne tunc fieret, scipio Nafica grauissima oratione obstitit, dicens, inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendā desidiā, lasciuiequæ cōmentum; adeoquæ mouit Senatū, vt non solum vendi omnia theatra comparata iusserit, sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit. Et Augustinus lib. 2. de Ciuitate cap. 5. idem de eodem repetit.

LAVREA XXXV.

Friuolæ excusationes eorum, qui spectaculis delectantur turpibus.

222. Illorum purgationes, qui histriones fouent.
223. Falsa securitas periculo imminet Mirum Alipij exemplum.
224. Iuuentutis vehemens periculum.
225. Parentum insania; si natos mittant ad theatra.
226. Tertia purgatio.
Epilogus ex Chrysostomo.

NON me latet, quid pro se se huiusce ætatis suauiludij (vt eos Tertulliani voce conficiam) soleant obijcere: occurram igitur lubētissime ipsorum petitionibus. Quid dico, occurram? imo verò eosdem illos lectissimos viros opponam, quorum facta est superius mentio. Sicut enim propago generis humani, suo semper cursu effluit: atquæ ex eodē Adami corrupto semine eadem semper resultat hominum species: ita, & peccata semper eiusdē generis, & peccatorum eadem insurgunt excusationes. Respondeant igitur nunc iidem, qui olim hostiliter sunt eadem insectati.

Primum, accedere se, aiunt, ea dispositione, vt ad oculos solum; non etiam ad animam intromittant nefaria spectacula: quod verò tantum scelus esse in aspectu solo valet: cum nihil sequatur aliud nocenti? Audi Terrullianum lib. de spectaculis cap. 15. Omne spectaculum sine concussione spiritus non est; vbi enim voluptas, ibi & studium, per quod scilicet voluptas sapit: vbi studium, ibi & amulatio, per quam studium sapit. Et pauld post. Si qui modeste, & probe spectaculis fruatur, pro dignitatis, vel atatis, vel etiam natura sua conditione: non tamen immobilis animi est, sine tacita spiritus passione, nemo ad voluptatem venit sine affectu; nemo affectum sine casibus suis patitur: ipsi casus incitamenta sunt affectus. Non ergo spectacula ita oculis inservire possunt, quin ad animas etiā peruadant, in eisquæ venena disseminant; meritò ergo Tertul-

222

Excusationes
eorum, qui
histrionibus
fasciæ1. excusa
tio.

Iii 4

Ianus

lianus eiusdem lib. cap. 18. contendit, ea, quæ in comædijs tractantur, nequè oculis vsurpanda, nequè sermonibus. Quod (inquit) in factis reicitur, etiam in dicto non est recipiendum. Et Sanctus Iohannes Chrysofomus homilia 1. in Psalm. 50. Audiant (inquit) curiosi, qui pulchritudines considerant alienas, audiant qui ex spectaculis insaniant in theatris, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicunt: spectamus quidem, sed nihil nocemur. David talis, ac tantus latus est; & tute putas non posse ladi? ille nocuum passus est, qui tantam habebat spiritus gratiam, & te quomodo credere potero, sine vulnere auasisse? Et ille quidem in solario domus sue; tu autem in teatro: ubi & locus condennat animam sapientis; in quo cum tanta sunt precipitia, tanta corruptela, quomodo possum tibi credere, quod à talibus bestijs vulneratus non sis? Numquid lapideus es, aut ferreus? igni cõiungeris, & non ardebis. Subijciã, si liceat exemplum vnicum; ex quo percipias oculos, non solum cum aperti, & quasi absquè galea aduersus hostem blandissimum pugnant, superari, & capi, sed etiam cum obiectu se palpebrarum armant; aures tantum apertas, & vocum spiculis expositas reliquerunt. Consulendus hac de re est S. Augustinus, qui de socio scribit: atq; eo quidem, qui licet inuitus ad spectacula pertractus: tamẽ vnica spectatione sic fascinatus est, vt sine theatris postea vitam sibi acerbam duceret. Is igitur in hunc modum scribit. lib. 1. cõfess. c. 8. Romam præcesserat Alapius, ut ius dif-

ceret, & ibi gladiatorij spectaculi inhiatu incredibili, & incredibiliter abreptus est. Cum enim auersaretur, & detestaretur talis quidam eius amici, & condiscipuli, cum forte de prandio redeuntibus obuius esset, recusantem vehementer, & resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium, & funestorum ludorum diebus hoc dicentem. Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi constituitis; numquid, & animum, & oculos meos in illa spectacula potestis intendere? adero itaque absens ac sic, & vos & illa superabo. Quibus auditis illi nihil à secus eum abduxerunt secum; id ipsum forte explorare cupientes, utrum posset efficere. Quo ubi ventum est, & sedibus, quibus potuerunt, locati sunt, feruebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus uclorum interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atquè uinam, & aures obturauisset. Nam quodam pugna casu, cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset; curiositate victus, & quasi paratus, quidquid illud esset, etiam visum contemnere, & vincere; aperuit oculos, & percussus est grauiore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem cernere concupiuit: ceciditq; miserabilius, quam ille, quo cedente, factus est clamor, qui per aures intrauit, & reserauit eius lumina; ut esset, quæ feriretur, & deijceretur; audax adhuc potius, quam fortis animus; & eo infirmior, quo de se præsumperat, qui debuit de te. Vt enim uidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit; & non se auertit, sed fixit aspectum; & hauriebat furias, & nesciebat; & delectabatur scelere certaminis; & cruenta voluptate inebriabatur. Et nomen erat iam ille, qui uenerat;

sed

sed vnus de turba, ad quam uenerat; & uerus eorum socius, à quibus adductus erat. Quid plura? spectauit, clamauit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur videre, non tantum cum illis, à quibus prius abstractus est, sed etiam præ illis, & alios trahens. Hæc ille.

Quod si spectacula, tam crudelia, tã horrenda gladiatorum, & venationum, quibus aut ipsi inter se homines, barbaro planè more, se peterent, occiderent, lacerarent gladijs, pugionibus, fuscis aut leonibus, tigribus, uersis miseri homines dilaniandi obijcerentur, tantum tamen poterant; ut oculos animumquè eius insanè occuparent, qui ante cedem omnem, & crudelitatem horrebat; qui inuitus accesserat, qui destinauerat, aut non adspicere; aut si adspexisset, non cogitare: quid de nostris spectaculis dicemus? adolescens natura propensus ad voluptates, facilis animo, annis integer, calido sanguine, corpore benè habito, interfit spectaculis, mira suauitate, in omnes sensus influentibus, mirè factis ad capiendos non oculos tantum; sed animos etiam; ad robur mentis effæminandum; ad sepeliendam sempiternis tenebris integritatem mentis, & corporis, quæ multò facilius, quam delicatissimi floris odor euanescit; & longè fragilior est vitro; ipse totus sensibus deditus, qui illū deinceps tartareis hostibus tradant, talis, inquam, ad talia licèter accedat; quid boni; imo quid non mali expectandum putes?

Tamen audebis dicere, nihil te peccare, cum videndi tantum animo; non accipiendi damni uoluntate accedis. Audi Augustinum. Spectauit, clamauit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur videre, non tantum cum illis, sed etiam præ illis, à quibus erat abductus.

Sequitur altera defensio. Fuisse nonnullos, quibus exiguum ex his voluptatibus; fuisse etiã, & longè plures, eosquè sibi notos, qui nihil omnino damni acceperint, respondeat, & huic causæ Sanctus Chrysofomus hom. 38. in Matth. his uerbis. Imò uerò (inquit) maxime nocet: quod in casum tempus consumis, & scandalum alijs offers. Nam si in excelso quodam animi robore, nihil inde tibi mali contraxisti; attamen quoniam alios imbecilliores, exemplo tui, spectaculorum studiosos fecisti; quomodo non ipse commisit, qui causam committendi alijs præbuit. Hactenus ille. In hoc genere falluntur grauius patres, & præfecti moribus adolescentium; qui istorum vires suis uiribus metiuntur: Qui, quod Chrysofomus non credant, imbecilliores esse adolescentes; eos ita in medios hostes conijciunt, ut opem nullam ferant; & proinde faciunt; ac si illos in mare iaciant ad natandum, eo quod ipsi natare sciant. Quasi uerò non hoc sit, in præsens illos periculum submersionis, & mortis præcipientes dare: aut quasi adolescentibus defuturæ sint, vel in ipsis domicilijs, cubiculisquè, peccandi occasiones: nisi emittantur, ut aliunde corrogent easdè, & emē-

dicent,

Chryso

223

Falsa securitas periculosissima.

Mirum Alapij exemplum.

August.

August.

2. Excusatio.

Chryso.

225

Deliria parentum, quignatos ad theatra mittunt.

dicent; atque aded, quo nihil de mentias, pretio eas redimant, in impuritatum, & nequitiaru foro, idest, in spurcissimis theatris.

Tertia est quorundam excusatio: ad tempus fallendum expeditissimos huiusmodi plausus, hilaritates, & exultationes esse. His ego respondeo: tempus fallere, eorum esse, qui largo otio distenti multo abundant tempore. Inter Christianos vero, quis est, cui non dictum sit. i. Corinth. 7. Galat. 6. Tempus breue est? Et: Dum tempus habemus, operemur bonum? Quis ille, qui gloriatur abundare se tempore, quo penitentiam agat, tot peccatorum, quot admittit; tot scandalorum, quot dedit? quo exoluat tot debita, qui sustinetur Deo, proximo, familie, patrie, sibi ipsi? sed audiamus eundem Chrysostrum, qui aureolis plane sententias docet, quemadmodum non tantum mala, sed causas quoque malorum declinare debeamus.

Agnoscamus (inquit) laqueos, & de ipsis procul eamus; agnoscamus precipitia, nec appropinquemus. Hoc maxime securitatis vobis erit occasio, non tantum peccata fugere; verum, & que videntur media quidem esse, ad peccata vero nos supplantat, quale quod dico, videre, & iocosa verba, non manifestum, quidem peccatum videtur; sed manifestum crimen inducit. Nam sepius ex risu turpia nascuntur verba: ex turpibus verbis, actiones turpiores. Sepius ex verbis, & risu, conuitia, & contumelia: de conuitio, & contumelia, plagae, & vulnera, de vulneribus, & plagis iugulationes, & homi-

cidia. Si igitur tibi bene consulturus es, non turpia tantum verba, & facta; neque plagas, & vulnera, & homicidia tantum fugias; verum, & ipsum in tempestiuum risum; & verba scurrilia: quoniam subsequenti radix talia esse solent. Contra hanc, caeteraq; quas huius periculi amatores excusationes adducunt, concludamus, verbis eiusdem sanctissimi Doctoris. Non ergo inutiliter contendamus, nec vanas excusationes excogitemus, cum vna nobis sufficiat excusatio: longe a fornace Babilonia fugere; procul ab Aegypto scorto abesse; atq; si necesse est, nudos e manibus eius elabi. Sic enim ingentes voluptates capiemus, cum stimulis conscientiae minime pungimur. His ita disputatis, eaque animaduersione perspecta, quam fecimus in huius tractationis exordio. num. 139. iam ad Herodis crudelitatem veniamus, que tam fuit immanis, ut post imaginem, ac representationem theatri mandare potuerit, Sancti Ioannis Baptistae caput abscindi.

Epilegus ex Chrysostr. sermo.

LA V R E A XXXXVI.

Expenditur primo Herodis crudelitas in Ioannem; Christi deinde in eundem morientem humanitas.

- 227. Cur Babylonij, cum alijs Danieli non accusent.
- 228. Summa Danielis autoritas apud Nabuchodonosorem.
- 229. Ioannes suo nomine nominis

Dei

- Dei partem includebat. Pro Christo mortem appetit.
- 230. Ioannis, & Elia generositas. Turpi occubuit morte Rex Sennacherib. Goliath Regis Saulis armis non meruit interire.
- 231. Christus Ioannis Baptistae morti interfuit. Interfuit, & Euangelista. Quo anni tempore iugulatus. Quo eius corpus sublatum? Eius reliquiae fruantur tempestates. Eius gelatus sanguis liquefit in die Decollationis.

227

Cur Babylonij cum alijs tribus adolescentibus Danieli etiam non accusent?

Dan. 3. n. 12.

1. causa.

Lyranus & Carthusius

2. causa.

Drior, ac crudelior extitit Herodes in Ioannem, quam in Danielem Rex Babylonis extiterit. Quae sunt sacri interpretes, quare Babylonij principes tres tantum iuvenes Sadrach, Misach, & Abdenago arguunt criminis, quare in inimicitiam regis tres tantum vocant: vnius Danielis culpa non adorandi statuam, si ea culpa dicenda fuit, praetermissa; ostensis namque solis ijs tribus aiunt. Viri isti contempserunt rex decretum tuum, Deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. Daniel. 3. nu. 12. Cur non eque Danielem, aut criminantur, aut absoluunt? Eum honorem cur tantum Danieli deferunt? Lyranus, & Carthusianus respondent, Danielem non fuisse accusatum, vel quia tunc temporis aegrotabat: vel quia longe aberat regis negocijs, ac mandatis distentus. Glossa, & alij putant, Danielem vna cum rege erectioni statuam interfuisse, quia vero aded magna erat apud regem

authoritate, ut (praeterquam quod Nabuchodonosor liberis suis coheredem facere voluerit, impo fueritque illi nomen filij sui primogeniti Balthasar, teste Dorotheo in synopsi, & Epiphanio in lib. de vita, & interitu prophetarum) scripserit etiam Iosephus lib. 10. antiquitatum regem Nabuchodonosorem audita interpretatione somnij, quasi attonitum in genua, & in faciem procidisse, Danielemque non secus, ac Deum adorasse, diuinisque honoribus coluisse. Nec [inquit] hoc contentus, imposito illi nomine Dei sui vniuersae nationis suae praepositu esse voluit. Hac tam ampla autoritate pollens apud regem, quemadmodum rex non adorauit statuam auream, ita, & ipse a nullo compelli potuit ad adorationem; & in hunc honorem, tenoremque referenda sunt illa verba Isidori Clarij in eum locum. Id factum ob singularem illius dignitatem, quia olim rex iusserat ei oblationes, ut Deo offerre, & nomen Dei sui indiderat, idcirco nullam eius mentionem fecerunt. Sed, quae Danielis tanta fuit virtus, quae cum Ioannis virtute posset equari? Eo ascenderat amoris, ac fauoris apud regem mortalem, ut ex regis decreto ipsi quasi Deo oblationes fierent: vide quomodo, Baptista apud regem regum, apud Deum Opt. Max. tantum valuit, ut ipsius Dei dispensante prouidentia omnium opinione Messias haberetur; quid ultra? Babylonius rex Danieli Dei sui nomen indidit? At Deus omnipotens Ioannem sui, nominis participem fecit: de quo supra, ut

Dorotheus Epiph. Ioseph.

228

Summa autoritas Dan. 10. apud Nabuchodonosorem.

Isidorus Clarius.

229

Ioannes suo nomine partem nominis Dei magni habebat.

Hero-

Herodes tanto crudelior appareat, & immanior erga Baptistã, quam apparuit in Daniele rex Barbarus, quanto maiora in eo dona ipsum mouere debuissent, eum vt honoraret potius, quam occideret. Sed æquum erat, vt qui Archidax extitit nouę legis, vt diximus; primus pro Christo fortiter occumberet, vt Christi martyrum princeps etiam, & caput extitisset: ideoquę Gregorius prænomento Magnus. lib. 2. in Ezechielem homil. 15. *Ioannes* (inquit) *pro verbi rectitudine occidi non timuit, & quia Christus veritas, ipse adeo pro Christo, quia pro veritate animam posuit.* Annuit Sanctus Gregorius Nazianz, orat. 39. ad illa verba. *Ego à te debeo baptizari.* Matth. 3. num. 14. *Ego* (inquit) *à te debeo baptizari; adde, & pro te; exploratum enim habebat, fore, vt martyrio baptizaretur.*

Ad hæc, regis impotenti libidine furentis iracundiam sustinuisse, Præcursori magnanimo communi cum Elia laudi vertendum est: propterea enim generosum Eliæ pectus Reginae Iezabel furenti Deus opposuit, vt Elias Ioannis encomio hac parte similis euadetet. Notat hoc ipsum Beda in Luc. cap. 1. *Conuersatione* (inquit) *prorsus simillima ambo deserti secuti, ambo Regis, & Reginae uesaniam tolerant.* Quemadmodum verò Regina Iezabel, quæ Eliam ferro, flammaquę est insecta, tandem è ianua est precipitata, à canibusquę dilaniata, ac depasta: ita Herodes, qui Ioannem ausus est iugulare, varijs tandem calamitarum fluctibus iac-

tatus, miserabilem mortem optetijt, vt diximus. Curru 5. nu. 299.

Nequę enim dignus erat, vt honorificę moreretur, qui inhonorę vixerat, & indecorę. Quod inhonesto, & inglorio genere mortis Regem Senacherib etiam Deus puniuit. Nam cum nobilissimi angeli dextera nobilium more vna cum reliquo exercitu iugulari potuisset. *Venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* 4. Reg. 19. num. 35. ea magna strage, ac suorum cæde cruenta perspecta trepida cogitatione, & mente attonitus au fugit in Niniuem; dūq; dexterã, vltra humanam sortem, nobilem fugeret, manus perfidas suorum reperit, & insidiatrices. *Cumq; adoraret in templo Nesroth Dei suum, Adremeleh, & Sarazar. filij eius percusserunt eum gladio.* Ecce dum Angeli gladiū euitat, parricidales filiorū macheras incurrit; Regni proceres, & numerosi illius exercitus atesignati, vexilliferi, duces, magnates, dynastæ, omnes denique milites angelica manu, atq; honorificę moriuntur, vnus tamen regis scœlera probroso necis genere Deus mulctat, nec dignū estimat, qui angeli manu, vnã cum reliquis, occumbat: quod in eū locum insinuat Eucherius his verbis. *Nec Angeli perijt gladio, quod erat commune cum pluribus, sed parricidio filiorum.* Facit id, quod apud Ordin. 1. Reg. 17. notat D. Ioannes Chrysofomus, quærens, cur Dauid detrectans regijs Saulis armis indutus; ire obuiam giprogesserit,

4. Reg. 19. n. 35

Senacherib morte puniuit ignobili.

Eucher

Chryso

Goliath regis Saulis armis numerum interire

procefferit armatus? *Non possum* (inquit) *sic incedere, quia non usum habeo.* 1. Reg. 17. num. 39. quare ita non potest Dauid incedere? Respondet Chrysofomus. *Tam ista arma, ut puer, gestare non potuit; quam Goliath his armis non meruit interire.* Non meruit regalibus armis interfici Goliath: non meruit angelicis occumbere Senacherib: ita nec Herodes meruit ignauam, & ingloriam vitã cum morte nobili, & gloriosa commutare.

At prætereamus Herodis immanem crudelitatem, & videamus Christi erga Ioannem humanissimam benignitatem: sicut enim illi adesse voluit nasceti, ita adfuit morienti, vt docti viri meditantur, imò aliqui hoc cõfite credunt ex reuelatione; laudo Salmeronem tomo 4. Euang. histor. parte 2. tract 18. sub finem, qui ita scribit. *Afferunt quidam ex reuelatione, quod vt Dominus IESVS affuit natiuitati Ioannis, ita etiam & morti eius adfuerit, in qua verus est natalitius glorię dies: nam si alijs sanctis morientibus interdum IESVS adfuit, vnde & Stephanus vidit calos apertos, & IESVM stantem adextris Dei, mirum esse non debet, si tanto sancto morienti, & carne, & sanguine sibi coniuncto, & hoc ipsum votis summis exoptanti ad eius consolationem assistere dignatus fuerit.* Ita planè fieri debuit, vt vtriusquę Ioannis fauores posterorum admiratione pari procederent: nam, & Euangelistę Ioanni in morte etiam apparuisse, est valde verosimile, probatq; S. Petrus Damianus ex illis Christi Do-

1. Reg. 17. n. 39 Chryso.

Salmer.

231

Christus Ioannis Baptistę morti interfuit.

mini verbis. *Si eã volo manere, donec veniã, quid ad te.* Ioã. 21. n. 22. hoc est, donec mors eius appropinquet, & ego veniã magnum morienti præsentia mea solatiū allaturus. Verba Damiani ita habēt. *Veniã, inquit, vt eū vinculo carnis absolua. Veniã, vt eū ad gloriã meã consortiũ transfra. Veniã, vt laboribus eius digna remunerationis præmiũ reddam.* Ad huius deniq; promissionis effectũ, clarũ dedit indicium, cum in eius obitu radiantẽ fecit enitescere lucem, per quã videlicet, liquidò patuit, ipsum celitus aduenisse lucis Authorẽ: affuit itaq; Dominus promissionis suã nõ immemor, qui, & animam eius in illa superna Hierusalem quiete susciperet; & sacratissimum corpus, in ea quã ipse non vit secreti recessus arcana transferret. *Nã, & de B. Enoch legitur, quia ambu lauerit cum Deo, & non inueniebatur, quia transtulit illũ Deus.* Hęc Damianus. Vidẽ quæ dicã hoc ipso Curru Laurea 63. num. 287.

Quod si roges, quo anni tẽpore Ioãnes fuerit iugulatus? Respondeo eius iugulationẽ accidisse circa festũ Paschatis, vt habet martyrologiũ Romanũ 29. Augusti, qua die celebratur; quia ea die secũdo fuit inuetũ eius caput Baron. to. 1. anno 33. n. 1. scribit, hoc extitisse secũdũ pascha, quod Christus post prædicationẽ suã celebrauit. Restabat post S. Ioãnis iugulationem dicendum, quò illius discipuli sacrum corpus tulerint: & vbi tumulauerint: ait enim sacer textus. *Discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.* Marc. 9. nu. 29. Nimirũ in Sebaste, olim Samaria dicta, sepul-

Ioan. 21. n. 22.

Interfuit & Evangelista.

Quo anni tẽpore iugulatus.

Quo discipuli tulerint Ioãnis corpus & Cur.

Marc. 6. n. 29.

Ioseph.

tus est: quæ ciuitas, vt colligitur ex Iosepho lib. 17. antiq. cap. 13. ad præsidis Pilati. iurisdictionem spectabat. Cur autem Ioannis discipuli eo magistri sui corpus apportauerint, verosimiliter admodum Baronius tom. 1. Anno. 33. nu. 5. autumat, discipulos è Galilæa corpus efferre voluisse, affectos timore Herodidis, quæ iracundiæ furij agitata insaniret in ossa; verita, vt ne reuiuiscerent, capitique, quodd ipsa abdiderat, agglutinarentur. De capitis inuentu, deque varijs translationibus vide, quæ dicam Curru 11. Laurea 15.

Baron.

F. Frac. de S. Maria.

Subnecto hic illud ex Fratre Francisco de Sancta Maria in Historia generali ordinis Dominæ Deiparæ à Carmello lib. 3. cap. 26. num. 5. corporis Sancti Ioannis Sacros cineres ex Samaria primum allatos Hierosolymam, postea varijs casibus, & itineribus apportatos Genuam, quos ea respublica ad hæc vsquæ tempora religione colit admirabili, propter frequentissima, quæ quotidie experitur miracula in sedandis præsertim tranquillandisque repente insolitis tempestatibus.

Reliquia S. Ioannis Franci tē pestates.

Quod si intercissæ Sancti Ioannis carnis exiguæ particulæ. magna aded miracula patrant: non exigua profecto etiam edit miracula eius effusi sanguinis congelata materia, quæ Neapoli Italiæ ciuitate clarissima seruatur in vase crystallino eiusdemquæ Sancti decollationis die anniuersaria, dum legitur Euangelium, liquefit, & inuerso vas-

In die Decollationis gelatinus sanguis liquefit.

culo guttatim cadit, donec totus in alteram ampullæ partem transferatur. Idemquæ in eadem vrbe in Monialium Monasterio accidit in parte sanguinis, qui ibi in magno cultu, ac religione habetur. Oculis suis hæc se vidisse testatur Pater nostræ Societatis, qui ea ad nos scripsit. Sed quid mirum iugulati pro Christo corporis sacros cineres, effusumquæ sanguinem hæc, & innumera alia patrauisse miracula? illud mihi valde mirabile, potuisse Herodem adduci in eam sententiã, vt abscissum à sacris humeris caput in mensam conuiualem iuberet afferri: ð crudelitatem barbaram!

LAUREA XXXVII.

Immanis Herodis crudelitas. Ioannis abscissum caput in mensam afferri iubentis.

232. *Conuiuia marori tragico proxima.*
 233. *Cruoris potatio comitali morbo laborantibus medetur.*
 234. *Sanguine recreatus Herodes.*
 235. *Catilina sua factionis socios sanguine refocillauit.*
 236. *Ioannis occisionem cades alia subsecuta.*
 237. *Quinti Flaminij factum pro mortro habetur.*

INTER festiuos conuiuaram applausus affertur ad Herodis mensam cruentum ca-

put

Atrei Barbara immanitate visa solè retró egisse currum fabulantur poeta Sene cain Thy este act. 4. & alij passim.

Chryso.

232

Cōiuialis latitiaver titur in tragicum marorem

put Sancti Ioanis Baptiste. Quis non exhorresceret adinauditum hoc spectaculum? Quo Sanctitate contempta triumphat vesana luxuries. Ab hac mensa ð ceterorum luminum princeps Sol, potius quam ab Atrei, & Thyestis conuiuio auertere currum debuisses: in hac mensa funestior agitur tragædia, aula Regia in arenam sanguinariam mutatur, & in cruentum gladiatorium ludum conuertitur. *Allatum est* (inquit Chryostomus homilia 16. ex varijs in Mattheum) *caput Ioanis in disco, qui salutaria monita dabat incestui, mensa migrat in caueam, in arenam vertitur domus, sunt de prætoribus spectatores, mutatur furore conuiuium, sit cibus cades, vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur occasus, conuiuium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus, tragædia personant secularum, intrat bestia nõ puella, querit caput amputare, non saltare, discurret furor, non femina.*

Tertul.

233

Caduco morbo laborantibus prodest sanguinis potus.

Tertul.

Laborabat Herodes caduco morbo, siue comitali [Lusitanè, gota coral] cui vt mederetur, recentem Baptiste sanguinem auida siti parat haurire: ita lego apud Tertullianum Apologetici cap. 9. fecisse aliquos in gladiatorijs spectaculis, vt obuiarent huic morbo. *Sanguis* (inquit Tertullianus) *datur illis, qui munere in arena noxiorum iugulorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptum auida siti comitali morbo medentes hauserunt.* Vtinam ita esset, vtinam hunc diuinum morbum (diuinum appellant, quod diuinam hominis partem ratio-

nem, tollat de medio sanare voluisset Rex malè ægrotus: vtinã ea de causa cruentum Ioanis caput adhibuisset in mensam: sed, malum illi sua ita placebat egritudo, vt re nulla magis, quam effusione sanguinis oblectaretur. Audi Chryostomum citata homilia sub exordium. *Herodes plebis interemptor, occisor filiorum, inextraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram cruore, in siti sanguinis permanebat; hinc est, quod Ioannis sanguinem pium in poculo crudelitatis absoluit.* Et Ambrosius de virginibus lib. 3. post initium. *Quid* (inquit) *crudelitati cõdelicijs? quid cum funeribus voluptati? rapitur ad panam propheta conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto, quo nõ cuperet vel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco: hoc crudelitati ferculũ debebatur; quo insatiata epulis feritas vesceretur.* *Intere Rex acerbissime tuo spectacula digna conuiuio. Porrige dexteram, ne quid scuitia tua desit, vt inter digitos tuos riuus desluat sacri cruoris, & quoniã nõ exaturari epulis fames, nõ restingui poculis potuit inaudita scuitia sitis. Bibe sanguinẽ scaturientibus adhuc venis exsecuti capitis profluentem.* Hæc Ambrosius.

Chryso.

234

Herodes sanguine delectatus

Ambro.

235

Catilina humanis sanguine vino permixto in conuiuio libat: & effert.

Sallust.

Porrò Herodes fuisse videtur in Iudæa, qualis Romæ Catilina, qui humanum sanguinem vino permixtum obtulit in conuiuio, vt nefariã cū eiusdẽ farinae perditissimis hominibus perdendæ Reipublicæ iniret amicitia. Audiam, Sallustiũ. *Fuere ea tempestate, qui diceret, Catilinã oratione habita, cū ad insuradũ populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinẽ vino permixtũ in patris circumtulisse, inde.*

Kkk 2

cum

cum post execrationem omnes degustassent, aperuisse consilium suum, atque eò dictate fecisse, quò inter se magis sidi forent, alijs alij, tanti facinoris conscij. De eodem Lucius Florus lib. 4. cap. 1. ita scribit. Ad-ditum est pignus coniurationis san-guis humanus, quem circumlatum pa-teris bibere. Et verò quemadmo-dum Catilina, ut omnia diuina, & humana iura pessumdet, epò-to sanguine cum suis pacificetur: ita videtur Herodes pacifici vel-le cum contaminatissimis Iu-dæorum principibus peregustato Baptiste sanguine, qui laban-tem Rempublicam suis oratio-nibus, velut humeris sustenta-bat. Quantè verò cædes hanc cõ-iurationem sint consecutè, latè narrat Iosephus. Itaque in He-rodem ritè quadratilla exprobra-tio crudelitatis, quam in Cy-rum Persarum Regem Regina Tumydis exercuit; illius enim amputatum caput in vtrè hu-mano sanguine repletum con-iijci iussit; hoc addito crudeli-tatis indice elogio. *Satia te sangui-ne, què sitisti.* Iustinus historiè li. 1.

Porro in hanc sententiam, Herodis inauditam crudelita-tem execratus, ita scribit Baro-nius tomo 1. anno Christi 33. fol 133. *Non aliquòd apud Iudæos, vel gentes, quantumvis Deum ignoran-tes, reperitur exemplum, ut in conui-uium eiusmodi apophoretum, præcisum caput hominis presentaretur in disco: nisi; [quod pro monstro, atq; portento apud Romanos habitum fuit] cum Qui-n-tus Flaminius, Placètia dum esset, cum fascibus proconsularibus, ut discum-benti secum meretricula, talis specta-*

Lucius Florus.

Quantè cades co-

236.

Quante cades co-secuta sunt Ioannis oc-cisionem.

Iustinus

Baronij

237

Q. Fla-minij fa-ctum pro monstro habitum.

Senec. cõ-troef. lib. 5. Li-uis lib. 30. & Hier. in Matt. c. 14.

culi auida morem gereret, non quem-piam iustum hominem, sed unum ex damnatis ante triclinium capite cedi præcipit. Quòd facinus ad eò Romanj sunt detestati, ut in eundem, reum maiestatis ea de causa factum, omnes Rhe-tores nobiles declamarint. Sed & ra-bies belli civilis eò furoris adegit Ma-rium, ut ex eodem caput Antonij consu-laris inter epulas summa animi insolè-tia latis manibus atre etaret.

LA V R E A XXXVIII.

Ioannes etiam mortuus, dum traditur adulterè, & mode-stiam docet, & adulterium redarguit.

238. Salome Herodiadis non Hero dis

239. In morte vigiles oculi. (filia.

Clausis oculis apparet, ne videat adulteros.

240. Ascalonitam Herodem, ne Chri-stus videret, aufugit.

241. Prima anima certamina ab ocu-lis vires capiunt.

242. Qui adulterum arguerat, redijt, ut homicidam de cade arguerit.

Ex angue caput adhuc timetur, ad-huc vociferatur.

243. Terroris signo Cain plectitur.

Crudelitas Fulvia in Ciceronem, Herodiadis in Ioannem.

244. Cur nõ iubetur iugulari coram Ioannis tituli. (nibus.

245. Quid mysterij habet, Ioannem oc-cidi in carcere.

DElibo, què ad rē faciūt. Hęc Herodiadis filia Salome dic-ta fuit ex Philippo priore mari-to genita, ideoquè non vocatur Herodis filia, sed Herodiadis: hanc mater nõ leuiter, sed accu-ratè fatis instruxerat, ut ca-

238

Salome Herodia-dis filia non Hero-dis.

put

put Ioannis Baptiste nequiter exposceret. Truncatum ergò, & allatum ad conuiuium tam san-ctum, & tot nominibus venera-bile caput, oculis etiam tunc ad modestiam mirificè composi-tis.

Porro miseram sortem morta-lium, quorum in vita cum sem-per oculi cæci sint, & obturati, lethi tamen inter angustias, nisi premantur, aperiuntur ineptè, ut incipiant, vel nolentes vide-re, quæ multò ante fuerant, & videnda, & timenda. Felix Io-an-nes Baptista, qui cum oculos a-peruisset in vita, ut vitam negli-ret, clausit in morte, ut mode-stiam doceret. Oblatum est caput eius in disco. Matth. 14. num. 11. Res dictu mira, detegitur Bap-tiste caput in conuiuiò coram adulteris, clausis apparet oculis vultus angelicus, quasi, ut ne videret inhonestos: sic expendit grauitèr Diuus Ambrosius lib. 3. de virginibus. *Clauduntur* (in-quit) *lumina, non tam mortis ne-cessitate, quam horrore luxuria.* Si-milis forte in hoc genere vitio-rum fuit, alter Herodes cogno-mento Ascalonita, huius pater, quem Christus ideo in Ægyptū fugit, ut eius deformatum vitij's vultum non videret: vnde Di-uus Petrus Chryfologus sermo-ne 152. *Inimicus innocentie, hostis natura, malus omnibus, suis peior, pessimus sibi, quem Christus non ut euaderet; sed ne videret; aufugit.* Filiumquè pater sibi similem progenuit, patremquè filius sic exerpit motibus inhonestis, ut Sanctissimus Ioannes clausis ocu-

lis ad illum etiam venerit. Imò Diuus Petrus Chryfologus ser-mone 174. addit admirabilis aliquid, nimirum auidè illum mortem subijisse, ne videret a-dulteram. *Ne videret* (inquit) *adulteram, ipsum proiecit & cor-pus.*

Porro Ioannes voluit esse documento posteris etiam mor-tuus, ut ab oculis sibi maximè cauere, ordiuntur enim, & quidem periculosissimè ab ocu-lis prima animæ certamina, ut in signiter animaduertit Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 11. his verbis. *Dominus, quam fieri potest, compendiossimè medetur huic vitio, si te tuus, in-quiens, scandalizat oculus, excinde eum, ex imò euellens cupiditatem, cum per oculos cupiditas ineat prima pug-na præludia, ante totum enim cor-pus corrumpuntur oculi.* Quapro-pter laudandus inter alios Ale-xander Magnus, quod vxorem Darij Regis videre recusauerit, de quo Sanctus Isidorus Pelu-siota lib. Epistolarum Epist. 66. *Alexander* (inquit) *Darij uxorem ne quidem intueri sustinuit, quod turpe esse censeret, eum qui viros su-perasset, à faminis vinci.*

Cæterum diuino Consilio factum est, ut Ioannis caput de carcere portaretur ad palatium. Quia enim Ioannis obiurgato, redargutoquè adulterio fuerat iugulatus, nec iam alter super erat, qui Regem de homicidio posset arguere, ad diuinam pro-uidentiam spectabat, ut iugulati Ioannis caput, ac lingua redi-ret ad regiam, petente puella.

Chrysol.

241.

Prima a-nima cer-tamina ex oculis.

Clemès Alexād.

S. Isido. Pelusio

Alexan-dri Mag-ni exèplu

239

In morte aperiuntur oculi.

Matth. 14. n. 11.

D. Amb

Clausis oc-ulis ap-paret. ne videat a-dulteros.

D. Petr. Chryso.

240

Ascaloni-ta Hero-done Chri-stus videret, aufu-git.

Kkk3

Da

Marc. 6. n. 25.

Chryso.

242

Qui arguerat adulteriam redit, ut arguat homicidium.

Ambros.

Exanguis caput adhuc timetur, adhuc vociferatur.

Chryso.

D. Basil.

243

Cain terroris signo penitus.

Gen. 4. n. 15.

Da mihi caput Joannis in disco. Marc. 6. num 25, in disco nimirum regalis conuiuij, atque aded argenteo, vel aureo, qui & splendore materie, & celature magnificencia oculos pelliciebat. Quare Diuus Petrus Chryfologus sermone 174. interrogat. *Cur pretiose gestas, quem viliter occidis?* Reddit deinde rationem. *Venit Ioannes in sublimi positus, veluti iudex in tribunali resplendens, ut, qui arguit adulterium, exprimeret, & damnaret homicidam.* Pallida erat illa tunc facies, & os exanguis, sed adhuc sacro illo silentio loquebatur minacissimè, & à rege adultero vehementissimè timebatur. *Os illud exanguis* (inquit Ambros. lib. 3. de virginibus post initium) *cuius sententiam ferre non poterat, conticescit, & adhuc timetur.* Et Chrysofostomus orat. in SS. Martyres Iuuenatinum, & Maximum tom. 3. *Caput Ioannis non tantum terrebat, cum loquebatur, quantum cum disco mutuum afferretur.* Videlicet quemadmodum viuus terrebat Herodem, & Herodiadem sanctitatis nomine expauesciebat, ita mortuus terrori erat utriusque. Sint verba D. Basilij testimonio orat. ad virgin. lapsam. *Ioannes* (inquit) *ad Abel similitudinem etiam mortuus adhuc loquitur, clamat adhuc altius, & de Herodiade vociferatur.* Ita ut quemadmodum post effusum Abellis cruorem Cain iugi timore, ac tremore quatiebatur, hoc enim deinde tremoris signo notatus incedebat, iuxta illud. *Posuit Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum.* Genes. 4. num. 15. Ita post iugu-

latum Ioannem Herodias perpetuè ad quamuis vmbra cohorescebat verita, ne Ioannes per immane scelus occisus sibi fieret omnibus vmbra locis; tantaque subinde rabie insaniebat, ut Ioannis linguam pregrandi acu, præ iracundia sepe transfixerit: imitata Fulviam, que idem commiserat in Ciceronis linguam quod contra coniugem M. Antonium grauitè, & facundè de more dixerat: profero verba D. Hieronymi Apolog. aduers. Ruffin. lib. 2. tom. 1. *Fecerunt* [inquit] *hæc, & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem, quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam discriminali acu conciderunt.*

Et verò propter hunc timorem, quem Herodes, & Herodias de Ioanne conceperant in vita, ipsa Herodias per filiã postulat, non ut Ioannes afferatur viuus coramque iuguletur, sed ut eiusdem iugulati caput in disco resectum ad conuiuium deportetur. *Nec enim* (inquit Chrysof. homil. 48. in Matth.) *etiam ad mortem euntis libertatem ferre potuisset, sed exhorruisset, etiam dum necaretur, vocem illius; non enim in extremo tempore vita siluisset, ideo da mihi, ait, in disco, magna enim inflammata cupiditate sum videndi illam linguam silentem.* Hæc Chrysofostomus. Ut ergo etiam post mortem modestiam doceat, redit ad palatium Angelica frons: utque fiat castitatis hostia, & pudoris victima traditur adultere, ac saltatrici, quod his verbis dolet Chrysofostomus tomo 2. homilia 16. ex varijs in Matth. *Ioannes schola viri-*

Cruelitas Fulviam in Ciceronem, Herodias in Ioannem.

D. Hier.

Chryso.

244

Cur non affertur: ligatus, & coram iugulari iubetur.

Chryso.

Ioannis tituli.

Tertul.

Pamell.

245

quare clā in carcere occiditur.

Matth. 14. n. 11. Euthy.

Matth. 14. n. 12

Ioseph

tum, magisterium vite, sanctitatis forma, norma iustitie, virginitatis speculum, pudicitie titulus, castitatis exemplum, penitentie via, peccatorum venia, fidei disciplina, Ioannes maior homine, par Angelis, legis summa, Euangelij satio, Apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, precursor iudicis. Christi metator, Domini testis, totius medius Trinitatis, & hic tantus datur incessui, traditur adultera, addicitur saltatrici. Ita Chrysofostomus, & Tertullianus lib. aduersus Gnosticos cap. 8. paucis hoc ipsum prestringit, & dolet. *Ipsè clausula legis, & prophetarum, nec propheta, sed Angelus dictus contumeliosa cade truncatur in puella saltica lucar.* Hoc est, ut explicat ibi Pamellius, in puellæ salticæ mercedem, & solatium. Restat tandem inquirendum, quare Ioannes, qui Christum publicè prædicabat, quique Herodem fortè palam arguebat, non nisi clamculum iubetur occidi? Ait enim Euangelista. *Decollauit Ioannem in carcere.* Matth. 14. nu. 11. respondet in eandem sententiam Euthymius eo loci. *Clam illum occidit, ne interfictus quoque publicaret obscenum concubitum: & ne multitudinem haberet factum hoc prohibentem.* Ita vsu venit, ut perfidia nusquam sit tuta.

Quæres, quid de corpore factum sit? Ex diuino textu illud constat: *Accedentes discipuli eius tulerunt corpus, & sepelierunt illud.* Matth. 14. num. 12. At vbi sepelierunt? paucis explico, que referunt nobiles historiographi, Iosephus lib. 18. antiquitatum cap. 10. seu iuxta nouam versio-

nem cap. 7. Et Eusebius lib. 10. histor. Eccles. cap. 13. seu iuxta græcum exemplar cap. 11. & postea Beda in cap. 14. Mirci perhibent, vinctum fuisse abductum Sanctum Ioannem Baptistam in Castellum Macherunta, ibique caput eius truncatum fuisse narrat historia Ecclesiastica lib. 11. cap. 28. authore Ruffino in sua ad Eusebium appendice, sepultumque fuisse in Sebaste ciuitate regionis Palestine, quæ quondam Samaria est appellata; postea verò tempore Iuliani apostatæ, ut testatur Beda, & Ruffinus sepulchrum eius inuasit barbari, & ossa sacra per campi planiciem disperferunt, ac rursus collecta igne concremaverunt, ac tandem per agros in cinerem redacta proiecerunt. Aderant eo tempore ibi monachi, qui eo religionis causa Hierosolymis venerant; hi videntes eas, quas barbari Ioanni intulerant iniurias, que nancisci potuerunt ossium fragmenta colligentes, ad patrem suum Philippum Hierosolymam comportarunt: que ille vnâ cum alijs religiosijs viris transfuexit ad Athanasium Alexandriæ Pontificem, pietate clarum: vbi mirificè seruata, custoditaque fuerunt vsque ad tempus Theophili eiusdem vrbis Episcopi, qui iubente principe Theodosio omnibus idolorum templis solo equatis Ecclesiam miræ magnitudinis, ac pulchritudinis extruxit, in eaq; S. Ioannis ossa magno finitumorum prefulu apparatus sacrauit. De capitibus verò tumulatione, deq; eiusdem postea inuentione dicam,

Eusebius

Beda.

Ruffinus

CURRU II. LAUREA I.

LAUREA XXXIX.

Ioannis caput pluris, quam totus orbis aestimabile. Idem truncatum elata capita docet abijcere.

- 246. Quanti sancti faciendi sunt.
- 247. Elias uniuerso preponitur orbi.
- 248. Xenocratis amor erga magistrum.
- Maiores Ioannis erga Christum.
- 249. Regnum caeleste humiles tantum intrant.
- 250. Descensu ascendimus.
- 251. Ex carcere Iosephum Deus sublimem attollit.
- 252. Paulus Ioanni similis in morte,

HAud dubie Sanctissimum Ioannis caput toto Herodis Regno plus erat estimandum. Quin etiam omni mundo pluris habendum: vide, quaeso, quanta fuerit veterum sanctorum estimatio apud Apostolum. *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circueerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in caernis terre.* Ad Hebr. 11. a num. 37. inter haec verba, illa. *Quibus dignus non erat mundus.* Idem valet, ac si diceret, non erat illis conferendus terrarum orbis uniuersus. *Si uniuersam (inquit Theophylactus) mundi struendam hisce opponas, non inue-*

Heb. 11 n. 37.

Theop.

nies tamen, quod illis dignitate respondeat. Hinc est, quod Chrysostomus homil. 24. in Acta, & Moysem Israelitici populi ductorem, & Iosue eiusdem imperatorem sexcentis millibus, quibus praerant citra ullam dubitationem anteferendos iudicet. *Vnus [inquit] erat Moyses, & plus valebat, quam omnes. Vnus erat Iesus, & plus poterat sexcentis millibus.* Quod si heroes hi sanctitate clari hominum millia sexcenta dignitate precelebant, mundumque uniuersum aestimatione longe antebant: ac rursus eosdem longissimo interuallo Ioannes antecellebat; quanto, quaeso, nobilius, quanto illustrius, & excellentius toto terrarum omnium orbe Ioannis Baptistae caput erit reputandum?

Orbem Deus olim, Israeliticam praesertim, iustissimis de causis fame premebat, ac paene enecabat: vnus tamen Eliae mensam prouide paratam semper habuit 3. Reg. 17. Eo quod hunc sibi dilectum famulum ceteris omnibus terrarum incolis anteferebat. *Elias [inquit Chrysostomus] homilia 24. in Acta sup. cap. 11. Vnus erat, sed mundus hic erat indignus illo. At qui mundus innumera millia sunt: imo non sunt innumera millia, quando neque, vel uni tot adaequantur.* Hoc est, Eliae orbi terrarum adaequatur uniuerso, & aestimatione antefertur. Quod si mundus uniuersus postponitur Eliae, Eliaque necessario posthabendus est Ioanni Baptiste, nullam plane mundus cum Ioanne collationem habere poterit,

246

Sancti quanti faciendi sunt.

3. Reg. 17.

Chryso.

247

Elias praepositur orbi uniuerso.

poterit; caeterisque capitibus eius caput erit necessario anteferendum. Et idcirco, credo, Herodes, qui dimidium Regni largiretur petentibus, audita indigna iugulati capitis petitione pro dolore ingemuit. *Et contristatus est Rex.* Nam Herodem vera, & non simulata tristitia affectum fuisse probat Maldonatus in cap. 14. Matth. num. 9.

Maldon

Sed quare amputatur tam Sanctum caput? An ut ostendatur, amicum Ioannem ob amore Christi peregrisse memorabili facto, quod vix verbo Platonis auditor Xenocrates, amoris argumento, facturum se aliquando promiserat: vltro nimirum pro Platone praepatore suo securi caput oblaturum. Na teste Laertio lib. 4. cap. 3. *Cum Platoni Dionysius diceret, aliquis auferet tibi caput, Xenocrates, qui tunc praepatori aderat, non prius, inquit, quam hoc, suum ostendens.* Hoc idem Ioanni quoque euenire potuisse, est multum verosimile: potuerunt namque illi inter alia referri odia Phariseorum, & minae scribarum Christum ipsum accusantium de capitali crimine: vel quod sabbatum non coleret, vel quod se filium Dei nominaret; & saepe secum ita frementium. Quousque tandem hunc hominem tolerat haec respublica, cur non cum de medio tollimus, erit ne aliquando zelo sancto incensus aliquis, qui auferat eius caput? quo audito, redderet illico Ioannes.

Laertio

248

Amor Xenocratis erga Platonem praepatorem

maiores Ioannis erga Christum

sed re ipsa fecit, nam primus ceruicem posuit pro Christo.

An illud caput, quod caeteris altius, & sublimius assurrexit, amputatur; ut innuat, nihil nisi demissum, & humile intraturum aulam gloriae sempiternae? Prudenter quam id pulchre, & singulariter innuit Sanctus Isidorus Pelusiotus lib. 1. Epist. 68. his verbis. *Quoniam igitur maior quidem omnibus, qui ex mulieribus nati fuerant, erat Ioannes, caput ipsi, ante donatum caelorum Regnum, praecisum fuit.* Quasi opus esset, ut Deo gratus foret, & acceptus, aut aequalem, aut minorem caeteris apparere. Hinc teste D. Athanasio sibi quisque caelestium donorum plenitudinem poterit angurari, si ne miniam sui mente, & cogitatione admittat excellentiam: audi Diuum Athanasium in exhortatione ad Monachos. *Singuli vobis potestis omnium bonorum summam praesumere, si nullus se incipiat, in eo quod alios praecellit, efferre.* Utque hanc iugulandi superbiam, & alendi humilitatem viam nos Ioannes edoceret, asperrima se veste induit, teste Chrysostomo homil. 10. in Matth. ubi ita habet. *Propterea vestimentum de pilis camelorum Ioannes habuit, ut habitu ipso doceret mundi contemptum, & omnem superbiam rationem conculcandam.*

Ergo tantum abest, ut hac via minus erigi, & extolli possimus in altum, ut quod sublimiores euehamur, deorsum potius ire nobis sit pernecessarium. Hec est enim via eundi sursum, tendere deorsum: de more aliquarum arborum, quae quam sublimes ex-

Isidorus Pelusio.

249

Regnum caelorum non nisi demissa capita intrant.

D. Atha

Chryso.

eunt

eunt in caelum, tam altas ad terrae medullarum radices mittunt: quo circa D. Bernard. sermone 4. in 8. Paschae expendens ea verba. Qui ascendit, ipse est; & qui ascendit super omnes caelos. Ephes. 4. num. 10. Ego (inquit) credo, eum in hoc ipso, quod descendit, ascendisse: sic enim oportebat Christum ascendere, ut nos ascendere doceremur.

Cernere hoc possumus in Iohanne, qui, quo magis se submittens descendebat, eo se certius, ac sublimius attollebat: quoque indigniore se credebatur honoribus, eo cumulatius illi tum superstiti, tum vita functo omnigenis confertur honor, & omnifarius. Id porro percipere ex paradiamate Iosephi in eodem carcere inclusi, in quo magnates, Regique ministri clausi detinebantur. Accidit, ut peccarent duo Eunuchi pincerna Regis Aegypti, & pistor Domino suo iratusq; Pharaonis misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus, & Ioseph.

Genes. 40. num. 3. ad quem locum Oleaster. Mirabiles, inquit, vias Dominus querit ad exaltandos suos nota qualiter in carcere voluit honorare, ut ibi esset vinctus, ubi principes vinciri solebant, ut tolerabilior sit suis probatio, sic martyres suos voluit pro maiori parte decollari, quae mors nobilium esse solet. Quo honore Deus Iohannem, utpote nobilem, in morte etiam condecorat, eumque mortis honorem respexit Tertullianus lib. de praescriptionibus cap. 35. his verbis. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni Domini aequatur, ubi

Paulus Iohannis exitu coronatur. Percipere porro honorem summum, quo, sicut Petrus Christo necis genere adaequatur, ita Paulus vitae exitu Iohanni honorificentissime assimilatur. Iugulari quidem non nisi nobilium erat. Iam vero postquam Sanctus Iohannes Baptista fuit iugulatus non nisi nobilissimorum erit, & corona dignissimorum, unde Tertullianus ait. Paulus Iohannis exitu coronatur. Ideoque etiam Chrysostomus sermone in festo Petri, & Pauli apud Metaphrastem gladium, qui Pauli iugulum excepit, coronae loco lunare, & aptare pontificio capiti avidissime optabat. Sit [inquit ille] mihi gladius ille pro corona, & clavi Petri pro gemmis infixis in diademate. Nec dissimili honoris ornamento nobilitabitur S. Iohannes Evangelista extremis Antechristi temporibus, ut dicemus Curru. 10. Laurea 11. num. 43.

LAVREA XXXXX.

Iohannes castitatis victima Deo solenniter immolata.

- 253. Virginitas martyrio consanguinea. Petrus, & Paulus, aliorum castitatem tuentes, propriam coronarunt.
- 254. Neronis pellices ad meliorem frugem reducebant Apostoli.
- 255. Causa vinculorum Pauli.
- 256. Gemina Pauli corona. Lac ex eius vulnerato collo.

252

Paulus Iohanni assimilatur honorificentissima morte.

Chryso.

D. Bern.

Ephes. 4. n. 10.

250

Descensu ascendimus,

Genes. 40. n. 3.

251

in carcere Deus sublimem at tollit Ioseph.

Tertul.

- 257. Duo columna, ad templi ingressionem, Paulum, & Petrum referebat.
- 258. Diuus Mattheus Virginitatis hostia. S. Stanislaus duplici corona insignis.
- 259. Sanctus Ignatius pro aliena castitate rem inauditam aggreditur.
- 270. Iohannes praecognouerat se occidendum. Victima coronabantur.

D. Amb.

253

Virginitas martyres facit, & in martyribus reperitur.

Origen.

Petrus, et Paulus aliorum castitatem tuentes, propriam coronarunt.

D. Anto

Restet exordiū Diuus Ambrosius, qui virginitatis encomia profecutus lib. 1. de virginibus ita ait. Non ideo laudabilis virginitas, quia, & in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. Facit autem martyres bifariam: primo, quia iugulat animi motus inconsiderate elatos, & cruentis flagris petulantem luxuriam animose internecat. Quod continua zonae pellicae cruciatione Iohannes effecit, iuxta illud Origenis homil. 9. in Leuit. Quod Hieremias zonam, Iohannes pelliceam zonam circa lumbos habuisse dicitur, indicatur pars illa corporis apud huiusmodi viros ita emortua, ut neque leuis motus, neque alius quicumque in lumbis eorum fuisse crederetur. Secundo, quia dum non solum suae, sed alienae castitati consulit, occasionem saepe martyrij incurrit. Hoc modo subire martyrium Petrus, & Paulus, qui dum aliorum castitatem tuebatur, propriam coronauerunt. Certè quidem S. Antoninus 1. p. cap. 14. tit. 6. §. 4. de Diuo Petro ita scribit, Pradicante autem Petro,

& multum in predicatione castitatem commendante, quatuor concubinae praefecti Agrippa ita sunt conuersae, ad castitatem seruandam, ut nullatenus acquiescerent ulterius ad eum accedere. Et paulo post narrat, quo modo hac de causa ex Neronis Imperio capitali sententia uterque Apostolus fuerit condemnatus.

Cardinalis item Baronius 1. tomo anno Christi 69. §. Quenam, scribit in haec verba. Ex Achaia Romam rediens Nero, ea pompa triumphi, quam Suetonius scribit in Nerone cap. 25. Apostolos, quos Simonis magi causa vinxisse diximus, noua super addita accusatione, ultimo supplicio condemnauit. Quae nam autem ea fuerit, ex Ambrosio in Auxentium de Basilicis tradedis, & ex alijs, facile intelligitur: datum enim illis crimine tradunt, quod feminas ad meliorem frugem, & praecipue castitatem seruandam conuertissent. Multum enim in his versati sunt Apostoli, ut quas ad Christianam fidem capeffendam induceret, easdem in primis castè, ac pudicè viuere suaderent. Nam Tacitus, Suetonius, Dio, & ceteri, qui Neronis historias conscripserunt, testantur in nobilissimas quasque feminas eius libidinem absque aliquo pudoris freno impudentissime esse grassatam. Ita ille, & Chrysostomus aduersus vituperatores vitae monasticae lib. 1. assignans causam obquam Paulum Nero in carcerem trudi iusserit. Neronem [inquit] prorsus ex fama nouistis: vir enim impudicitiae sceleribus omnibus insignis fuit: primusque, ac solus in tanto imperij culmine nouos quosdam lasciuiae, flagitij, ac turpitudinis modos excogitauit, exquisiuit, inuenit. Hic itaque Paulo Beatissimo

Baron.

254

Neronis pellices ad meliorem frugem reducebant.

Chryso.

uno enim, eodemque tempore vitam istam agebant) huiusmodi, ac prorsus similia crimina obijciens his, quæ vos modo sanctis obijcitis: pellicem enim eius, quam ille deperibat, atq; in delicijs habebat, cum induxisset fidei, ac religionis sacramenta suscipere, persuaserat vana incestum illum, impurumq; congressum declinare. Hac, inquam, ille crimina obiectans, corruptoremq; nequam, flagitiosum, ac nebulonem, & his similia, quæ vos modo perstreptis, Paulum vocitans, primum quidem coniecit in vincula, cum verò, ut puella eiuscemodi monita, atq; consilia dare desineret, illi persuadere non posset, necavit eundem. Hactenus Chrysostomus. Eadèquè habet Metaphrastes die 29. Iunij.

Er verò licet de causa, ob quam Diuus Petrus traditus fuit in carcerem, alij aliter scripserint: de Pauli tamen causa firmior extat authorum cōsensus: quapropter idem Cardinalis Baronius eodem tomo anno Christi 68. §. Iam quod ad Paulum spectat. Nihil (inquit) obstat, ut alia causa Paulus, alia verò Petrus ab eodem Nerone conijceretur in carcerem: nempe iste propter consternatum Simonem: ille quod Neronis pellicem ad Christianam religionem conuertisset, & ex impudentissima castam, atq; pudicam reddidisset.

Itaque quemadmodum sanctissimam Teclam Apostolus divini verbi via coniugio sponsi nobilissimi auocavit ad Christum: de qua Augustinus libro tertio contra Faustum capite 4. Contēnit, inquit, terrena, ut caelestium potens fiat, & oppignorata thalamo in amorem perpetue virginittatis Pauli

eloquio succensa est. Ita ab adultero Nerone idem Apostolus Popēa pellicem potenti consilio seiunxit; aliasquè virgines amore castitatis contra Neronis insidias armavit. Eamquè ob causam eū Nero perosus capite damnavit, geminam illi fabricans coronam tum martyris, tum virginis: primam caput abscisum, secundam sanguinis effusi color lacteus indicavit: nam ex eius amputata ceruice pro cruore purpureo fluxit lac candidum, ac virgineum; quod cum Ambrosius, tum Chrysostomus, nobilissimum par authorum, affirmat: Ambrosius sermone 68. vbi ait. De Pauli ceruice, cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vanda, quam sanguinis, & mirum in modum sanctum Apostolum baptismi gratia, in ipsa eade exitisse splendidum potius, quam cruentum. Chrysostomus verò orat. in princip. Apostolorum. Beatus (inquit) Paulus cui caput ense præcisum est, vir cuius laudes verbis exprimi nequeunt: at cuiusmodi ensis illius guttur percussit? qualis locus tuū Paule sanguinem excepit, qui lacteus apparuit in eius veste, qui te percussit, qui quidem sanguis barbaricum illius animum reddēs melle dulciorem, ut ipse vna cum socijs ad fidem traduceretur, ita affecit. Hic ergò color, eiusquè causa effusionis apertè testantur, Apostolum Paulum pro castitate eque, ac pro fide subiisse martyrrium, quod etiam de Diuo Petro dicendum erit, si ea etiā de causa iustus est cruci suffigi. Possitquè aptissimè utriquè accommodari locus ille ad Salomonici templi

256

Gemina- ta Pauli corona.

Lac ex eius vulnerata collo.

fabricam

Metap.

255

causa Pauli clarior, & cōst. an- tior.

Baron.

August.

3. Reg. 5. n. 22.

257

Perrū. & Paulū re- ferebant duæ colū- nae in in- troitu tē- pli,

Ibidem.

Hyppo.

Baron.

258

D. Mat- theus vi- elima vir- ginitatis.

Surius:

S. Stanis- lani dnpli- ci corona insignis.

fabricam pertinens. Et statuit duas columnas in porticu templi. 3. Reg. 7. num. 22. hęc namq; utrumq; Apostolum repræsentrare potuerunt, qui dicuntur esse in introitu tēpli, quia sunt in exordio militantis Ecclesiæ; habentquè desuper gratam liliorum amēnitatem, quia Apostoli castitatem maxime dilexerunt, eamquè, pro qua sanguinem profuderè, Ecclesiæ templum ingredientibus ostentant, & quasi imitandam proponunt, ideo subditur. Et super corpora columnarum opus in modum lilij posuit: perfectumquè est opus columnarum. Ibidem. Nimirū dū hi Apostolorū principes pro tuenda, doctōdaq; castitate strenuissimè occubuere, Ecclesiā ad egregiā perfectionem animarunt.

Iam verò D. Mattheus, quia Ephegeniā castitatem docuerat, pro ipsa castitatis defensione martyr est immolatus, ut victima; ut vocat Hyppolytus libello de duodecim Apostolis: testimonio sit Baronius 11. calēd. Octob. in suo Martyrologio, vbi ita scribit. Apud Hyppolytum libello de duodecim Apostolis, legi Mattheū factū victimā virginittatis. Qua etiam laude floruit, è vitaq; migravit Sanctus præsul, ac martyr Stanislaus, qui dum Boleslaum Regē a flagitiosa libidinis cōsuetudine ad castitatem traducere cōniteretur ex officij sui ratione, emit effuso cruore duplicatā coronā, & virginis, & martyris. De eo Surius tom. 2. 11. Aprilis. Stanislaus, inquit, videns eū maritalis tori iura violare, futurus mox Christo hostia, velut agnū mansuetū se se obtulit mactandū, & im-

molādū. Nta illud, futurus mox Christi hostia. Ego dicerē planius, & explicatius, futurus mox Christo hostia castitatis. Nā pro castitate. & hac quidē aliena cruentam mortē oppetiit. Quo etiā laudis encomio, prout se se tulit occasio, fuit insignis nostrę Societatis author Sanctissimus Ignatius, qui, ut hominē ab turpi peccādi cōsuetudine auelleret, in stagnū perfrigidū collo tenus se se immerfit, & illac prætereūtē lamētabili voce perterrefecit, minitās iā iā casurā Dei iracundiā, quā ut auerteret impēdentē, eam se vim frigoris vehemētissimā pro illo vltro pati decreuisse: quo spectaculo perterritus homo ab tenaci illo veneno prorsus auulsus resipuit. Vbi nota, quid Ignatius pro pudicitia aliena sit aggressus. Non dubitavit, inquit Orlandinus in histor. Societatis lib. 1. n. 69 pro pudicitia aliena aggredi rē, cui parē sanctissimos viros ausos miramur pro sua. Auger admirabilitatē, quod aded generosus erat Ignatius Sanctissimus, ut ab egregio facto nō desisteret, etiā si sciret, se à furioso illo, ac mulieroso homine districto pugione confossum iri.

Sed hec laus numeris omnibus absoluta, vnū præ alijs manebat S. Ioānē Baptistā, qui tuēde castitati, alienæ se victimā immolare nō dubitavit: sciebat enim, & certò sciebat, se ab Herode crudeliter occidēdū, si eius incontīntiā reprehēderet: nec tamē propterea desijt arguere; quod verò id ante sciuisset, præter alios, probat Andreas Cratenis orat. de amputatione capitis Præcur-

259

S. Ignatius propter alienā castitatē rē mirā aggreditur.

Orland

Andre. Creten.

LII

foris

260
Ioannes præcognoverat, se occidendum.
Plinius.
Victima coronatur.

loris, dum enim aliorum nec cum nec Ioannis conferret, intulit. Illi quidem imprevisam, hic vero manifestam & ante oculos mortem habebat. Adde tandem, Ioannem ritu solenni victimarum fuisse solenniter immolatum, nam quem admodum olim victimæ aliquæ coronabantur, ita etiam Ioannes, victima cælo gratissima, dum suo tincta sanguine immolatur, tergemina corona redimitur, martyris, virginis, & doctoris; quod verò victimæ coronari solent, probat autoritas Plinij lib. 16. capite 4. Ferunt, inquit, primum omnium Liberum Patrem imposuisse capiti suo exedera [coronam scilicet] Postea Deorum honori sacrificantes sumpserunt; victimis simul coronatis. Et Iuvenalis Satyra 13. Quæ quæ coronata lustrari debeat igna.

LAUREA XXXXI.

- Eximie prærogatiæ martyrij S. Ioanis Baptistæ.
- 261. Primus Stephanus mortem Redemptori rependit.
Martyres ex eodem cum Christo calice bibunt.
- 262. Ad mortem læti currebant martyres.
Ioannis martyrij excellentia.
- 263. Cur diuturnos cruciatus non sustinuit.
Martyrii subijt destitutus exemplis.
- 264. Pro veritate mortem obiit.
- 265. Primus pro Christo moritur.
- 266. Primus martyr in lege gratiæ.
- 267. Christum antevit morte cruenta.
- 268. Ut eius natiuitas mirabilis, ita mors.

Inter alia Sæcti Stephani protomartyris encomia haud exiguum annumerabitur illud, quod Ecclesia in eius solennitate meminit his verbis. Mortem enim, quam Saluator noster dignatus est pro nobis pati, hanc ille primus reddidit Saluatori. Quibus verbis aperte indicat. Ecclesia, consequentes Christi martyres, dum pro Christo fortiter occumbunt; solvere, quoad possunt, eam, quam pro nobis cruentam mortem Christus passus est. Eaquæ in re attente ponderandû est, eos ipsos martyres ex eodem cum Christo calice bibisse, ideo enim Christus Ioannem, & Iacobum interrogat pariter, & incitat illis verbis. Potestis bibere calicem, quæ ego bibiturus sum. Matth. 20. num. 21. Prius enim Christus amarissimum calicem bibit, ut dulcè faceret; prius mortem expugnauit, & exarmavit, ut inermem non timeres, non formidares, imo cum Apostolo derideres, Vbi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? 1. Cor. 16. num. 55. proptereaquæ; martyres ad eam subeundam, quasi ad plenissimam magaudiorum pocula, & spectacula festinabant hilares. Verum enim terò S. Ioannes Baptista amaritudinem calicis hausit, antequam Christi passionis dulcedinem haberet immixtam: obiitquæ; mortem non expugnatam, & exarmatam: sed adhuc inuictam, formidabilem, & terribilem visu formam. Quod aureis verbis aureis, & ipse Chrysostomus adnotavit homil. 10. in Mat. Ingens, inquit, athleta pietatis, ac velut toto spectate mundo Dei iudicio coronatus: & hoc non dum

261
Stephanus primus redemptori mortem rependit.
martyres ex eodem cum Christo calice bibunt.
Mat. 20. n. 21.
1. Cor. 15. n. 55
262
Exultantes martyres currebant ad mortem.
Ioannis martyrij excellentia.
Chryso

destruendo

263
Cur diuturnos cruciatus non pertulit.
Apon.
martyrii subijt destitutus exemplis.

utiq; peccato, nec dum lege cessante, aut morte deuicta, nec cõsactis certè aneis portis, sed veterè adhuc morte regnante. Ita ille.
Et ex hac ratioe necitur illa alia, qua Deus creditur noluisse, ut tortus illos multiplices, & horribiles cruciatus multis horis, ac diebus permanentes (quales tum Christus, tum alij multi martyres animosè pertulerunt) amicis Ioannes perferret: qui repente fuit iugulatus, quia nimirum Ioannes calicem prælibabat amarissimum, cuius vel vnus haustus amaritudinis scilicet meracissimæ, & mortis adhuc inuictæ, & inexpugnatæ, multis alijs, Christi victoriam consequentibus, prælibationibus fastidiosior erat, & deglutitu horribilior: præfertim cum eo etiam tempore martyrum strenuè pugnantium exempla deessent, quæ animos adderent, & succensis igniculis, ad eandem gloriam incitarent. Quo nomine ex doctrina S. Apollinij, lib. 1. in Cant. Ioannis martyrii attollitur sub sidera. Satis [inquit] & ultra quam effari possit, gloriosior ille, qui nullis præcedentibus exemplis: quod laude sit dignum fuerit operatus, quam ille, qui alterius magisterio edocetur: sicut humana natura pro viribus, vicem Dei filio in martyribus repensare dignoscitur. Et obeam fortè causam Ecclesia in eius festo Ioannem appellat martyrem præpotentem: Præpotens martyr, Eremiq; cultor. Huic gloriæ adnecte aliam, quod nimirum, quemadmodum Christus pro veritate moritur, iuxta illud. Nunc autem queritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum.

Ioan. 8. n. 40, ita Ioannis (ò quantum instar in ipso est) pro veritate fortiter occumbit. Laudavi alibi Greg. Magnum in hanc ipsam sententiam, sed homilia in Ezechielem, laudo nunc eundem lib. 29. in Iob. c. 6. ita loquentem, Sed nequæ, Ioannes Baptista de confessione fidei, sed de veritate requisitus occubuit. Sed quia Christus est veritas, ad mortem idcirco pro Christo: quia scilicet pro veritate, perijt. Laudo S. Fulgentium ser. de amput. caput Bapt. Sancti: (inquit) Ioannis veneranda in stitia demonstrata est in tantum, ut libenter suscipere mortem, ne videretur contemnere veritatem. Laudo Sanctum Bernardum sermone in natiuit. Ioan. ita scribentem, Ligatus quoque, & in carcerem trusus, nihilominus stetit in veritate, & occubuit pro veritate feliciter. Laudo Bedam venerabilem in sermone de Decollatione Sancti Ioannis. Nequæ enim [inquit] dubitandum est, quia beatus Ioannes, pro Redemptoris nostri, quem præcurrebat testimonio; carcerem, & vincula sustinuit, pro ipso; & animam posuit, cui non est dictum à persecutore, ut Christum negaret, sed ut veritatem reticeret, & tamen pro Christo occubuit: quia cum Christus ipse ait. Ego sum veritas, ideo ubique pro Christo, quia pro veritate sanguinem fudit. Laudo Sanctum Eulogium lib. 1. Memor. Sanct. Baptista (inquit) cum regem iniquum de stuspro Herodiadis commoneret in ergastulo propter veritatis professionem detruditur: ibique absque ulla fidei persecutione truncatur: nec tali recusavit succumbere dispendio, quia sine dubio nouerat, diuino reuelante spiritu, tantundem esse pro-

Ioan. 8. n. 40.
D. Greg.
264
Pro veritate moritur.
S. Fulg.
Patri te-
simonia.
D. Bern.
Beda.
Eulog.

Lll 2

pier

Chryso.

pter iustitiam, quā pro fidei professione prosterni. Laudo tandem Chrysofomū, orat. 5. aduersus Iudaeos, ita differentem. Non enim modo Martyrium peragit, qui iussus sacrificare, potius debet emori; verum etiam seruare, quod iustum est, ac sponte propter Deū mortem accersere malit, martyrium est, ac, ut hoc intelligas verum esse recordare, re quomodo Ioannes Baptista moruus sit, & qua de causa.

Adiunge magnam aliam huius Martyrij excellentiam. Ab aduentu Christi, primus, qui Christum predicauit, & pro Christo sanguinem fudit, Ioannes fuit. Id ut probem, dexter in primis adest Chrysofomus orat. 5. contra Iudaeos, illum martyrum primum appellare non dubitans. Propterea (inquit) in carcerem coniectus, & decollatus martyr, & martyrum primus est. Accedit Tertull. lib. 3. carmine scripto contra Marcionem. c. 7. n. 23. Proq; via [inquit] vera prior hostia casus obiuit. Sed maius addit ornamentum huic probationi S. Petrus Damianus ser. 3. de S. Ioanne; dum ipsum inter fulgentissimas acies martyrum, velut inter discipulos magistrum editio re loco docentem considerat, & velut Christi vexilliferum predicat, gloriosas caelum ingredientium turmas martyrum anteeuntem. Excipe eius verba. Inter purpuratos etiam martyrum choros beatus Ioannes in magisterij cathedra praesidet, quia pro testimonio veritatis strenuus bellator occubuit, omniumq; pro Christo certantium dux factus vexillum triumphale martyrij caelo prius inuexit. Ita ille. Et hoc verosimilius apparebit considerati incomparabilem

Idem.

265

Primus pro Christo moritur.

Tertul.

D. Petr. Damia.

triumphū, quod Christus suis commitatus in Ascensionis ter maxima celebritate ad Empyreū vsq; caelum penetrauit. Donec (inquit S. Leo ser. 2. de Ascensione Domini) triumphum victoriae, quam reportarat à mortuis, inferret, & celis. Quo in triumpho haud dubitē, Ioannem Christi antesignanum venisse, magnum eius solennitatis incrementum, elatoq; sublimi vexillo martyres alios longo pompe ordine praeruisse. Quod si illum Ecclesia protomartyrē, hoc est, primū legis gratiae martyrē appellat: id propterea reor, euenire, quia voluit Christo seruare decorum, qui caput est omnium martyrum. Qua propter Aug. in Psal. 63. Iā (inquit) ipsum caput nostrū inuicemur. Multi martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput martyrum. Agnomē verò primi Ecclesia Stephano, qui Christū proximē secutus est, imperit, non tamquā absolutē primo; primus nāq; in lege gratiae Ioannes merito publicandus: quod illi praesertim nequitiam inficiari poterunt, qui aiunt, Ioannem ad legem gratiae potius, quam ad veterē pertinere: primus itē, & omnium caput Christus extitit: non ergo Stephanus fuit absolutē primus sed tantum primus imitando, & sequendo exemplo Christi; seu primus in aduenda copiosissima haereditate vberis, & inuadatis gratiae, quae, post Christi passionē, martyres est consecuta: illi ergo dilargita fuit Ecclesia id cognomen non absolutē, sed tamquam primo, ac principali haeredi locupletissimi te-

S. Leo.

August.

266

Primus martyr in lege gratiae.

stamenti,

Aratus.

267

Morte cruenta Christiani tenuit.

Origen.

Chryso.

Vualfri. Strabo.

Chrysol.

testamenti, & largissimae passionis Christi, ut optimē notat Aratus lib. 1. hist. Apost. Emicat hic Stephanus qui primus agone Heres huius habet. (coronam Hic tamen titulus, hoc decus, & ornamentum Sancti Stephani Sanctum Ioannem illa non fraudat excellentia, qua ipsum etiā Christum, nedum Stephanum morte cruenta anteiuuit, testatus effusione sanguinis tāquam voce, tuba clariore, Dei iam in terras filium aduenisse, esseque illum quem ipse digito ostēderat. Vnde Origen. homil. 27. in Lucam. Libenter (inquit) truncatur ipsa vox Domini, voce firmatus, verum esse filium Dei, quem credebatur. Quod quia post Christi aduentū firmavit prior loquendo simul, & moriēdo, (nā innocentes non loquēdo, sed moriēdo confessi sunt) primus martyr absolutē dictus est à S. Ioāne Chrysof. orat. 5. supra citata, & to. 5. epist. ad Episcopos carcere clausos. Cū praenarrationē, inquit, corrigere non posset arguit tamē, & propterea in carcerem coniectus, & decollatus, martyr, & martyrum primus est. Hinc est, quod in Canone Missae primus ponitur, ut notat Vualfridus Strabo de diuinis officijs. c. 22. nec immerito, nam illi omnia prima iure optimo debebantur, ut animaduertit S. Petr. Chrysol. ser. 89. ubi ita loquitur. Beata sterilitas, quae beatū seruabatur ad partū, & spectabat Ioannē, cui, quia prima omnia debebantur, primogeniti dignitas non periret. Quod si illi omnia prima debebantur, quid mirum, si illi primus locus etiam datur inter martyres: vi-

de Curru 1. Laur. 44. n. 276.

Iam verò idē S. Petrus Chrysofologus animaduertit ser. 89. Ioānis mortē adēdē notabilē, & honorabilē eiusdem respōdissē natiuitati admirabili, ac prodigioso. Ioannes (inquit) non potuit mori sorte cōmuni, qui natus est privilegio singulari. Additq; Beda ser. de Decollatione, Ioannem hoc honorificentissimo martyrio, locupletissimoquē sanguinis testimonio nouam quotannis militanti Ecclesiae peperisse letitiam. Merito (inquit) memoriam illius cū spiritali gaudio celebramus, qui testimonium, quod Domino perhibuit, martyris signaculo cōclusit. Ita q; Ioānes Christi aduentū voce primum in vita predicat: postea sanguine testatur in morte: vtroq; deinde simul ad finem vsq; mundi luculēta autoritate confirmat: quod laurea subsequenti declaro.

268

Mors respondet mirabili natiuitati.

VT OMNES CREDERENT PER ILLUM. Ioā. 1. n. 7.

LAUREA XXXXXII.

Quāta cū autoritate olim Ioānes hominū cordibus fidem seminauerit, hodieq; etiā, & in finē vsq; mundi promoueat.

269. Quod robur Deus Euangelizantibus tradiderit.

Dignitas Ioāni concessa immediate à Deo per Angelos.

270. Desertum idem atq; infideles. Ioānes lucerna Iudaeis, & gentibus.

271. Etiam nunc animos preparat ad Christum.

Lll 3

272. De-

- 272. Declaratur exemplo Abelis ad huc loquentis.
- 273. Etiam nunc clamat.
Cur ab hostibus elapsus ad Iordanem Christus venerit.
- 274. Aliter Ioannis virtus, qua incredentes descendit, exponitur.
- 275. Eius vox, & testimonium in totum orbem cucurrit.
- 276. Agnoscit, & proficitur hoc beneficium Ecclesia.
- 277. Cur in illius Missa Credo non dicatur.

IA M olim Ioannes Christi cognitionem Hebræis euulgauerat: iam incredibili penitentia, admirabili parsimonia, sanctitate denique extraordinaria ignotum antea Christum cognitum Iudæis, & memorabilem fecerat. Quæro in hanc sententiam, quod hactenus memorata in Ioanne culmina sanctitatis, & autoritatis pondera collimarent? Respondeat Sanctus Titus Bostrensis in Luc. cap. 1. ubi sic loquitur. *Portendebant autem omnia hæc, Ioannem testem cum primis idoneum fore, qui Christo testimonium perhiberet.* Ut enim luculenter pendit Abul. in cap. 1. 1. Matth. quæst. 18. *Quanto maior esset autoritas Ioannis, tanto firmitus esset testimonium, quod perhibebat de Christo, intererat ergo Christi, quod Ioannes esset magnæ opinionis apud plebem.* Præsertim cum ad id usque tempus, quod Ioannes attulit testimonium Christi diuinitati, nullum Christus miraculum patrarit. Quod obseruans Abul. in cap. 3. Matth. quæst. 8. *IESVS*

Abul. 1.

(inquit) nulla miracula fecerat, nec quidquam predicauerat, nec discipulos habebat, quando Ioannes de ipso dixerat, quia erat filius Dei. Vnde quod Christus erat per id tempus ignotior, ed Ioannis ubique nomen erat celebrius, & vulgatius: de quo Diuus Chyrolagus sermone 127. *Ioannes* [inquit] *orbi notus, fama virtutis cognitus, celebratissimus sanctitate.* Eaque inclytæ sanctitatis opinione magnum Christo dedit testimonium de cuius valore, pondere, & autoritate diximus Curru 4. Laurea 43. 44. 45. 46. 47. 48.

Iam, inquam, Ioannes Christi nomen Iudæis autoritate plusquam humana firmauerat. Ut eiusdem famam ad exterarum postea nationes, si minus per se, at per alios extenderet, extraordinarijs eum virtutum præfidijs Deus roborauit. Apostolos Christus in omnem orbem terrarum legatos instituit, eosque amplissimis suæ potestatis honoribus locupletauit, comitesque insuper adhibuit Angelorum exercitus ad perferendum in quamcumque fortunæ aleam Euangelium, quod insigni vaticinio præfagiens vates Regius: *Dominus, inquit, dabit verbum Euangelizantibus virtute multa.* Psalm. 67. nu. 13. In quem locum Genebrardus. *Eis* [inquit] *suppeditabit multas vires, & magnam fortitudinem ad perferendum Euangelium. Eis subministrabit multos Angelorum exercitus, ac præsidia, ad eos tuendos contra hostes visibiles, & inuisibiles.* Cū verò tantam Apostolis fortitudinem, tantamque vires suffecerit equa-

Psal. 67. nu. 13 Genebr

269 quas Deo vires Euangelizantibus subministrat

les,

les, par est credere, aut maiores Sancto Ioanni subministrasse, ut omnes crederent per illum, pares enim mirum, si ille par fuit nuntius cū Apostolis; ut multi autumant; maiores, si maior extitit, ut inter alios complures credit Hugo de Sancto Victore instit. Monastic. sermone 73. *Ipse* [inquit] *cum Apostolis, imo & præ Apostolis nuntius Christi.*

Hugo de S. Victore.

Dignitas Ioanni concessa immediate a Deo, non per angelos

Malach. 3. n. 1.

S. Tho.

ad Heb. 2. n. 2.

Act. 7. n. 53.

Ioan. 1. n. 23.

Hæc verò magna dignitas Ioanni fuit communicata, non per Angelum, sicut olim prophetis fieri solebat; sed immediate ab ipso Deo: quemadmodum cum Deus Angelorum principes illuminat, & in orbem mittit; ideoque Sanctum Ioannem Deus Angelum appellat. Malachiæ 3. num. 1. & Angelum quidem suum, hoc est suorum participem consiliorum. *Proprium enim* [inquit] *Sanctus Thomas in cap. 1. Ioannis lect. 4.) Angelorum officium est, ut à Deo mittantur, & sint nuntij Dei.* Contra, ac vates legis antiquæ, quibus Deus, non immediate, sed Angelorum ministerio mandata inspirabat. Vnde Apostolus. *Qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus;* ad Hebræos 2. num. 2. Et Sanctus Stephanus. *Qui* [inquit] *accepistis legem in dispensatione Angelorum.* Act. 7. nu. 53.

Hac Ioannes autoritate perrexit ab interiore solitudine adicienda, commouendaque infidelium Iudæorum corda: ijs enim præsertim clamabat, qui instar sterili deserti fide carebant, ideoque dicebat. *Ego vox clamantis in deserto.* Ioannis 1. num. 23. Vn-

dè Cassiodorus Psalm. 28. *Sepè enim* [inquit] *desertum ponitur, ubi infideles populi conuenire nescuntur, sicut in Euangelio dicitur. Vox clamantis in deserto. Vbi desertum appellati sunt, qui nec dum fidei dona perceperunt.* Tales porrò Iudæi in exordio prædicationis Sancti Ioannis Baptiste sterili virtutum, & infæcundo deserto similes extiterunt. Vbi verò Ioannis prædicatione aures intrare, & corda penetrare cepit, auditorum, multorum cordibus altissimas radices agebat Dei gratia, & sanctitatis gemmis intumescens in suauissimos tandem flores purpurascebat: & per eos odor longè fragrans penetrabat ad externos gentesque turmatim alliciebat ad fidem. Quare Sanctus Hilarius in Psalm. 118. *Ioannes* [inquit] *predicator penitentiae, lucerna & Iudæis, & gentibus fuit.* In quam sententiam satis accommodè scriptum illud nobis reliquit Sanctus Policarpus Martyr. in fragmentis apud Feuarentium in notis ad Ireneum lib. 3. cap. 3. ubi sic ait. *Lucas verò à Zacharia Sacerdotio incipit, ut eius filij miraculo natiuitatis, & tanti predicatoris officio diuinitatem Christi gentibus declararet.*

Imò etiam nunc in vastissimis Indiæ Orientalis regionibus, in bellicosis Iaponiorum, Cinnarumque amplissimis regnis, in præmagna Æthopiæ Impetio, in Tebeth regio hactenus irreperito; nunc tandem à Patre nostræ Societatis laboriosissimis itineribus inuento Diui Ioannis Baptiste vox permanet, ac personat. Adhibeo testem Ori-

Cassiod. 270 D. serm. ponitur pro infidelibus.

S. Hilari. Ioannes lucerna Iudæis, & gentibus.

Origen.

Ell 4

gen.

271

Etiam nra animas preparat ad Christum.

D.Tho.

gen.in Lticam homilia 4. Ego inquit credo, quod Sacramentum Ioannis usque hodie expleatur in mundo; non illo tantum tempore preparata sunt via, & directio semite, sed usque hodie aduentum Domini Saluatoris spiritus Ioannis, virtusque precedit. Apud Catenam auream ita referuntur hec verba à D. Thoma. Sacramentum autem Ioannis usque nunc expletur in mundo: quicumq; enim credituras est in Iesum, antea spiritus, & virtus Ioannis ad animam illius venit. Venit nimirum hec Ioannis virtus ad animas credentium predicationis opera, sine qua, hoc illo modo facta, ad fidem nemo venit, ait enim Apostolus, Quo modo credent ei, quem non audierunt? quo autem modo audient sine predicante? Ad Roman. 10. nu. 14. porro dum concionatores hanc doctrinam explicant, cuius Ioannes primus predicator extitit, etiam nunc in illis Ioannes censetur audiri: nobile exemplum, quo hec res declaretur, & illustretur, habes apud Apostolum. Abel per illam [hoc est fidem] defunctus adhuc loquitur. Hebr. 11. n. 4. nam illa fides, qua feuit Abel hominum animis, & proprio sanguine irrigavit, in consequentium hominum pectoribus altissimas egit radices, atque traducta ad posteros, nunc etiam, non sine proprio merito aliorum ore, ac lingua loquitur. Quapropter Caietanus eo loci. Per illam (inquit) defunctus adhuc loquitur, hoc est, per meritum illius fidei defunctus Abel adhuc loquitur. Ideoque Abel ex aliorum etiam nunc loquentium, & suam ipsius fidem propagantium

ad Rom 10. n. 14

Hebr. 11. n. 4.

272

Declaratur exemplo Abelis adhuc loquentis.

Caietan

meritis participat: unde non abs re dicitur obtulisse plurimam hostiam. Fide plurimam hostiam Abel obtulit. Hebr. 11. nu. 4. non enim suam tantum, sed posterorum quoque fidem visus est obtulisse.

Hebr. 11. n. 4.

Quemadmodum ergo Abel etiam nunc alieno ore loqui censetur, ac eam fidem testari, qua suo cruore primus edocuerat; ita Sanctus Ioannes Baptista etiam hoc tempore predicatorum omnium ore predicare censetur eam fidem, quam primus tum verbo, tum sanguine confirmarat. Nec dissentit Sanctus Ambrosius sermone 66. his verbis. Non enim tantum illo tempore clamavit Ioannes, quo Pharisaeis annuntians Dominum Saluatorem, dixit. Parate viam Domini, sed & hodie clamat in nobis, & vocis sua continuo deserta nostrorum concutit peccatorum. Et lib. 1. in Luc. Praecurrit enim anima nostra quadam virtus Ioannis, dum credere paramus in Christum, ut pareat ad fidem animae nostrae vias. Quae autem haec sit virtus, quae pareat ad fidem animae nostrae vias, dum credere paramus in Christum, non ita liquet: ego sic existimo, nihil aliud esse, quam memoriam testimonij Sancti Ioannis, cuius mentio plerumque fit, dum rudes preparantur; haec autem memoria animos ad credendum ciet, ac mouet; potestque firmari ex ea ratione propter quam Christus, impetitus ab hostibus, aufugit ad Iordanem. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic, & multi venerunt ad eum. Ioan.

S. Ambf

273

Etiam nra clamat.

Idem.

Cur ab hostibus clapsus ad Iordanem Christus venerit.

Ioan. 10. n. 4.

10. num.

Lyranus

10. num. 40. Rationem vero istius effugij reddit ibi Lyranus his verbis. Ut populi venientes ad ipsum recordarentur de testimonio Ioannis, qui dixerat: ecce agnus Dei, & sic habita collatione confirmarentur in fide ipsius. Et re vera ita euenit, recordati enim testimonium Ioannis, illudque ponderantes adducti sunt, ut crederent: subiungit enim textus. Dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quaecumque dixit Ioannes de hoc, vera erant: & multi crediderunt in eum. Quasi ita dicerent, Ioannes signum nullum fecit, & iste multa fecit; propterea quaecumque Ioannes de hoc dixit vera sunt, & digna fide; ille autem dixit, hunc esse filium Dei, ergo in hunc potius credendum est.

274

Aliter exponitur virtus qua Ioannes in credentes descendit

Vel (si mauis) dic, spiritum, & virtutem Ioannis, quae in eos, qui credituri sunt, influit, nihil esse aliud, quam fidem ipsam, qua testatus fuit Ioannes, quaque contestantur, & confirmant ij omnes, qui nunc docent, docebuntque usque ad finem mundi, eoque sensu dicuntur omnes credere per illum, & ille dici potest fide oppleuisse totum orbem terrarum, etenim ante eius predicationem, si Iudaea angulum excipias. Terra erat inanis, & vacua. Genes. 1. nu. 2. praedicatione Ioannis subinde adolefcente, & maiora in dies augmenta capeffente totus orbis fidei splendoribus illuminatur, vnde Ambrosius in Psalmum 48 Vacuus [inquit] erat totus hic mundus, antequam numero credentium eum Christus impleteret. Caepit autem, & adhuc perseuerat implere per

Gen. 1. n. 2.

Erat oris vacuum sine fidelibus.

D. Amb

Ioannem.

Ideoque Rupertus Abbas lib. 1. in Ioannem, eius sonitum vocis, ad omnes orbis metas penetrantem demiratur, his verbis. Ipse quidem nihil scripsit; sed cum tantus esset, ut Christus potuisset existimari, quid dixerit, quem digito ostenderit, totus orbis audiuit, & hic sonus eius in omnem terram exiuit. Quam luculentam Christi cognitionem Ioannis praedicatione ad fideles omnes protenta praeiunxit, ac praeuaticinatus est eius parens Zacharias, cum ita cecinit. Et tu puer propheta altissimi vocaberis, praebis enim ante faciem Domini parare vias eius ad dandam scientiam salutis. Luc. 1. num. Quod notans antiquus author Titus Bostrensis capite 1. Lucae. Salutis notitia [inquit] quam hominibus datum iri asserit, est agnitio Christi: hac vna est enim, quae omnibus, cum Iudeis, tum Graecis [dummodo ita comparati sint, ut salutem agnoscere velint] salutem impartitur. Alludit hoc mysterium D. Petrus Damianus ser. de priuil. Ioannis, ubi eum non dubitat, appellare gratiam totius mundi. Ioannes (inquit) fuit gratia addita toti mundo. Accinit Dionysius Carthusianus tomo de Sanctis in festo S. Ioannis pertractas illa verba. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra. Isai. 49. n. 6. Quamuis (inquit) sacratissimus Baptista in propria persona non predicauit gentilibus, tamen quia doctrina eius in Euangelio scripta omnibus gentibus mundi est predicata, dicitur dedi te in lucem gentium. Quare August. ser. ordine 22. eum appellat vocationem gentium Nas-

Rupert. Abbas.

Titus Bostrensis.

D. Petr. Damia.

Dionys. Carthu.

Isai. 49. n. 6.

August.

citur,

citur, ait, tuba seculi, signifer superni Regis, vocatio gentium.

Huic notitiae terris per Joannem communicatę gratulanda Ecclesia in Missa natiuitatis eiusdem Sacerdotibus ore pleno, & obsequioso pronuntiare iubet. *Sanaat Ecclesia tua Deus in Beati Joannis Baptista generatione letitiam, per quem sua regenerationis cognouit authorem.* Eandem Ecclesię gratitudinē officiosę recognoscit Guerricus Abbas, sermone 1. de Sancto Ioanne. *Non ingrati (inquit) se probat Ecclesia; non immemorem; fideliter agnouit, qua denotione suscipere debeat Praefatorem, per quem ipsum agnouit saluatorem.* Ita ille.

Ob eam ipsam grati animi significationem Ecclesia, vt Christi Aduentum expectatissimis votis, & desiderijs celebret ardentissimis in Missarum solennitatibus Ioannem Christum praedicantem adducit in medium, vt appositę notauit Abbas Rupertus lib. 3. de diuin. offic. cap. 4. *Vt ergo tanto teste, vel iudice venturo gaudeat. Vel quid de illo sperent, vt sciant: opportunę recitatur illud praclarum atq; famosum, quod de Ioanne Baptista exhibuit testimonium, dicens. Amen dico vobis; inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista. Magnum testimonium, grande praconium. Quod in causa fuit; Vt omnes crederent per illum.* Exindequę (vt nonnemo ante nos animaduertit) inclarescit ratio, ob quam in Missa Sancti Ioannis Baptista non dicitur Credo nisi in propria eius Ecclesia, aut quādo eius natiuitas incidit in diē

Dominicam) vt in aliorum solēnitatibus diuorum fieri affolet. Hoc enim non infringendę eius authoritatis causa factum putes: nequę inde aliorum; sed ipsius potius Ioannis maiorem debes excellentiam colligere: ille enim tot editis, ac manifestatis de Christi diuinitate testimonijs. Est instar sincerę eius fidei professionis, quam dicendo, Credo, publicamus; ille dubio procul erat totus epitome, verisimulq; epilogus symboli fidei: cuius omnes credimus autoritate. Quandoquidem ille erat vltimū medium, in quod terminantur omnia alia testimonia a puris hominibus terris exhibita, Christumquę iam aduenisse testātia: quapropter Ambrosius lib. 1. in Luc. *Cum (inquit) creditur Ioanni, creditur Christo.* Quod si ij, qui tantum in vita Christi fidem docuerunt, doctorum laureis sunt donandi post mortem, quam, quāso, lauream, quam Diuus Ioannes coronam promeruerit qui, non in vita solum, sed etiā nūc & in finem vsquę mundi barbaras gentes docet: haud dubię promeruit coronas omnium pulcherrimas Doctoris, virginis, & martyris, de quibus sequenti titulo.

LAUREA XXXXXIII.

Ioānes corona redimitus tergemina, doctoris, virginis, & Martyris.

276

agnoscit, & profiteatur hoc beneficium Ecclesia.

Guerr. Abbas.

Rupert.

Ambro.

277

Cur in eius missa non dicatur Credo.

- 278. *Duplex celo corona, aurea, & aureola. Aureola doctoribus, virginibus, martyribus debetur.*
- 279. *Est in anima, transit in corpus.*
- 280. *Triplicem meruit coronam. Docuit tum verbo, tum exemplo.*
- 281. *Dei scientia omnis, eruditio coronatur. Ioannes Euangelista laminam auream gestabat. Sola sapientia digna, que honoretur.*
- 282. *Virgines Reges vocantur. Praecipua corona virginitatis.*
- 283. *Hac uterquę Ioannes, hac Deus ipse coronatur.*
- 284. *Martyrium Reges facit.*
- 285. *Hac etiam parte Ioannes coronatur.*
- 286. *Euangelista triplici corona redimitus.*
- 287. *Vterquę magno comitatu a Christo receptus in celo.*

278

Duplex celo corona aurea, & aureola.

Exod. 25. n. 24

D. Tho.

Antequam ostendamus, tergemina fuisse in utroquę Ioanne coronam, operę pretium erit, praefari pauca de his corollis. Ergo duplex celo decreta est corona duplici premio respondens, essentiali altera, quę dicitur corona aurea; accidentali altera, quę dicitur corona aureola: hęc illam supponit. Vtraquę figurata fuit. Exodi 25. vbi ita dicitur. *Facies coronam interrasilem altā quatuor digitis: & super illam alteram coronam aureolam.* Ibi nu. 24. de quibus Diuus Thom. quodlib. 5. q. 12. art. 24. ita loquitur. *Cum au-*

reola importet quādam singularem excellentiam premi, necesse est, quod praesupponat auream, sicut comparatiuus supponit positiuum, & hoc figuratur. Exodi 25. vbi dicitur facies super coronam auream, alteram aureolam. Porro premium essentialē, quod aurea corona dicitur, vt docet S. Thom. in 4. sentent. dist. 8. quęst. 1. art. 2. est simpliciter maior, quā premium accidentalē, quod dicitur corona aureola. Est tamen aureola maior quantum ad statum habentis, quia nō cuilibet datur, sed illis solummodo, qui sunt in statu perfectionis: vnde corona aureola supponit auream coronam, & addit aliquid accidentalē premiū, quod tribus sanctorum ordinibus concedi solet: martyribus, doctoribus, ac virginibus: vt praclare docuit D. Thom. in 4. sent. dist. 49. art. 5. *Aureola, inquit, est quoddam privilegiatum premium privilegiatę victorie respondens, vt patet ex dictis, & ideo secundum privilegiatas victorias in tribus pugnis, quę cuilibet homini imminent, tres aureolę sumuntur: in pugna enim quę est contra carnem, ille potissimum victoriam obtinet, qui a delectabilibus venereis, quę sunt precipue in hoc genere, omnino abstinet, & ideo virginitati aureola debetur. In pugna verō, quę contra mundum pugnatur, illa est precipua, cū a mundo persecutionem vsquę ad mortem sustinemus. Vnde, & Martyribus, qui in ista pugna victoriam obtinent secunda aureola debetur. In pugna verō, quę contra diabolū pugnatur, illa est precipua victoria, cum aliquis hostem non solum a se, sed a cordib; & aliorum remouet, quod fit per predica-*

Exod. 25.

D. Tho.

Idem.

Aureola doctoribus, virginibus, martyribus debetur.

tionem, & doctrinam, & ideo doctoribus, & predicatoribus tertia aureola debetur. Hastenus D. Thom. meminit has aureolas Salmerō tomō 10. tractatu 30. vbi inter alia verba hec habet. Aureola triplex est: altera stellarum, quæ datur doctoribus, altera ex auro, & de lapidibus pretiosis, quæ datur martyribus, nam ut aurum igne: ita martyr tribulationis flamma purificatur. Tertia corona est florea sive spinarum, quæ ad virgines spectat: nam virginitas asperitate patientie servatur. Hinc Sanctus Benedictus in spinis propter castitatem servandam volutabatur. Ita ille. Ceterum aureola non in anima tantum Beati cuiusquam sita est, sed in corpus etiam redundat. vt docuit idem Angelicus doctor in prædicta distinctione 49. art. 4. quæst. 2. ad 3. his verbis. Aureola proprie est in mente. Est enim gaudium de operibus illis, quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis præmij, quod est aureola, redundat quidam decor in corpore: qui est gloria corporis; ita ex gaudio aureola resultat aliquis decor in corpore: vt sic aureola principaliter sit in mente, sed per quandam redundantiam fulgeat etiam in carne.

Hanc ergo triplicem coronam meritis, & consecutus est Sanctissimus Ioannes Baptista; de qua corona tergemina Honorius sermone de natiuit. S. Ioannis Baptiste: in hæc verba. His perfectionibus, quia insignitur Sanctus Ioannes, ideo tribus coronis ab eo redimitur. Pro virginitate seruo, lilijs, ac rosis æternum odorem spirantibus decoratur: quia hic sicut liliū germinans castitate ornatatur. Pro mundi con-

temptu (prædicabat nimirum mundum contemnendum, & celi regnum amplectendum) purpureo diademate coronatur, quia hic virtutibus vernans mundo, & vitijs moriebatur. Pro martyrio corona auro gemisq; radiante laureatur, qua regem glorie sequens regis inuesti gratiam asperebatur. Meritus est S. Ioannes in primis coronam Doctoris: docuit enim Hebræorum populum diuinam legem; quapropter Chrysostomus tomō 2. homil. 16. ex varijs in Matth. Ioannes (inquit) maior homine, par angelis, legis forma, Euangelij satio. Ipse enim primus omnium humanis cordibus seuit Euangelium, & ex ea prima satione copiosam legit Ecclesia fermentem, ex qua postea, hodieq; messes colligit fructuosissimas: docuitque tum verbo, tum exemplo; vt egregie notat Lyranus in Psalm. 84. ad illa verba. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in viam gressus suos. Ibi num. 14. vbi nomine iustitiæ Ioannem intelligit; deinde reddit rationem, quare Ioannes dicatur in via gressus suos posuisse. Vt (inquit) factō ostenderet in se ipso, quod alijs predicaret verbo. Sub hæc, illa alia verba exponit in eundem sensum. Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, Matt. 21. num. 32. efferens in medium causam, quare dicitur venisse in via iustitiæ. Quia (inquit) non solum iustitiam penitentiae predicat sed etiam primò eam tenuit in asperitate vestitus, & paritate victus. Parique corona potitus est par alter Ioannes; ille enim, vt taceam ceteras orbis partes, ac prouincias, Asiæ populos latè docuit, vide-

quæ

Salmer.

D. Tho.

279

Est in anima, redundat in corpore.

280

Triplicem coronam Ioannes meruit.

Chryso.

Docuit verbo, & exemplo.

Lyranus Psal. 84. n. 14.

Matth. 21. n. 32.

que dicturi sumus 2. p. Curru 9. Laur. 46. 47. 48. 49. 51.

Qui verò ita docent, merentur aureolam illam, quæ Hebræo rû Pontifex Maximus capite præferebat adumbratam, de qua dicitur. Cidariquoq; texit caput. Exod. 8. n. 9. & Ezechielis 21. n. 26. Aufer cidarim, tolle coronam. Super cidarim verò ponebatur aurea lamina, quæ diuinarum rerum cognitionem significabat: de qua D. Hieronymus tom. 3. epist. ad Fabiolam de veste Sacerdotali. Lamina (inquit) aurea rutilat in fronte, nihil enim nobis prodest omnium eruditio, nisi Dei scientia coronetur. Et fortè propter hæc abditissimam superarum rerum cognitionem S. Ioannes Euangelista laminam auream in fronte gestare solebat, vt testatur Polycrates Ephesiorum Episcopus [apud Eusebium hist. lib. 5. c. 23. & Hieronymum de script. Eccles. in Polycrate, & Baronium anno Christi 34. tomō 1. in ea, quam ad Victorem Romanum Pontificem scripsit, epistola, in qua hæc leguntur. His accedit Ioannes, qui supra pectus Domini in cana recubuit, qui sacerdos fuit, qui laminam auream gestauit, qui martyr, & doctor extitit. Porro ea, quæ per hanc sacram laminam significabatur scientia, & apud homines celesti aureola decorari. Hæc est, quæ veros, & intaminatos meretur honores. Sapientia (inquit Casiodorus lib. 6. formularum, formul. 10.) est, quæ honores meretur, totum aliud extrinsecus venit.

Secunda Ioannis corona lilijs est intertexa, eaque debe-

tur speciatim Virginibus, propterquam presertim Virgines, Reges appellatur, testimonio sit locus ille. Baltheum regum dissoluit, & praeingit fune renes eorum. Iob. 12. n. 18. In quem locum Diuus Gregorius cap. 8. ita loquitur. Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito Reges vocantur: Regum itaq; Baltheum dissoluit Deus, quando in his, qui bene regere sua membra videbantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Hanc regalem coronam Ioannes angelica castimonia promeruit, quam, Sanctus Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 15. inter coronas appellat præcipuam, cuius hæc sunt verba. Præcipuam coronam in scripturis habet virginitas, & castitas, cuius gratia lucebis sicut Angelus. De ea ita loquitur Ecclesiæ lumen Hieronymus epist. ad Eustoch. Non solum effusio sanguinis, sed deuota mentis seruitus immaculata quotidianum martyrium est, illa corona decorosa, & violis plectitur, hæc de lilijs. Hac æquè coronatur vterq; Ioannes, & Baptista, & Euangelista: eaq; tanta vernat gratia, ac pulchritudine, vt Deus eadem pariter cum castis coronari velit: vt notat D. Basilius hom. in Psal. 28. Quando [inquit] mens cum affectu vitioso luctatur, si quidem intentis viribus, & attentione solerti vicerit, de eiusmodi animi intemperie refert. vitricè palmam, Deūq; velut insigni corona redimit, & cōdecorat. Mira vicissitudo, vt castus eo dignitatis ascendat, vt & Deū coronare mereat, & ab eo pariter coronari: quod alio sensu dixerat D. Benar. de Sacratissima Dei-

Exod. 8. n. 9. Ezech. 21. n. 26

Hieron. 281

Dei scientia coronari debet omnis eruditio.

Polycr. apud Eusebium & Hieronymum & Baronium.

Ioannes Euangelista laminam auream gestabat.

Casiodorus

Sola sapientia digna, quæ honores meretur.

Iob. 12. n. 18.

D. Greg.

282

Virgines reges appellantur

Præcipua corona virginum est.

Hieron.

283

Hæc vterque Ioannes, hæc Deus ipse coronatur.

D. Basilius

D. Bern.

Mmm

para

D. Bern

ra fer. in c. 12. Apocal. illis ver-
bis. Et coronavit ea, & ab ea vicissim
meruit coronari: Hinc fit, vt quilibet
castimonie virtute conspicuus obsecret, & obumbret eam
Demosthenis gloriam, qua ille se
ad sidera vsq; extollebat, nimiru
quod sua Rempublica adornasset
corona, a qua alij solerent co-
ronas accipere. Multos, inquit ille,
à vobis coronis esse donatos, scimus om-
nes: propter quem aliu. Respublica coro-
nata sit, nisi propter me, nemo omnium
dicere queat. Hæc est summa laus
castimonie, vt cu cæteris virtu-
tes à Deo coronas accipiant, illa
tamen, ita accipiat, vt vicissim
tribuat. Vt hanc gloriam Ioan-
nes assequeretur, amore castita-
tis incensus aufugit in eremum
auerfatus, que domi Patris vita-
re neutiqua potuisset, colloquia
fæminarum. Quocirca S. Petrus
Chrysologus ser. 174. multa præ-
fatus. Merito, inquit, in natis mu-
lieru cunctis maior est hic Ioanes: qui
non solum adulteras arguit, sed & licita
mulieru consortia virginittatis amore
calcauit. Et si Ioannes tantus, Ioannes
talis, tanta eremo separatus à feminis,
fæminaru pericula non euasit: quis est,
qui inter feminas vivens euasurum se se-
ne labore maximo, maxima sine cautio-
ne confidit, nisi is, qui Sæcto alitur spi-
ritu? Vbi duo adnotabis, primu,
cum Chrysologus dicit, fæminaru
pericula non euasit. Herodiadis in-
fidias respexisse, quæ tot, ac tales
fuerunt, vt adulteru regem, vel no-
lentem inflecterent ad occisionem
Ioanis Secundum, ex Chrysologi
verbis colligi, meruisse Ioannem
illu titulu. Non surrexit maior amo-
re virginittatis, quam vt illibatâ

Chrysol

coleret, ab hominibus in solitu-
dinem aufugit. Idq; firmat autho-
ritate sua Abulensis in c. 3. Mat.
Hæc pro liliata corona: pergo iam
ad roseam.
Tertia ergo Ioanis aureola ro-
sis fuit intermixta: hæc est coro-
na martyrij: nam martyres verè
coronati, verè reges æstimantur.
Vnde Ioannes Euangelista trãsla-
tus in Emphyreum vidit se iunctum.
Animas decollatoru propter testimoniũ
Iesu, regnare cum Christo: Apoc. 20. n.
4. Porro regnu speciali nomine
martyrio debetur: quapropter
D. Gregor. li. 3. Dialog. c. 31. de S.
Hermenigildo martyre loquens.
Capit (inquit) psalmodie catus ad cor-
pus regis, & martyris audiri; atq; ideo
veraciter regis, quia & martyris. Vbi
subnota illud. Veraciter regis, quia,
& martyris. Iquasi cæteri reges re-
gali ritum specie fulgeant, soli q;
martyres veraciter regnare, & im-
perare dicantur. Propterea q; D.
Chrysostomus hom. de septem Ma-
chabæis. Martyru (inquit) corpora ac-
ceptis pro Christo vulneribus, tamquam
preciosis lapidibus distincta omni regu
diademate preciosiora, & spectabilio-
ra redduntur. Et verò, quia ex
fuso cruore progerminat hæc co-
rona, ideo Chrysostomus homil.
de Petro, & Paulo illius gladij
ictu, qui Neronis imperio Paulu
iugulauit, coronamq; illi fabrica-
uit immortalẽ, huius, inquam, gla-
dij ictum Chrysostomus inuide-
bat, milliesq; repetebat. Sic mihi
ensis ille pro corona.
Porro hac corona Ioannes
pulchrè fuit insignitus: de quo i-
ta Hugo Victorinus instit. mo-
nasticæ cap. 37. Ipse est sanctifica-

284

martyrii reges facti.

Apocal. 20. n. 4. D. Greg.

D. Chry

Idem.

285

Hac etiam patet coronatus Ioannes.

Hugo Victor.

S. Lau. Iustin.

tus in utro clarificatus in mundo, co-
ronatus in martyrio. Et verò Docto-
ris, virginis, & martyris triplicem
coronam: vel potius earum triplex
meritum complexus est S. Lauren-
tius Iustinianus orat. de S. Ioan-
ne his verbis. Merito nemo in natis
mulierum dicitur maior, qui fuit men-
te, & corpore virgo, passione martyr,
doctus predicatione.

286

Ioannes etiam Euangelista triplici corona redimitus.

Nazian

Chryso

287

Victor. de Christo coronato comitatu receptus in calum.

tus fuit) ingenti cælestis curie
comitatu in cælum magnificen-
tissimè recipitur. Nam Curru 8.
Laur. 18. n. 91. statuemus excedit
se Christum magnifico cælestium
ciuium apparatu, vt dilectum disci-
pulum in cælum euntem, ac
triumphantem comitaretur. Idq;
S. Petri Damiani testimonio firmabimus.
Ad Ioannem verò Baptista comotum etiam celum vndiq;
& vndiq; angelorum ordines ex-
cendisse Dominum Christum. to-
mitates indicat Augustinus ser-
de Ioannis Decollatione his ver-
bis. Ille (de Elia loquitur) ne ab impijs
occideretur, est igneo curru captus:
in cælum: iste. ne ab impijs vinceretur,
perfecta martyrij certamine spiritu cæ-
lestia regna petiuit. Angelorum vtriusq;
subiectus auxilijs: de quibus scriptum est,
currus Dei decem millia multiplex. Letan-
tium, Dominus in illis. Hæc Augusti-
nus. Dominus vtriusq; in illis, & cum
illis angelorum ordinibus veniebat,
vt Præcursor suu celebriori tri-
umpho reciperet exultantem. Vi-
de, quæ dicta sunt hoc Curru
Laurea 46. a numero 31.

August.

LAUREA XXXXXIII.
Christum Ioannes etiam in mor-
te præit.
288. Causa, ob quam Deus Isaacum à
morte vindicauit.
Petro præire volenti succedet Christus.
Baptistam præuenientem Deus sequi
voluit. [Ioannem.]
289. Varijs modis Christus venit post.
290. Martyrio viam aperit, vt præcat.
291. Quantum conducat sola Ioannis
memoria.
Præiit ad vivos, præit etiam ad mortuos.

Mmm 2

Agitatur

288

Causa ob qua Deus Isaac non permiserit?

Clemens Alexan.

Matth. 26. n. 35

Matth. 16. n. 36 Lugdun

Petro pro ire voluit succenset Christus

Baptista praecurrit Deus sequitur

Matth. 10. n. 23

Agitatur à multis illa questio, quare Deus retardauerit Abraham, ne Isaac ipsa immolaret? Nonne immolatus verior Christi esset, expressiorq; figura? Sūt, qui dicāt mortē Isaac propterea Deū ventuisse, ne scilicet Isaac Deo morte ipsa praeretur. Ita grauiter Clemens Alex. li. 1. pedag. c. 5. his verbis. *Iure Isaac non potius est, qui primas passionis partes verbo cessit. Cedit igitur Isaac Christo, qui aegre, & iniquo animo ferre videtur aliquē sibi morte praerire velle. Quia propter D. Petro anteire paranti voluntate fortē illi simili. Et si apartuerit me moritum, non te negabo. Matth. 26. n. 35. vel quia se, quod homo erat mortalis, moriturum certō sciebat, sed Dei filiū estimabat immortalē durū, & amarū illud verbū reddidit. Vade post me sathana scādalu es mihi. Matth. 16. n. 36. quod expedit eo loco Anfelmus Lugdunēsis his verbis. Quasi dicas offēdis me volēdo praerire. Vade post me.*

Baptista tamen talis erat, actātus, vt illū morte praerire, Deus non recuset: sed hāc illi gloriā libēter impertiat, vt primus moriatur. Quae quanta sit, apparet clarius ex eo, quod Christus Apostolos monuit, cum primo misit ad praedicandum intra Palaestinae fines ante passionem suam. *Cum persequantur vos in ciuitate ista fugite in aliam. Matth. 10. num. 23.* quorsum docet fugere eos, quos ad necem fortiter obeundam sepe animauerat, & diuinis rationibus impulerat? planē, vt nulli hanc gloriam praecūdi moriendo daret, vt quē ipse primus

esset, & princeps martyrum. Ita definit Abulensis in locum praedictum Matth. 10. quest. 109. vbi cum notasset cum Diuo Hieronymo, Christum ibi de primamissione agere, addidit haec verba. *Hoc fuit, quia non fuit decens, quod aliquis pro confessione nominis Christi occideretur, antequam Christus, ne in hoc specialis honor ei deberetur, sed Christus debuit esse principium, vt omnes ab eo veluti à capite dependerent, & ipsum tamquam dominū sequerentur. Verū enim verō Praecursori suo Ioāni Christus impertit hāc gloriā, hoc decus, hūc honorē, vt sicut in vita praeruerat, ita etiā in morte praerit. Et ipse etiā Christus eū sequatur: quod acutē notasse videtur S. Gregor. Nazianz. oratione in Sāta lumina euoluens illa verba Ioānis. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Matth. 3. n. 14. Futurū, inquit, norat, vt quēadmodū post Herodē Pilatus fureret, ita eū quōq; prius vitam functū Christus sequeretur. De sanctissima Dei matre singulari laude cātat Ecclesia in festiuissima Christi natiuitate, & D. Bernarfer. 4. de assūp. *Nec primā simile visa est, nec habere sequentē: est tamē Ioannis laus admirabilis, quod Deū habeat sequentē se se, nō tāquā motiuū exēplar, sed vt signū suae mortis ante se praemissum.**

Iurē igitur Abbas Rupertus cōmento in Ioannē c. 1. exponēs illa verba. *Fuit homo missus à Deo. Ioan. 1. num. 3. Ex eo quod Christum Baptista antecit, eum supra naturā, sortemq; humanā venisse praedicat. Sic missus (inquit) vt nasciturū nascēdo praeniret, pra-*

Abulens.

Matth. 3. n. 14.

Bernar.

Abbas Rupert.

289

Multis modis Christus venit post Ioannē

Remig.

D. Petr. Damia.

D. Gr. Magn.

Beda.

Guerr.

290

martyrio vians praedit, vt praecur.

Origen.

*dicaturum predicando praecurreret, baptizaturum baptizando praerit, moriturum moriendo praecederet. Ita ille. Et Remigius apud S. Thomā in Catena cap. 3. Matthaei. Scindum est, inquit, quod quinque modis venit Christus post Ioannem nascēdo, predicando, baptizando, moriendo, & ad inferos descendendo. Nec non D. Petrus Damianus fermone 2. de Sancto Ioanne. Praenit [inquit] nascendo, baptizando, moriendo, & postremo ad inferos descendendo. Et Diuus Gregorius Magnus homilia 7. Vi praecursoris suae ordinem seruans, qui nasciturum nascendo praenit, baptizaturum quoque Dominum baptizando praeniret, & qui predicando factus est Praecursor Christi, baptizando etiam Praecursor eius, fieret imitatione Sacramenti. Et Beda in fermone de decollatione Ioannis. Cui nascituro, predicaturo, baptizaturo prius nascendo, predicando, ac baptizando testimonium perhibebat, etiam passurum prius ipse patiendo signauit. Ac ne toties praeruisse parum fortassis, alicui videatur, addit Guerricus Abbas fermone 3. de Baptista haec verba. *Vt etiam ad inferos Christum praecurreret, ante passionem Christi martyr Christi fuit.* Ac si diceret; nisi martyrio sibi viam faceret ad Limbum, Christum pauld post moriturum sequeretur potius, quam praerit, vt ergd praerit cruento ferro col lum subiicit. Quo respexit Origen. tomo 5. in Ioannem his verbis. *Vbiq; testis, & praecursor IESV est Ioannes, participans illius ortum, & pauld ante mortem filij Dei moriens, vt non solum ad viuos, verum ad expectantes libertatem à mortē per Chri-**

*stum futurum, ante Christum adueniēs, ubiq; domino pararet populū instructum. Ac si clarius explanans diceret; Ioannes, qui Christi praecursor aduenit, quemadmodum Christi natiuitatem praerit, ita eiusdem mortem voluit praecurrere: quia verō Christi mors iam aduentabat, debuit Ioannes, vt Christi mortem etiam anteiret, Herodis cruento ferro iugulum submittere. *Vt non solum ad viuos, verum ad expectantes libertatem à morte per Christum futurum, ante Christum adueniens ubiq; domino pararet populū instructum. Eamde terit viam Sanctus Gregor. Nazian. orat. 39. Ego à te debeo baptizari, adde, & pro te. Exploratum enim habebat, fore, vt martyrio baptizaretur. Tu venis ad me. Hoc quoque propheticum: futurum enim norat, vt quemadmodum post Herodem Pilatus fureret, ita quoque cum prius vita functum Christus sequeretur. Itaque tot, ac talibus prodigijs antecessit, vt cum foret homo, Deus, aut penē Deus esse, videri ceptus sit: quo etiam videtur alluissse Origenes hom. 2. in diuersos, his verbis. Praecursor homo fuit transiturus in Deum per gratiam, quae praecurrit. Et huius gratiae riuos in omnes suis obsequijs addictos diuisit aded vberes, vt ex sola Praecursoris memoria sanctificari putentur: quod illa verba Sancti Theodori Studitis orat. de S. Ioanne Baptista pra se ferre videntur. *Tamquam, qui simul sanctificandi ex ipsa Praecursoris commemoratione. Vide hoc Curru Laurea 5. a num. 22.***

Grego. Nazian.

Quantū praestit sola Ioannis memoria

Origen.

S. Theo

Præiū ad viuos praerit etiā ad mortuos.

QVOD CVM AV-
diset secessit inde in navi-
cula in locum desertum seor-
sum. Matthæi 14.
num. 13.

LAVREA XXXXXV.

Renuntiata Ioannis morte Chri-
stus Ioannis amore succen-
sus arguebat Herodem.

- 292. Ob necem Ioannis Christus He-
rodem obiurgat.
- 293. Cur Christus coram Herode si-
luit.
- 294. Quem Christus in vita honorat,
in morte similiter condecorat.
Cur non Christus ante, cur non si-
mul cum Ioanne predicat.

MIRVM est, quantam
semper erga Ioannē be-
neuolentiam Christus
manifestauerit. Querit Abulen-
sis in cap. 14. Matthæi quæst. 49.
Quare Christus eo accepto nun-
tio ad Galilææ fines abiit? Red-
ditquē hanc in Baptistæ laudem
luculentam rationem. Quia IESVS
diligebat valde Ioannem, &
laudabat eum super omnes homines,
ideo verisimile erat, quod nunc, occiso
Ioanne, IESVS in prædicationibus suis
valde argueret factum istud, & conci-
lisret animos popularium contra Hero-
dem. Et fortasè ex eo quod He-
rodem publicè redargueret, &
palam recriminaretur, coeunte

simul Herodis, & pharisæorum
inuidia maius sibi conf. iuit
odium, idquē in causa etiā fuit,
vt Herode, & phariseis de Chri-
sti morte feruenter agentibus,
Christus abscederet.

Sit exemplo illud [si licet in
magnis exemplis vilibus vti] Si-
nonis dePalamedis morte, quam
vlturum sese amaris verbis pro-
miserat.

*Et casum infontis mecum indignabar amici,
Nec tacni demens, & me fors si qua tulisset
Promisi vltorē, & verbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes, hinc semper
[Vlyses
Criminibus terrere notis, & spargere voces
In vulgum ambiguas.*

Non se quidem Ioannis amici
vltorem Christus promisit; at
indignam necem in concione re-
prehendit; & in extrema etiam
vitæ suæ actione mortis Ioannis
immane scelus multauit; cum
enim ligatus delatus esset ad He-
rodem auidissimum audiendi
IESVM, IESVS ne verbum
quidem respondit: etiam inter-
rogatus. Herodes (ait Euangelista)
viso IESV gaudens est valde; erat e-
nim cupiens ex multo tempore videre
eum, eo quod audierat multa de eo, &
sperabat signum aliquod videre ab eo
fieri, interrogabat autem eum multis
sermonibus: at ipse nihil illi responde-
bat. Luc. 23. num. 8. quorsum ni-
hil Herodi respondit, qui cæte-
ris libenter respondere solebat?
& si alij aliam reddant ratio-
nem: mea tamen sententia hæc
est. Impio Regi non respondet,
vt ostendat se sua voce carcere:
& qui fieri poterat, vt loquere-
tur impio Regi, qui suam illi vo-
cem abstulerat? Qui se Baptis-

Virgilius

293

Cur Chri-
stus tace-
rit coram
Herode.

Luc. 23.
n. 8.

ta voce sua priuarat? Id, vt sig-
nificaret mutus coram Herode
conticuit, qui coram Pilato præ-
sidie, coram Caïpha Pontifice,
locutus fuerat.

294. Nec mirum est, amico suo
Ioanni hoc amoris officium etiā
post mortem, Christum detulisse;
qui illi semper in vita hono-
rem detulit. Querit enim os au-
reum Chrysostomus in Matth.
homilia 14. Quare Christus Do-
minus prædicare non incipit, an-
tequam Ioannes incipiat. Nec
mirabilia operatur, antequam
Baptista tradatur in vincula? Id-
quē propterea factū docet, quia
si Baptista post Christum prædi-
candi munus exerceret; turbæ
Christo deficerent ad Ioannem.
Quod si simul prædicarēt ad ho-
minum opinione pares, pares
hominum cōcursus fierent, atq;
ita scinderetur populus, & hinc
indē pēdulus hæsitaret in vtrāq;
partem: nec obstaret, quod mira-
bilia operaretur Christus; ad Ioā-
nem enim multi, nihilominus
confluerent. Propterea [inquit ci-
tatus Chrysostomus] nec prædi-
cat, antequam Ioannes, nec mirabilia
operatus est, quoad vsquē ille incide-
ret in vincula: ne hac existente causa,
magna pars populi scinderetur. Qui
verò sic Ioannis; dum viueret,
partes agebat, quid mirum si
post mortem indignum scelus ar-
gueret?

Quem
Christus
honorat
in vita, ho-
norat post
mortem.

Chryso.

Cur non
Christus
ante, cur
nō simul,
cum Ioan-
ne prædi-
cat.

Idem.

LAVREA XXXXXVI.

Christi luctus in morte Ioan-
nis.

295. Pietas, & lacryma Davidis in
funere Abner.

296. Vt Christus Lazarum fleuit, sic
Ioannem.

Deipara, & Apostoli adauxerunt
eundem planctum.

297. David ieiunio dolorem pro-
dit.

EX TREMV M amoris
signum, & argumentum
indubitatæ beneuolentiæ
præbuit Sanctus David duci Ab-
ner, cum iam vita functus esset,
& mandaretur humo. Scindite
[inquit] vestimenta vestra, & ac-
cingimini saccis, & plangite ante
exequias Abner, porro Rex David
sequebatur pheretrum; cumquē sepe-
lißent Abner in Hebron, leuauit Rex
David vocem suam, & fleuit super tu-
mulum Abner: Fleuit autem, & om-
nis populus. 2. Regum 3. num. 31.
vbi aureo, velut asterisco signa-
bis illa verba. Leuauit Rex David
vocem suam, & fleuit. Quorsum
fletum ab imis præcordijs longè
latèquē audiri fecit? Respon-
dens Abulensis hoc loco quæst.
32. Quando (inquit) ponebatur Ab-
ner in sepulchro, David leuauit vocem
suam ad plangendū nimis. Hic enim
elatus clangor ingentem plan-
ctum, luctūquē vehemente do-
lore permixtum significabat: Nō
secus. Si parua licet, componere ma-
gnis. Christus Dominus audita
Ioannis morte (etsi eius non in-
terfuit exequijs) secessit tamen
plorabundus, vt qui eum semper
in vita honorauit, in morte
quoquē supremis honoribus cō-
decoraret; iuuat coniectura, nā
qui in Lazari amici morte fleuit,

295

Pietas, &
lacryma
Davidis
in morte
Abner.

2. Reg. 3
n. 31.

Abulēf.

Abulēf.

292

Christus
in concio
nibus He-
rodē ar-
guebat pro-
pter necē
Ioannis.

Ioan. 11. 296

Fleuerat Christus amicum Lazari mortuum, fleit etiam Ioannem amicum & consobrinum.

D. Bonau.

Idem.

Desipere & Apostoli adauxerunt eundem plaudum.

2. Reg. 3. n. 35. Abulad.

297

David in iunio, testificatus est dolore

cur in Ioannis nece non funderet lachrymas? quod in Lazari morte plorauerit, & textus ipse Ioannis 11. manifestat, & Sanctus Paulinus Epist. 35. Fleuit (inquit) & IESVS amicum: hanc etiam passionem de nostra infelicitate dignatus, ut mortuo infunderet lachrymas. Et quidem, quod Christus Ioannis mortem defleuerit, aperte restatur Diuus Bonauentura tomo 6. cap. 30. meditationum vite Christi subfinem tomi. Fleuit (inquit) pius Deus pugilem suum, & consobrinum. Et quemadmodum Rex David suos ad planctum exemplo coegit, & imperio; ita Christus enim fecisse videtur, cum enim dixisset citatus D. Bonauentura. Fleuit pius Deus pugilem suum, & consobrinum, mox addit, Fleuerunt etiam discipuli eius cum eo: Fleuit Beata Virgo, que ipsum natum de terra leuauit, & tenerrime cum dilecti: sed Dominus consolabatur matrem suam. Imo non contentus David planctu pre dolore se mulctauit ieiunio. Iurauit David dicens. Hac faciat mihi Dominus, & hac addat, si ante occasum solis gustauero quidquam. Ibidem num. 35. In quo significauit (inquit Abulensis citatus) se nimis dolere de morte eius. Et rursus quest. 33. Noluit (inquit) comedere usque ad vesperam, ad indicandum se vere dolere de morte Abner, cum vere doleret. Christus vero de nece Ioannis, sic medullitus edoluit; ut eius morte renuntiata solitudinem quereretur. Accedentes discipuli eius, tulerunt corpus, & sepeliebant illud, & venientes nuntiauerunt IESV, quod cum audisset IESVS, secessit inde in nauicula in locum de-

sertum seorsum. Matt. 14. num. 13. ut ieiunijs deditus, dies aliquot ageret in luctu, ut si non mortis, at doloris confors esse videretur, & particeps. Et certe inter alias doloris causas illa non exigua extitit, quod scilicet Herodes ius gentium violarat, non Regis modo, sed Dei legatum Ioannem occidendo diuina autoritate fungentem; ut enim multis probat Petrus Gregor. Tholos. in Syntagma. iurif. lib. 35. cap. 4. num. 4. legatus maiestatem sui principis representat. Qua propter Chrysostomus homilia 3. operis imperfecti, ita loquitur. Venit Ioannes, quasi magni Regis preparator, qualis Rex, talis nuntius. Hinc tanta fulgentem maiestate Herodes contra ius gentium obrut. Vide in l. si quis ff. delegationibus: ubi Pomponius iureconsultus. Et ideo, si cum legati apud nos essent gentis alicuius, bellum cum illis indictum sit, responsum est, liberos eos manere, id enim iuris gentium conuenit esse. Quo etiam spectant statuta Canonica in cap. si quis 94. dist. cap. illi 24. quest. 3. Vnde Diuus Petrus Chrysológus sermone 173. exponens illa verba Herodis. Quem ego decollauit Ioannem, ipse surrexit. Marc. 6. num. 16. Sic (inquit) in Christo sui resurgunt, ita & in suis ipse patitur Christus: & sicut honor capitis ad membra pertendit, ita membrorum pena ad dolorem capitis, ad capitis redudat iniuriam. Nec immerito, nam Herodes, vel potius diabolus in Ioannem pariter, & in Christum fuit iniuriosus; dum enim in Ioannem debacchabatur, des-

Ma. 14. n. 3.

Petrus Gregor. Tholos.

Chryso.

Chryso

Marc. 6. n. 16.

Christus in Ioannis morte commoritur.

uiebat

D. Petrus Chrysol.

Idem.

uiebat in Christum, ut acute notauit Diuus Petrus Chrysológus sermone 174. ad illa verba. Da mihi in disco caput Ioannis Baptistae. Matth. 14. num. 8. Iam tunc (inquit) audis draco in serui capite, Domini degustabat sitiens passionem.

LA V R E A XXXXXVII.

Christus verus Sol inter vtriusq. polum, Baptistam, & Euangelistam.

298. Christus Sol duas inter polos.

Baptista, & Euangelista cum Arcto, & Antartico congruentia.

299. Nauigantes egemus altero polo.

300. Hactenus sub Arcto, nunc ad austrum.

301. Quid per Austrum, & Arctum designatur.

Euangelista austrum saluberrimum.

SOL inter duos polos Arcticum, & Antarcticum. Iohannem orbem collustrat.

Christus verus Sol predicatur illo celebri oraculo. Orietur vobis Sol iustitiae. Malach. 1. num. 2.

298. Hic diuinus Sol suum egit cursum in ornatissimo Ecclesiae caelo. Sanctorum, veluti stellarum, pulchritudine variegato inter duos polos longe praestantissimos Ioannem Baptistam, & Euangelistam.

Et vero quemadmodum nobis vbi cum que terrarum simus, alter tantum polus ap-

Malach. 1. n. 2.

298.

Christus Sol inter duos polos

paret, disparet alter: ita hic visum est accidisse; nam Baptista ex oriente, & longe, lateque collucente, non dum Euangelista patebat, ac rursus occidente Baptista Euangelista cepit efferri. Quin etiam, dum Christus, cum altero agit, alter videtur abesse; cum Baptista agit puer, cum Euangelista constabatiam vir aetate; cum Baptistata, dum nascitur; cum Euangelista extemplo iam mortis anheliatur incipit ab altero, in alterum desinit; pra Christo nascitur alter, alter a Christo; denique pra Christo alter, alter post Christum moritur; alter, ad antipodas cursum fecit, alter nostrates illuminat regiones; hic est Euangelista, cuius Euangelium, quasi Sol, fugatis tenebris, toto orbe lucem diffundit: ille Baptista, qui digressus ad Antipodas, hoc est ad Patres, qui in Limbo morabantur, eos mirifice recreauit aduentu suo, & laetis nuncijs mirabiliter exhilarauit.

Baptista, & Euangelista cum Arcto, & Antartico conuenientia.

299

Nauigantes egemus altero polo.

Ergo quemadmodum nauigantibus alter polus, vel Arcticus, vel Antarcticus suspiciendus est; ex cuius distantia cursus optime dirigi queat, ita alterutro horum egemus polo sine Euangelista fauente, sine Baptista dirigente, & viae nobis moliente, ut qui in vita nauigamus, tranquillum in morte portum teneamus. Abundantius (inquit Apostolus) oportet nos seruare eos, quos audiuimus, ne forte perostentibus. Ad Hebr. 2. n. 1. Hoc est, ne effugemus animam.

Flui-

Anselm

Fluimus enim [inquit Anselmus apud ordinariam] Quia sicut fluvius in deflexu, & mutabilitate sumus, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, de iuuentute ad senectutem, & ita ad decrepitam etatem. Ita Anselmus ibi. Hunc humane vitæ cursum navigationi veteres merito comparant. Unde quædam admodum nauigantes optatam urbem, ac patriam ex alto procal inuenientes amicis verbis, ac desiderijs consalutant. Ita Patres olim faciebant. Defuncti sunt omnes [inquit Apostolus] non acceptis re promissionibus, à longè eas aspicientes, & saluantes, & confitentos, quia peregrini, & hospites sunt super terram. Hebr. 11. num. 13. in quem locum Haymo. Virtur, inquit, verbo translata à nauigantibus, qui longè prospiciunt, desideratasciuitates, quas, antequam ingrediantur, salutatione prænepiunt. Nec nò. Lyranus. Loquitur, ait, ad similitudinem nauatarum, qui existentes in mari à longè vident, portum, gaudent, & saluant. Sic Patres veteris testamenti, videntes impletionem mysterij Christi gaudebant. Confideremus ergò nos in huius vite Oceano nauigantes, & horis omnibus fluctuantes. Quid collimat illud Dauidicum. Mille anni in conspectu tuo Domine, sicut dies hesterni, quæ præterij, & custodiam in nocte, quæ pro nihilo habentur coram aui erunt. Psalm. 89. num. 4. Vbi alij trāsferunt. Enim nini fluitabunt, a verbo זרזא, quod significat, cū impetu fluere, seu fluctuare. Quapropter dū fluctibus in medijs pendemus, varijs ventorum, & vndarum iacta

Heb. 11 n. 13. Haymo

Lyranus

Psal. 89 n. 4.

tionibus agitati, oculos ad Arcticum, vel Antarcticum polum, hoc est ad Euangelistam, vel Baptistam suppliciter attollamus, & enixè obsecremus, vt nos inter Syrtis, & Charybdes tuò dirigant.

Et verò nobis hactenus feliciter nauigantibus, & Arcton, hoc est Baptistam, suspicientibus, (Baptistæ polus quadrat Arcticus, qui se altius attolit, de quo poeta Georgic. 1. *Carces Mūdus vt ad Sythia Riphæasq; arduus Cōsurgit, premitur Egipti de uexo in Au* Hic nobis vertex sēper sublimis. (Iros Huic similis Baptista, qui verticem sublimior extulit, nam illud Christi non tam verum est, quàm verissimum. Non surrexit inter natos, mulierum maior Ioanne Baptista.) Nobis, inquam, sub hoc Arcto feliciter hactenus nauigantibus, ecce nunc Herodis obducta caliginè subito dispareret: quid agendum? vela conuertamus ad Austrum, ad Austrum iā oculos attollamus, sub quo Deus olim dum nobis prototypum in cælum feliciter enauiandi præformaret, haud semel in mari Tyberiadis enaui-gauit, de quo locutus fuisse videtur Spiritus Sāctus apud Iob. *Qui extendit celos, & graditur super fluctus maris, qui facit Arctum, & interiora Austrum.* Iob. 9. num. 9. Arcturi nomine Baptistam audio, interiora Austrum Euangelistæ cor igneam, & pectus interioribus diuini amoris facibus succēsum intelligo. Certè Dino Cyrillo ad hoc exprimendum nihil nisi nomen Austrum desuit, nā Astrū

300 Hactenus sub Arcto, nunc ad Austrum. Virgil.

301 Quid Arcti, quid Austrum nunc significatur. Iob. 9. n. 9.

appel-

Euangelista Astrum saluberrimum.

appellauit Saluberrimum oratione habita Ephesi, quæ extat in actis Concilij Ephesini. Beatus (inquit) Euangelista Astrum reuera magnum, & apprimè illustre; Astrum saluberrimum ijs, qui in pietate acquirenda negotiantur, veritatisquè studiosi rectam fidem habere cupiunt. Si quis itaque ad hunc modum nauigare cupit, is Theologi huius voces, velut Astrum quoddam mente accipiat, eaque ratione falsos hereticorum fluctus transmittet, & in tranquillum portum euadet. Hæc Cyrillus. Quocirca, vt transitis acroceraunis, euitemus errorum Syrtis, atquè Charybdes saluberrimum hoc Astrum, feliciter enaui-gaturi, mentis oculis deinceps proponamus. Ille portus est. Astrum magnum. Nam in cælo Ecclesiæ duos veluti Soles Deus condidit, Christum alterum, alterum Dei matrem: prope hos duos Soles posuit duo Astra, seu duo luminaria magna, Ioannem Baptistam alterum, alterum Ioannem Euangelistam: de illius splendoribus totum orbem terrarum illuminantibus hactenus edifferuimus. In huius magnitudine radiorum deinceps immorabimur. Pro ea nūc magnitudine commendanda sit satis illud Sancti Cyrilli Hierosolymitani. Astrum reuera magnum. Satis illud Sancti Dionysij Arcopagitæ Epistola data ad ipsum Ioannem. *Ceterum (inquit) qui te iniurijs impetunt, & à Christo relegare se Euangelij Solem putant, non rectè? Astrum reuera magnum, quod propter magnitudinem Sanctus Dionysius So-*

lem appellare non dubitat. Nec contentus Sanctus Cyrillus magnum appellasse, addit. *Et apprimè illustre.* Quid enim clarius, quid illustrius Sancto Ioanne Euangelista Dei consanguineo? Subdit idem Cyrillus. *Astrum saluberrimum ijs, qui in pietate acquirenda negotiantur.* Quod tum propter insignem in sibimet additos beneficentiam, dictum existimo, tum præsertim, quia suo exemplo docuit, veram in Dei matrem, & pietatē exerce-re, & reuerentiā exhibere; atq; ita ad certam æternæ salutis spem, velut in quadriga, peruehi: in quam sententiā Arnoldus tomo 1. Biblioth. tractatu de 7. verbis Christi in cruce docet, per Ioannem Euangelistam ad Deiparæ fauores, per Deiparam ad æterni Patris amplexus decurrendam. *Intueor (ait ille) quadrigam, quæ currendum est ad Patrem, sic debere distingui, vt per te. [id est Ioannem] ad matrem, per matrem ad filium, per filium verò attingere possit penitentis affectus ad Patrem.* Ergò, vt hæc regali quadriga portemur in cælum, addicti sumus obsequijs Sancti Ioannis Euangelistæ: vt æternæ salutis portum possimus appellere, intueamur hoc Astrum saluberrimum. Astrum reuera magnum, & apprimè illustre, Astrum saluberrimum ijs, qui in pietate acquirenda negotiantur. Vtquè ad hoc agendum studiosius incitemur, ipsius iam laudum exordia capiamus, & titulos varios, multitudinesque excellentias, ac

Arnold.

præ-


Prærogativas innumeras Diuis || nobis meritis, at vt poterimus,
alijs inaccessas, si minus, vt est de || percurramus.

LAVS DEO,

DEIPARÆ, AC DIVINO
Præcursori.

PORTUGALIÆ,

Superiorum permissu. Excudebat Emmanuel Cardoso
Typographus, nec non librorum Mercator,
anno Domini. M.DCXXXIV



INDEX



I N D E X

SACRÆ SCRIPTURÆ,


QUÆ IN HOC VOLUME

obiter explicatur.

PRIOR NUMERVS CURRVM

indicat, posterior numerum eiusdem Currus.

Ex Genesi.

Gen. 1. n. 2.  E R R A
erat inanis,
& vacua.
Currus 6. n.
274.

Genes. 1. n. 2. Terra autem erat in-
uisibilis, & incomposita, & tenebra
erant super abyssum, & spiritus Dei
super aquas ferebatur. Curr. 4. nu.
210.

Gen. 1. n. 2. Spiritus Domini fereba-
tur super aquas. Currus 4. nu. 209.

Gen. 1. num. 3. Dixit Deus fiat lux,
& facta est lux. Currus 5. n. 53.

Gen. 1. num. 4. Et vidit Deus lucem,
quod esset bona. Currus 4. n. 38.

Gen. 1. nu. 4. Vidit Deus lucem, quod
esset bona. Currus 5. n. 49.

Genes. 1. num. 9. Congregentur aquae,
quæ sub calo sunt in locum unum.
Currus 2. n. 53.

Gen. 1. n. 11. Germinet terra herbarum
virentem. Currus 2. n. 53.

Genes. 1. num. 11. Et factum est ita,

& protulit terra herbam virentem.
Currus 2. num. 53.

Gen. 1. nu. 26. Faciamus hominem ad
imaginem, & similitudinem nostram.
Currus 4. nu. 122.

Genes. 1. num. 26. Faciamus hominem
ad imaginem, & similitudinem nos-
tram. Curr. 5. n. 127.

Genes. 1. num. 31. Vidit Deus cuncta,
quæ fecerat, & erant valde bona.
currus 2. n. 70.

Gen. 1. num. 31. Vidit Deus cuncta,
quæ fecerat, & erant valde bona.
Curr. 2. n. 280.

Genes. 2. num. 15. Vt operaretur, &
custodiret illum. Curr. 2. n. 249.

Gen. 2. n. 24. Adhærebit homo uxori
sue, & erunt duo in carne una.
currus 3. n. 46.

Genes. 3. nu. 1. Serpens erat callidior
cunctis animantibus terra, qui di-
xit ad mulierem. Curr. 5. n. 274.

Ge. 3. n. 5. Eritis sicut Dii. curr. 4. n. 121

Ge. 3. n. 5. Eritis sicut Dii curr. 5. n. 231

Gen. 3. n. 5. Eritis sicut Dii sciētes bo-
num, & malum. Curr. 5. n. 42.

Nnn

Gen.

Gen. 3. nu. 7. Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Curru 6. num. 42.

Gen. 3. nu. 15. Inimicitias ponam inter te, & mulierum. Curru. 3. nu. 33.

Gen. 3. n. 15. Ipsa conteret caput tuum, Cur. 2. n. 102.

Gen. 3. num. 17. Maledicta terra in opere tuo. Cur. 3. n. 36.

Gen. 4. nu. 15. Posuit Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. Curr. 6. n. 243.

Gen. 4. num. 24. Septuplum dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cur. 5. nu. 216.

Gen. 4. n. 26. Iste capit innuocare nomen Domini. Cur. 3. n. 86.

Gen. 6. nu. 3. Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Cur. 5. n. 299.

Gen. 9. nu. 13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum federis. Cur. 2. n. 257.

Gen. 9. num. 20. Plantauit vineam. Cur. 1. n. 222.

Gen. 11. num. 4. Venite faciamus turrim, & celebremus nomen nostrum. Curru 4. n. 132.

Gen. 11. num. 26. Vixit Thare 70. annis, & genuit Abram. Curru. 2. n. 201.

Gen. 11. n. 31. Veneruntque usque in Haran, & habitauerunt ibi. Cur. 2. n. 201.

Gen. 11. nu. 32. Et facti sunt dies Thare ducetorum quinque annorum, & mortuus est in Haran. Curru. 2. nu. 201.

Gen. 12. num. 4. Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrediretur de Haran. Curru. 2. num. 201.

Gen. 12. nu. 5. Tulit uniuersam substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant in Aran. Curru 1. n. 279.

Gen. 13. nu. 10. Eleuatis oculis Loth, vidit omnem circa regionem Iordanis, que uniuersa irrigabatur, antequam Dominus subuerteret Sodomam, & Gomorrhham, sicut paradysus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in segor. Curru. 3. n. 124.

Genes. 16. nu. 9. Cumque inuenisset eam Angelus Domini, dixit ad illam, Agar ancilla Sarai unde venis? & quod vadis? qua respondit, a facie Sarai dominae meae ego fugio; dixitque ei Angelus Domini, reuertere ad dominam tuam, & humiliate sub manu illius. Cur. 1. n. 85.

Gen. 16. n. 11. Et vocabis nomen eius Israel. Curru 1. n. 141.

Gen. 17. nu. 1. Ambula coram me, & esto perfectus. Cur. 4. n. 39.

Gen. 17. n. 1. Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus. Curru 1. n. 239.

Gen. 17. num. 1. Ambula coram me, & esto perfectus. Curru 1. n. 1.

Gen. 17. nu. 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham. Cur. 1. n. 153.

Gen. 17. n. 12. Filius octo dierum circumcidetur inter vos. Curru 2. nu. 199.

Genes. 17. n. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit. Cur. 2. nu. 64.

Gen. 17. n. 19. Sara uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac. Curru 1. nu. 140.

Gen. 18. n. 2. Apparuerunt ei tres viri, stantes prope eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum. Cur. 2. n. 34.

Gen. 19. num. 22. Festina, quoniam non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc. Curru. 1. n. 128.

Gen. 20. num. 9. Quid fecisti nobis, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande. Curru 5. nu. 219.

Gen. 21. n. 6. Risum fecit mihi Deus. Curru 1. nu. 171.

Genes. 21. num. 17. Et audiuit Deus vocem pueri, vocauitque Angelus Dei Agar de celo dicens. Quid agis Agar, noli timere exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. Curru 1. nu. 112.

Gen. 21. num. 22. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham. Deus tecum est in uniuersis, que agis. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis. Curru 6. n. 174.

Genes. 22. num. 3. Igitur Abraham de nocte consurgens. Curru 2. nu. 48.

Gen. 22. num. 9. Cumque alligasset, posuit eum in altare. Curru 3. nu. 87.

Gen. 22. n. 16. Per me metipsum iuravi, dicit Dominus, benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Curru. 1. n. 28.

Genes. 25. num. 8. Mortuus est in senectute bona, prouectaque aetate, & plenus dierum. Curru. 2. n. 181.

Gen. 26. nu. 16. Recede a nobis, quoniam potentior nobis factus es. Cur. 5. n. 126.

Genes. 26. num. 18. Appellauit isdem nominibus, quibus ante pater uocauerat. Cur. 1. n. 159.

Genes. 27. num. 1. Caligauerunt oculi

eius, & videre non poterat. Cur. 6. n. 132.

Gen. 27. num. 36. Iuste uocatum est nomen eius Iacob, subplantauit enim me in altera uice. Curru 1. n. 154.

Genes. 28. num. 12. Vidit in somnis scalam, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes. Cur. 1. n. 77.

Gen. 28. num. 15. Ero custos tuus, quocumque perrexeris. Curru. 2. nu. 91.

Genes. 28. num. 17. Pauensque, quam terribilis est, inquit, locus iste. Curru. 1. n. 2.

Genes. 32. num. 2. Fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum uidisset, ait, castra Dei sunt haec. Curru 4. n. 272.

Genes. 32. num. 28. Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praeualebis. Curru. 4. nu. 271.

Gen. 33. num. 3. Iacob adorauit pronus in terram septies, Cur. 5. nu. 229.

Gen. 33. num. 10. Sic enim vidi, uultum tuum, quasi uiderim uultum Dei. Cur. 5. n. 229.

Genes. 35. num. 18. Vocauit nomen filij sui Benoni, id est filium doloris mei. Cur. 1. n. 158.

Genes. 35. num. 27. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, haec est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac, & completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptusque aetate mortuus est, & appositus est populo suo senex, & plenus dierum, & sepelierunt eum Esau, & Iacob filij sui. Curru. 2. n. 14.

- Gen. 35. nu. 28. Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Cur. 2. n. 180.
- Gen. 37. nu. 3. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum. Cur. 5. n. 222.
- Gen. 37. nu. 3. Eo quod in senectute genuisset eum. Curru 1. n. 170.
- Gen. 37. nu. 9. Vidi per somnium quasi solem, & lunam adorare me. Cur. 1. n. 169.
- Gen. 37. n. 23. Nudauerunt eum veste polymita, & Talari. Curru 3. n. 156.
- Gen. 39. nu. 12. Relicto in manu eius pallio fugit. Cur. 3. n. 30.
- Gen. 40. nu. 3. Accidit, ut peccarent duo Eunuchi pincerna Regis Aegypti, & pistor Domino suo: iratusque Pharaon misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vitellus, & Ioseph. Cur. 6. n. 250.
- Gen. 41. nu. 40. Vno tantum regni solio te precedam. Curru 2. num. 170.
- Gen. 41. nu. 43. Tulit anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere curru suum. Cur. 2. n. 170.
- Gen. 41. nu. 46. Triginta annorum erat Ioseph, quando stetit in conspectu regis Pharaonis, Curru 3. n. 102.
- Gen. 42. nu. 37. Duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi. Cur. 4. n. 76.
- Gen. 43. n. 9. Nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in omni tempore. Curru 4. num. 76.
- Gen. 44. num. 1. Imple saccos eorum quantum capere possunt. Curru 1. n. 242.
- Gen. 46. nu. 29. Ascendit obviam patri suo, vidensque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Cur. 2. n. 169.
- Gen. 47. num. 2. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram Rege. Curru 4. num. 131.
- Gen. 48. num. 22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Cur. 3. n. 76.
- Gen. 49. num. 8. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tue in circuibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Curru 5. nu. 230.
- Gen. 49. n. 18. Salutare tuum expectabo Domine. Cur. 2. n. 80.
- Gen. 49. num. 22. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens. Curru. 3. nu. 3.
- Gen. 49. nu. 24. Dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius. Cur. 5. n. 307.
- Gen. 49. num. 29. Præcepit eis dicens. Ego congregor ad populum meum; sepelire me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephrõ Hethæo, in possessionem sepulchri. Curru 2. n. 14.
- Gen. 50. nu. 1. Ruit super faciem patris flens, & deosculans eum. Cur. 1. n. 169.
- Gen. 50. nu. 5. En morior in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Curru. 2. nu. 14.
- Gen. 50. num. 24. Cumque adiurasset

eos, atque dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est. Curru. 2. nu. 15.

Exodus.

- Exod. 1. n. 9. Ecce populus Israel malus, & fortior nobis est. Curru 5. n. 125.
- Exod. 3. n. 2. Apparuit ei Dominus in flamma ignis in medio rubi. Cur. 4. n. 59.
- Exod. 3. n. 5. Moyses solue calcemurum de pedibus tuis. Curru 3. nu. 170.
- Exod. 3. n. 5. Solue calcemurum de pedibus tuis. Cur. 3. n. 161.
- Exod. 3. n. 11. 12. & 13. Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto. Cur. 4. n. 107.
- Exod. 3. n. 11. Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem? & educam filios Israel ex Aegypto. Curru 6. n. 88.
- Exod. 3. n. 14. Ego sum, qui sum, ait Dominus. Cur. 2. n. 71.
- Exod. 4. n. 10. Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris lingua sum. Cur. 1. n. 301.
- Exod. 4. n. 20. Reversus est in Aegyptum portans virgam Dei in manu sua. Cur. 2. n. 236.
- Exod. 4. n. 22. Filius meus primogenitus Israel. Cur. 1. n. 179.
- Exod. 6. nu. 7. Et scietis, quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastula Aegyptiorum. Cur. 4. n. 216.
- Exod. 7. n. 1. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Curru 1. n. 153.

- Exod. 7. nu. 1. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Curru. 5. n. 232.
- Exod. 8. nu. 19. Digitus Dei est hic. Cur. 2. n. 277.
- Exod. 8. n. 19. Digitus Dei est hic. Cur. 2. n. 283.
- Exod. 9. nu. 3. Ecce manus mea erit super agros tuos. Cur. 2. n. 278.
- Exod. 12. nu. 10. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Curru 4. n. 268.
- Exod. 12. nu. 11. Renes vestros accingentis. Cur. 3. n. 178.
- Exod. 15. nu. 2. Iste est Deus meus, glorificabo eum. Cur. 4. n. 237.
- Exod. 15. nu. 15. Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtulerunt habitatores Philistinum, turbæ conturbati sunt principes Edom, nubilos Moab obtinuit tremor, obri-guerunt omnes habitatores Chanaa. Curru. 6. n. 175.
- Exod. 15. nu. 21. Cantemus Domino equum, & ascensorem deiecit in mare. Cur. 2. n. 234.
- Exod. 16. nu. 10. Respexerunt in solitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube. Curru 4. nu. 163.
- Exod. 17. n. 14. Delebo enim memoriam Amalech sub celo. Curru 3. nu. 168.
- Exod. 20. nu. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Curru 2. nu. 133.
- Exod. 20. nu. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram. Curru 2. nu. 134.
- Exod. 20. num. 19. Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Curru 3. n. 54.
- Exod. 20. nu. 26. Non ascendes per

gradus ad altera meū. Cur. 1. n. 79.
 Exod. 20. n. 26. Non ascendes per
 gradus ad altare meum. Cur. 3. n. 4.
 Exod. 22. n. 28. Dñs. non detrahes,
 & principi populi tui non maledi-
 ces. Cur. 5. n. 232.
 Exod. 25. n. 25. Facies coronā altam,
 & super illam alteram coronam au-
 reolam. Cur. 6. n. 278.
 Exod. 28. n. 12. Portabit Aaron no-
 mina eorum super utrumq; hūme-
 rum, ob recordationē. Cur. 1. n. 149.
 Exod. 28. n. 30. Pones in rationali iu-
 dicij doctrinam, & veritatem, qua
 erunt in pectore Aaron. Cur. 4. n. 75.
 Exod. 29. n. 39. Agnos anniculos per
 singulos dies iugiter, unum agnum
 mane, & alterum vespere. Cur. 3.
 n. 90.
 Exod. 30. n. 30. Aaron, & filios eius
 unges. Cur. 2. n. 262.
 Exod. 30. n. 32. Caro hominis nō un-
 getur ex eo. Cur. 2. n. 263.
 Exod. 32. n. 1. Videns populus, quod
 moram faceret descendendi de mō-
 te Moyses, congregatus aduersus
 Aaron, dixit: surge fac nobis Deos,
 qui nos precedant. Moysi enim huic
 viro, qui nos eduxit de terra Aegy-
 pti, ignoramus, quid acciderit. Cur.
 4. n. 217.
 Exod. 32. n. 1. Surge fac nobis Deos,
 qui nos precedant. Cur. 4. n. 60.
 Exod. 32. n. 10. Demitte me, ut iras-
 catur furor meus contra eos. Cur.
 1. n. 182.
 Exod. 32. n. 10. Demitte me. Curru
 1. n. 129.
 Exod. 32. n. 14. Placatus est Dominus,
 ne faceret malum, quod locutus fue-
 rat. Cur. 1. n. 129.
 Exod. 32. n. 29. Consecrasti manus
 vestras hodie Domino. Cur. 1. n.
 273.

Exod. 33. n. 2. Mittam Praeferorem
 tui Angelum. Cur. 6. n. 101.
 Exod. 33. n. 11. Loquebatur Dominus
 ad Moysen, sicut solet loqui amicus
 ad amicum suum. Cur. 5. n. 187.
 Exod. 33. n. 12. Nisi te ex nomine,
 & inuenisti gratiā coram me. Cur.
 2. n. 215.
 Exod. 33. n. 13. Ostende mihi faciem
 tuam. Cur. 1. n. 265.
 Exod. 33. n. 14. Facies mea precedet
 te. Cur. 6. n. 82.
 Exod. 33. n. 18. Ostende mihi faciem
 tuam, Cur. 1. n. 134.
 Exod. 33. n. 20. Non poteris videre
 faciem meam. Cur. 1. n. 265.
 Exod. 33. n. 23. Videbis posteriora
 mea, faciem autem meā videre non
 poteris. Cur. 1. n. 265.
 Exod. 34. n. 28. Fuit ergo ibi cum Do-
 mino quadraginta dies, & quadra-
 ginta noctes: panem non comedit,
 & aquam non bibit. Cur. 6. n. 156.
 Exod. 34. n. 30. Videntes autem fi-
 lij Israel cornutam Moysi faciem, ti-
 muerunt prope accedere. Curru. 1.
 n. 181.
 Exod. 34. n. 30. Cumquē descenderet
 Moyses de monte Synai ignorabat,
 quod cornuta esset facies sua ex con-
 sortio sermonis Domini: videntes
 autem Aaron, & filij Israel cornutā
 Moysi faciem, timuerunt prope ac-
 cedere. Cur. 6. n. 167.
 Exod. 34. n. 35. Posuit velamen su-
 per faciem suam, quod ingressus ad
 Dominum auferbat, donec exiret,
 & tunc loquebatur ad filios Israel
 omnia, quae sibi fuerant imperata;
 qui videbant faciem egredientis
 Moysi esse cornutam, sed operiebat
 ille rursus faciem suam, si quando lo-
 quebatur ad eos. Cur. 5. n. 24.

Leuiticus.

Leuit. 2. n. 11. Nec quidquam mellis
 adolebitur in sacrificio Domino.
 Cur. 1. n. 234.
 Leuit. 6. n. 9. Hec est lex holocausti,
 cremabitur in altari tota nocte usq;
 mane. Cur. 3. n. 90.
 Leuit. 6. n. 12. Ignis in altari semper
 ardebit, quem nutriet Sacerdos, sub-
 ūciens ligna manu per singulos dies.
 Cur. 2. n. 253.
 Leuit. 8. n. 9. Cidari quoquē texti ca-
 put. Cur. 6. n. 280.
 Leuit. 10. n. 1. Imposuerunt ignem, &
 incensum de super, offerentes coram
 Domino ignem alienum. Curru 1.
 n. 254.
 Leuit. 10. n. 3. Hoc est, quod locutus
 est Dominus, sanctificabor in ijs, qui
 appropinquant mihi, & in conspectu
 omnis populi glorificabor. Curru 1.
 n. 255.
 Leuit. 10. n. 9. Vinum, & omne, quod
 inebriare potest, nō bibetis, quando
 intrabitis in tabernaculum. Curru
 1. n. 218.
 Leuit. 11. n. 3. Omne, quod habet di-
 uisam unguam, & ruminat in pe-
 coribus, comeditis. Cur. 1. n. 73.
 Leuit. 11. n. 3. Omne, quod habet di-
 uisam unguam, & ruminat in pe-
 coribus, comeditis. Curru 6. n. 47.
 Leuit. 12. n. 3. Die octauo circūcide-
 tur caro praputij vestri. Curru. 2.
 n. 199.
 Leuit. 20. n. 10. Si adulterium perpa-
 trauerit cū uxore proximi sui, mor-
 te morietur, & machus, & adultera.
 Curru 5. n. 216.
 Leuit. 24. n. 3. Ponetquē eas Aaron à
 vespere usquē in mane coram Do-
 mino. Curru 5. n. 20.

Numeri.

Numer. 6. n. 3. Vir, cum se voluerit Do-
 mino consecrare, à vino, & omni
 quod inebriare potest, abstinerebit.
 Cur. 1. n. 219.
 Numer. 9. n. 18. Ad imperium Domi-
 ni proficiscebantur, & ad imperium
 illius figebant tabernaculum. Curru
 4. n. 271.
 Numer. 12. n. 3. Erat Moyses vir mi-
 tissimus super omnes homines, qui
 morabantur in terra. Cur. 5. n. 239.
 Numer. 13. n. 17. Vocauit Osee filium
 Nur Iosue. Cur. 2. n. 223.
 Numer. 16. n. 43. Postquam introgres-
 si sunt, operuit nubes tabernaculum,
 & apparuit gloria Domini. Curru
 3. n. 16.
 Numer. 16. n. 48. Pro populo depreca-
 tus est, & plaga cessauit. Curru 1.
 n. 132.
 Numer. 17. n. 5. Quem elegero, ger-
 minabit virga eius. Cur. 1. n. 132.
 Numer. 22. n. 4. Delebit hic populus
 omnes, qui in nostris finibus com-
 morantur, quomodo solet bos herbas
 usquē ad radices carpere. Curru 3.
 n. 77.
 Numer. 24. n. 4. Dixit auditor sermo-
 num Dei, cuius obturatus est ocu-
 lus, qui visiones omnipotentis in-
 tuitus est, qui cadit, & sic aperiun-
 tur oculi eius. Cur. 4. n. 267.
 Numer. 27. n. 20. Dabis ei partem glo-
 rie tue, ut audiat eum omnis Syna-
 goga filiorum Israel. Cur. 1. n. 181.
 Numer. 27. n. 20. Et dabis ei partem
 glorie tue. Cur. 5. n. 232.

Deuteronomium.

Deuter. 1. n. 5. Caput Moyses explana-
 re legem. Curru 3. n. 93.
 Deuter. 1. n. 15. Tuli viros sapientes,

Et nobiles, et constitui eos principes. *Curru 4. n. 65.*
Deuter. 4. n. 24. Dominus Deus tuus ignis consumens est. *Cur. 4. n. 3.*
Deuter. 8. n. 3. Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, et patres tui, ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Vestimentum tuum, quo operiebaris; nunquam vetustate defecit, ut recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudit te. *Curru 3. n. 57.*
Deuter. 24. n. 13. Ut habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. *Curru 1. n. 55.*
Deuter. 32. n. 5. Generatio prava, atque perversa haccine reddis Domino. *Curru. 5. n. 238.*
Deuter. 33. n. 2. In dextera eius ignea lex. *Cur. 5. n. 3.*
Deuter. ult. n. 6. Non cognovit homo sepulchrum eius. *Cur. 2. n. 265.*

Iosue.

Iosue 10. n. 12. Sol contra Gabaon ne moueris, et luna contra vallerem Ayalon. *Cur. 2. n. 105.*

Liber Iudicum.

Iudic. 2. n. 1. Ascendit Angelus Domini de Galgalis ad Locum flentium. *Cur. 1. n. 112.*
Iudic. 5. n. 7. Cessauerunt fortes in Israel, et quienerunt donec surgeret Debora; surgeret mater in Israel. *Cur. 1. n. 67.*
Iudic. 6. n. 13. Dominus tecum virorum fortissimè. *Cur. 2. n. 231.*
Iudic. 14. n. 6. Patri, et matri noluit indicare. *Cur. 4. n. 114.*
Iudic. 16. n. 16. Cumque molesta esset

ei, et per multos dies ingiter adhereret, spatium ad quietem non tribuens defecit anima eius, et ad mortem usque lassata est. *Cur. 5. n. 271.*
Iudic. 20. n. 6. Magnum nefas, nunquam tantum, et tam grande piaculum factum est in Israel. *Curru. 5. n. 217.*
Iudic. 21. n. 5. Quis non ascendit in exercitu Domini, de vniuersis tribubus Israel. *Cur. 1. n. 273.*

1. Regum.

1. Reg. 2. n. 1. Exultauit cor meum in Domino. *Cur. 6. n. 64.*
1. Reg. 2. n. 3. Recedant vetera de ore vestro. *Cur. 4. n. 170.*
1. Reg. 2. n. 5. Donec sterilis peperit plurimos. *Cur. 1. n. 177.*
1. Reg. 2. n. 30. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. *Curru 2. n. 135.*
1. Reg. 2. n. 33. Ut deficiant oculi tui, *Cur. 1. n. 167.*
1. Reg. 9. n. 6. Ecce vir Dei, in ciuitate hac, vir nobilis. *Cur. 1. n. 48.*
1. Reg. 9. n. 12. Festina nunc hodie venit in ciuitatem. *Cur. 4. n. 161.*
1. Reg. 13. n. 1. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cepisset, et duobus annis regnauit super Israel. *Cur. 2. n. 185.*
1. Reg. 15. n. 16. Sine me, et indicabo tibi. *Cur. 5. n. 227.*
1. Reg. 15. n. 17. Nonne cum paruulus esses in oculis meis caput in tribubus Israel factus es. *Cur. 4. n. 192.*
1. Reg. 15. n. 23. Quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. *Curru 1. n. 250.*
1. Reg. 16. n. 12. Surge, et unge eum, ipse est enim. *Cur. 4. n. 182.*
1. Reg. 17. n. 26. Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæum. *Curru*

3. n. 191.
1. Reg. 17. n. 39. Non possum sic incedere, quia non usum habeo. *Cur. 6. n. 231.*
1. Reg. 21. n. 13. Et immutauit os suum coram eis. *Curru. 5. n. 25.*
1. Reg. 24. n. 9. Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit. *Curru 5. n. 230.*
1. Reg. 24. n. 12. Vide, et cognosce ora chlamydis tuae in manu mea, quoniam cum præsunderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. *Curru. 6. n. 175.*
1. Reg. 24. n. 22. Iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum in domo patris mei. *Cur. 6. n. 175.*
1. Reg. 25. n. 23. Procidit coram Dauid super faciem suam, et adorauit super terram. *Curru 5. n. 230.*
1. Reg. 25. n. 44. Saul autem dedit Michol filiam suam, uxorem Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallin. *Cur. 3. n. 43.*
1. Reg. 28. n. 12. Cum vidisset mulier Samuelem exclamauit voce magna. Quare impesusti mihi, tu es enim Saul. *Cur. 5. n. 227.*

Regum. 2

2. Reg. 2. n. 4. Venerunt viri Iuda, et vixerunt ibi Dauid, ut regnaret super domum Iuda. *Cur. 4. n. 69.*
2. Reg. 3. n. 15. Misit Ishobeth, et tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. *Cur. 3. n. 43.*
2. Reg. 3. n. 14. Misit Dauid nuntios ad Ishobeth filium Saul, dicens. Redde uxorem meam Michol. *Curru 3. n. 43.*
2. Reg. 3. n. 31. Scindite vestimenta vestra, et accingimini saccis, et

plangite ante exequias Abner, porro Rex Dauid sequebatur pheretrum; cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit Rex Dauid vocem suam, et fleuit super tumultum Abner; fleuit autem, et omnis populus *Cur. 6. n. 295*
2. Reg. 3. n. 35. Iurauit Dauid dicens. Hec faciat mihi Dominus, et hac addat si ante occasum Solis gustauero quidquam. *Cur. 6. n. 296.*
2. Reg. 5. n. 8. Proposuerat Dauid in die illa premium, qui percussisset Iehusæum, *Curru 3. n. 191.*
2. Reg. 6. n. 9. Extimuit Dauid Dominum in die illa dicens, quo modo ingreditur ad me arca Domini, et noluit diuertere ad se arcam Domini in ciuitatem Dauid. *Curru 2. n. 159.*
2. Reg. 6. n. 9. Quomodo ingreditur ad me arca Domini. *Curru 2. num. 157.*
2. Reg. 6. num. 11. Et habitauit arca Domini in domo Obededon Gethæi tribus mensibus, et benedixit Dominus Obededon, et omnem domum eius. *Cur. 2. n. 161.*
2. Reg. 6. n. 12. Nuntiatumque est Regi, quod benedixisset Dominus Obededon. *Cur. 2. n. 164.*
2. Reg. 6. n. 13. Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini sex passus, Dauid percutiebat in organis armigatis, et saltabat totis viribus ante Dominum. *Curru 2. num. 66.*
2. Reg. 6. n. 20. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, et nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris. *Curru 1. n. 205.*
2. Reg. 11. n. 2. Accidit quadam die, ut deambularet Dauid in Solario

- domus regis, viditque mulierem. Cur. 3. n. 50.
2. Reg. 12. n. 1. Cum venisset ad eum, dixit ei. Cur. 5. n. 221.
2. Reg. 15. n. 7. Vadam, & reddam vota mea, que voti Domino in Hebron. Cur. 2. n. 25.
2. Reg. 16. n. 22. Teterunt Absalon tabernaculum in Solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram uniuerso populo. Curru 5. n. 199.
2. Reg. 23. n. 16. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & attulerunt ad David, at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino. Curru 3. n. 149.

Regum. 3.

3. Reg. 3. n. 25. Diuidite infantem vinum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri. Cur. 1. n. 112.
3. Reg. 3. n. 26. Obsecro Domine date illi infantem vinum, & nolite interficere eum. Curru 1. n. 112.
3. Reg. 7. n. 21. Et stetit duas columnas in porticu templi, curru 6. n. 257.
3. Reg. 11. n. 42. Dies autem, quos regnavit Salomon in Hierusalem super omnem Israel quadraginta annis sunt. Curru 2. n. 186.
3. Reg. 17. n. 1. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Curru 3. n. 64.
3. Reg. 17. n. 1. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Cur. 4. n. 259.
3. Reg. 17. n. 6. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mææ. Cur. 1. n. 111.
3. Reg. 17. n. 21. Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & exaudivit Dominus vocem Elie.

- Cur. 6. n. 117.
3. Reg. 18. n. 17. Tu es, qui conturbas Israel. Cur. 1. n. 270.
3. Reg. 18. n. 18. Non ego turbavi Israel, sed tu, & patres tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Curru 5. n. 250.
3. Reg. 18. n. 18. Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Curru. 5. n. 271.
3. Reg. 19. n. 2. Hac faciant mihi Dij, & hac addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut anima unius ex illis. Cur. 6. n. 152.
3. Reg. 19. n. 3. Timuit, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Cur. 1. n. 264.
3. Reg. 19. n. 3. Timuit, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Cur. 6. n. 153.
3. Reg. 19. n. 3. Timuit Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Curru 5. n. 252.
3. Reg. 19. n. 3. Timuit Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Curru 5. n. 271.
3. Reg. 19. n. 5. Ecce Angelus Domini tetigit illum, & dixit illi surge, & comede. Curru 3. n. 37.
3. Reg. 19. n. 10. Quid hic agis Elias. Curru. 6. n. 165.
3. Reg. 19. n. 10. Domine prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus. Cur. 4. n. 267.
3. Reg. 19. n. 12. Et post ignem sibilus aura tenuis Cur. 1. n. 296.
3. Reg. 19. n. 13. Quid hic agis Elia. Cur. 3. n. 108.
3. Reg. 19. n. 14. Quid hic agis Elia? Respondit, zelo relatus sum pro Deo exercituum, quia dereliqui-

runt

- runt pactum tuum filij Israel, & altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus. Cur. 4. num. 111.
3. Reg. 19. n. 17. Qui fugerit gladium Gehu, occidet eum Helizæus. Cur. 5. n. 240.
3. Reg. 19. n. 18. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. Curru. 4. num. 111.
3. Reg. 19. n. 18. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum osculans manus. Cur. 4. n. 268.
3. Reg. 20. n. 25. Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & instaure numerum militum. Cur. 4. n. 134.
3. Reg. 21. n. 20. Num inuenisti me inimicum tibi. Curru 6. n. 176.
3. Reg. 21. n. 27. Scidit Achab vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, & dormiuit in sacco, & ambulavit demisso capite. Cur. 3. n. 16.
3. Reg. 21. n. 29. Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Curru. 3. n. 160.

Regum 4.

4. Reg. 2. n. 2. Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel, Cur. 1. n. 81.
4. Reg. 2. n. 2. Cumque descendisset de Bethel egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel. Curru 6. n. 16.
4. Reg. 2. n. 3. Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum

à te. Cur. 6. n. 11.

4. Reg. 3. n. 14. Viuit Dominus in cuius conspectu sto. Cur. 3. n. 55.
4. Reg. 3. n. 14. Vade ad prophetas patris tui, & matris tue, viuit Dominus in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat Regis Iuda erubescerem, non attendissem quidem te; nec respexissem. Curru 5. n. 252.
4. Reg. 4. n. 35. Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitque. &c. Cur. 6. n. 117.
4. Reg. 8. n. 8. Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei. Cur. 2. n. 45.
4. Reg. 8. n. 9. Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secum munera. Cur. 2. n. 41.
4. Reg. 8. n. 15. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciem eius, quod mortuo regnavit Hazael. Curru 4. n. 134.
4. Reg. 9. n. 7. Percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem seruorum meorum. Curru 2. n. 229.
4. Reg. 9. n. 36. Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbitem. Cur. 4. n. 265.
4. Reg. 19. n. 35. Venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quingenta milia. Cur. 6. n. 231.

Paralipomenon. 1.

1. Paralip. 1. n. 19. Nomen uni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra. Cur. 2. n. 221.
1. Paralip. 6. n. 10. Ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam adificauit Salomon in Hierusalem.

Cur.

- Cur. 5. n. 246.
 1. Paralip. 11. nu. 6. Dixit quē, omnis,
 qui percussit Iebuseum in primis
 erit princeps, & dux. Curru. 3. n.
 191.
 1. Paralip. 12. n. 14. Nouissimus cen-
 tum millibus prærit, & maximus
 mille. Cur. 4. n. 31.
 1. Paralip. 29. n. 23. Sedit Salomon su-
 per solium Domini in Regem pro
 David patre suo. Cur. 5. n. 233.

Paralipomenon. 2.

2. Paralip. 1. cap. 2. n. 13. Misit ergo ti-
 bi Hiram patrem meum. Curru. 1. n.
 289.
 2. Paralip. 2. n. 13. Misit ergo tibi vi-
 rum prudentem, & scientificum Hi-
 ram patrem meum. Curru. 1. num.
 67.
 2. Paralip. 3. n. 5. Sculptisq; in ea pal-
 mas. Cur. 3. n. 189.
 2. Paralip. 7. nu. 6. Leuita stabant in
 organis hymnos David canētes per
 manus suas. Cur. 1. n. 210.
 2. Paralip. 9. n. 9. Non fuit tale solū
 in vniuersis regnis. Curru. 2. nu.
 169.
 2. Paralip. 16. n. 10. Iratusq; Rex Asa
 aduersus videntem insit eum mit-
 ti in neruum. Curru. 5. n. 293.
 2. Paralip. 26. n. 17. Ingressus post-
 eum Zacharias Sacerdos, & cum eo
 Sacerdotes Domini octoginta Cur.
 5. n. 222.
 2. Paralip. 26. n. 18. Non est officij tui
 Osta, ut adoleas incensum Domini.
 Curru. 5. n. 253.
 2. Paralip. 27. nu. 1. Viginti quinque
 annorum erat Ioatham, cum regna-
 re cepisset, & sedecim annis reg-
 nauit in Hierusalem. Curru. 2. nu.
 187.

2. Paralip. 27. n. 1. Viginti quinque
 annorum erat Ioatham, cum reg-
 nare cepisset, sedecim annis reg-
 nauit in Hierusalem. Curru. 3. n.
 84.

Tobias.

- Tobia 10. n. 4. Vt quid te misimus pe-
 regrinari baculum senectutis nos-
 tra. Curru. 1. n. 164.
 Tobia 10. n. 4. Vt quid te misimus pe-
 regrinari lumen oculorum nostro-
 rum Cur. 1. n. 166.
 Tobias 12. n. 15. Ego sum Angelus
 Raphael. Cur. 6. n. 74.
 Tobia 12. n. 19. Videbar quidem vo-
 biscum manducare, & bibere, sed ego
 cibo inuisibili, & potu, qui ab ho-
 minibus videri non potest, vtor.
 Curru. 6. n. 78.

Iudith.

- Iudith 16. n. 9. Exiit se vestimen-
 to viduitatis, & induit se vesti-
 mento latitiæ. Curru. 3. n. 157.

Esther.

- Esther 14. nu. 11. Ne tradas Domine
 sceptrum tuum his, qui non sunt.
 Curru. 2. n. 190.
 Esther 15. nu. 4. Deposuit vestimen-
 ta luctus sui. Curru. 3. nu. 157.

Iob.

- Iob. 1. n. 7. Cum venissent filij Dei, ut
 assisterent coram Domino affuit in-
 ter eos etiam Sathan. Curru. 1. nu.
 122.
 Iob. 1. n. 20. Tunc surrexit Iob, & sci-
 dit vestimenta sua, tonsosq; capite
 corruens in terram adorauit. Curru
 4. n. 187.
 Iob. 1. n. 21. Dominus dedit, Dominus
 abstulit. Cur. 1. n. 98.

Iob

- Iob. 3. num. 14. Requiescerem cum
 Regibus, & consilibus terræ, qui
 adificanti tibi solitudines. Cur. 2.
 n. 247.
 Iob. 4. num. 2. Conceptum sermo-
 nem tenere, quis poterit. Cur. 5.
 nu. III.
 Iob. 4. num. 12. Furtiue suscepit au-
 ris mea venas susurri eius. Cur. 2.
 nu. 246.
 Iob. 5. nu. 2. Parnulum occidit inui-
 dia. Cur. 5. n. 125.
 Iob. 9. num. 9. Qui extendit celos,
 & graditur super fluctus maris, qui
 facit Arcturum, & interiora Au-
 stri. Cur. 6. n. 301.
 Iob. 12. num. 18. Baltheum regum
 dissoluit, & pracingit fune renes eo-
 rum. Cur. 6. n. 282.
 Iob. 14. num. 5. Numerus mensum
 eius, apud te est, constituisi ter-
 minos eius, qui prateriri non po-
 terunt. Cur. 2. n. 189.
 Iob. 26. n. 11. Columnæ cali contrem-
 miscunt, & pauent ad nutum eius.
 Cur. 1. n. III.
 Iob. 28. num. 17. & 18. Non con-
 feretur tinctis India coloribus, nec
 lapidi Sardonico preciosissimo, vel
 Saphyro. Non adæquabitur ei au-
 rum, vel vitrum, nec commuta-
 buntur pro ea vasa auri excelsa, &
 eminentia, nec commemorabun-
 tur in comparatione eius. Cur. 4.
 num. 192.
 Iob. 29. num. 24. Si quando aridebā
 ad eos, non credebant mihi. Cur.
 3. nu. 37.
 Iob 31. num. 1. Pepigi fadus cum ocu-
 lis meis, ut non cogitarem de vir-
 gine. Cur. 3. n. 48.
 Iob. 31. num. 11. Hoc est nefus, est
 & iniquitas maxima. Curru. 5.
 num. 218.

- Iob 31. n. 26. Si vidi solem, cum sub-
 geret. Cur. 4. n. 62.
 Iob 31. num. 35. Quis mihi tribuat
 auditorem, ut desiderium meum,
 audiat omnipotens. Cur. 2. n. 244
 Iob 31. nu. 40. Finita sunt verba Iob.
 Cur. 1. n. 316.
 Iob 37. num. 7. Qui in manu om-
 nium hominum signat, ut noue-
 rint singuli opera sua. Curru. 2.
 num. 275.
 Iob 38. num. 41. Quis preparat cor-
 uo escam suam, quando pulli eius
 clamauit ad Deum. Cur. 3. n. 16.
 Iob 39. num. 24. Exultat audacter,
 in occursum pergit armatis. Cur.
 1. n. 204.
 Iob 39. num. 24. In occursum pergit
 armatis, Cur. 1. n. 122.
 Iob 40. num. 15. Huic montes herbas
 ferunt. Cur. 5. n. 205.
 Iob 40. nu. 16. Dormit in secreto ca-
 lami Cur. 9. n. 41.
 Iob. 41. num. 9. Oculi eius, ut palpe-
 bra diluculi. Cur. 1. num. 123.

Liber Psalmorum.

- Psal. 1. nu. 1. Beatus vir, qui non
 abiit in concilio impiorum. Cur. 3.
 num. 190.
 Psalm. 4. nu. 6. Sacrificate sacrificium
 iustitiæ. Cur. 2. n. 254.
 Psalm. 7. num. 9. Iudica me Domi-
 ne secundum iustitiam meam, &
 secundum innocentiam meam super
 me. Cur. 1. n. 55.
 Psalm. 7. num. 10. Scrutans corda, &
 renes Deus. Cur. 2. n. 82.
 Psalm. 8. num. 6. Minuisti eum pau-
 lo minus ab Angelis. Cur. 6. n. 79.
 Psalm. 8. num. 6. Minuisti eum pau-
 lo minus ab Angelis. Curru. 6.
 num. 94.

Oco

Psal.

Psal. 14. n. 4. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Cur. 5. n. 253.
Psal. 15. num. 8. Prævidebam Dominum in conspectu meo semper quoniam à dextris est mihi, ne commovear. Cur. 1. n. 116.
Psal. 16. num. 4. Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Cur. 3. n. 162.
Psal. 16. num. 8. Custodi me Domine, ut papillam oculi. Cur. 5. n. 102.
Psal. 17. nu. 10. Inclinauit celos, & descendit. Cur. 4. n. 206.
Psal. 17. num. 21. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum, tribuet mihi. Curru. 1. n. 55.
Psal. 17. n. 27. Cum Sancto Sanctus eris, cum peruerso peruerteris. Cur. 3. n. 34.
Psal. 17. num. 35. Posuisti, ut arcum, ergum brachia mea. Cur. 3. n. 77.
Psal. 18. num. 6. Exultauit, ut gigas, ad currendam viam. Cur. 1. n. 74.
Psal. 18. num. 6. Exultauit, ut gigas, ad currendam viam à summo celo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Cur. 1. n. 213.
Psal. 18. nu. 6. Exultauit, ut gigas ad currendam viam suam. Cur. 1. n. 260.
Psal. 18. nu. 6. Exultauit, ut gigas ad currendam viam. Cur. 3. n. 3.
Psal. 18. n. 14. Et emundabor à delicto maximo. Cur. 5. n. 326.
Psal. 18. num. 14. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus

ero, & emundabor à delicto maximo. Cur. 5. n. 215.
Psal. 21. num. 7. Ego vermis, & non homo. Cur. 6. n. 139.
Psal. 24. num. 4. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Cur. 6. n. 168.
Psal. 28. n. 3. Vox Domini super aquas. Cur. 3. n. 127.
Psal. 28. nu. 3. Vox Domini super aquas. Cur. 3. n. 135.
Psal. 28. nu. 3. Vox Domini super aquas. Cur. 6. n. 136.
Psal. 28. num. 6. Confringet Dominus cedros Libani, & coninuet eas tamquam vitulum Libani. Cur. 1. num. 249.
Psal. 29. num. 2. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. Cur. 6. n. 168.
Psal. 38. num. 4. Concaluit cor meum intra me. Cur. 2. num. 25.
Psal. 38. num. 10. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Cur. 4. n. 60.
Psal. 38. num. 14. Remitte mihi, ut refrigerer, antequam abeam. Cur. 5. n. 164.
Psal. 43. num. 20. Humiliasti nos in loco afflictionis. Curru. 1. num. 233.
Psal. 44. num. 1. Pro ijs, qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, canticum pro dilecto. Cur. 1. num. 202.
Psal. 44. num. 8. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitia. Cur. 2. num. 263.
Psal. 49. num. 16. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Cur. 3. num. 96.
Psal. 49. n. 21. Existimasti inique

quod

quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Cur. 5. 4. n. 61.
Psal. 50. num. 1. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Cur. 5. n. 214.
Psal. Asperges me Domine hyssopo, lauabis me, & super niuem dealabor; docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Cur. 3. n. 94.
Psal. 50. n. 19. Holocaustis non delectaberis, sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicias. Curru. 2. n. 255.
Psal. 52. n. 4. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Cur. 6. n. 172.
Psal. 54. n. 2. Te decet hymnus Deus in Sion. Cur. 1. n. 300.
Psal. 67. n. 12. Dominus dabit verbum Evangelizantibus virtute multa. Cur. 5. n. 269.
Psal. 71. n. 8. Dominabitur à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Cur. 4. n. 224.
Psal. 71. n. 19. Replebitur maiestate eius omnis terra, Fiat, Fiat. Cur. 2. n. 77.
Psal. 73. n. 4. Posuerunt signa sua, signa: sicut in exitu super summum. Cur. 2. n. 100.
Psal. 73. num. 13. Tu contribulasti capita draconum in aquis. Cur. 3. n. 137.
Psal. 76. nu. 16. Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph. Cur. 1. n. 111.
Psal. 77. n. 25. Panem Angelorum manducauit homo. Cur. 1. n. 111.
Psal. 80. nu. 11. Dilata os tuum, & implebo illud. Cur. 2. n. 85.

Psal. 83. n. 3. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Cur. 3. nu. 45.
Psal. 83. num. 6. Beatus vir; cuius est auxilium abs te, & ascensiones in corde suo disposuit. Cur. 3. nu. 2.
Psal. 83. n. 8. Ibunt de virtute in virtutem. Cur. 5. n. 13.
Psal. 84. n. 14. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Cur. 1. n. 56.
Psal. 84. n. 14. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Cur. 6. n. 280.
Psal. 86. nu. 1. Fundamenta eius in montibus sanctis. Cur. 6. n. 65.
Psal. 89. nu. 4. Mille anni in conspectu tuo Domine, sicut dies hesternæ, quæ præterit, & custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Cur. 6. nu. 299.
Psal. 89. n. 10. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Cur. 1. n. 239.
Psal. 98. nu. 6. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Cur. 5. n. 139.
Psal. 105. nu. 37. Immolauerunt filios suos, & filias suas demonijs. Cur. 5. n. 325.
Psal. 107. nu. 1. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Cur. 2. nu. 254.
Psal. 109. n. 5. Dominus à dextris tuis confregit in die ira sua reges. Cur. 1. n. 116.
Psal. 109. nu. 6. Implebit ruinas. Cur. 2. n. 183.
Psal. 113. num. 5. Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. Curru. 4.

nu. 282.
 Psalm. 113. nu. 9. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Cur. 5. nu. 118.
 Psalm. 114. nu. 2. In diebus meis inuocabo. Cur. 1. n. 90.
 Psalm. 115. nu. 16. O Domine, quia ego seruus tuus, & filius ancilla tue. Cur. 1. nu. 51.
 Psalm. 115. nu. 12. Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi. Cur. 2. n. 47.
 Psalm. 117. num. 13. Impulsus eersus sum, ut caderem. Cur. 4. nu. 86.
 Psalm. 118. nu. 4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Cur. 4. nu. 38.
 Psalm. 118. nu. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cur. 2. n. 56.
 Psalm. 118. nu. 103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Cur. 3. n. 176.
 Psalm. 118. nu. 104. A mandatis tuis intellexi. Cur. 3. n. 94.
 Psalm. 118. nu. 106. Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae. Cur. 1. nu. 30.
 Psalm. 118. nu. 106. Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiae tuae. Cur. 4. n. 78.
 Psalm. 118. n. 145. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine. Cur. 2. n. 245.
 Psalm. 118. num. 147. Praeueni in maturitate, & clamaui. Cur. 3. num. 20.
 Psalm. 131. nu. 17. Parauit lucernam Christo meo. Cur. 5. nu. 30.
 Psalm. 131. num. 17. Parauit lucernam Christo meo. Cur. 5. n. 39.
 Psalm. 131. num. 17. Parauit lucernam Christo meo. Cur. 6. nu. 82.

Psalm. 131. num. 17. Parauit lucernam Christo meo. Cur. 6. n. 136.
 Psalm. 136. Psalmus David propter Ieremiam. Cur. 1. n. 139.
 Psalm. 136. nu. 2. In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Cur. 3. n. 39.
 Psalm. 136. num. 3. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba Canticorum. Cur. 3. n. 39.
 Psalm. 137. num. 1. Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Cur. 4. nu. 198.
 Psalm. 138. num. 5. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Cur. 2. n. 124.
 Psalm. 138. num. 14. Confitebor tibi Domine, quoniam terribiliter magnificatus es. Cur. 2. num. 124.
 Psalm. 138. n. 17. Nimis honorificati sunt amici tui Deus. Cur. 4. num. 192.
 Psalm. 140. nu. 2. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Cur. 3. n. 91.
 Psalm. 143. num. 1. Benedictus Deus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum. Cur. 2. n. 270.
 Psalm. 146. num. 9. Qui dat inuentis escam ipsorum, & pullis cornuorum inuocantibus eum. Cur. 3. num. 16.
 Psalm. 150. n. 11. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Cur. 6. n. 30.
 Prouerbia Salomonis.
 Prouerb. 3. num. 9. Honora Dominum.

de tua substantia. Curru. 2. num. 135.
 Prouerb. 3. num. 13. Beatus, qui inuenit sapientiam. Cur. 4. n. 75.
 Prouerb. 3. n. 28. Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi. Cur. 2. n. 32.
 Prouerb. 4. num. 23. Fili omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Cur. 2. n. 248.
 Prouerb. 5. nu. 18. Letare cum muliere adolescentiae tuae. Curru. 1. n. 169.
 Prouerb. 12. nu. 19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Cur. 4. n. 76.
 Prouerb. 13. nu. 6. Iustitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorem supplantat. Curru. 1. n. 56.
 Prouerb. 23. num. 29. Cui uae, cuius patri uae? cui rixae? cui foueae? Cui sine causa uulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his, qui commorantur in uino. Cur. 1. n. 223.
 Prouerb. 24. num. 16. Septies in die cadit iustus. Cur. 4. n. 90.
 Prouerbi 25. num. 16. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satius euomis illud. Cur. 2. num. 42.
 Prouerb. 27. num. 2. Laudet te extraneus, & non labia tua. Curru. 6. num. 33.
 Ecclesiastes.
 Ecclesiast. 1. nu. 12. Ego Ecclesiastes fui rex Israhel in Hierusalem. Cur. 5. n. 199.
 Ecclesiast. 3. num. 7. Tempus tacendi, tempus loquendi. Curru. 1. nu. 315.
 Ecclesiast. 3. num. 7. Tempus tacendi,

& tempus loquendi. Curru. 3. nu. 93.
 Ecclesiast. 7. n. 17. Noli esse iustus multum. Cur. 2. nu. 259.
 Ecclesiast. 9. num. 17. Verba sapientum audiuntur in silentio. Cur. 3. n. 111.
 Ecclesiast. 12. num. 11. Verba sapientum quasi clauis, in altum defixi. Curru. 5. n. 245.

Canticum Canticorum.

Cant. 1. num. 4. Introduxit me rex in cellam uinariam. Curru. 2. num. 130.
 Cant. 1. nu. 5. Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Curru. 3. num. 193.
 Cant. 1. num. 6. Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Cur. 3. num. 106.
 Cant. 1. n. 9. In curribus Pharaonis. Cur. 3. n. 137.
 Cant. 1. num. 10. Murenuas aureas, faciemus tibi uermiculatas argenteo. Curru. 5. n. 307.
 Cant. 1. num. 12. Dum esset rex in accubitu suo, mardus meae dedit odorem suauitatis. Curru. 4. n. 205.
 Cant. 1. num. 13. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Cur. 4. num. 206.
 Cant. 1. num. 15. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Cur. 5. num. 108.
 Cant. 2. num. 7. Ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam. Curru. 3. n. 105.
 Cant. 2. nu. 8. Ecce dilectus meus uenit, saliens in montibus transiliens

colles. cur. 1. n. 74.
 Cant. 2. nu. 8. Ecce iste venit saliens
 in montibus, transiliens colles. cur.
 3. n. 81.
 Cant. 2. nu. 8. Vox dilecti mei, ecce iste
 venit saliens in montibus. curru
 4. n. 150.
 Cant. 2. nu. 10. Surge, propera amica
 mea, tempus putationis aduenit. cur.
 3. n. 101.
 Cant. 2. num. 12. Vox turturis audi-
 ta est in terra nostra. curru 2. n.
 128.
 Cant. 2. num. 12. Vox turturis au-
 dita est in terra nostra. curru 3.
 num. 109.
 Cant. 2. num. 12. Vox turturis au-
 dita est in terra nostra. curru 4.
 n. 160.
 Cant. 2. n. 12. Flores apparuerunt in
 terra nostra. cur. 6. n. 41.
 Cant. 2. n. 12. Tempus putationis ad-
 uenit. cur. 6. n. 41.
 Cant. 2. num. 13. Vinee florentes de-
 derunt odorem suum. curru 3. nu.
 19.
 Cant. 2. nu. 13. Surge, propera colum-
 ba mea, formosa mea, & veni. cur.
 3. num. 105.
 Cant. 2. n. 16. Ego dilecto meo, & di-
 lectus meus mihi. cur. 6. n. 111.
 Cant. 3. n. 2. Quasi inueni eum, & non in-
 ueni. cur. 1. n. 136.
 Cant. 3. num. 8. Vniuscuiusque ensis
 super femur suum propter timores
 nocturnos. cur. 1. n. 123.
 Cant. 3. n. 11. Egredimini filiae Sion,
 & videte regem vestrum in dia-
 demate, quo coronauit eum mater
 sua. cur. 5. n. 117.
 Cant. 4. nu. 3. Gene tua sicut fragmen-
 tum mali punici. cur. 4. n. 168.
 Cant. 4. nu. 4. Sicut turris David collu-
 sum, quae adificata est cum propug-

naculis mille clypei pendent ex ea,
 omnis armatura fortium. curru 3.
 num. 75.
 Cant. 5. nu. 16. Guttur illius suauissi-
 mum. cur. 4. n. 149.
 Cant. 6. nu. 2. Ego dilecto meo, & di-
 lectus meus mihi. cur. 4. n. 197.
 Cant. 6. nu. 9. Quae est ista, quae ascen-
 dit, sicut aurora consurgens, pul-
 chra, ut luna, electa, ut Sol. cur,
 5. n. 117.
 Cant. 6. num. 12. Reuertere Suma-
 mitis, ut intueamur te. curru 1.
 nu. 83.
 Cant. 7. num. 1. Quam pulchri gressus
 tui o filia principis. curru 4. num.
 192. & n. 30.
 Cant. 7. n. 4. Collum tuum sicut turris
 eburnea. cur. 4. n. 192.
 Cant. 7. n. 4. Oculi tui, sicut piscina in
 Hesebon. cur. 4. n. 192.
 Cant. 7. n. 4. Nasus tuus, sicut turris
 Libani, quae respicit contra Damas-
 cum. cur. 4. n. 192.
 Cant. 7. n. 5. Caput tuum, ut Carmel-
 lus. cur. 4. n. 192.
 Cant. 7. n. 5. Coma capitis tui, sicut pur-
 pura Regis. cur. 4. n. 192.

Liber sapientie.

Sapient. 3. nu. 7. Fulgebunt iusti, &
 tamquam scintilla in arundinetis
 discurrent. cur. 6. n. 40.
 Sapient. 5. n. 13. Nati continuo desi-
 nimus esse. cur. 2. n. 191.
 Sapient. 8. n. 20. Sortitus sum animam
 bonam, & cum essem magis bonus
 veni ad corpus incoquinatum.
 cur. 1. n. 62.
 Sapient. 10. nu. 13. Descendit cum il-
 lo in foueam, & in vinculis non de-
 reliquit eum. cur. 5. n. 303.
 Sapient. 10. n. 13. Descenditque cum illo
 in foueam, & in vinculis non de-

reliquit

reliquit eum. curru. 5. nu. 312.

Ecclesiasticus.

Eccles. 11. n. 4. In vestitu ne glorie-
 ris unquam. cur. 3. n. 155.
 Eccles. 17. n. 20. Penitentibus ante
 dedit viam iustitie. cur. 1. n. 56.
 Eccles. 18. n. 6. Cum consumauerit ho-
 mo, tunc incipiet, & cum quieuerit
 operabitur. cur. 1. n. 73.
 Eccles. 24. num. 21. Quasi plantanus
 exaltatus sum iuxta aquas in plateis;
 quasi galbanus, & ungula. curru
 2. n. 98.
 Eccles. 25. n. 22. Non est caput nequius
 super caput colubri, & non est ira
 super iram mulieris. curru 5. nu.
 269.
 Eccles. 29. n. 5. Donec accipiant of-
 culantur manus dantis. curru 2. n.
 44.
 Eccles. 48. nu. 1. Et surrexit Elias,
 quasi ignis, & verbum ipsius, quasi
 facula ardens. cur. 5. n. 1.
 Eccles. 48. num. 1. Et surrexit Elias
 propheta, quasi ignis, & verbum ip-
 sius, quasi facula ardebat. curru 5.
 num. 65.
 Eccles. 49. n. 5. Præter David, & Eze-
 chiam, & Iosiam omnes peccatum
 commiserunt. cur. 3. n. 191.

Isaia.

Isaia 1. n. 2. Filios enutriui, & exal-
 tavi. cur. 6. n. 27.
 Isaia 2. nu. 3. Venite ascendamus ad
 montem Domini, ad domum Dei Ia-
 cob. cur. 2. n. 216.
 Isaia 4. n. 4. Si abluerit Dominus sor-
 des filiarum Sion, & sanguinem Hie-
 rusalæ lauerit de medio eius in spi-
 ritu iudicij, & spiritu ardoris. cur.
 4. n. 176.
 Isaia 6. n. 1. Et ea, quae sub ipso erant,

replebant templum. curru. 1. num.
240.

Isaia 6. n. 2. Et duabus velabant pe-
 des eius, & duabus velabant faciem
 eius. cur. 4. n. 24.
 Isaia 6. n. 3. Clamabant alter ad al-
 terum Sanctus, Sanctus, Sanctus.
 cur. 4. nu. 33.
 Isaia 6. nu. 5. Vir pollutus labijs ego
 sum. cur. 3. n. 35.
 Isaia 6. n. 8. Quem mittam? & quis
 ibit nobis. cur. 6. nu. 88.
 Isaia 6. n. 7. Ecce ego mitte me. cur.
 2. n. 71.
 Isaia 8. n. 23. Et erit in die illa om-
 nis locus, ubi fuerint mille vites,
 mille argenteis, in spinas, & in ve-
 pre erunt. cur. 1. n. 230.
 Isaia 8. nu. 3. Voca nomen eius, accele-
 ra. cur. 1. n. 265.
 Isaia 8. n. 3. Voca nomen eius, accele-
 ra, spolia detrahete, festina, prada-
 re. cur. 5. III.
 Isaia 9. nu. 5. Paruulus datus est no-
 bis. cur. 2. n. 196.
 Isaia 11. n. 1. Egredietur virga de ra-
 dice Iesse, & flos de radice eius as-
 cendet. cur. 1. n. 133.
 Isaia 11. n. 5. Erit iustitia cingulum
 lumborum eius. cur. 1. n. 56.
 Isaia 13. n. 3. Ego mandavi sanctifica-
 tis meis. cur. 2. n. 90.
 Isaia 14. n. 13. In caelum conscendam.
 cur. 4. n. 203.
 Isaia 14. n. 13. Super astra caeli exal-
 tabo solium meum. cur. 4. n. 203.
 Isaia 14. n. 13. Sedebo in monte testa-
 menti in lateribus Aquilonis. cur.
 4. n. 203.
 Isaia 14. n. 14. Ascendam super alti-
 tudinem nubium, similis ero altissi-
 mo. cur. 4. n. 91.
 Isaia 14. n. 14. Ascendam super altitu-
 dinem nubium, similis ero altissi-

mo. cur. 4. n. 203.
 Isaiæ 20. n. 2. Loquutus est Dominus
 in manu Isaiæ filij Amos. Curru 1.
 n. 209.
 Isaiæ 25. nu. 14. Perdidisti omnem
 memoriam eorum. Cur. 3. n. 168.
 Isaiæ 29. nu. 13. Populus hic labijs me
 honorat, cor autem eorum longè
 est à me. Cur. 2. n. 243.
 Isaiæ 38. num. 2. Dispone domui tue,
 quia morieris tu, & non vines.
 Cur. 1. n. 130.
 Isaiæ 40. n. 3. Vox clamantis in deser-
 to, dirigite viam Domini. curru 5.
 n. 152.
 Isaiæ 40. nu. 3. Vox clamantis in de-
 serito Cur. 5. n. 263.
 Isaiæ 40. nu. 3. Vox clamantis in de-
 serito, parate viam Domini, rectas
 facite semitas eius. Cur. 6. num.
 66.
 Isaiæ 40. n. 3. Vox clamantis in de-
 serito. Cur. 6. n. 136.
 Isaiæ 40. nu. 17. Omnes gentes, quasi
 non sint, sic sunt coram eo. Curru 5.
 n. 57.
 Isaiæ 42. n. 9. Que prima fuerunt, ec-
 ce venerunt, noua quoque ego an-
 nuntio, antequam orientur, nota
 vobis facio. Cur. 4. n. 257.
 Isaiæ 43. nu. 4. Ex quo honorabilis fu-
 eris es in oculis meis, & gloriosus,
 ego dilexi te. Cur. 1. n. 251.
 Isaiæ 43. n. 18. Ne memineritis prio-
 rum, ecce ego facio noua. Cur. 4.
 nu. 170.
 Isaiæ 49. n. 1. Dominus ab utero vo-
 cavit me, & de ventre matris mee
 r. e. v. datus est nomenis mei. Curru
 6 n. 136.
 Isaiæ 49. nu. 2. Posuit me, quasi sagit-
 tam electam. Cur. 3. n. 113.
 Isaiæ 49. n. 6. Ecce dedi te in lucem
 gentium, ut sis salus mea usque ad

extremum terra. Curru 6. num.
 275.
 Isaiæ 49. n. 6. Dedi te in lucem gen-
 tium. Cur. 5. n. 32.
 Isaiæ 50. nu. 4. Dominus dedit mihi
 linguam eruditā, ut sciam te. cur.
 4. n. 150.
 Isaiæ 50. nu. 1. Quis est hic liber re-
 pudij matris vestra, quo demisi cā.
 Cur. 4. n. 150.
 Isaiæ 51. n. 3. Paret desertum eius,
 quasi delicias, & solitudinem, quasi
 hortum Domini. Curru 3. n. 70
 Isaiæ 53. num. 6. Posuit in eo Domi-
 nus iniquitatem omnium nostrum.
 Curru 5. n. 216.
 Isaiæ 56. nu. 10. Canes muti non va-
 lentes latrare. Cur. 6. n. 191.
 Isaiæ 58. n. 3. Ecce in die ieiunij ve-
 stri inuenitur voluntas vestra. Cur.
 1. n. 249.

Jeremiæ.

Jeremiæ 1. num. 5. Antequam exires
 de vulua, sanctificauit te. curru 2.
 nu. 87.
 Jeremiæ 1. n. 5. Antequam exires de
 vulua, sanctificauit te. Curru 2.
 nu. 266.
 Jeremiæ 1. n. 6. A, a, a, Domine Deus
 nescio loqui, quia puer ergo sum.
 Curru 2. n. 261.
 Jeremiæ 1. n. 11. Ecce constitui te, ut
 euellas, & destruass, &c. Curru 1.
 nu. 276.
 Jeremiæ 6. n. 4. Sanctificate super eam
 bellum. Cur. 2. n. 90.
 Jeremiæ 7. n. 18. Filij colligunt ligna,
 patres succendunt ignem, &c. Vi
 faciant placentas regina calij. Cur.
 4. n. 62.
 Jeremiæ 12. n. 3. Sanctifica eos in die
 occisionis. Cur. 2. n. 90.
 Jeremiæ 27. nu. 18. Si prophete sunt,

occu-

occurrant Domino exercituum. Cur.
 1. n. 129.
 Jeremiæ 31. n. 22. Femina circumda-
 bit virum. Cur. 2. n. 265.
 Jeremiæ 36. nu. 6. Præcepit Jeremias
 Baruch dicens, ego clausus sum, &c.
 Cur. 6. n. 17.
 Jeremiæ 39. n. 11. Præceperat autem
 Nabuchodonosor de Jeremia Nabu-
 zardam magistro militum, dicens,
 &c. Cur. 6. n. 181.
 Jeremiæ 51. n. 6. Fugite de medio Ba-
 bylonis, & saluet unusquisque ani-
 mam suam. Cur. 5. n. 210.

Threnorum.

Threnorum. 3. n. 28. Sedebit solita-
 rius, & lenauit supra se. Cur. 3. n. 4

Ezechielis.

Ezech. 1. n. 12. Vbi erat impetus spi-
 ritus, illuc gradiebantur. Cur. 1.
 num. 75.
 Ezech. 2. n. 8. Noli esse exasperans, si-
 cut domus Israel. Cur. 2. n. 139.
 Ezech. 3. n. 4. Fili hominis vade ad
 domum Israel, & loqueris. Cur. 3
 num. 71.
 Ezech. 3. n. 9. Ecce dedi faciem tuam
 valentiolem faciebus eorum: ut ada-
 mantem, & ut silicem, &c. Cur. 5.
 num. 236.
 Ezech. 3. n. 9. Vt adamantem, & ut
 silicem dedi faciem tuam, ne timeas
 eos. Cur. 6. n. 48.
 Ezech. 3. n. 18. Si non annuntiaueris
 ei, sanguinem eius de manu tua
 requiram. Cur. 5. n. 239.
 Ezech. 3. n. 25. Et tu fili hominis, ec-
 ce data sunt super te vincula, & li-
 gabunt te in eis, &c. Cur. 5. n. 292.
 Ezech. 16. num. 4. Pater tuus Amor-
 rheus, & mater tua Cethæa. Cur.
 5. num. 237.

Ezech. 17. n. 16. In loco Regis, cu-
 ius fecit irritum iuramentum, &
 soluit pactum, quod habet cum eo in
 medio Babylonis morietur. Cur. 1.
 nu. 30.
 Ezech. 18. n. 20. Iniquitas iusti super
 eum erit. Cur. 1. nu. 56.
 Ezech. 21. n. 26. Aufer cidarim talle
 coronam. Cur. 6. n. 280.
 Ezech. 33. n. 7. Et tu fili hominis spe-
 culatorem dedi te filijs Israel. Cur.
 5. nu. 21.
 Ezech. 33. n. 11. Vivo ego, dicit Do-
 minus Deus, nolo mortem impij, sed
 ut conuertatur impius. cur. 1. n. 29
 Ezech. 36. n. 22. Non propter vos
 sed propter me ego faciam. Cur. 2.
 nu. 160.
 Ezech. 36. n. 25. Effundam super vos
 aquam mundam, & mundabimini.
 Cur. 4. n. 175.
 Ezech. 36. n. 25. Effundam super vos
 aquam mundam. Cur. 3. n. 127.

Danielis.

Dan. 1. n. 3. & 4. Et ait Rex Asphenez
 prapposito Eunuchorum, ut introdu-
 ceret de filijs Israel, &c. Cur. 4.
 nu. 113.
 Dan. 1. n. 6. Fuerunt ergo inter eos de
 filijs Iuda Daniel, Ananias, Aza-
 el, & Azarias. Cur. 4. n. 113.
 Dan. 2. n. 46. Tunc cecidit Rex in fa-
 ciem suam, & Danielem adorauit.
 Cur. 3. n. 111.
 Dan. 3. n. 12. Viri isti contempserunt
 Rex decretum tuum; Deos t uos non
 colunt, &c. Cur. 6. n. 227.
 Dan. 3. n. 12. Statuam auream, quam
 erexisti non adorant. Cur. 5. n. 214
 Dan. 3. n. 15. Nunc ergo adorate statuā.
 quam feci, quod si non adoraueritis,
 &c. Cur. 5. n. 255.
 Dan. 3. n. 18. Notum tibi sit rex, quia

statuam

statuam auream, quam erexisti, ad
non adoramus. Cur. 5. n. 226.

Dan. 3. n. 92. Et species quarti similis
filio Dei. Cur. 4. n. 252.

Dan. 4. n. 10. Ecce vigil, & Sanctus
de celo descendit. Cur. 5. n. 231.

Dan. 4. n. 22. Fanum, ut bos come-
des, Cur. 4. n. 102.

Dan. 4. n. 27. Nonne hac est Babylon
magna, quam ego edificavi in glo-
ria decoris mei. Cur. 4. n. 102.

Dan. 4. n. 28. Vox de celo ruit, tibi di-
citur Nabuchodonosor Rex. Cur.
5. n. 231.

Dan. 5. n. 12. Cui Rex posuit nomen
Balthasar. Cur. 1. n. 152.

Dan. 7. n. 6. Et ecce alia bestia, quasi
pardus. & alas habebat quasi avis,
quatuor super se. Cur. 4. n. 125.

Dan. 7. n. 10. Millia millium ministra-
bant ei, &c. Cur. 6. n. 84.

Dan. 9. n. 7. Tibi Domine iustitia, nobis
autem confusio. Cur. 1. n. 56.

Dan. 9. n. 24. Ut deleatur iniquitas,
& adducatur iustitia sempiterna.
Cur. 1. n. 56.

Dan. 10. n. 12. Daniel ex die prima
exaudita sunt verba tua. Cur. 1.
n. 137.

Dan. 14. n. 39. Venit ergo ad lacum.
& ecce Daniel sedens in medio leo-
num. Cur. 3. n. 38.

Oseas.

Osea 2. n. 14. Ducam eam in solitudi-
nem, &c. Cur. 3. n. 140.

Osea 7. n. 5. Dies Regis nostri, cape-
run principes furere à vino. Cur.
6. n. 187.

Osea 9. n. 9. Profunde peccaverunt si-
cu in diebus Gabaa. Cur. 5. n. 218.

Osea 12. n. 4. Inualuit ad Angelum,
& confortatus est. Cur. 4. n. 271.

Amos.

Amos 2. n. 1. Hac dicit Dominus, su-
per tribus sceleribus Moab, & super
quatuor non conuertam eum, eo quod
&c. Cur. 5. n. 228.

Amos 5. n. 8. Qui vocat aquas maris,
& effundit eas super faciem terra.
Dominus nomen eius. Cur. 3. n. 115.

Abdias

Abdia n. 16. Bibent, & absordebunt,
& erunt quasi non sint. Cur. 2.
n. 187.

Abdia n. 21. Ascendenti Saluatores
in montem Sion. Cur. 1. n. 252.

Ionas.

Ionas 1. n. 9. Dominum Deum celi ego
timeo. Cur. 3. n. 39.

Habacuc.

Habacuc 3. n. 2. Domine audiui audi-
tionem tuam, & timui. Cur. 1. n. 305.

Sophonias.

Sophonias 1. n. 1. Verbum Domini,
quod factum est ad Sophoniam filium
Chusi, filij Godolia. Cur. 4. n. 181.

Aggeus,

Aggei 1. n. 1. Factum est verbum in
manu Aggei. Cur. 1. n. 209.
& 240.

Aggei 2. n. 2. 11. & 21. Factum est
verbum Domini ad Aggeum pro-
phetam. Cur. 1. n. 241.

Aggei 2. n. 2. Factum est verbum Domi-
ni in manu propheta. Cur. 6. n. 68.

Zacharias.

Zacharia 2. n. 8. Post gloriam, misit
me ad gentes. Cur. 1. n. 108.

Zachar. 9. n. 16. Lapidibus Sancti ele-
uabuntur

eleuabuntur super terram eius. Cur.
Cur. 4. num. 7.

Zachar. 10. n. 8. Sibilabo eis & con-
gregabo eos, quia redemi eos. Cur.
8. num. 59.

Zachar. 11. n. 17. O pastor, & ido-
lum. Cur. 5. n. 240.

Malachie.

Malach. 3. n. 1. Angelus testamenti,
quem vos vultis. Cur. 2. n. 196.

Malach. 3. n. 1. Ecce ego mitto Ange-
lum meum, & preparabit viam an-
te faciem tuam. Cur. 5. n. 3. Item
Cur. 5. n. 120.

Malach. 3. n. 1. Ecce ego mitto Ange-
lum meum ante faciem tuam, Cur.
5. n. 136.

Malach. 3. n. 1. Ecce ego mitto Ange-
lum meum, & preparabit viam an-
te faciem meam. Cur. 6. num. 66.
& 74. & 79. & 80. & 84. & 91.
& 98. & 99. & 119. & 136.

Malach. 4. n. 2. Orietur vobis timen-
bus nomen meum Sol iustitie. Cur.
5. n. 41.

Malach. 4. n. 5. Ecce ego mitto vobis
Eliam prophetam, &c. Cur. 6. n. 151.

Machabæorum. 1.

1. Machab. 1. n. 3. Siluit terra in cons-
pectu eius. Cur. 6. n. 145.

1. Machab. 6. n. 46. Dedit se, ut libe-
raret populum suum, & acquireret
sibi nomen, &c. Cur. 4. n. 104.

Machabæorum. 2.

2. Machab. 7. n. 10. Linguam postula-
tus cito protulit, & manus constan-
ter extendit. Cur. 1. n. 211.

Enangelium secundum Matthæum.

Matth. 1. n. 1. 2. 3. Liber generationis

IESU Christi filij David, &c. Cur.
2. n. 288.

Matth. 1. n. 20. Quod in ea natum est,
de Spiritu Sancto est. Cur. 2. n. 84.

Matth. 2. n. 1. Ecce mihi ab oriente
uenerunt. Cur. 3. n. 119.

Matth. 2. n. 2. Vidimus stellam eius in
oriente, & uenimus adorare eam.
Cur. 5. n. 36.

Matth. 2. n. 9. Vique dum ueniens, sta-
ret supra, ubi erat puer. Cur. 5. n. 70.

Matth. 2. n. 12. Per aliam viam reuer-
si sunt in regionem suam. Cur. 5. n. 13.

Matth. 2. n. 19. Apparuit Angelus
Domini in somnis Ioseph. Cr. 1.
num. 95.

Matth. 2. n. 23. Veniens habitauit in
ciuitate, que uocatur Nazareth.
Cur. 5. n. 127.

Matth. 3. n. 1. In diebus illis uenit Ioa-
hannes Baptista predicans in deserto.
Cur. 5. n. 127.

Matth. 3. n. 1. Venit Ioannes Baptis-
ta predicans in deserto Iudee.
Cur. 5. n. 263.

Matth. 3. num. 2. Penitentiam agite.
Cur. 3. n. 112.

Malach. 3. n. 2. Penitentiam agite
appropinquauit enim regnum cae-
lorum. Cur. 3. n. 187. & 191. &
192. item. Cur. 4. n. 146. Item.

Cur. 5. n. 114. Item Cur. 6. n. 119
Item Cur. 3. n. 180.

Matth. 3. n. 4. Esca eius locusta. Cur.
1. n. 231.

Matth. 3. n. 4. Et Zona pellicea cir-
ca lumbos eius. Cur. 3. n. 178.

Matth. 3. n. 5. Tunc exibat ad eum
Hierosolyma, & omnis Iudea, &c.
Cur. 1. n. 208. Item. Cur. 3. num.
181. Item Cur. 4. n. 7. & 151.

Item Cur. 5. n. 144. & 263. Item
Cur. 3. num. 124. Item Cur. 5.
num. 263.

Matth. 3. n. 5. Et baptizabantur ab eo
constitentes peccati sua. Cur. 4. n. 7.
Item Cur. 5. n. 263. Item Cur.
3. n. 124. Item Cur. 2. n. 258.
Matth. 3. n. 7. Progenies viperarum
quis demonstravit vobis, &c. Cur.
5. n. 26.
Matth. 3. n. 9. Patrem habemus Abra-
ham. Cur. 1. n. 52.
Matth. 3. n. 10. Invenim securis ad
radicem arborum posita est. Cur. 4.
num. 172.
Matth. 3. n. 11. Ego quidem baptizo
vos aqua, qui autem post me, &c.
Cur. 2. n. 196.
Matth. 3. n. 11. Qui autem post me
venturus est, fortior me est, cuius
non sum dignus, &c. Cur. 5. n. 110.
Matth. 3. n. 14. Ego à te debeo bap-
tizari. Cur. 4. num. 34. Item Cur. 4.
num. 198. Item Cur. 5. num. 260.
Item Cur. 6. n. 229. & 288.
Matth. 3. n. 14. Ioannes prohibebat
eum dicens, ego à te debeo baptiza-
ri, & tu venis ad me. Cur. 5. n.
num. 260.
Matth. 3. n. 15. Decet nos implere
omnem iustitiam. Cur. 4. n. 39.
Matth. 3. n. 17. Hic est filius meus di-
lectus in quo, &c. Cur. 2. n. 270.
Item Cur. 4. n. 43. & 146. & 242
& 276. & 278. & 282. Item Cur.
6. num. 107.
Matth. 3. n. 17. Et ecce vox de calis
dicens. Hic est filius meus dilectus.
Cur. 4. n. 278.
Matth. 3. n. 17. Et vidit Spiritum Dei
descendentem sicut columbam, & ve-
nientem super se. Cur. 4. n. 282.
Matth. 4. num. 3. Si filius Dei es, Cur.
1. num. 201.
Matth. 4. n. 3. Dic ut lapides isti panes
fiant. Cur. 4. n. 57.
Matth. 4. n. 3. Si filius Dei es, dic ut

lapides isti panes fiant. Cur. 5.
num. 165.
Matth. 4. n. 4. Non in solo pane vi-
vit homo, sed, &c. Cur. 3. n. 57.
Matth. 4. n. 4. Non in solo pane vivit
homo, Cur. 3. n. 175.
Matth. 4. n. 6. Statuit eum super pin-
naculum templi, &c. Cur. 4. n. 57.
Matth. 4. num. 6. Si filius Dei es, mit-
te te deorsum, scriptum est enim.
Cur. 4. n. 188.
Matth. 4. n. 8. Ostendit ei omnia reg-
na mundi. Cur. 5. num. 202. Item
Cur. 4. n. 56. & 57.
Matth. 4. num. 10. Vade retro Satana.
Cur. 4. n. 84.
Matth. 4. n. 17. Caput IESVS pradi-
care, & dicere, penitentiam agi-
te, &c. Cur. 5. n. 114.
Matth. 4. num. 21. Vidit alios duos fra-
tres Iacobum, &c. Cur. 1. n. 169.
Matth. 4. n. 24. Obtulerunt ei omnes
male habentes, &c. Cur. 3. n. 95.
Matth. 5. n. 3. Beati pauperes, quoniam
ipsorum est regnum caelorum. Cur.
3. n. 192.
Matth. 5. n. 10. Beati, qui persecutio-
nem patiuntur, &c. Cur. 3. n. 192.
Matth. 5. n. 15. Vox estis lux mundi.
Cur. 5. n. 44.
Matth. 5. num. 16. Nemo ascendit lu-
cernam, & ponit eam, &c. Cur. 5.
num. 18.
Matth. 5. num. 20. Qui fecerit, & do-
cuerit, hic magnus vocabitur, &c.
Cur. 1. n. 208.
Matth. 5. n. 21. Nisi abundaverit ius-
titia vestra, plusquam scribarum,
&c. Cur. 4. n. 37.
Matth. 5. num. 22. Qui irascitur fra-
tri suo reus erit iudicio. Cur. 1.
num. 273.
Matth. 5. n. 29. Si oculus tuus scandali-
zati te, erue eum, &c. Cur. 3. n. 47.

Matth.

Matth. 5. n. 48. Estote perfecti, sicut &
Pater vester. Cur. 1. n. 107.
Matth. 6. n. 6. Intra in cubiculum tuum,
& clauso ostio, &c. Cur. 2. n. 247.
Matth. 6. num. 21. Vbi est thesaurus
tuus, ibi est & cor tuum. Cur. 2.
n. 39.
Matth. 7. num. 13. Intrate per angustā
portam quia lata, &c. Cur. 6. n. 169.
Matth. 7. n. 14. Quem angustā porta,
& arcta via est, qua ducit ad vitam,
&c. Cur. 6. n. 172.
Matth. 8. n. 8. Domine non sum dig-
nus, ut intres, &c. Cur. 2. n. 158.
Matth. 8. num. 10. Non inveni tan-
tam fidem in Israel. Cur. 6. n. 112.
Matth. 8. n. 19. Magister sequar te,
quocumq; ieris. Cur. 4. n. 32.
Matth. 8. num. 20. Vulpes foveas ha-
bent, & volucres cali nidus, filius
autem hominis, &c. Cur. 4. n. 83.
item Cur. 6. num. 57.
Matth. 8. num. 24. Ecce motus mag-
nus factus est in mari, &c. Cur. 4.
num. 99.
Matth. 9. num. 9. Sequere me Cur. 3.
n. 116.
Matth. 9. n. 9. Surgens sequutus est
eum. Cur. 3. n. 166.
Matth. 9. num. 14. Accesserunt ad eum
discipuli Ioannis dicentes, quare nos,
& pharisaei ieiunamus frequenter,
&c. Cur. 6. n. 161.
Matth. 9. n. 27. Miserere nostri filij
David. Cur. 1. n. 39.
Matth. 9. num. 35. Circuibat Iesus
ciuitates omnes, ac vicos docēs, &c.
Cur. 5. n. 92.
Matth. 10. n. 1. Accersitis duodecim de-
dit eis potestatem, &c. Cur. 5. n. 92.
Matth. 10. n. 22. Eritis odio omnibus
hominibus, propter nomen meum.
Cur. 6. n. 183.
Matth. 10. n. 23. Cum persequerentur

vos in ciuitate ista fugite in aliam.
Cur. 6. n. 288.
Matth. 10. n. 28. Timete eum, qui potest
corpus, & animam perdere in gehē-
nam. Cur. 1. n. 232.
Matth. 11. num. 3. Tu es, qui venturus
es, an alium expectamus. Cur. 6.
n. 46.
Matth. 11. num. 3. Tu es, qui ventu-
rus es, an alium expectamus. Cur. 6.
n. 85.
Matth. 11. num. 6. Et beatus, qui non
fuerit scandalizatus in me. Cur. 6.
n. 22.
Matth. 11. n. 7. Caput Iesus dicere ad
urbes de Ioanne. Cur. 5. n. 136.
item Cur. 6. n. 34.
Matth. 11. n. 7. Quid existis in de-
sertum videre. Cur. 5. n. 263.
Matth. 11. num. 8. Ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regū sunt.
Cur. 5. n. 264.
Matth. 11. n. 9. Quid existis videre? pro-
phetam? etiam dico vobis, &c. Cur.
4. n. 195. item Cur. 6. n. 32.
Matth. 11. n. 10. Hic est de quo scriptum
est: Ecce ego mitto Angelum meum.
Cur. 5. num. 119. item Cur. 6. n. 80.
Matth. 11. num. 10. Ecce ego mitto
Angelum meum ante faciem tuam.
Cur. 6. n. 80. & Cur. 5. n. 4.
Matth. 11. num. 11. Non surrexit
inter natos mulierum maior Ioan-
ne Baptista. Cur. 1. num. 217. item
Cur. 2. num. 261. item Cur. 4.
num. 94. item Cur. 5. num. 127.
item Cur. 6. num. 34. item Cur. 6.
n. 34. & 114.
Matth. 11. num. 11. Qui preparabit
viam ante te. Cur. 3. n. 153.
Matth. 11. num. 11. Qui autem mi-
nor est in regno caelorum, maior est
allo. Cur. 6. num. 125. & 126. item
Cur. 4. n. 10.

Ppp

Matth.

Matth. 11. num. 12. A diebus Ioannis Baptistæ regnum celorum vim patitur Cur. 3. nu. 180. Item Cur. 1. num. 247. item Cur. 3. n. 182. item Cur. 6. n. 129.

Matth. 11. num. 13. Omnes enim prophetae, lex usque ad Ioannem prophetauerunt. Cur. 6. n. 149. item Cur. 4. n. 170. item Cur. 6. n. 145.

Matth. 11. num. 13. Prophetæ, & lex usque ad Ioannem prophetauerunt. Cur. 6. n. 69.

Matth. 11. n. 18. Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens. Cur. 4. n. 141. item Cur. 4. n. 96. item Cur. 6. n. 78. & 97. & 158.

Matth. 12. num. 34. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Cur. 1. n. 68.

Matth. 12. num. 38. Magister volumus à te signum videre. Cur. 6. num. 49.

Matth. 12. num. 39. Generatio mala, & adultera signum quarit, &c. Cur. 6. num. 49.

Matth. 13. num. 31. Simile est regnum celorum grano sinapis, &c. Cur. 4. n. 196.

Matth. 13. num. 52. Omnis scriba doctus, similis est patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Cur. 4. n. 23.

Matth. 13. num. 55. Nonne hic est filius fabri, nonne mater eius, &c. Cur. 4. n. 66.

Matth. 14. n. 2. Hic est Ioannes Baptistæ, ipse surrexit à mortuis. Cur. 5. n. 79.

Matth. 14. n. 2. Hic est Ioannes Baptistæ, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Cur. 6. num. 177.

Matth. 14. n. 3. Herodes tenuit Ioannem, & alligauit eum. Cur. 5. n. 266.

Matt. 14. n. 4. Non licet tibi habere eam. Cur. 5. n. 27.

Matth. 14. n. 4. Et volens illum occidere, timuit populum. Cur. 5. n. 257.

Matth. 14. n. 8. Da mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Cur. 5. n. 278.

Matth. 14. num. 11. Decollauit Ioannem in carcere. Cur. 6. n. 245.

Matth. 14. n. 11. Oblatum est caput eius in disco. Cur. 6. n. 239.

Matth. 14. n. 12. Ascendentes discipuli eius tulerunt corpus, & sepelierunt illud. Cur. 6. nu. 245. itē nu. 297.

Matth. 14. n. 13. Venientes nuntiauerunt IESU, quod cum audisset Iesus secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum. Cur. 6. n. 297.

Matth. 14. n. 22. Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & precedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Cur. 1. n. 290.

Matth. 14. n. 26. Turbati sunt dicētes, quia phantasma est. Cur. 3. n. 165.

Matth. 14. n. 31. Continuò IESUS extendens manum apprehendit eum. Cur. 1. n. 216.

Matth. 16. n. 13. Quē dicunt homines esse filium hominis? Cur. 3. n. 120.

Matth. 16. nu. 15. Vos autem, quem me esse dicitis. Cur. 4. n. 39.

Matt. 16. n. 23. Vade post me sathana, scandalum es mihi. Cur. 6. nu. 288.

Matt. 17. n. 1. Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannē, & duxit eos in montem excelsum seorsum. Cur. 3. n. 62.

Matth. 17. nu. 2. Et respanduit facies eius, sicut Sol. Cur. 3. n. 65.

Matt. 17. n. 5. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Cur. 4. n. 277.

Matt. 17. n. 5. Hic est filius meus dilectus. Cur. 5. n. 191.

Matt. 17. n. 10. & 11. Quid ergo scriba

dicunt

dicunt, quod Eliam oporteat primum, &c. Cur. 6. n. 151.

Matth. 17. num. 12. Dico autem vobis, quia Elias iam venit. Cur. 5. num. 64.

Matth. 18. num. 3. Nisi efficiamini sicut paruuli, &c. Cur. 1. n. 72.

Matth. 18. num. 9. Si oculus tuus scan dalizat te, erue eum, &c. Cur. 2. nu. 40.

Matth. 18. num. 16. In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. Cur. 4. n. 112.

Matth. 20. nu. 20. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c. Cur. 5. n. 275.

Matth. 20. num. 22. Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum. Cur. 6. num. 261.

Matth. 21. num. 24. Interrogabo, & ego vos unum verbum. Cur. 5. num. 13.

Matth. 21. num. 32. Venit ad vos Ioannes in via iustitia. Cur. 6. n. 280.

Matth. 21. num. 38. Agricola autem videntes filium dixerunt inter se: hic est heres, &c. Cur. 3. nu. 167.

Matth. 22. n. 4. Ecce prandium meum parati. Cur. 3. n. 176.

Matth. 22. nu. 35. Interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum, magister quod est mandatum magnum in lege. Cur. 6. n. 180.

Matth. 23. num. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi. Cur. 5. n. 23.

Matth. 23. num. 33. Genimina viperarum, &c. Cur. 5. num. 236.

Matth. 23. num. 35. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, à sanguine Abel, &c. Cur. 6. nu. 143.

Matth. 25. n. 10. Clausa est ianna. Cur. 6. n. 169.

Matth. 25. nu. 15. Vni dedit quinque

talenta, alij autem duo, &c. Cur. 2. num. 274.

Matth. 25. num. 36. In carcere eram, & non visitastis me. Cur. 5. nu. 312.

Matth. 26. n. 18. Ite ad civitatem ad quendam. Cur. 2. n. 219.

Matth. 26. num. 35. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Cur. 5. num. 276.

Matth. 26. num. 37. Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Cur. 3. nu. 62.

Matth. 26. num. 41. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Cur. 3. n. 79.

Matth. 26. num. 70. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio, quid dicis, exeunte autem illo, &c. Cur. 5. num. 277.

Matth. 27. num. 44. Id ipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei. Cur. 2. n. 22.

Matth. 27. num. 47. Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant, Eliam vocat iste. Cur. 3. num. 166.

Matth. 27. num. 50. Clamans voce magna, emisit spiritum. Cur. 2. num. 142.

Matth. 27. num. 50. Clamans voce magna, emisit spiritum. Cur. 4. num. 154.

Matth. 27. num. 57. Venit quidam homo dives ab Arimathæa nomine Ioseph, &c. Cur. 4. nu. 54.

Matth. 28. n. 1. Vespere Sabbati, que lucefcit in prima Sabbati. Cur. 6. num. 41.

Matth. 28. num. 9. Occurrit illis dicēs auete. Cur. 2. n. 76.

Matth. 28. num. 9. Accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Cur. 1. num. 216.

Matth. 28. nu. 19. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* Cur. 3. num. 134.

Euangelium secundum Marcum.

Marc. 1. n. 4. *Fuit Ioannes in deserto baptizans, & predicans.* Cur. 5. nu. 263.

Marc. 1. nu. 5. *Egrediebatur ad eum omnis Iudae regio, & Hierosolymite uniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine.* Curru. 3. nu. 124.

Marci 1. n. 7. *Et locustas, & mel siluestre edebat.* Cur. 4. n. 148.

Marci 1. n. 17. *Venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominum.* Cur. 2. n. 107.

Marci 1. nu. 18. *Relictis retibus, secuti sunt eum.* Cur. 2. n. 107.

Marci 1. nu. 20. *Relicto patre suo Zebedaeo in navi cum mercenarijs secuti sunt eum.* Cur. 2. nu. 107.

Marci 1. nu. 34. *Demonia multa eiciebat, & non sinebat ea loqui.* Cur. 4. nu. 224.

Marci 3. nu. 17. *Iacobum Zebedai, & Ioannem fratrem Iacobi, & Andream.* Cur. 1. n. 285.

Marc. 4. num. 41. *Quis putas est iste?* Cur. 2. n. 194.

Marci 5. num. 19. *Vade, & annuntia quanta tibi Dominus fecerit.* Cur. 5. nu. 117.

Marci 6. nu. 14. *Et dicebat, quia Ioannes Baptista resurrexit a mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.* Cur. 6. n. 177.

Marci 6. num. 16. *Quem ego decollavi Ioannem, hic a mortuis resurrexit.* Cur. 5. nu. 84. Item Cur. 6. num. 297. & 133. Item Cur.

5. nu. 254.

Marci 6. nu. 17. *Misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere.* Cur. 5. n. 324.

Marc. 6. nu. 18. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui,* Cur. 1. n. 270. Item Cur. 5. n. 220. & 242.

Marci 6. num. 20. *Herodes enim metuebat Ioannem.* Cur. 5. n. 28.

Marci 6. nu. 20. *Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Cur. 5. num. 261, Item Cur. 1. n. 285, Item Cur. 6. num. 172. & 182. & 183.

Marc. 6. n. 20. *Herodes metuebat Ioannem sciens eum virum iustum, & Sanctum.* Cur. 6. num. 172. & 182.

Marci 6. num. 23. *Iuravit illi, quidquid petieris, dabo tibi.* Cur. 1. num. 31.

Marci 6. num. 25. *Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistae.* Cur. 5, num. 260. Item Cur. 6. num. 241.

Marci 6. n. 26. *Et contristatus est Rex, propter ius iurandum.* Curru. 6. num. 182.

Marci 6. num. 27. *Misso confestim spiculatore, insit afferrit caput Ioannis.* Cur. 5. nu. 260.

Marci 6. num. 28. *Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puella, &c.* Cur. 5. n. 280.

Marci 6. num. 45. *Coegit discipulos ascendere in nauim, ut praeederet eum, &c.* Cur. 5. n. 134.

Marci 7. num. 33. *Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius,* Cur. 1. num. 81.

Marci 14. num. 3. *Cum esset Bethania in domo Simonis Leprosi, venit mulier habens alabastrum, etc.* Cur. 4. n. 29.

Marc. 15. n. 37. *IESVS autem emisit voce magna expiravit, & velum templi scissum est.* Cur. 2. n. 142.

Marc. 15. nu. 37. *IESVS autem emisit voce magna expiravit.* Cur. 4. nu. 156.

Marc. 15. num. 39. *Videns autem Centurio, quia sic clamans expirasset, ait. Verè hic homo, &c.* Cur. 4. num. 157.

Marc. 15. num. 43. *Venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio.* Cur. 4. nu. 54.

Marc. 16. num. 5. *Introeuntes viderunt Iuuenem sedentem in dextris.* Cur. 1. n. 118.

Marc. 16. nu. 17. *In nomine meo linguis loquentur nouis.* Cur. 2. num. 238.

Euangelium secundum Lucam.

Luc. 1. num. 1. *Fuit Sacerdos quidam nomine Zacharias.* Cur. 1. num. 21.

Luc. 1. num. 5. *Sorte exijt, ut incensum poneret Zacharias, ingressus in templum Domini.* Cur. 1. nu. 1.

Luc. 1. nu. 6. *Incedentes in omnibus mandatis.* Cur. 3. n. 3.

Luc. 1. num. 7. *Non erat illis filius.* Cur. 1. num. 86.

Luc. 1. num. 7. *Et non erat illis filius.* Cur. 1. n. 178.

Luc. 1. num. 7. *Cum ambo processisset in diebus suis.* Cur. 6. n. 135.

Luc. 1. num. 11. *Apparuit ei Angelus Domini.* Cur. 6. n. 97.

Luc. 1. n. 13. *Vocabis nomen eius Ioannem.* Cur. 1. n. 144. & n. 130. & 13.

Luc. 1. num. 13. *Vxor tua Elizabeth pariet tibi filium.* Cur. 2. n. 200.

Luc. 1. num. 14. *Mulci in matinitate*

eius gaudebunt. Curru. 1. nu. 178.

Luc. 1. num. 15. *Erit magnus coram Domino.* Cur. 1. nu. 17. & 192. & 294. & Cur. 2. nu. 140. & Cur. 3. num. 56. & Cur. 4. num. 264. & 255. & Cur. 5. n. 127.

Luc. 1. num. 15. *Spiritu Sancto repletur adhuc ex utero matris suae.* Cur. 2. nu. 185. & 214. & 263. Item Cur. 4. n. 97. Item Cur. 5. nu. 133. & 189.

Luc. 1. num. 17. *Ipse praecedet illum in spiritu, & virtute Eliae.* Cur. 6. num. 152.

Luc. 1. num. 19. *Vade hoc sciens, & respondens Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel, qui asto, &c.* Cur. 1. num. 292.

Luc. 1. num. 20. *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, &c.* Cur. 2. n. 200, Item Cur. 6. n. 100.

Luc. 1. num. 22. *Non poterat loqui ad illos, & permansit mutus.* Cur. 5. num. 154. Item Cur. 1. n. 314.

Luc. 1. num. 23. *Egressus non poterat loqui ad illos, & cognouerunt, quod visionem vidisset, &c.* Curru. 1. nu. 308.

Luc. 1. n. 26. *In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, &c.* Cur. 1. n. 115. & num. 298. Item Cur. 6. nu. 74.

Luc. 1. num. 29. *Turbata est in sermone eius.* Cur. 1. nu. 84. & n. 124. & num. 313.

Luc. 1. num. 31. *Vocabis nomen eius IESVM.* Cur. 1. n. 147.

Luc. 1. num. 32. *Hic erit magnus.* Cur. 1. num. 208. Item Cur. 2. nu. 140. Item Cur. 4. num. 1.

Luc. 1. num. 33. *Et regnabis in domo Iacob in aeternum.* Curru. 2. num. 27.

- Luc. 1. nu. 34. *Quomodo fiet istud.*
Cur. 2. n. 31.
- Luc. 1. n. 36. *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.* Cur. 1. n. 95.
- Luc. 1. nu. 35. *Hic mensis est sextus illi.* Cur. 2. n. 176.
- Luc. 1. num. 38. *Ecce ancilla Domini*
Cur. 4. n. 200.
- Luc. 1. nu. 39. *Abijt cum festinatione.*
Cur. 2. n. 31.
- Luc. 1. nu. 39. *Exurgens autem Maria abijt cum festinatione.* Cur. 2. n. 45, & 120. & 178. Item Cur. 5. n. 140.
- Luc. 1. num. 41. *Factum est, ut audiuit salutationem.* Cur. 2. n. 103.
- Luc. 1. n. 41. *Factum est, ut audiuit salutationem Mariae.* Cur. 2. n. 106
- Luc. 1. nu. 41. *Exultauit infans in utero.* Cur. 2. n. 32.
- Luc. 1. n. 41. *Vt audiuit salutationem Mariae Elizabeth, exultauit infans in utero.* Cur. 2. n. 46.
- Luc. 1. n. 41. *Exultauit infans.* Cur. 2. n. 71. & 117.
- Luc. 1. n. 41. *Repleta est Spiritu Sancto.* Cur. 1. n. 238. Item Cur. 2. n. 152.
- Luc. 1. n. 42. *Exclamauit voce magna.*
Cur. 2. n. 140.
- Luc. 1. n. 43. *Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me.* Cur. 2. n. 129, & 154. & 157.
- Luc. 1. n. 44. *Vt facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultauit infans in utero meo.* Cur. 2. n. 99. & 107.
- Luc. 1. n. 44. *Exultauit infans in gaudio.* Cur. 2. n. 130. & 162. & 263. Item Cur. 3. n. 82.
- Luc. 1. n. 46. *Magnificat anima mea Dominum.* Cur. 2. n. 140.
- Luc. 1. n. 47. *Exultauit spiritus meus*
in Deo salutari meo. Cur. 2. n. 130.
- Luc. 1. n. 49. *Fecit mihi magna, qui potens est.* Cur. 2. n. 140.
- Luc. 1. n. 56. *Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus.* Cur. 5. n. 183.
- Luc. 1. n. 57. *Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Cur. 1, nu. 313. Item Cur. 5. num. 133.
- Luc. 1. n. 58. *Audierunt vicini, & cognati eius.* Cur. 5. n. 166.
- Luc. 1. n. 59. *Venerunt circumcidere puerum.* Cur. 2. n. 203.
- Luc. 1. n. 59. *Et vocabant nomine patris eius Zachariam.* Cur. 2. n. 203
- Luc. 1. n. 60. *Respondens mater eius dixit. Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* Cur. 1. n. 147. Item Cur. 2. n. 130. 230.
- Luc. 1. n. 60. 61. 62. *Et dicebant ad illam, quia nemo est, in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innucebant autem patri eius, &c.* Cur. 2. nu. 218.
- Luc. 1. n. 61. *Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Cur. 2. n. 243.
- Luc. 1. n. 63. *Scriptum dicens, Ioannes est nomen eius.* Cur. 1. n. 147.
- Luc. 1. n. 63. *Ioannes est nomen eius*
Cur. 2. n. 130.
- Luc. 1. num. 64. *Mirati sunt uniuersi.*
Cur. 2. n. 130.
- Luc. 1. n. 64. *Et postulans pugillarem, scripsit Ioannes est nomen eius; & mirati sunt uniuersi: apertum est autem illico os eius, &c.* Cur. 2. nu. 234. Item Cur. 5. n. 155.
- Luc. 1. nu. 65. *Et factus est timor super omnes vicinos eorum.* Cur. 2. n. 130.
- Luc. 1. n. 66. *Quis putas, puer iste erit?*
Cur. 1. n. 313. Item Cur. 2. n. 123.

- & 130. & 244. & 259.
- Luc. 1. n. 66. *Et super omnia montana Iudaeae diuulgabantur omnia verba haec, &c.* Cur. 2. n. 130.
- Luc. 1. n. 66. *Posuerunt omnes in corde suo.* Cur. 2. n. 251.
- Luc. 1. n. 66. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Cur. 2. num. 289. & 270. Item Cur. 6. n. 30. & 68. Itē Cur. 5. n. 82.
- Luc. 1. n. 66. *Quis putas puer iste erit?*
Cur. 3. nu. 154.
- Luc. 1. n. 68. *Et Zacharias repletus est Spiritu Sancto, & prophetauit, &c.* Cur. 2. n. 128.
- Luc. 1. n. 74. *Iurandum, quod iurauit ad Abraham, &c.* Cur. 1. n. 27.
- Luc. 1. n. 75. *Vt seruiamus illi in sanctitate, & iustitia, &c.* Cur. 1. n. 56.
- Luc. 1. nu. 76. *Præibis enim ante faciem Domini.* Cur. 1. n. 57.
- Luc. 1. nu. 76. *Præibis enim ante faciem Domini.* Cur. 1, n. 256. Item Cur. 5, n. 4. Item Cur. 6, nu. 71. & 98.
- Luc. 1. n. 76. *Et tu puer propheta altissimi vocaberis.* Cur. 2. n. 288. Item Cur. 6. n. 71.
- Luc. 1. n. 79. *Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent.*
Cur. 5, n. 30.
- Luc. 1. nu. 79. *Illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Cur. 5, n. 66.
- Luc. 1, n. 80. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis.* Cur. 3. n. 24. & num. 83
- Luc. 1. n. 80. *Erat in desertis usque in diem ostentionis suae.* Cur. 3, nu. 89.
- Luc. 1. n. 80. *Et erat in desertis.* Cur. 5. n. 234.
- Luc. 2. n. 6. *Impleti sunt dies, ut pareretur, Cur. 5. n. 133.*
- Luc. 2. n. 10. *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.*
Cur. 1. n. 293.
- Luc. 2. n. 19. *Maria autem conseruabat omnia verba haec conferens in corde suo.* Cur. 1. n. 299. & Cur. 3. n. 100.
- Luc. 2. num. 30. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Cur. 1. n. 181.
- Luc. 2. n. 40. *Puer autem crescebat, & confortabatur.* Cur. 2, n. 120.
- Luc. 2. n. 46. *Inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Cur. 3. num. 98. Item Cur. 6. num. 12.
- Luc. 3. n. 1. *Anno autem quinto decimo, &c.* Cur. 3. n. 151. Item Cur. 1. nu. 231. Item Cur. 3. n. 100. & 107. & 150. Item Cur. 4. n. 153. Itē Cur. 5. n. 262.
- Luc. 3. n. 3. *Et venit in omnem regionem Iordanis.* Cur. 1. n. 231. & Cur. 3. n. 100. & 107. & 150. Itē Cur. 5. n. 262.
- Luc. 3, num. 4. *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Cur. 3. num. 181.
- Luc. 3. nu. 4. *Dirigite viam Domini, rectis facite semitas eius.* Cur. 6, num. 85.
- Luc. 3, nu. 7. *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira.* Cur. 5, n. 2.
- Luc. 3, n. 8. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.*
Cur. 4, n. 6.
- Luc. 3, n. 11. *Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c.* Cur. 5, n. 24.
- Luc. 3, n. 12. *Venerunt publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ei: Magister quid faciemus?* Cur. 5. n. 25.
- Luc. 3, n. 13. *Nihil amplius, quàm quod constitutum est vobis, facite.* Cur.

5. n. 23.
 Luc. 3. nu. 14. Neminem conculcatis, nequè calumniarum faciatis, contenti estote stipendijs vestris. Cur. 5. num. 23.
 Luc. 3. num. 15. Cogitantibus omnibus, ne forte ipse esset Christus. Cur. 1. n. 254.
 Luc. 3. num. 15. & 16. Cogitantibus omnibus de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, &c. Cur. 2. n. 193. Item Cur. 4. n. 46. & 191. & 275.
 Luc. 3. nu. 15. Cogitantibus omnibus, ne forte ipse esset Christus, respondit dicens omnibus veniet fortior me, cuius non sum dignus. Cur. 5. nu. 44.
 Luc. 3. num. 16. Venit fortior me, cuius non sum dignus. Cur. 5. nu. 116.
 Luc. 3. num. 16. Ille vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne. Cur. 4. num. 261.
 Luc. 3. n. 18. Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. Cur. 6. n. 31.
 Luc. 3. nu. 23. Et ipse IESVS erat incipiens, quasi annorum triginta. Cur. 3. n. 97.
 Luc. 4. nu. 34. Quid nobis, & tibi IESV Nazarene, scio te, quod sis Sanctus Dei. Cur. 1. num. 120.
 Luc. 5. num. 8. Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Curru. 2. nu. 159.
 Luc. 5. num. 8. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Cur. 4. nu. 186.
 Luc. 7. num. 21. In ipsa autem hora multos curauit à langoribus, & pligis, & spiritibus malis, & cecis multis donauit v. sum. Cur. 6. n. 90.

Luc. 7. nu. 28. Maior inter natos mulierum Propheta Ioãne Baptista nemo est. Cur. 1, n. 199.
 Luc. 7. n. 28. Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Ioãne Baptista nemo est. Cur. 6. n. 63.
 Luc. 7. n. 37. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut agnouit, quod acubisset, &c. Curru. 4. nu. 147.
 Luc. 7. num. 38. Lacrymæ cepit rigare pedes eius. Cur. 4. n. 29.
 Luc. 7. nu. 49. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit. Curru. 2. num. 282,
 Luc. 8. nu. 45. Quis me tetigit? Cur. 4. nu. 204.
 Luc. 8. num. 45. Preceptor, turbate comprimunt, & affligunt, & tu dicis. Quis me tetigit? Cur. 4. n. 204.
 Luc. 9. num. 29. Ascendit in montem, ut oraret. Cur. 3. num. 61.
 Luc. 9. n. 29. Et facta est, dum oraret species vultus eius altera. Cur. 3. nu. 65,
 Luc. 9. n. 33. Bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, &c. Cur. 1. nu. 181.
 Luc. 9. num. 59. Permite mihi prius ire, & sepelire patrem meum. Cur. 2. nu. 291.
 Luc. 10. nu. 20. Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in celo. Cur. 2. num. 227.
 Luc. 10. num. 24. Multi propheta, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis. Cur. 2. num. 79.
 Luc. 10. num. 39. Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Cur. 4. nu. 189.
 Luc. 11. num. 1. Doce nos orare, sicut docuit, & Ioannes discipulos suos. Cur. 6. n. 25.
 Luc. 12. n. 35. Sint lumbi vestri pra-

cincti

cincti, & lucerna ardentes, &c. Cur. 5. n. 63. & n. 67,
 Luc. 12. num. 49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi, &c. Cur. 5. n. 8.
 Luc. 14. n. 10. Recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit, &c. Cur. 4. nu. 87.
 Luc. 14. nu. 23. Exi in vias, & sepes, compelle intrare. Cur. 5. n. 80. Itē Cur. 3, n. 19.
 Luc. 15. n. 20. Surgens venit. Cur. 3. nu. 189.
 Luc. 16. n. 24. Mitte Lazarum, ut intingat extremū digiti sui in aqua, &c. Cur. 5. n. 300.
 Luc. 16. n. 27. Ut mittas cum in domū patris mei, habeo enim quinque fratres, &c. Cur. 4. n. 71.
 Luc. 19. nu. 5. Cum venisset ad locum, suspiciens IESVS vidit illum. Cur. 2. nu. 70.
 Luc. 19. n. 6. Zachæ festinans descendit, quia hodie, &c. Cur. 2. n. 34.
 Luc. 19. num. 7. Festinans descendit, & excepit illum gaudens. Cur. 2. nu. 34.
 Luc. 20. nu. 4. Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus. Cur. 4. n. 178.
 Luc. 22. nu. 48. Iuda osculo filium hominis tradis. Cur. 2. n. 244.
 Luc. 22. nu. 62. Egressus foras flevit amarè. Cur. 6. nu. 210.
 Luc. 23. n. 8. Herodes viso IESV gavisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore, &c. Cur. 6. nu. 293.
 Luc. 23. nu. 42. Memento mei dum veneris in regnum tuum. Cur. 1. nu. 133.
 Luc. 24. n. 16. Tenebantur oculi eorū, ne eum agnoscerent. Cur. 5. n. 12.
 Luc. 24. n. 36. Cognouerunt eum in

fractione panis. Cur. 5. n. 12.

Euangelium secundum Ioannem.

Ioan. 1. n. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Cur. 4. n. 157. & 262. & 246.
 Ioan. 1. n. 6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, Cur. 1. n. 90. Item Cur. 2. nu. 40. & n. 214. & 223. & 262, Item Cur. 4. num. 262. & 276.
 Ioan. 1. n. 6. Non erat ille lux. Cur. 2. nu. 196.
 Ioan. 1. n. 6. & 7. Hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine. Cur. 4. num. 75. & 230. & 245. & 256
 Ioan. 1. nu. 6. Fuit homo missus à Deo, ut testimonium perhiberet de lumine Cur. 5. nu. 31. & 48. & 56.
 Ioan. 1. nu. 6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Cur. 5. n. 70. & 146. Item Cur. 6. nu. 92. & 288.
 Ioan. 1. nu. 7. Ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Cur. 4. nu. 233. Itē Cur. 5. n. 18. Item Cur. 2. nu. 151. Item Cur. 4. n. 48.
 Ioan. 1. nu. 8. Non erat ille lux, sed, ut testimonium perhiberet de lumine. Cur. 6. num. 103. Item Cur. 5. nu. 33. & 43. & 48. & 42. Item Cur. 1. nu. 197. Item Cur. 4. nu. 276. & 230. & 263. Item Cur. 5. nu. 43. & 48.
 Ioan. 1. nu. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Curru. 5. nu. 42.
 Ioan. 1. nu. 12. Dedit eis potestatem filios Dei fieri Cur. 6. n. 80.
 Ioan. 1. n. 14. Verbum caro factum est. Cur. 4. n. 246. Item Cur. 5. n. 133.

Ioan.

Ioan. 1. nu. 14. Plenum gratia, & veritatis. Cur. 5. n. 133.
 Ioan. 1. nu. 15. Ioannes testimonium perhibet de ipso. Cur. 4. num. 23. & 246.
 Ioan. 1. nu. 15. Qui post me venit, ante me factus est. Cur. 2. n. 119.
 Ioan. 1. nu. 15. Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, &c. Cur. 2. n. 142.
 Ioan. 1. nu. 16. Et de plenitudine eius omnes accepimus. Cur. 5. n. 133.
 Ioan. 1. nu. 18. Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Cur. 4. nu. 247.
 Ioan. 1. num. 19. Et hoc est testimonium Ioannis quando miserunt Iudei, &c. Cur. 4. n. 75. & n. 206. & 230.
 Ioan. 1. n. 19. Tu quis es? Cur. 4. n. 61.
 Ioan. 1. num. 20. Tu quis es? quid dicis de te ipso. Cur. 4. n. 248.
 Ioan. 1. nu. 20. Et confessus est, & non negavit, & confessus est; quia non sum ego Christus. Cur. 4. nu. 95. & 51. Item Cur. 5. num. 6.
 Ioan. 1. nu. 21. Elias es tu? & dixit non sum. Propheta es tu? & respondit, Non. Cur. 4. num. 93. & 109. Item Cur. 6. n. 139.
 Ioan. 1. num. 21. Non sum ego Christus. Cur. 6. num. 105.
 Ioan. 1. num. 22. Quis es, quid dicis de te ipso? Ait: ego vox clamantis in deserto. Cur. 6. nu. 139.
 Ioan. 1. nu. 23. Ego sum vox. Cur. n. 127. & 137.
 Ioan. 1. num. 23. Ego vox clamantis in deserto. Cur. 5. n. 152. Item Cur. 6. n. 270.
 Ioan. 1. n. 25. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, &c. Cur. 4. n. 177.
 Ioan. 1. num. 26. Ego baptizo vos in aqua. Cur. 3. n. 127.

Ioan. 1. n. 27. Ipse est, qui post me venturus est. Cur. 4. n. 241.
 Ioan. 1. n. 27. Cuius ego non sum discipulus, ut solvam eius corrigiam calceamenti; Cur. 4. n. 203.
 Ioan. 1. n. 28. Hec in Bethania facta sunt trans Iordanem, &c. Cur. 4. nu. 222 & 269.
 Ioan. 1. nu. 29. Altera die vidit Ioannes IESVM venientem ad se, & ait, Ecce Agnus Dei. Cur. 4. num. 230. & 260. Item Cur. 5. n. 71.
 Ioan. 1. num. 29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cur. 2. n. 7, & n. 270. Item Cur. 3. nu. 178. ite Cur. 4. n. 222. & 241. & 242. item Cur. 5. n. 26. & 47. & 120. item Cur. 6. n. 46.
 Ioan. 1. nu. 30. Post me venit vir, qui ante me factus est. Cur. 2. n. 196.
 Ioan. 1. num. 30. Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, &c. Cur. 4. n. 264.
 Ioan. 1. nu. 31. Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Cur. 4. n. 224.
 Ioan. 1. n. 31. & 33. Et ego nesciebam eum. Cur. 4. n. 227.
 Ioan. 1. num. 32. Vidi spiritum descendentem de celo, & mansit super eum. Cur. 4. nu. 41.
 Ioan. 1. num. 32. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens. Cur. 4. num. 230.
 Ioan. 1. nu. 33. Qui misit me baptizare, illis mihi dixit, &c. Cur. 3. num. 127.
 Ioan. 1. num. 33. Hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Cur. 4. nu. 241.
 Ioan. 1. n. 33. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit, etc. Cur. 4. n. 261.
 Ioan. 1. num. 33. Super quem videris

spiritum

spiritum descendentem, ipse est. Cur. 4. n. 262.
 Ioan. 1. n. 34. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est, &c. Cur. 4. n. 230. & 241. ite Cur. 6. n. 46.
 Ioan. 1. n. 35. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, &c. Cur. 4. n. 230. item Cur. 5. n. 71. item Cur. 1. n. 286.
 Ioan. 1. n. 37. Audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt IESVM. Cur. 1. n. 277.
 Ioan. 1. n. 38. Converterunt autem IESVS, & videns eos sequentes se. Cur. 1. n. 286. & 279.
 Ioan. 1. n. 39. Venite, & videte. Cur. 3. n. 95.
 Ioan. 1. n. 40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus. Cur. 1. n. 278. & 281.
 Ioan. 1. n. 42. Intuitus eum IESVS, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas. Cur. 2. n. 71.
 Ioan. 1. n. 51. Ascendentes, & descendentes supra filium hominis. Cur. 3. n. 106.
 Ioan. 2. n. 17. Recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tue, &c. Cur. 1. n. 271.
 Ioan. 2. nu. 19. Ostende nobis signum, quare hoc facis. Cur. 5. nu. 77.
 Ioan. 3. n. 2. Nemo potest hec signa facere, qua tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Cur. 5. n. 77.
 Ioan. 3. n. 2. Scimus, quia a Deo venisti magister. Cur. 6. n. 25.
 Ioan. 3. n. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. Cur. 3. n. 128.
 Ioan. 3. nu. 14. Oportet exaltari filium hominis. Cur. 2. n. 193.
 Ioan. 3. nu. 23. Baptizabat in Ænon propè Salim. Cur. 3. n. 125.
 Ioan. 3. n. 26. Rabbi, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, &

omnes veniunt ad eum. Cur. 4. nu. 230. & 249.
 Ioan. 3. n. 27. Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo. Cur. 4. n. 203.
 Ioan. 3. num. 28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quia dixerim, non sum ego Christus. Cur. 4. n. 264.
 Ioan. 3. n. 29. Amicus sponsi, qui stat, & audit eum. Cur. 2. n. 38.
 Ioan. 3. n. 29. Amicus sponsi, qui stat, & audit eum. Cur. 2. n. 76.
 Ioan. 3. nu. 29. Amicus sponsi gaudio gaudet, propter vocem sponsi, Cur. 5. n. 118.
 Ioan. 3. nu. 30. Illud oportet crescere, me autem minui. Cur. 2. n. 194. & 193. ite Cur. 4. n. 203, ite Cur. 5. n. 123.
 Ioan. 3. n. 31. Qui de terra est, de terra loquitur. Cur. 4. n. 203.
 Ioan. 4. n. 1. Ut cognovit Iesus, quia audierunt Pharisæi, &c. Cur. 4. n. 20. item Cur. 5. n. 112.
 Ioan. 5. n. 54. Ego autem non ab homine testimonium accipio. Cur. 4. nu. 245.
 Ioan. 5. n. 35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Cur. 2. n. 252. ite Cur. 3. n. 9. item Cur. 4. n. 151. ite Cur. 5. n. 5. & 25. & 42. & 62.
 Ioan. 5. n. 37. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me. Cur. 4. n. 256.
 Ioan. 6. num. 27. Hunc Pater signavit Deus. Cur. 5. n. 77.
 Ioan. 8. num. 12. Ego sum lux mundi. Cur. 1. n. 197.
 Ioan. 8. n. 13. Testimonium perhibes de te ipso, &c. Cur. 4. n. 247.
 Ioan. 8. n. 40. Queritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum. Cur. 6. n. 263.
 Ioan. 8. n. 56. Exultavitq; Abraham, ut videret, &c. Cur. 2. n. 27.

Ioan.

Ioan. 10. n. 27. Oves mea vocem meam
audiunt. Cur. 2. n. 59.
Ioan. 10. num. 33. In facis te ipsum
Deum. Cur. 4. n. 61.
Ioan. 10. n. 40. Et abiit trans Iordanem
in eum locum, &c. Cur. 5. n. 72.
Ioan. 10. n. 40. Et mansit illic, & mul-
ti venerunt ad eum. Cur. 6. n. 273
Ioan. 10. n. 41. Ioannes quidem nullam
signum fecit. Cur. 2. n. 237.
Ioan. 11. nu. 34. Vbi posuistis eum Cur.
6. n. 15.
Ioan. 11. nu. 41. Pater gratias ago tibi,
quoniam audisti me. Cur. 4. n. 220.
Ioan. 11. num. 43. Lazare veni foras.
Cur. 3. n. 117.
Ioan. 13. nu. 6. Domine tu mihi lauas
pedes? Cur. 4. n. 34.
Ioan. 13. nu. 23. Recumbens vnus ex
discipulis eius in sinu Iesus. Cur.
4. n. 116,
Ioan. 13. num. 30. Cum ergo accepis-
set ille buccellam exiuit, &c. Cur. 4.
nu. 218,
Ioan. 15. num. 26. Cum autem vene-
ret Paraclitus, qui à Patre procedit,
&c. Cur. 4. n. 226.
Ioan. 16. n. 22. Videbo vos, & gaude-
bit cor vestrum. Cur. 1. n. 288,
Ioan. 18. nu. 1. Egressus est cum disci-
pulis suis trans torrentem Cedron.
Cur. 4. n. 214.
Ioan. 18. n. 6. Vt ergo dixit eis, ego sum,
abierunt retrorsum, Cur. 4. n. 172.
Ioan. 18. n. 37. Ego ad hoc veni in mū-
dum, ut testimonium perhibeam ve-
ritati, Cur. 4. n. 74.
Ioan. 18. n. 37. Exiit ergo Pilatus ad
eos foras. Cur. 4. n. 74.
Ioan. 18. n. 37. Iterū exiit ad Iudeos
Cur. 4. n. 74.
Ioan. 18. n. 37. Ego in hoc veni, ut testi-
monium perhibeam veritati, Cur.
4. n. 257.

Ioan. 18. n. 38. Nullam inuenio in eo
causam. Cur. 5. n. 110.
Ioan. 19. nu. 26. Dicit matri suae: Mu-
lier ecce filius tuus, deinde dicit
discipulo: Ecce mater tua. Cur. 2.
n. 137. item Cur. 5. n. 178.
Ioan. 20. n. 26. Et post dies octo, venit Ie-
sus ianuis clausis, & tetit in medio.
Cur. 1. n. 181.
Ioan. 21. n. 7. Dominus est. Cur. 5. n. 11.
Ioan. 21. n. 17. Pasce oves meas. Cur
5. n. 116,
Ioan. 21. n. 20. Conuersus Petrus vi-
dit illum discipulum, quem dilige-
bat Iesus. Cur. 1. n. 265.
Ioan. 21. n. 20. Qui & recubuit in ca-
na super pedes eius, Cur. 1. n. 216,
item Cur. 5. n. 180.
Ioan. 21. n. 22. Si eum volo manere,
donec veniam, quid ad te. Cur. 6,
num. 231.
Ioan. 21. num. 25. Sunt autem, & alia
multa, quae fecit Iesus, quae si scribe-
rentur, &c. Cur. 6. n. 31.

Acta Apostolorum.

Act. 1. nu. 2. Capit facere, & docere.
Cur. 3. n. 95,
Act. 1. n. 14. Erant omnes unanimi-
ter in oratione, Cur. 3. n. 80.
Act. 1. n. 18. Suspensus crepuit medius
Cur. 3. n. 40.
Act. 2. n. 4. Repleti sunt omnes Spiri-
tu Sancto, Cur. 1. n. 238.
Act. 3. nu. 6. In nomine Iesu Christi
surge, & ambula. Cur. 2. n. 235.
& 106.
Act. 3. n. 7. Protinus consolidatae sunt
bases eius, &c. Cur. 2. n. 239.
Act. 3. n. 17. Scio, quia per ignorantiam
fecistis, Cur. 3. n. 168.
Act. 4. n. 16. Quid faciemus hominibus
iuris, quoniam, &c. Cur. 6. n. 173.
Act. 5. n. 41. Ibant gaudentes à conspe-

ctu concilij, &c. Cur. 5. n. 289
Act. 6. n. 15. Nam viderunt faciem eius,
quasi faciem Angeli. Cur. 4. n. 266
Act. 7. n. 15. Et translati sunt in Si-
chem, & positi sunt in sepulchro,
quod emit Abraham, &c. Cur. 2. n.
20.
Act. 7. n. 51. Spiritui Sancto vos sem-
per resistitis, &c. Cur. 1. n. 68.
Act. 7. n. 55. Stephanus plenus Spi-
ritu Sancto, &c. Cur. 1. n. 238.
Act. 8. n. 36. Ecce aqua, quis probi-
bet me, &c. Cur. 3. n. 127.
Act. 10. n. 45. Et obstupuerunt ex cir-
cumcisione fideles, quod & in natio-
nes, &c. Cur. 1. n. 181.
Act. 12. n. 6. In ipsa nocte erat Pe-
trus dormiens inter duos milites,
&c. Cur. 5. n. 7.
Act. 12. n. 21. Herodes vestitus veste
regia sedit pro tribunali, &c. Cur.
6. n. 55.
Act. 13. n. 10. Fili diaboli inimice om-
nis iustitiae, &c. Cur. 1. n. 56.
Act. 13. n. 25. Quem me arbitramini,
non sum ego. Cur. 4. n. 264.
Act. 13. n. 25. Ecce venit post me, cu-
ius non sum dignus calceamenta,
&c. Cur. 4. n. 265.
Act. 16. n. 18. Praecipio tibi in nomine
Iesu exire ab ea. Cur. 3. n. 31.
Act. 16. n. 30. Quid me oportet facere,
ut saluus sim. Cur. 6. n. 18.
Act. 24. n. 25. Disputante autem illa
de iustitia, & castitate, &c. Cur. 6.
n. 173.
Act. 28. n. 3. 4. & 5. Conuertentes se
dicebant, eum esse Deum. Cur. 4. n. 23.
Epistola ad Romanos.
Ad Rom. 1. n. 1. Paulus seruus Iesu
Christi, vocatus Apostolus. Cur. 1.
n. 51.
Ad Rom. 1. n. 1. Paulus seruus Iesu

Christi. Cur. 2. n. 211.
Ad Rom. 1. n. 8. Fides vestra annuntia-
tur in vniuerso mundo. Cur. 4. n. 170.
Ad Rom. 1. n. 20. Inuisibilia enim in-
suis per ea, quae facta sunt, intell. & n.
conspiciuntur. Cur. 1. n. 288.
Ad Rom. 1. n. 23. Et mutauerunt glo-
riam incorruptibilis Dei in simili-
tudinem imaginis corruptibilis ho-
minis. Cur. 5. n. 327.
Ad Rom. 4. n. 19. Non infirmatus est
in fide, nec considerauit, &c. Cur.
n. 64.
Ad Rom. 6. n. 2. Non ergo regnet pec-
catum in vestro mortali corpore.
Cur. 5. n. 203.
Ad Rom. 10. n. 14. Quis autem modo
audient sine predicante? Cur. 6. n.
271.
Ad Rom. 10. n. 15. Quam speciosi pe-
des euangelizantium pacem. Cur.
3. n. 109.
Ad Rom. 15. n. 29. Scio, quoniam ve-
niens ad vos in abundantia bene-
dictionis Christi veniam. Cur. 5.
n. 312.
Ad Rom. 15. n. 30. Obsecro vos fratres,
ut adiungetis me in orationibus ve-
stris. Cur. 3. n. 77.

Ad Corinthios.

1. ad Corinth. 2. n. 8. Si cognouissent,
numquam gloria Dominum cruci-
fixissent. Cur. 3. n. 167.
1. ad Corinth. 3. n. 9. Dei adiutores
sumus. Cur. 6. n. 86.
1. ad Corinth. 4. n. 15. Per Euange-
lium ego vos genui. Cur. 6. n. 16.
1. ad Corinth. 4. n. 15. Per Euangelium
ego vos genui. Cur. 6. n. 27.
1. ad Corinth. 9. n. 27. Castigo corpus
meum, &c. Cur. 3. n. 37.
1. ad Corinth. 11. n. 5. Omnis mulier orā,

ant prophetas non velito capite deturpat caput suum. Cur. 5. n. 277.

1. ad Corinth. 13. n. 4. Charitas benigna est. Cur. 1. n. 137.

1. ad Corinth. 15. n. 8. Nouissimè omnium tanquam abruptio visus est, & mihi. Cur. 4. n. 126.

1. ad Corinth. 15. n. 9. Non sum dignus vocari Apostolus. Cur. 4. n. 185.

1. ad Corinth. 15. n. 55. Vbi es mors victoria tua? Vbi est, &c. Cur. 6. n. 261.

2. ad Corinth. 3. n. 9. Multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Cur. 1. n. 56.

2. ad Corinth. 5. n. 20. Pro Christo legatione fungimur, &c. Cur. 1. n. 253.

2. Corinth. 6. n. 7. Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris per gloriam, &c. Cur. 6. n. 45.

2. Corinth. 11. n. 14. Transfiguratur se in Angelum lucis. Cur. 1. n. 120.

2. Corinth. 12. n. 2. Scio hominè raptū usq; ad tertium cælum, &c. Cur. 1. n. 212.

2. Corinth. 12. n. 2. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum. Cur. 4. n. 126.

2. Corinth. 12. n. 7. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satana, &c. Cur. 6. n. 8.

Ad Galatas.

Ad Galat. 1. n. 8. Licet nos, aut Angelus de celo euangelizauerit vobis, præterquam euangelizauerimus vobis, anathema sit. Cur. 6. n. 101.

Ad Galat. 1. n. 15. Tum placuit ei, qui me segregauit ab utero matris meæ Cur. 2. n. 182.

Ad Galat. 4. n. 3. Cū essemus paruuli sub elemētis mūdi eramus. Cur. 1. n. 192.

Ad Galat. 4. n. 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suū. Cur. 2. n. 182.

Ad Galat. 5. n. 9. Modicū fermentū totā massam corrumpit, Cur. 5. n. 325.

Ad Galat. 5. n. 17. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, &c. Cur. 1. n. 248.

Ad Galat. 6. n. 17. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo. Cur. 5. n. 310.

Ad Ephesios.

Ephes. 1. n. 10. Secundum beneplacitū eius, quod proposuit, &c. Cur. 2. n. 182.

Ephes. 2. n. 20. Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Cur. 6. n. 145.

Ephes. 3. n. 14. Cuius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini mei. Cur. 2. n. 61.

Ephes. 4. n. 1. Obsecro vos ego vincētus in Domino. Cur. 5. n. 313.

Ephes. 4. n. 9. Quod autē ascendit, quid est, nisi quia, & descendit. &c. Cur. 6. n. 138.

Ephes. 4. n. 10. Ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia. Cur. 2. n. 184.

Ephes. 4. n. 10. Qui descendit, ipse est, qui ascendit, &c. Cur. 4. n. 201. Itē Cur. 6. n. 250.

Ephes. 4. n. 13. Donec occurramus in veritatem fidei, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cur. 1. n. 215.

Ephes. 4. n. 24. Induite novū hominē, qui secundum Deū, &c. Cur. 1. n. 56.

Ephes. 5. n. 9. Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Cur. 1. n. 56.

Ephes. 6. n. 2. Honora patrem tuum, & matrem tuā, ut sis lōgānus super terram. Cur. 2. n. 134.

Ad Philippenses.

Ad Philipp. 2. n. 8. Humiliauit semetipsū, factus obediens, propter quod. &c. Cur. 4. n. 22.

Ad Philip. 2. n. 9. Exaltauit illum, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen. Cur. 6. n. 140.

Ad Philip. 2. n. 10. Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, etc. Cur. 6. n. 138.

Ad Philip. 4. n. 1. Fratres mei charissimi, gaudium meum, & corona mea Cur. 6. n. 4.

Ad Collocenses.

Ad Collocenses 3. n. 14. Super omnia charitatē habete, quod est vinculū perfectionis, &c. Cur. 4. n. 219.

Ad Thessalonienfes.

1. ad Thessal. 1. n. 8. A vobis diffamatus est sermo Domini, &c. Cur. 4. n. 171.

1. ad Thessal. 2. n. 5. Neq; enim aliquā do sumus in sermone adulationis. Cur. 5. n. 27.

1. ad Thessal. 2. n. 19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos? Cur. 6. n. 4.

2. ad Thessal. 3. n. 14. Si quis non obediens verbo nostro, hunc notate. Cur. 2. n. 59.

Ad Timotheum.

1. ad Timoth. 2. n. 1. Obsecro orationes fieri pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut tranquillā vitā agamus cum omni pietate. Cur. 5. n. 199.

1. ad Timoth. 2. n. 5. Vnus mediator Dei, & hominū Iesus. Cur. 6. n. 147.

1. ad Timoth. 3. n. 3. Opus est Episcopū irreprehensibilem esse, non vinolentum. Cur. 1. n. 226.

1. ad Timoth. 5. n. 23. Modico vino vtere propter stomachū tuū, & frequētes tuas infirmitates. Cur. 1. n. 227.

1. ad Timoth. 6. n. 8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti

sumus. Cur. 6. n. 160.

2. ad Timoth. 1. n. 3. Gratias ago Deo meo, cui seruo à progenitoribus meis. Cur. 1. n. 65.

2. ad Timoth. 1. n. 5. Recordationē accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, &c. Cur. 1. n. 66.

2. ad Timoth. 2. n. 9. Verbum Domini, non est alligatum. Cur. 5. n. 318.

2. ad Timoth. 4. n. 4. Prurientes auribus à veritate auditum auerent, ad fabulas autē conuertentur. Cur. 3. n. 29. & n. 165.

2. ad Timoth. 4. n. 8. Reposita est mihi corona iustitiæ. Cur. 1. n. 56.

Ad Titum.

Ad Titum 2. n. 1. Tu autē loquere, quæ de cetera sanam doctrinam. Cur. 3. n. 94.

Ad Titum 3. n. 1. Admone illos, dicto obedire. Cur. 2. n. 59.

Ad Philemonem.

Ad Philem. n. 9. Paulus senex, nūc autem, & vincētus Iesu Christi, &c. Cur. 5. n. 313. & 317.

Ad Hebræos.

Ad Hebræos 1. n. 6. Et cū iterum intro ducit primo genitum in orbem terra. &c. Cur. 9. n. 92.

Ad Hebræos 1. n. 14. Omnes sunt admistratoriū spiritus, &c. Cur. 1. n. 109. Item Cur. 6. n. 85.

Ad Hebræos 2. n. 1. Oportet nos seruire ea, quæ audimus, ne forte peressuamus. Cur. 6. n. 299.

Ad Hebræos 2. n. 2. Qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus. Cur. 6. n. 269.

Ad Hebræos 17. n. 7. Quod minus est à meliore benedicatur. Cur. 4. n. 17.

Ad Hebræos 11. n. 4. Fide plurimā habitam Abel obtulit. Cur. 6. n. 272.

Ad Hebræos 11. n. 4. Abel per illā defunctus adhuc loquitur. Cur. 6. n. 272.
Ad Hebræos 11. n. 37. Lapidati sunt, seclī sunt, tentati sunt. Cur. 6. n. 245.
Ad Hebræos 12. n. 29. Deus noster ignis consumens est. Cur. 5. n. 3.

Epistola Iacobi.

Iacobi 2. n. 23. Et reputatum est illi ad iustitiam. Cur. 1. n. 56.
Iacobi 3. n. 18. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur. Cur. 1. n. 56.

Epistola Petri.

1. Petri 2. n. 17. Deū timete, regē honorificate. Cur. 5. n. 226. & 231.
1. Petri 2. n. 24. Vt peccatis mortui, in fide viuamus. Cur. 1. n. 56.

Epistola Ioannis.

1. Ioan. 1. n. 1. Quod vidimus, quod oculis nostris perspeximus, Cur. 4. n. 247.
1. Ioan. 1. n. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Cur. 5. n. 97.
1. Ioan. 2. n. 6. Qui dicit, se in ipso manere, debet sicut, ipse ambulauit, & ipse ambulare. Cur. 1. n. 74. & n. 3.
1. Ioan. 4. n. 8. Qui non diligit, nō nouit Deum. Cur. 5. n. 11.
1. Ioan. 5. n. 7. Tres enim sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus S. Cur. 4. n. 241.

Apocalypsis.

Apoc. 1. n. 13. Et in medio septem canalabratorum aureorum similem filio hominis. Cur. 5. n. 241.
Apoc. 1. n. 17. Ego primus, & nouissimus. Cur. 5. n. 142.
Apoc. 2. n. 1. & 5. Angelo Ephesi Ecclesie scribe; memor esto, &c. Cur. 2. n. 193.

Apoc. 2. n. 17. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo ei calculū candidum, &c. Cur. 1. n. 253. Item Cur. 3. n. 190.

Apoc. 3. n. 4. Sed habes pauca nomina in Sardis, &c. Cur. 6. n. 82.

Apoc. 3. n. 12. Qui vicerit, scribam super eum nomen Dei mei, & nomen meum nouum. Cur. 6. n. 80. & 134

Apoc. 3. n. 21. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Cur. 3. n. 44.

Apoc. 4. n. 1. Et est vox prima, quam audiui. Cur. 2. n. 273.

Apoc. 5. n. 8. Viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas. Cur. 4. n. 108.

Apoc. 12. n. 1. Signum magnum apparuit in celo. Cur. 2. n. 122.

Apoc. 13. n. 1. Quis sicut bestia, & quis poterit vincere eam, & adorauerunt eam omnes habitatores terra. Cur. 1. n. 244, & 247.

Apoc. 13. n. 8. Et adorauerunt eam omnes habitatores terra. Cur. 1. n. 250.

Apoc. 13. n. 1. Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, &c. Cur. 5. n. 197.

Apoc. 14. n. 1. Ecce agnus stabat supra montem Sion, &c. Cur. 3. n. 42.

Apoc. 14. n. 1. Habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum, &c. Cur. 1. n. 152. & 202.

Apoc. 14. n. 4. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. Cur. 3. n. 42.

Apoc. 19. n. 17. Et vidi unum Angelum stantem in sole. Cur. 3. n. 103.

Apoc. 20. n. 4. Animas decollatorum propter testimonium Iesu regnare cum Christo. Cur. 6. n. 284.

Apoc. 21. n. 23. Lucerna eius est Agnus. Cur. 2. n. 253.



INDEX

RERVM QVÆ

IN HOC PRIMO VOLVGINE
continentur.

Aaron.



VI erant ex Aaronis familia admiscebantur alijs tribubus. Cur. 1. n. 16. Sacerdotes nō nisi ex Aaronica familia instituebantur. Cur. 1. n. 17. Aaronica familia princeps inter alias. Cur. 1. n. 39. Aaroni, & Moyfi plura Deus elargitur quam ipsi orauerant. Cur. 1. n. 133. & 134. Aaron gestat nomina Patriarcharum, vt eos imitetur. Cur. 1. n. 150. Aarō in persecutione à Deo patrocinium habet. Cur. 3. n. 17.

Abel.

IN Abele iustitiæ principatū Deus imposuit. Cur. 6. n. 144.

Abraham,

AD dita nomini Abraham litera ex Dei nomine, quid significet. Cur. 1. n. 37. Ea sola litera magnam virtutē addidit Abraham nomini. Cur. 1. n. 154. Abraham habitauit in Hebron. Cur. 2. n. 5. Abraham risus nō erat ex diffidentia n. 65. eiusdem Cur. Studijs pietatis omnem vitam impleuit. Cur. 2. n. 182. Tunc natus est, cum ignem euasit Chaldaicum. Cur. 2. n. 202. Ad solitudinem propēdebat. Cur. 3. n. 9. Abraham Regibus ter-

ror erat. Cur. 6. n. 174. Abraham propriam laudem, & ostentationem fugit. Cur. 4. n. 115.

Adulatio Adulator.

VEL icantur adultores. Cur. 5. n. 248. Ioannis exemplum imitandum. Cur. 5. n. 248. Maluit capite truncari, quam adulari. Cur. 5. n. 249. Adulationes execrentur concionatores. Cur. 6. n. 155.

Adamus.

ADAMI caluariam Noe legauit filio nato maiori. Cur. 2. n. 11. In Hebron, vel Hierosolymis insepultus, & vtriusque opinionis concordia. Cur. 2. n. 8. 9. 10. Adami laus maxima, Dei manibus efformari. Cur. 2. n. 281. Quare ficulneis folijs contegitur. Cur. 3. n. 159. Adami mala aquis Iordanis obruantur Christo baptizato. Cur. 4. n. 9. Adami ruina ex honorum desiderio. Cur. 4. n. 58. Vltimū in rerum creatione, ne superbus euadat. Cur. 4. n. 121. Adam ascendendo descendit. Cur. 4. n. 202. Adamum spe diuinitatis diabolus elusit. Cur. 6. n. 43. Eum Deus condidit in statu gratiæ. Cur. 6. n. 87. Eum Deus post res ceteras creauit, ne se Dei adiutorem iactaret. Cur. 6. n. 88. Ad filijs maior venit Ioannes. Cur. 3. n. 58. Adami gloria ex Dei manu effor-

mante. Cur. 2. n. 281. In Adamo duplex visus, altero bene, altero pernersè videt. Cur. 3. n. 166.

Adulteri, adulterium.

D Auid incautè irrepsit in adulterium. Cur. 3. n. 51. Adulteram Ioannes non alloquebatur. Cur. 5. nu. 220. Adulterium magnum est peccatum. Cur. 5. nu. 215. Dicitur delictum maximum. Cur. 5. nu. 216. Quare dicitur magnū peccatum. Cur. 3 n. 219. Adulteros ne videat clausis oculis apparet Ioannes. Cur. 6. nu. 239. Redit ad mensam, ut qui adulterum arguerat, argueret homicidam. Cur. 6. n. 242.

Adolescens, iuuenis.

A Dolensens sibi caueat a vino. Cur. 1. n. 218. Vide verbo. Iuuenes.

Ætas. Anni.

Æ Tatis primæ feruore fugantur demones. Cur. 3. nu. 20. Nō omnis ætas idonea docendo. Cur. 3. n. 98. Id Christus exemplo probauit. Cur. 3. n. 99. Ætas annorum 30. habilis concionandi muneri. Cur. 3. nu. 102. Anni ætatis Ioatham bis numerantur. Cur. 2. nu. 188. Saræ dies omnes numerantur. Cur. 2. nu. 189. Vide verbo peccatum.

Ægyptus.

Æ Gypti incantatores se mutuo consolantur. Cur. 2. nu. 284. Cur dicunt, digitus, non manus Dei est hic. Cur. 2. n. 280.

Affectus.

A ffectus a terrenis auocandus. Cur. 3. n. 87.

Agnus.

A gnum Ioannes ostendit digito loquente. Cur. 4. n. 235.

Agar.

I lli cur Angelus apparet. Cur. 1. nu. 86.

Alexander Magnus

G Lorix cupidus. Cur. 4. nu. 124. Dolore contabuit, plures orbes esse audiens. Cur. 4. n. 125. Ad victorias velocissimè currebat. Cur. 4. n. 126. Corā Alexandro Orphei simulachrū sudat, & cur. Cur. 6. n. 37. Mundi victorem vincit vestis pulchritudo. Cur. 6. n. 55. Alexandri Magni exemplum. Cur. 6. n. 241.

Ambitio.

N ouissimè Diabolus obtulit ambitionem Christo, ut telum validissimum. Cur. 4. n. 84.

Amor Dei.

M odus diligendi Deū qualis esse debeat. Cur. 2. n. 260. Ioannes ad Dei amorem totus natus est. Cur. 4. nu. 282.

Amor amans, amici.

Q uod per amicos possumus, per nos ipsos possumus. Cur. 2. nu. 240. Amoris arcus ex ligno crucis, chorda huius arcus ex corpore Christi eodem Cur. 2. n. 257. Amor acuit visum. Cur. 5. n. 12. Amore Christi accendebatur Baptista, ut lucerna. Eodē. Cur. 5. n. 29. Amoris, & honoris vicissitudo pariter utrimquē grata eodem. Cur. 5. n. 122. Qui Christum amat, mauult esse in carcere, quam in cælo. Eodem Cur. 5. nu. 314. Amici familiarissimi sunt Regibus, qui coram semper esse iubentur. Cur. 6. nu. 81. Amicis quando Christus fauet, tunc imperator habetur. Cur. 2. num. 28. Amicus verus portus tutissimus eodē. Cur. 2. nu. 38. Amicus verus viuis thesaurus eodem Cur. 2. n. 39. Amicus verus charus, ut oculus eodē. Cur. 2. n. 40. Modus amādi Deum qualis esse debeat. Cur. 2. n. 260. Ioannes ad Dei amorem totus natus est. Cur. 4. n. 282. Amoris diuini arcus ex ligno crucis constat. Cur. 2. n. 257. Chorda arcus amoris diuini ex Christi corpore constat. Cur. 2. n. 257.

Anibal.

M Vtvia in occurſu Anibalis, & Scipionis admiratio. Cur. 2. n. 148. Vterquē infecta pace discedit. Eodem Cur. 2. n. 151.

Animalia.

I N animalibus mysterium vngulæ diuise. Cur. 6. n. 48. Quid in eis significet ruminatio, quid vngularum scissio. Cur. 1. n. 74.

Animarum zelus.

A ngelorum est, animis consulere. Cur. 1. n. 110. Qui zelo ardet animarum, Christum imitatur. Eodem Cur. 1. n. 252. Animas reuocare ad Deum propriū munus filij Dei. Cur. 1. n. 255. Ad animarum conuersionem se Ioannes exercet. Cur. 2. n. 152. Refutatur error astruens, animas in celo creatas ante vnionem cum corpore. Cur. 6. n. 73. Animas ad Deum reducere angelicum est: imo ipsius Dei ministerium. Eodem Cur. 6. nu. 86. Periculum superbiæ est in munere adeo excellenti. Eodem Cur. 6. num. 86. Ut pauculas animas conuerteret, multa Christus edidit miracula. Eodem Cur. 6. nu. 91. Quam appositè animas Ioannes præparabat. Eodem Cur. 6. n. 91. Animarum conuersio Christi gaudium. Cur. 2. nu. 257. Animarum conuersio Christi cibis Ibidem. Animarum conuersio Christi præda. Cur. 2 n. 257.

Angelus.

Z acharias Angelum Dei esse cognouit eū, qui illi apparuit. Cur. 1. n. 101. Cur Angelus primum tabernaculum pro oraculo elegit. Eodem Cur. 1. n. 105. Viso Angelo cur Zacharias extimescit. Cur. 1. nu. 106. Angelos manifestat beneficentia. Cur. 1. n. 107. Angelorum munus est prædicare. Cur. 1, nu. 109. Angelorū est animarum vtilitati prospicere. Eodem Cur. 1, n. 110. Angeli nobis sunt præsidio. Cur. 1. n. 111.

Angeli Patres dicuntur quoties cibos suppeditant. Cur. 1, n. 112. Angeli dicuntur oculi, quod nobis inuigilent. Eodem Cur. 1 n. 113. Angeli à dextris prosperitatem indicant. Eodem Cur. 1. n. 117. Angeli boni vultum diabolus induit. Cur. 1. nu. 123. Angelica puritas in Ioanne. Cur. 1. n. 202. Angeli testimonio Christus, ac Ioannes annuntiantur. Cur. 1. n. 295. Nullus nisi Angelus Ioannis laudes auderet euulgare. Eodem Cur. 1. n. 295. Angelos etiam stupor tenet. Cur. 1. num. 305. In scala Iacob, vel ascendunt, vel descendunt. Cur. 1, n. 78. Angelos Zacharias intueri assueuerat. Cur. 1, n. 84. Angelus, qui Mariam salutauerat, Zachariam inuit. Cur. 1. n. 85. Agar Angelus quare apparuit. Cur. 1 n. 86. Angelus cur Elisabeth mentionem fecerit. Eodem Cur. 1. nu. 95. Angelum humana specie Zacharias videt. Cur. 1. n. 99. Cur in templo apparet. Cur. 1. nu. 98. Angelum Dei dicimus siue bonum, siue malum. Cur. 1. n. 100. Angeli in scala Iacob non cessant, vel ascendunt, vel descendunt. Cur. 3, n. 3. Baptistam Angeli curant in deserto. Eodē Cur. 3, n. 13. Magi postquam Christū viderunt, ab angelo, & non ab stella diriguntur. Cur. 3, n. 14. Ut optimi concionatores agunt. Eodem Cur. 3. n. 107. Ut Baptistam viderent angeli in terras deuolabant. Cur. 5, n. 89. Angelorum in Ioannem beneficentia. Cur. 5. n. 145. Angeli obedientibus ad sunt. Cur. 4. n. 273. Angelus perfectissima Dei imago. Cur. 6. nu. 84. Angeli Christum natum venerantur, Ioannes antequam nascatur, cum adorat. Eodem Cur. 6. n. 92. Angelos Ioannes stupore commouit. Cur. 6, n. 96. Angelorum aciem Ioannes multa luce exuperat. Cur. 6. n. 96. Ioannes ab Angelo Angelus nominatur. Eodē Cur. 6. n. 97. Minimus inter Angelos, quam pulcher sit, & excellens. Cur. 6. nu. 99. Quod angelus os claudit, Ioannes aperit. Cur. 6, n. 101. An-

Index

gelus Iosue dicitur ob magnitudinem virtutis. Eodem Cur. 6. n. 101. Supra angelos erat Apostoli autoritas. Cur. 6. nu. 102.

Anni dies.

V Ide verbo. Aetas.

Antiquior iunior.

I Oannes prior Euangelium disseminat, ideoque maior. Cur. 6. n. 130. Iacobus dicitur maior, quia prius vocatus ad discipulatum. Eodem Cur. 6. n. 131. Ioannes maior Christo, quia prius prædicat, & baptizat. Cur. 6. nu. 131. Iuniores antiquioribus præferri, durum est. Cur. 6. n. 132.

Apostoli.

A Postolus Paulus verbo, & exemplo cæli viam aperuit. Cur. 1. n. 213. Ab Apostolorum numero exturbatur peritus Scriba. Cur. 4. num. 83. Apostoli magna iactantur tempestate, vt sibi diffidant. Eodem Cur. 4. num. 100. Eos ante passionem, & verbis Christus exercuit, & miraculis. Cur. 4. n. 253. Apostoli quare habebant potestatem edendi miracula. Cur. 5. nu. 92. Apostolos Diabolus per matrem superare nititur. Cur. 5. nu. 276. Apostoli autoritas supra angelos. Cur. 6. n. 102. Apostolorum silentium Iohannes. Eodem Cur. 6. n. 145. Apostoli Iudæorum consultationes in angustias redigunt. Eodem Cur. 6. n. 174.

Arca fæderis.

R euerenter excepta dicitur Obediendum. Cur. 2. n. 162. Et temperaliter, & spiritualiter etiam dicitur. Cur. 2. n. 164. Celeriter felicitas, indeque à Deo esse cognoscitur ea fælicitas. Cur. 2. n. 107.

Autoritas.

A Vthoritas quanta fuerit in Iacobus Orrhohita. Cur. 2. num. 12. Attollitur autoritas Ioannis ex D. Pe-

tri exemplo. Cur. 4. n. 14. Quanta autoritas Iospph ab Arimathia apud Pilatum. Eodem Cur. 4. n. um. 54. Autoritas multa in Ioanne. Cur. 4. n. 73. Eliæ autoritas quanta. Eodem Cur. 4. n. 266.

Aqua.

A Qua nascimur. Cur. 4. nu. 210. Aquæ dignitas ex antiquitate. Eodem Cur. 4. n. 212. Aqua primum animas protulit. Cur. 4. nu. 213. Ab Spiritu Sancto Sanctificata. Cur. 4. nu. 214. In aquarum torrente Christus traditur, & cur. Eodẽ Cur. 4. nu. 215.

Athleta.

E Orum, vt alios euincant, artificium. Cur. 4. n. 90.

Aues.

E X eadem aqua cum piscibus natæ non easdem cum illis fortuntur propensiones. Cur. 3. n. 59.

Aureola, aurea corona.

D Vplex cælo corona. Cur. 6. nu. 278. Aureola datur Doctoribus, Virginibus, & Martyribus. Cur. 6. n. 278. Est in anima, & transit ad corpus. Cur. 6. n. 278. Coronam triplicem Ioannes meruit. Eodẽ Cur. 6. n. 280. Præcipua corona virginitatis. Cur. 6. n. 282.

Auaritia.

A Varitiæ cupiditas Saulem in errorem induxit. Cur. 3. n. 169.

Aurum.

A Vri similitudines Cantic. 1. quæ? Cur. 5. n. 309.

Babylonij.

C Vt Babylonij Daniele non accusent. Cur. 6. n. 227.

Baptismus, & baptizare.

B Apismus Christi, & Ioannis in quibus conueniunt. Cur. 3. nu. 127. In quibus dissentiunt. Cur. 3. n. 132. Christi baptismus adum-

bratus

Rerum

bratus fuit in Ioannis baptismo. Cur. 3. n. 129. Verisimile est, Christum docuisse Ioannem veram baptizandi formam. Cur. 3. n. 132. Ioannes in baptismo repræsentauit Sacerdotem. Eodem Cur. 3. n. 133. Ibi adfuit Sancta Trinitas Cur. 3. n. 134. Ibi cælum panditur, vt tam nouum in terris spectaculum Superi videat Eodem Cur. 3. n. 135. Ibi Diabolus submergitur. Cur. 3. n. 136. Institutus in Iordane baptismus Christi. Eodem Cur. 3. n. 130. Opposita opinio valde probabilis. Cur. 3. nu. 131. Magna laus Ioannis, dũ Christum baptizat. Cur. 4. num. 10. S. Ioannes Baptista, & Euangelistam, & Apostolos alios baptizauit. Cur. 4. nu. 11. Sancti Ioannis autoritas in baptizando attollitur. Ex D. Petri exemplo. Eodem Cur. 4. n. 14. Promissionem in baptismo factam postea abijcimus. Cur. 6. n. 198. Baptismate Christi aquæ redduntur puræ. Cur. 4. n. 8. Baptizandi munus aggreditur Deo iubente. Cur. 4. n. 16. Constituit ad baptismi Christi dignitatem. Cur. 4. n. 17. Ioannis baptismus non contra, sed supra legem veterem. Eodẽ Cur. 4. n. 174. Nulli alij baptizare datum baptismum penitentia. Cur. 4. num. 175. Ex facris literis constabat baptismum fore in Christi aduentu. Eodem Cur. 4. nu. 176. Vnde deducatur illa interrogatio, quid ergo baptizas? Cur. 4. num. 177. Interroganti Christo de baptismo Ioannis, cur pharisæi silent. Cur. 4. n. 179. Per baptismum in aqua nascimur. Eodem Cur. 4. n. 210. Baptismi Sacramentũ Christus dedicat, dum in torrete traditur. Cur. 4. nu. 215.

Bethania.

A N duæ fuerint Bethaniæ? Cur. 4. nu. 208.

Beneficentia.

B Eneficentia angelos prodit. Cur. 1. nu. 107. Beneficentia in pauperes Deo similes efficit. Cur. 1.

n. 108.

Blasphemus.

B Lasphemus rursus Christum crucifigit. Cur. 1. nu. 34.

Bonum publicum, vel particulare.

B Onum publicum particulari Zacharias anteponeit. Cur. 1. n. 126. In publicum omnium bonum Ioannes annuntiat. Cur. 1. n. 181.

Cain.

S Igno terroris plectitur. Cur. 6. n. 243.

Cantus.

V Ide verbum musica.

Castitas, casti.

C Astitas sui cultores extollit. Cur. 3. nu. 42. Eos similes Deo reddit. Cur. 3. n. 43. Illius multa vis. Eodem Cur. 3. n. 47. Eo tutior, quo à fæminis remotior. Cur. 3. ibi nu. 48. Per zonam significatur. Cur. 3. nu. 179. Breuis mulieris aspectus castitati periculosus. Eodem Cur. 3. nu. 49. Castitas habet modestiam, pro munimine. Cur. 4. n. 168. Petrus, & Paulus alienam castitatem tuentes, propriam coronarunt. Cur. 6. nu. 253. S. Ignatius pro aliena castitate rem inauditam aggreditur. Cur. 6. num. 259. Casti Dei titulos sibi vendicant. Cur. 3. n. 44. Casti pares Deo sedent. Cur. 3. n. 45. Eo cogitatione ascendunt, vt in Deum transferri velint. Eodem Cur. 3. n. 46.

Carcer.

I Oannis carcer, & vbi fverit. Cur. 5. n. 260. Etiam in carcere de aliena salute Ioannes laborat. Cur. 6. nu. 6. Carcer locus virtutis, & penitentia. Cur. 6. nu. 59. Quod mysterium habet, Ioannem occidi in

carcere

carcere. Eodem Cur. 6. n. 245. In carcere Ioannes terret Herodē. Cur. 6. n. 173. E carcere Iosephū Deus sublimē attollit. Cur. 6. n. 251. Aza Rex plebitur, quia prophetam Dei cōiecit in carcerem. Cur. 5. n. 294. Intra carcerem suos Trinitas exercet ad victoriam. Cur. 5. n. 285. Qui carcerem patitur, multas patitur mortes. Cur. 5. n. 302. Etiam magnam Inferorum partem sustinere videtur. Eodem Cur. 5. n. 303. Carcer, in quo Socrates erat, non videbatur carcer. Cur. 5. n. 304. Ioseph carcerem fecit scholam optimorum morum. Eodem Cur. 5. n. 305. Carcer Sanctis est solitudo. Cur. 5. n. 306. Carceris vincula Iosepho aurea videbantur. Cur. 5. n. 307. In illum descendit abundantia celestium benedictionū. Cur. 5. n. 312. Dignitas eorum, qui pro Christo vincuntur. Cur. 5. n. 313. Qui Christum amat, in carcere mavult esse, quā in celo. Cur. 5. n. 314. Carcer palatij, & celo ipso clarior. Cur. 5. n. 315. Vincit reuerentia digni. Cur. 5. n. 317. In carcere scripte Pauli Epistolę redundant charitate. Cur. 5. n. 318. E carcere erumpit fortior Ioannis vox. Cur. 5. n. 319. Carcere non capitur Ioannis caput. Cur. 5. n. 324.

Calum.

Cælo vim infert, qui proprię voluntati resistit. Cur. 1. n. 248. Vig in cælum difficiles. Cur. 3. n. 163. Ioannes tuba ad cælum exsuscitans. Cur. 3. n. 181. Violentia, qua cælum expugnatur, in quo sita est. Cur. 3. n. 183. Hanc in expugnando cælo violentiam in nobis Deus desiderat. Eodem Cur. 3. n. 184. Hanc cæli violentiam primus Ioannes prædicavit. Cur. 3. n. 185. Cælum violenter expugnandum Ioannes docet. Cur. 3. n. 187. Cælum penitentia appropinquare fecit. Cur. 3. n. 188. Cæli porta recipit homines attenuatos penitentia. Cur. 6. n. 167. Per angustam cæli portam facilius in-

trabit caro exilior. Cur. 6. n. 169. Cæli porta non capit nisi subtiles, & spirituales. Cur. 6. n. 170. Quo sit lata in cælum via, quę angusta. Cur. 6. n. 171. Cæli via, quam sit arcta. Cur. 6. n. 171. Quam pauci illam pertranseant. Cur. 6. n. 172.

Centurio.

HVMilitas eum dignum fecit Dei præsentia. Cur. 2. n. 161.

Christus.

CHRISTUS iustitia dicitur. Cur. 1. n. 58. Christi conceptus & ortus cum Ioannis natalitio, & conceptione conferuntur. Cur. 1. n. 97. Christo Ioannes solennius annuntiat. Cur. 1. n. 114. Christus prius vitur exemplo quam verbo. Cur. 1. n. 209. Christo Ioannes videtur equalis. Cur. 1. n. 214. Christus in Ioannem valde liberalis. Cur. 1. n. 243. Christus se conuertit, vt à Ioanne Euangelista videatur. Cur. 1. n. 288. Christi, & Ioannis natiuitas per eundem Angelum diuulgata. Eodem Cur. 1. n. 296. Christi, & Ioannis Historicus fuit Sanctus Gabriel. Cur. 1. n. 297. Ioannem in spelunca latentem inuisebat Christus. Cur. 2. n. 37. Christus vitur vrbantate erga Ioannem. Cur. 2. n. 42. Cur Centurio non venit ad Christum. Cur. 2. n. 47. Christum consalutat ex vtero Ioannes. Cur. 2. n. 48. Christo Ioannes maiora atate præstat obsequia. Cur. 2. n. 49. Christus solo aspectu Petrum; felicitat. Cur. 2. n. 71. Christus Ioannem preuenit amando. Cur. 2. n. 76. Christi desiderijs terminatur psalterium. Cur. 2. n. 78. Christi festiuitas salus hominis. Cur. 2. n. 131. Christus agnoscitur Deus ex voce magna, qua spirauit. Cur. 2. n. 143. Venit, vt Deus præliaturus. Eodem Cur. 2. n. 146. Venit latenter. Cur. 2. n. 146. Christus, & Ioannes se vicissim alio-

quantur

quantur per ora matrum. Cur. 2. n. 149. Christo Ioannes proximior, ac similiar. Cur. 2. n. 290. Thronum suum Christus Ioanni concedit. Cur. 2. n. 171. Christus omnia impleuit charitate, ac pietate. Eodem Cur. 2. n. 183. Impleuit vacuas angelorum cathedras. Cur. 2. n. 184. Christi mors mouet efficaciter. Cur. 2. n. 210. Christum Regem præeunt eius dynastę. Cur. 2. n. 289. Illius amor in Baptistam. Cur. 3. n. 29. Nos seorsim orare docuit. Cur. 3. n. 2. Docuit ad orationis armam confugere. Cur. 3. n. 80. Doctrinam suam prius firmavit operibus. Cur. 3. n. 96. Docuit non omnem ætatem esse idoneam docendo. Cur. 3. n. 99. Suorum causa intrat Iordanem. Eodem Cur. 3. n. 136. Quanta illius solitudo. Cur. 3. n. 142. Illius magnitudo ex Ioannis magnitudine colligitur. Cur. 3. n. 153. Christi saltus ad perfectionem Ioannes æmularatur. Cur. 3. n. 82. Christi baptismus, & Ioannis in quibus conueniunt. Cur. 3. n. 127. Christi baptismus in Ioannis baptismo adumbratus. Cur. 3. n. 129. An Christi baptismus in Iordane institutus. Eodem Cur. 3. n. 130. Christus Ioannem edocuit verā baptizandi formam. Cur. 3. n. 132. Christus Ioannem, Ioannes Christum baptizat. Cur. 4. n. 12. Christum etiam euexit humilitas. Cur. 4. n. 23. Christi gloria in solitudine splenduit. Cur. 4. n. 165. Christus se Dei filiū ostendit ab Empyreo cælo descendēs. Cur. 4. n. 189. Christus ad Ioannem venit, & cur? Cur. 4. n. 223. Christum primus olim agnouit Nabuchodonosor. Cur. 4. n. 256. Christus discipulos, & miraculis, & verbis antepassionem exercuit. Eodem Cur. 4. n. 253. Ad Christum lucernę lumine cæcos Ioannes reuocabat. Cur. 4. n. 259. Christum indubitantem Ioannes agnoscebat. Cur. 4. n. 260. Quo sensu Ioannes dixerit Christum se non nouisse. Cur. 4. n. 261. Christum non ex facie Ioannes agno-

uerat. Cur. 4. n. 262. In Christum deriuantur laudes Ioannes Ioannis. Cur. 4. n. 264. In alijs citra periculum laudes augentur, in Ioanne periculū est, nisi minuatur. Eodem Cur. 4. n. 265. Ad Christum difficulter Hebræi discedunt à Ioanne. Cur. 4. n. 276. Christum, & Ioannem tantum in Iordane columbam vidisse descendentem, qui existimant. Cur. 4. n. 42. Christo inerat vis ad hominum animos ad se pertrahendos. Cur. 4. n. 1. Christi baptismum aquę redduntur purę. Cur. 4. n. 8. Christo in Iordane iuuo Ioannis sanctitas demonstratur, & Adami mala obruuntur aquis. Cur. 4. n. 9. Consulit Ioannis nomini abiens in Galileam. Cur. 4. n. 21. Sub velo humilitatis splendidissimos radios eiacularatur. Cur. 4. n. 25. Quid de Christo censuerit Diabolus in tentatione. Cur. 4. n. 56. Christus, vt abiectus contemnitur. Cur. 4. n. 66. Christus honores, ac primores locos docet effugere. Cur. 4. n. 88. Christum præit Ioannes, vt verbum præit vox. Cur. 4. n. 152. Omnis Christi vox magna. Cur. 4. n. 155. Vt Christus moritur voce magna, ita lex finitur voce magna. Cur. 4. n. 157. Christo de baptismo Ioannis interrogante cur Pharisęi silent. Cur. 4. n. 179. Christus dictus piscis, nos pisciculi. Cur. 4. n. 211. Eius diuinitatem comprobabat Euangelista testimonio Baptistę. Cur. 4. n. 247. Christus non a quibuslibet accipit testimonium. Cur. 4. n. 225. Christus cur non dixit, Spiritum Sanctum a se procedere, cum dixisset, procedere à Patre. Eodem Cur. 4. n. 227. Vt testimonium de Christo roboraretur, in solitudine Ioannes vixit. Cur. 4. n. 228. Christi testimonium aliquo modo exceditur a testimonio Ioannis. Cur. 4. n. 239. De Christo tres dant testimonium, Pater, Spiritus Sanctus, & Ioannes. Cur. 4. n. 242. Christi personam Ioannes supplet. Cur. 4. n. 244. Christus ore Ioannis lo-

quitur

quitur. Eod. Cur. 4. n. 245. Eius cum Ioanne quilibet, & quanta similitudo. Cur. 4. n. 246. Ad Christum Ioannis testimonio plures veniunt. Cur. 4. n. 249. Christo Ioannes potuit contere auctoritatem. Cur. 4. n. 247. Christo omnium hominum genus lucratur. Cur. 4. n. 250. Discipulos antepassionem exercuit, & verbis, & miraculis. Cur. 4. n. 253. Christi hostes facile confunduntur Ioanis testimonio. Cur. 4. n. 255. Vt Evangelista attollat Christum deprimi Baptistam. Cur. 4. n. 276. Christus etiam suas doctores occultabat. Cur. 5. n. 87. Ab eisdem verbis orditur praedicationem, quibus Ioannes inceperat. Cur. 5. n. 115. Venit Christus Seraphinos in terra facturus. Cur. 5. n. 10. Splendore suo Baptistam prius illuminavit, ut ad venturum sui iubar splendidius oculos assuefaceret. Cur. 5. n. 34. Suum attēperavit fulgore. Cur. 5. n. 35. Oritur nocte tenebras ignorantiae fugaturus. Eodem Cur. 5. n. 41. E tenebris lux oritur. Cur. 5. n. 42. Dum baptizatur, ignis in Iordane accenditur. Cur. 5. n. 64. Illi nascenti non fuit stella fatum. Cur. 5. n. 70. Nec miraculis suam diuinitatem Iudaeis persuadere poterat. Cur. 5. n. 90. Auditores miraculis attrahebat. Cur. 5. n. 93. In eo nulla causa mortis. Cur. 5. n. 110. Differt praedicationem, ne Ioannis gloriam imminuat. Eodem Cur. 5. n. 112. Eiusdem argumēti probatio. Cur. 5. n. 113. Christus Ioannem honorabat. Cur. 5. n. 114. Ioanni vberiore, quam accepit, gratiam rependit. Cur. 5. n. 120. Multo ante rependit. Cur. 5. n. 121. Illius historia estimaretur imperfecta, nisi ei adiungeretur historia Ioannis. Cur. 5. n. 123. Aduentus Christi precocis sensus in Ioanne. Cur. 5. n. 28. Christi lumine accenditur Ioannes, ceu lucerna. Cur. 5. n. 29. Cur Christus splendore suo Ioannem prius illuminat. Cur. 5. n. 34. Homines Christi iubar non poterant intueri, attemperatum Ioannis lumen in-

tuebantur. Cur. 5. n. 39. Christus ad Ioannem sepe veniebat. Cur. 5. n. 71. Etiam post Ioannis mortem ad Iordanem Christus veniebat. Cur. 5. n. 72. Christum Iudaei nolebant sine miraculis, Ioannem vero desiderabant. Cur. 5. n. 78. Ex Aegypto rediens Ioannis sit hospes in deserto. Eodem Cur. 5. n. 140. Ad Ioannem iuit omnibus postpositis. Cur. 5. n. 141. Illius verba instar gladij erant. Cur. 5. n. 242. Christus interrogando docet. Cur. 6. n. 12. & 13. Illi Ioanes tradit discipulos, ut placide mori possit. Cur. 6. n. 17. Christus utitur interrogationibus, ut fidem incendat. Cur. 6. n. 21. Ioannem laudandi nullam praeterit occasionem. Cur. 6. n. 39. Christus multa edit miracula, ut animas pauculas lucratur. Cur. 6. n. 91. Christus, & Ioannes flosculi. Cur. 6. n. 106. Christo quo plus accedunt Sancti, eo Sanctiores. Cur. 6. n. 117. Christo proximior est Ioannes. Cur. 6. n. 120. In Christo, & Ioanne idem animus vivit. Cur. 6. n. 133. Pro Christo mortem Ioannes oppetit. Cur. 6. n. 229. Christus Ioannis morti interfuit. Cur. 6. n. 231. Erga Christum quantus amor Ioannis. Cur. 6. n. 248. Ad Christum animas etiam num praeparat Ioannes. Eodem Cur. 6. n. 271. Christus varijs modis venit post Ioannem. Cur. 6. n. 289. Christus Herodem obiurgat ob mortem Ioannis. Cur. 6. n. 292. Cur silet coram Herode. Cur. 6. n. 293. Ioannem, & in vita honorat Christus, & in morte. Cur. 6. n. 294. Cur non ante, cur non simul cum Ioanne Christus praedicat. Cur. 6. n. 294. Christus, ut Lazarum fleuit, sic Ioannem. Cur. 6. n. 296. Christus Petro preire volenti succenset. Cur. 6. n. 288. Christi opera discipuli Ioannis publicabant. Cur. 6. n. 1. Ad Christum discipulos mittit Ioannes, ut Christi doctrinae adhererent. Cur. 6. n. 15. Christum Ioannes salutat ex utero. Cur. 6. n. 61. Christo vicinior Ioannes, quam ceteri. Eodem

dem

dem Cur. 6. n. 103. Christi prerogativas vendicat Ioannes. Cur. 6. n. 104. Christus internatos mulierum non continetur. Cur. 6. n. 126. Christus aufugit, ne videret Herodem Afcalonitam. Cur. 6. n. 240. Christo mortem Stephanus primus rependit. Cur. 6. n. 261. Christus ad Iordanem venit elapsus ab hostibus, & cur. Cur. 6. n. 273. Christus Sol inter duos polos. Cur. 6. n. 298. Christus in Ioannis morte commoritur. Cur. 6. n. 297. Venturus ne esset Christus ad inferos Ioannes ad dubitat. Eodem Cur. 6. n. 22. Eo iturum indicat in cruce submissione capitis. Cur. 6. n. 23. Christus superior omni fortuna. Cur. 6. n. 50. Nostra inconstantia Christi manu prehensa solidatur. Cur. 6. n. 51. Christus in Regno caelorum minor Ioanne. Cur. 6. n. 129. Christo maior Ioannes, quia prius praedicat, & baptizat. Cur. 6. n. 131. Iacobus vocatus prius, ideo dicitur maior. Cur. 6. n. 131. Christus visus homines ad se se rapiebat. Cur. 1. n. 292. Christus Imperator, quando amicis fauet. Cur. 2. n. 28. Christi praesentia Ioanni medicina praesens. Curru. 2. n. 85. Christi capite cur stetit columba, Patre Aeterno testimonium reddente. Cur. 4. n. 277. Cur in Thabor, non in Iordane Christus iubetur audiri. Cur. 4. n. 278. Christum simulac viderunt Magi non ab stella, sed ab Angelo diriguntur. Cur. 3. n. 14. Christus audit inter doctores. Cur. 3. n. 99. Christus suorum causa intrat Iordanem. Cur. 3. n. 136. Christus caelos pandit in Iordane, ut novum spectaculum superi videant. Cur. 3. n. 135. Ex Christi fide Ioannes exultat. Cur. 2. n. 120. Christus omnem vitae sanctitatem a nobis exigit. Cur. 4. n. 38. Christus sui Praecursoris, Praecursor. Cur. 2. n. 45. Ex Christi fide Ioannes exultat. Cur. 2. n. 120. Christi gaudium animarum

conuersio. Cur. 2. n. 257. Christus a cruce praedatur animas. Cur. 2. Eodem n. Christus a primo momento conceptionis fruitur usu rationis. Cur. 2. n. 286. Christum Dei timor replet. Cur. 3. n. 39. Christus annum cum Ioanne agit, antequam ad conciones veniat. Cur. 5. n. 71. Christus lucerna in Ecclesia triumphante, Ioannes in militante. Cur. 5. n. 73.

Christianus.

Antiquorum Christianorum feruor. Cur. 5. n. 290. Quare Christianos ethnici oderint. Cur. 6. n. 184. Christianorum persecutores etiam gentibus exossi. Cur. 6. n. 184. Christianorum primus persecutor Nero. Cur. 6. n. 185. In illos exprobrata Neroni crudelitas. Cur. 5. n. 59. Appellabantur impij, quia impios Deos auersabantur. Cur. 5. n. 60. In eos mendacia excogitata. Ibibem. Illorum est benefacere, & male pati. Cur. 5. n. 310.

Columba.

Ex columbae descensu, nihil Ioannes agnouit, quod antea non agnosceret. Cur. 4. n. 262. Cur columba stetit supra Christi caput reddente Patre testimonium de filio. Cur. 4. n. 277.

Concionator. Concio.

Prius virtutibus luceat. Cur. 3. n. 93. A Ioanne docetur ad Concionem. Cur. 3. n. 105. Redarguitur Elias, quod hunc laborem fugiat. Cur. 5. n. 109. Qui concionator audiri debeat. Cur. 3. n. 110. Illius laus in lacrymis auditorum est. Cur. 3. n. 111. A contemplatione ad praedicationem exire docet exemplo suo Ioannes. Cur. 3. n. 105. Vt concionatores Angeli agunt. Cur. 3. n. 107

Rer

In

In concionando angelos Ioannes imitatur. Cur. 3. n. 108. Concionatorium munus dum refugit Elias, redarguitur. Cur. 3. nu. 109. In eo, qui alijs prædicat, nulla sit umbra peccati. Cur. 4. n. 280. Habeat se, vt chirurgus. Cur. 5. n. 245. Illum in hac vita mors, in alia corona manet. Cur. 5. nu. 279. Diues epulo, quia Ioannem prædicantem nõ audiuit, ab inferis clamat. Cur. 5. n. 301. Vno Verbi diuini ministro occiso ceteri alij mox adsunt. Cur. 5. nu. 321. Concionatores in Ioanne commendando anxie desudant. Cur. 6. num. 37. Concionatores fugiant superbiam. Cur. 6. n. 89. Superbia fugienda in conuertendis animis. Cur. 6. nu. 86. Concionator Dei adiutor. Cur. 6. n. 90. Ioannes etiam nunc animas præparat ad Christum. Cur. 6. nu. 271.

Charitas.

Sine charitatis ala, ala scientiæ non volatur. Cur. 5. n. 16. Vbi charitas, ibi Dei imago. Cur. 5. n. 127. Acutius videt, qui ardentius diligit. Cur. 5. n. 12.

Cæsarea.

Dvæ Cæsaræ in Palestina. Cur. 3. n. 121. Cæsarea Philippi propè fontem Iordanis. Cur. 3. nu. 122.

Cibus.

Facilius abstinemus à cibo, quam à potu. Cur. 1. nu. 232. Cibum rusticum luxuria aufugit. Cur. 1. n. 237.

Circumcisio.

Circumcidebatur pueri, vt assuescerent patientiæ laborum. Cur. 2. n. 209.

Comædia.

Vide verbo. Theatra.

Concionator.

Ide verbo. Prædicator.

Comitas, urbanitas, humanitas.

Comitas S. Pauli Eremitæ cū Antonio. Cur. 4. n. 33. Eadem Ioannis cum Christo. Cur. 4. n. 34. Ioannis urbanitas antequam nascatur. Cur. 4. n. 36.

Constans, constantia, inconstantia.

Constans animus adinstar incudis. Cur. 6. n. 46. Vt Ioannis constantiam cererent, eò omnes ventitabant. Cur. 6. n. 46. Nostra inconstantia Christi manu prehensa solidatur. Cur. 6. n. 51. Diuinitatis tactu firmatur. Cur. 6. n. 52. Constantia martyrum risu excipiens tormenta. Cur. 6. n. 52. Ioanes palma, non inconstans arundo. Cur. 6. n. 54. Constantia in retinenda veritate. Cur. 4. n. 76. Constantia in vtraq; fortuna. Cur. 6. n. 48. Si licis, & adamantis instar. Cur. 6. n. 49. Mens inconstans arundo. Cur. 6. n. 51.

Confirmatio.

Confirmatio, & gratiæ perseverantia in quo differunt. Cur. 2. n. 108. Confirmari in gratia qui. Cur. 2. n. 110. Vide in verbo Ioannes, plura de eius confirmatione.

Consanguinei.

Vide verbo. Propinqui.

Conuersio.

Conuersio animarum Christi gaudium. Cur. 2. n. 257.

Conuiuia.

Mærori tragico proxima. Cur. 6. n. 232. In veterum conuiujs musica aderat varijs instrumentis. Cur. 4. n. 144. Herodis conuiuium vbi nam fuerit. Cur. 5. n. 261.

Cur.

Crudelitas.

Quinti Flamini crudelis facinus. Curru 6. n. 237. Crudelitas Fulviæ in Ciceronem. Cur. 6. n. 243. Crudelitas Herodiadis in Ioannem. Cur. 6. n. 243.

Crux.

Ex ligno crucis constat arcus diuini amoris. Cur. 2. nu. 257.

Culpa.

Asterisæ culpe macula, remanet praua inclinatio. Cur. 1. n. 61. Vide verbo. Peccatum.

Cygnus.

Cygnorum genus duplex. Cur. 3. n. 138. Vtrumque Ioannem refert. Cur. 3. n. 139.

Cor.

Quo se plus extendit, plus accipit. Cur. 2. n. 86. Cor inebriat celestis dulcedinis gutta. Cur. 2. n. 87. A cordibus Deus olim exulabat. Cur. 2. n. 244. Cordis interiora penetrat, qui se ab exterioribus auocat. Cur. 2. n. 247. Cor quantum cura sit custodiendum. Cur. 2. n. 248. Deus multis millibus Angelorum custodit cordis suorum. Eodem. Cur. 2. n. 249. Cor iusti paradisi. Cur. 2. n. 250. Cor intra, non extra nos esse debet. Cur. 2. n. 251. In corde aram, templum, & Deum possumus inuenire. Cur. 2. n. 252. In cordis altari, nec duplex lucerna absit, nec ignis desideretur. Cur. 2. n. 253. Quare David cor suum bis paratum dicat. Cur. 2. n. 254. Iustitiæ sacrificium nõ nisi in templo cordis immolatur. Cur. 2. n. 255. In corda nostra Deus amoris sagittas intendit. Cur. 2. n. 256. Cordis interiora Ioannes nouit. Cur. 4. nu. 275. Corda Deus excuscat. Cur. 4. n. 101. Omnium corda penetrabat Ioannes, vt electa sagitta. Cur. 4. nu. 114. Corde, & ore scintillat Ioannes. Cur. 5. n. 2.

Daniel.

Danielem securum reddidit Dei timor. Cur. 3. n. 39. Cur Babylonij Daniele non accusant. Cur. 6. n. 227. Summa Danielis autoritas apud Nabuchodonosorem. Cur. 6. n. 228. Daniel à desiderijs vir desideriorum appellatur. Cur. 2. n. 80.

David.

Incaute irrepsit in adulterium. Cur. 3. n. 51. Perseueranter orat. Cur. 3. n. 91. Quare vespertino potius sacrificio orationem suam comparabat. Cur. 3. n. 92. Tribus Syllabis, quasi gradibus ascendit ad Deum. Cur. 3. n. 189. Davidis exemplo penitens incaute viuat. Cur. 3. n. 149. Davidem reprehensus Nathan solum adit. Cur. 5. n. 222. Se se omnium captiui David accommodabat. Cur. 5. n. 26. Davidis lachrymæ in morte Abner. Cur. 6. n. 295. David ieiunio dolorem prodit. Cur. 6. n. 297. David saliens maior estimatur, quam pugnans. Cur. 1. n. 206. David prægustato Christi gaudio exultauit. Cur. 2. nu. 67. Christi desiderijs terminatur Davidicum spalterium. Cur. 2. n. 78. David desideria eius posceri prosequuntur. Cur. 2. n. 79. Optat Obedoniam felicitatem. Cur. 2. n. 163. Quare David cor suum bis paratum dicit. Cur. 2. n. 254.

Dæmones.

Vgatur feruore primæ ætatis. Cur. 3. n. 20. Cur diabolus vxorẽ Iob reliquit intactam. Cur. 5. nu. 275. Per matrẽ nititur Apostolos superare. Cur. 5. n. 276. Per mulierem Petrum præcipitat. Cur. 5. nu. 277. Horrent catenas. Cur. 5. nu. 316. Dæmonis omnia sunt sinistra. Cur. 1. n. 119. Diabolus suis vitur dolis se amicum simulans. Cur. 1. n. 121. Tota Diaboli vis in fraudibus est. Cur. 1. nu. 122. Angeli boni faciem simulat. Cur. 1. num. 123.

Rer 2

Dia-

Diabolus spe diuinitatis illudit Adamum. Cur. 6. n. 43. Diabolo duce lasciuia saltus fiunt. Cur. 6. n. 189. Diabolus rebus specie pulchris venenum abscondit. Cur. 6. n. 192. A membris Dæmonis, vt ab ipso Dæmone, fugiendum. Cur. 3. n. 33. Vide verbo. Diabolus, & verbo. Theatra.

Deipara.

Vide verbo. Virgo.

Desertum.

QVæ deserta Ioannes incoluit. Cur. 3. n. 29. Desertum in quo Ioannes fuit, & in quo Christus ieiunauit. Ibidem, Vide verbum. Solitudo.

Deus.

QVod Diabolus agit, Deus aliquando agere dicitur. Cur. 1. n. 99. Peccata nostra non vindicat orationibus impulsus. Cur. 1. n. 129. Voces Dei amoris silentium cupiunt. Cur. 1. n. 300. Dei generatio silentio veneranda. Cur. 1. n. 302. Dei incarnatio humanum intellectum subterfugit. Cur. 1. n. 304. Creat Deus gloriam suam, ne solus videatur habere. Cur. 1. n. 181. Supplicium Deus paulatim infligit. Cur. 2. n. 280. Quomodo quisquis Deum potest efficere magnū. Cur. 2. n. 141. Qui Dei præsentia se indignos iudicant. Cur. 2. n. 159. Eadem, qui digni habiti. Cur. 2. n. 160. Dei manus in Ioanne, vt in horologio virtutum ordinem indicabat. Cur. 2. n. 277. Deus olim à cordibus exulabat. Cur. 2. n. 244. Deus multis millibus Angelorum custodit corda hominum. Cur. 2. n. 249. Deum, ac templum intra nos inuenire possumus. Eodem Cur. 2. n. 252. Deus in corda nostra amoris sagittas intendit. Cur. 2. n. 256. Dei præsentia virile robur Ioannes acquirit. Cur. 2. n. 265. Deus sæpe dona supernaturalia largitur habita ratione

ad naturalia dona. Cur. 2. n. 275. Dei timor sollicitam reddit animam. Cur. 3. n. 37. Animam roborat. Cur. 3. n. 38. Danielelem, & Ionam reddit securos. Cur. 3. n. 39. Deus se in eremo largè communicat. Cur. 3. n. 54. Deus non solet parere multitudini. Cur. 3. n. 141. Dei prouidentia circa pullos coruorum. Cur. 3. n. 16. Deus patrocinatur in persecutione Moyse, & Aaroni. Cur. 3. n. 17. Deus diabolum submersit in baptismo Christi. Cur. 3. n. 137. Quare Deus dicitur inuisibilis sub Christi humanitate. Cur. 4. n. 120. Deum humana specie latentem Ioannes primus indicat. Cur. 4. n. 252. Dei filium primus olim agnouit Nabuchodonosor. Cur. 4. n. 254. Deus Ioanni se subijcit. Cur. 4. n. 15. Secundæ diei benedicit, & quare. Cur. 4. n. 39. In rubo Deus apparuit, & cur. Cur. 4. n. 60. Deus negationibus melius explicatur. Cur. 4. n. 92. Deus superbos à se remouet, humiles aduocat. Cur. 4. n. 199. Dei propriū est, veritatem edicere. Cur. 4. n. 257. Deum obedientia vincit. Cur. 4. n. 272. Primus Deus lucem dilaudat. Cur. 5. n. 54. Deus sub Pauli & Ioannis pectore, quasi sub tentorio. Cur. 5. n. 283. Deus igneus, ignea lex, ignei ministri. Cur. 5. n. 3. Præstat ardere Dei amore, quam lucere doctrina. Cur. 5. n. 7. Deus attrahit Magos per stellam. Cur. 5. n. 37. Deo perpetuum bellum est cum luxuriosis. Cur. 5. n. 300. Deo præcone Ioannes eget, vt digne lauderetur. Cur. 6. n. 36. Deus Ioanni totum dedit, homo nihil addere potest. Cur. 6. n. 38. Deus Ioannis laudes cepit, non absoluit. Cur. 6. n. 32. Dei adiutor concionator est. Cur. 6. n. 90. Deus Iosephum sublimem attollit e carcere. Cur. 6. n. 251. Dei scientia omnis eruditio coronatur. Cur. 6. n. 281. Deus Ioannis fit propheta. Cur. 6. n. 66. Dei Angelus Ioannes dicitur, quia Deo beneuolus. Cur. 6. n. 82. Ioannes Dei facies. Cur. 6. n. 83.

Dei

Diabolus.

Dei imago perfectissima angelus est. Cur. 6. n. 84. Post res ceteras creat Deus Adamum; ne se Dei adiutorem iactaret. Cur. 6. n. 88. Cū Deo videtur comparari potuisse. Cur. 6. n. 103. Cur Deus peccatorum in ignium monstra patitur. Cur. 6. n. 186. Deum qui relinquit, vita carent. Cur. 1. n. 8. Deus differt postulata in tempus commodum. Cur. 1. n. 135. Differt, vt ardentius desideretur. Cur. 1. n. 136. Deus per excellentiam bonus, quia omnibus se communicat. Cur. 1. n. 175. Deum loqui per manus prophetarum, quid sit. Cur. 1. n. 210. Res conditæ Deum conditorem declarant. Cur. 1. n. 280. De Incarnatione Dei Zacharias non dubitat. Cur. 1. n. 307. Deus sola præsentia mundum exornat. Cur. 2. n. 70. Deo, & parentibus referre par non possumus. Cur. 2. n. 137. Deus digitos singulos extendit ad Ioannis beneficentiam. Cur. 2. n. 285. Dei manum, nec vniversus orbis sustineret. Cur. 2. n. 280. Ante mundi creationem Deus semper erat in solitudine. Cur. 3. n. 70. Large in solitudine communicatur. Cur. 3. n. 54. Cum tempus est, corda exulscitat. Cur. 3. n. 101. A primo Ioannis ortu. Præcursoris munus nobilitat. Cur. 3. n. 150. Violentiam in expugnando celo à nobis desiderat. Cur. 3. n. 184.

Dei dona. Vide dona Dei,

Dei digitus, vide digitus Dei,

Dei manus, vide manus Dei,

Dei timor, vide timor.

Dei præsentia, vide præsentia Dei

Dei memoria, vide memoria Dei

Dei nomen, vide nomen Dei

Dei gloria, vide Gloria Dei

Dei amor, vide amor Dei.

Dei misericordia, vide. Misericordia Dei.

Dextera.

Vide Ioannis dexteram, & digitum. Infra sequentē numerum.

Dextera, digitus.

TRes Episcopi guttas sanguinis ex pollice Ioannis impetrant. Cur. 11. n. 16. Ioannis pollice, è fauce dæmonis puella eripitur. Cur. 11. n. 18. In Euerfione Byzantij captum à Turcis brachium Sancti Ioannis, & in eius thesauro postea inuentum. Cur. 11. n. 20. Id brachium per quingentos annos in monasterio in magna veneratione habitum. Cur. 11. n. 24. Iuliani mandatum impiissimum de dextera Sancti Ioannis. Cur. 11. n. 25. Ob id diuinitus vapulat. Cur. 11. n. 25. Iustinianus Imperator Ioannis dexteram ab Antiochia afferri iussit. Cur. 11. n. 26. Sancti Ioannis dextera futuram anni inopiam, aut abundantiam post monstrabat. Cur. 11. n. 29. Digitus index Sancti Ioannis in Melite apud equites Sancti Ioannis. Cur. 11. n. 35. In antiquo monasterio Lusitanie colitur. digitus index sinistræ manus Sancti Ioannis multis plenus miraculis. Cur. 11. n. 41. Vide infra verbo. Digitus.

Dies natalis.

Dies natalis Ioannis Baptistæ abundat mysterijs. Cur. 7. n. 27.

Rer 3

Dies

Dies festi.

Dies festi ad quid sint instituti. Cur. 5. n. 68. Dei festiuitates diabolus studet extinguere. Ibi eodem n. Quinam sint festi dies Diaboli. Ibidem. Festus dies Deo, in quo de humana salute agitur. Eodem Cur. 5. n. 68. Dies festus Diabolo est ille, in quo peccamus. Ibidem. In diebus festis maior licentia. Ibi a n. 68. Festi dies, vide dies festi.

Digitus.

Digiti lingosi, Cur. 4. 234. Digo loquente agnum Ioannes ostendit. Cur. 4. n. 235. Vide verbo. Dextera. Idem titulus rursus paulò infra positus.

Dij.

Deos vitiosos finxit antiquitas, vt vitiorum patronos haberet. Cur. 4. n. 61. Mortales eos optat Deos, qui sua vitia non scrutentur. Cur. 4. n. 62. Cur alij lunam, solem alij venerentur. Cur. 4. n. 63. Pro Dijs habentur, qui alij prælucent peccandi exemplo. Cur. 4. n. 64. Eius rei exempla. Cur. 4. n. 65. Deos auersabantur Christiani, & ideo dicebantur impij. Cur. 5. n. 60.

Delicia.

Delicijs evertitur Hebræorum religio. Cur. 1. n. 233. Delicias Deus detestatur. Cur. 1. n. 234. Deliciae ad vitia animos inclinant. Cur. 1. n. 235. Delicias etiam mortuus fastidit Ioannes. Cur. 1. n. 236. Terrenas delicias spreuit Ioannes. Cur. 3. n. 60. Spirituales delicias mortales non intelligunt. Cur. 3. n. 176.

Desertum.

Vide verbo. Eremus, & verbo Solitudo.

Discipulus.

Discipuli à Ioanne difficillime se parantur. Cur. 5. n. 135. Discipulos Christus docuit magistrorum reuerentiam. Cur. 5. n. 279. Discipuli Ioannis Christi opera publicabant. Cur. 6. n. 1. Discipuli corona sunt magistri. Cur. 6. n. 3. Ioannes hesitat in verbis, vt à discipulis hæsitacionem tollat. Cur. 6. n. 14. Discipulos Ioannes misit ad Christum, vt Christi doctrina teneantur. Cur. 6. n. 15. Discipuli filij appellantur. Cur. 6. n. 16. Discipulos Ioannes tradebat Christo, vt placidè mori posset. Cur. 6. n. 17. Discipulorum ignorantiæ Ioannes consulit. Cur. 6. n. 20. Ioannes nunquam discipulus nominatur in scriptura. Cur. 6. n. 25. Discipulorum beneuolentia in Ioannem. Cur. 6. n. 26. Discipuli admirantur sanctorum testimoniam Ioannis. Cur. 6. n. 28. Discipuli, ac magistri se se vicissim amant. Cur. 6. n. 26.

Dignitas.

Non extolli dignitate, quanti aestimatur. Cur. 6. n. 45. Et quæsitæ, & oblata periculosa. Cur. 4. n. 59. Magnum periculum dignitate fungi. Cur. 4. n. 82. Omnis mundi honos diaboli negotiū est. Cur. 4. n. 85. Ioannes sibi stabilis, vbi omnes nutant. Cur. 6. n. 44.

Digitus.

Vide Ioannis digitum; dexteram; & verbo. Manus Dei. Digtos singulos Deus extendit ad Ioannis beneficentiam. Cur. 2. n. 285.

Dives.

Dives epulo saltem in suis volebat extolli. Cur. 4. n. 72.

Doctor doctrina.

Doctrinæ Ioannis testimonia. Cur. 3. n. 106. Doctus scriba ab

Aposto-

Dona Dei.

Cautè retinenda. Cur. 1. n. 137. Deus sepe dona supernaturalia elargitur habita ratione ad dona naturalia. Cur. 2. n. 275. Cum Ioanne Dei dona crescebant. Cur. 3. n. 84. In solito crescunt augmento, Ibi n. 85.

Ecclesia.

Ecclisia Ioannem præ omnibus post Deiparam colit. Cur. 5. n. 149. Ecclesia agnoscit, profiteaturque Ioannis luculentum testimonium. Cur. 6. n. 276.

Elisabeth.

Elisabeth familia quare signatè designatur. Cur. 1. n. 14. In Elisabeth nomine Dei nomen inest. Cur. 1. n. 35. Elisabeth vox vnde magna. Cur. 2. n. 142. In Ioannis nomine beneficij memoriam in scripsit. Cur. 1. n. 221. Elisabeth, Zachariæ, & Ioannis cordium concordia exemplo declaratur. Cur. 1. n. 272. Plura de Elisabeth Ioannis matre, quam de Christi matre scripta. Cur. 4. n. 22. A Ioanne prophetiæ gratiam accepit. Cur. 5. n. 134. Deiparæ monitu cum Ioanne fugit. Cur. 3. n. 6. Elisabeth nomen mysteria prodit. Cur. 1. n. 28. Elisabeth dicitur Aaronis filia honoris causa. Cur. 1. n. 40. Quare laudatur Elisabeth. Cur. 1. n. 41. Elisabeth ultra solitum naturæ modum concepit, & cur? Cur. 1. n. 87. Elisabeth cur Angelus meminerit. Cur. 1. n. 95. Vt Elisabeth domus bonis omnibus abundaret, eam Deipara inuisit. Cur. 2. n. 34. Præterita, presentia, & futura prænuntiat. Cur. 2. n. 127. In ore Elisabeth loquitur Spiritus Sanctus. Cur. 2. n. 129. Elisabeth per Ioannem edocetur. Eodem Cur. 2. n. 150. Mysterium Incarnationis agnoscit. Ibi n. 156. Indignitatem suam profiteretur. Ibi n. 157.

Rer 4

Mira-

Index

Miratur Deiparæ humilitatem. Ibi n. 158. Quantz felicitates Elifabechas domui acceperunt ex Deiparæ presentia. Ibi n. 166. Elifabeth feruit Dei mater. Ibi n. 167. Ea in eremo mortua de Ioanne curant Angeli. Ibi n. 31.

Elias.

ELias cælum petit Iczabel aufugiens. Cur. 1. n. 269. Romani milites Eliæ auxiliū inuocasse Christum crediderunt. Cur. 3. n. 167. Eliæ autoritas quanta fuerit. Cur. 4. n. 266. Eliæ intellectus obtunditur humilitatis defectu. Cur. 4. n. 268. Elias adhuc puer, qualis genitori fuerit visus. Cur. 5. n. 1. Elias, & Ioannes arserunt, vt faces. Cur. 5. n. 65. Eliæ audacia coram rege plus quā humana. Cur. 5. n. 251. Elias mulierem timet. Cur. 5. n. 252. Elisæi in Eliam magistram reuerentia. Cur. 6. n. 2. Elias ante iudicii diem promittitur. Cur. 6. n. 151. Eliæ aduentum Iudæi non satis intelligebant. Cur. 6. n. 152. Elias timor in vi ductus cælum petit. Cur. 6. n. 153. Eliæ generositas. Cur. 6. n. 230. Elias vniuerso proponitur orbi. Cur. 6. n. 247.

Elisæus.

ELisæi oratio, quam efficax. Cur. 3. n. 64. Elisæi humilitas Iordanem diuidit. Cur. 4. n. 206.

Eremas, Solitudo, desertum.

DEus aderat in eremo Ioanni, eumquē roborabat. Cur. 3. n. 22. Festinationis in eremum necessitas. Cur. 3. n. 23. Certum quā etate, incertum quo anno iuerit. Cur. 3. n. 24. Cum Angelis ibi solum sermo cinatur. Cur. 3. n. 26. Quæ Ioannes deserta incoluit. Cur. 3. n. 29. Desertum in quo Ioannes fuit, & in quo Christus ieiunauit. Cur. 3. n. 29.

Abijt in eremum, vt a scelere viuat immunis. Cur. 3. n. 30. Solitudo cognationem habet cum Deo. Cur. 3. n. 67. Ibi Ioannes semper orat. Ibi n. 68. Ad solitudinem propendebat Abraham. Cur. 3. n. 69. Semper Deus erat in solitudine ante mundi creationē. Cur. 3. n. 70. Paradisus in solitudine. Cur. 3. n. 71. Ezechiel viuebat à populo seiunctus. Cur. 3. n. 72. In eremo se Deus largē communicat. Eodem Cur. 3. n. 54. In ea Ioannes Baptista habuit cum Deo commercium, & illius fovebatur alloquio. Cur. 3. n. 55. & 56. Ioannes eremicolarum princeps. Cur. 3. n. 144. Ioannis in eremo prandium. Cur. 3. n. 177. Solitarij secretorū capaces. Cur. 3. n. 73. Ibi oratio tuebatur Ioannem. Cur. 3. n. 74. Ibi Deus loquitur cum Eaptista, vt amicus cum amico. Cur. 5. n. 188. Ioannes paruulus venenosos serpentes in eremo nō extimuit. Cur. 6. n. 100. Vide verbo. Solitudo.

Euangelium, Euangelista.

IN Euangelio crebra mentio testimonij Ioannis. Cur. 4. n. 230. Euangelistæ omnes Ioannē Baptistam meminerunt, & cur. Cur. 4. n. 247. Omnes Euangelistæ sub exordium Ioanne meminerunt. Cur. 4. n. 255. Euangelium redditur commendabilius ex Ioannis testimonio. Cur. 4. n. 256. Euangelista de Ioanne loquens verbo vitur accommodo. Cur. 4. n. 263. Delendo errori de Ioannis magnitudine insudat Euangelista. Cur. 4. n. 263. Obuiam venit Euangelista, nequis plus iusto Baptistam veneretur. Cur. 4. n. 264. Deprimat Euangelista Baptistam, vt attolat Christum. Cur. 4. n. 276. Euangelistæ acies aquilina. Cur. 5. n. 195. Euangelista Ioannem silentio dilaudat. Cur. 6. n. 31. Euangelista futuro de Ioanne errori aduersatur. Cur. 6. n. 72. Præcauit Euangelista, ne Ioannes natura angelus existimetur. Cur. 6. n. 93. Euangelium

Ioan-

Rerum

Ioannes primus disseminat, & ideo maior. Cur. 6. n. 130. Quantū roboris Deus dederit Euangelizantibus. Cur. 6. n. 269.

Exempla.

Exempla vitiorum in magnis diabolus collocat, vt ad ea facilius populares alliciantur. Cur. 5. n. 199. Nulla via ad persuadendum nobilior, quam exempla. Cur. 6. n. 214. Exempla notatione digna. Cur. 6. n. 216. Mirum Alipij exemplum. Cur. 6. n. 223. Exemplum Alexandri Magni. Cur. 6. n. 241.

Exultatio.

Quid significet, exultauit. Cur. 2. n. 120. Exultat Ioannes ex fide Christi. Ibidem.

Fermor.

Antiquorum Christianorum feruor. Cur. 5. n. 290.

Fidelis, fides.

Fides est donum supernaturale. Cur. 2. n. 274. Fidei oblatae per latronem effectus. Cur. 4. n. 222. Vt fidem incendat, interrogationibus Christus vitur. Cur. 6. n. 21. Desertum accipitur pro infidelibus. Cur. 6. n. 270. Sine fidelibus vacuus erat orbis. Cur. 6. n. 274. Ex fide Christi Ioannes exultat. Cur. 2. n. 120.

Filij.

Filij imitantes parentes familiam illustrant. Cur. 1. n. 48. Filij accipiunt a parentibus propensionēs, vel ad vitia, vel ad virtutes. Cur. 1. n. 60. Filij ob præstantem indolem clari. Cur. 1. n. 64. Filij patrum virtute excitantur. Cur. 1. n. 66. Filius es illius, qui diuinam legem te docuit. Cur. 1. n. 67. Filij quos mores a parentibus hauserunt,

facile agnoscimus. Eodem Cur. 1. n. 68. Filij Patrum vitia manifestant. Cur. 1. n. 69. Filij Sancti propter parentes Sanctos. Cur. 1. n. 70. Miracula in partibus steriliū. Cur. 1. n. 93. Filios cur olim genuerunt steriles. Cur. 1. n. 94. Filij nomina noua veteres imponebant. Cur. 1. n. 155. Filij parentibus molestiam afferre solent. Cur. 1. n. 158. Propter filios dolores assiduos Patres patiuntur. Cur. 1. n. 159. Filij solent immutare, quæ Patres ordinant. Cur. 1. n. 160. Filij à Patrum moribus recedunt. Cur. 1. n. 161. Exempla huius doctrinæ. Cur. 1. n. 162. Filij bonis Patres solent letari. Cur. 1. n. 163. Filij Patribus sunt pro manibus. Cur. 1. n. 164. Pro baculo ad firmanda vestigia. Eodem Cur. 1. n. 165. Pro pedibus. Cur. 1. n. 166. Pro oculis. Cur. 1. n. 167. Pro domo. Cur. 1. n. 168. Solantur parentes, illisque obsequuntur. Cur. 1. n. 169. Sunt illis pro vigore, & adolescentia. Cur. 1. n. 170. Filij præmio inuitantur, vt parentes honorent. Cur. 2. n. 134. Filij appellantur discipuli. Cur. 6. n. 16. Filios spirituales Ioannes, & Paulus lucrantur in carcere. Cur. 6. n. 19. Filios Hebræi immolant, & quare. Cur. 4. n. 133.

Fortitudo.

Silicis, & adamantis instar esse debet. Cur. 6. n. 49.

Fortuna prospera aduersa.

Qui variatur fortunæ varietate carundinis similis est. Cur. 6. n. 47. In vtramquē fortunam fortis animus. Cur. 6. n. 48. Omni fortuna Christus superior. Cur. 6. n. 50. In omni fortuna amoris perseverantia. Cur. 6. n. 53.

Fructus.

Amputandi flores, cōseruandi fructus.

Cur.

Index

Cur. 6. n. 42.

Gabriel.

Gabriel historicus fuit tum Christi, tum Ioannis. Cur. 1. n. 297. Maestas, qua Gabriel Archangelus ceteros excellit. Cur. 1. n. 298.

Gaudium.

Vide Verbo. Laetitia.

Gemitus.

Gemitus efficaciores vocibus Dei aures penetrant. Cur. 2. n. 245. Vide verbo. Lachrymę.

Genus.

Non genus exigit diuina gratia, sed facta. Cur. 1. n. 53. Aliena laudat, qui genus laudat. Cur. 1. n. 45.

Gloria, gloria vana.

Agaces vanę glorię insidię. Cur. 4. n. 101. Vana gloria monstrum multiforme. Cur. 4. n. 102. Ne vanę gloriaretur homo, ex luto formatus est. Cur. 4. n. 103. Glorię Sectatores Eleazarum in morte imitantur. Cur. 4. n. 105. Vana Empedoclis deambulatio. Cur. 4. n. 128. Eiusdem vanissima mors. Cur. 4. n. 129. Quantum glorię desiderium in Mutio Sęuola. Cur. 4. n. 133. Glorię vanę Ioannes alienus erat. Cur. 6. n. 39. Gloria vana non extolli, quanti fiat. Cur. 6. n. 43. Ioannes ibi stabilis, vbi omnes nutant. Cur. 6. n. 44. Gloriam contemntes obtinēt. Cur. 3. n. 112.

Vide verbum. Honoris appetitus. Vide gloriam Dei.

Gloria Dei.

Dei glorię Ioannes incessanter studebat. Cur. 5. n. 116. Nō nostra, sed Dei gloria incessanter inuestiganda. Cur. 5. n. 117. Glo-

ria nostra in Dei gloriam deriuanda. Cur. 5. n. 118. Dei gloriam glorię suę pauci anteponūt. Cur. 5. n. 119. Gloriam Dei causā cōcedūt alter alteri Sanctus Basilius, & S. Nazianzenus. Cur. 5. n. 119.

Goliath.

Regis Saulis armis non meruit interire. Cur. 6. n. 230.

Gratus, gratitudo, ingratus, ingratitudo.

Gratitudo colenda exēplo Christi. Cur. 4. n. 216. Quomodo ingratos Deus castigat. Cur. 4. n. 217. Ingrati Hebręi liberationem ex Aęgypto Moysi, non Deo attribuant. Cur. 4. n. 218. Ingrati Iudę vices obeunt. Cur. 4. n. 219. Gratitudo omnium virtutū regimen. Cur. 4. n. 220. Grati animi speciem Christus indicat. Cur. 4. n. 221.

Gratia.

Ioannem gratia Dei in lucem dedit. Cur. 1. n. 90. Gratia perseverantia, & confirmatio in quo differunt. Cur. 2. n. 108. Gratia ante veniens per Ioannem. Cur. 5. n. 53.

Gula.

Vedij Romani gula. Cur. 5. n. 204. Illustrior Ioannes ob rerum omnium despicientiam. Cur. 4. n. 27. Hebręi vanę glorię causa filios immolant. Ibi. n. 133. Vanam gloriam Abraham fugiebat. Ibi n. 115.

Heretici.

Eorum signa preposterata. Cur. 1. n. 31. Eorumdem deliramenta. Ibi n. 172.

Hebręi.

Diuino instinctu conspirant in eadē Cętici verba. Cur. 2. n. 235.

Oran-

Rerum

Henoch.

Virtutis incrementum multū eue- xit. Cur. 3. n. 86. Par cū Deo ambulat in cęlo. Ibi n. 87.

Herodes

Zachariam occidit inter templū & altare. Cur. 3. n. 7. Ioannem credit Messiam. Ibi n. 8. Iulius Regnum erat diaboli. Cur. 5. n. 203. Coniecit Ioannem in carcerem, vt ab Herodiade liberaret. Cur. 5. n. 257. Victus precibus illum occidere voluit. Cur. 5. n. 258. Causa illius tristitię. Ibidem. Illius conuiuium vbi fuerit. Cur. 5. n. 261. An ad Ioannem venerit. Cur. 5. n. 262. Quę probant venisse. Cur. 5. n. 263. Cur Ioannem in carcerem coniecit iussit. Cur. 5. n. 268. Non quiescit sine capite Ioannis abscisso. Cur. 5. n. 280. Illius exercitus deletur, quia Ioannem occiderat. Cur. 5. n. 297. A Caio Imperatore in exiliū agit. Cur. 5. n. 298. Miris ægritudinibus conficitur. Cur. 5. n. 299. In illum Ioannes moriens omnium linguas acuit. Cur. 5. n. 320. Ad illum Herodes veniebat. Cur. 4. n. 24. Herodem in vinculis detentus territat. Cur. 6. n. 173. Ioannes etiam mortuus terret Herodem. Ibi n. 175. De Ioannis resurrectione præ formidine philosophatur. Cur. 6. n. 176. Non audet de Ioanne loqui, nisi cum domesticis. Cur. 6. n. 178. An Herodes ante iuramentum Ioannem voluerit occidere. Ibi n. 182. Vt facinus occultaret, iuramentum præ-tendit. Cur. 6. n. 183. Qualis Herodes fuerit, declaratur. Cur. 6. n. 186. Herodes Ioannem, Herodis Pater patrem Ioannis interemit. Cur. 6. n. 187. Herodes sanguine recreatus. Cur. 6. n. 234. Salome Herodiadis, non Herodis filia. Cur. 6. n. 238. Herodem Acalonitem ne Christus videret, aufugit. Cur. 6. n. 240. Herodis in palatio mortui Ioannis caput adhuc timeretur.

Cur.

Orando subiugabant hostes. Cur. 2. n. 78. Quantam, & qualem de penitentia opinionem habuerunt. Cur. 2. n. 154. Hebręorum redicula interpretatio. Cur. 2. n. 164. Hebręorum principes cognone de Christo vitijs obscurarunt. Cur. 2. n. 168. Redeuntes a captiuitate traiciunt Iordanem, & quo mysterio. Cur. 4. n. 209. Deum vident super mare rubrum submergentem Aęgyptios. Cur. 4. n. 238. Obedientia regente, & mouebant, & locabant exercitum. Cur. 4. n. 271. A Ioanne ad Christum difficulter auelluntur. Cur. 4. n. 276. Hebręi Ioannis intuitu decepti. Cur. 6. n. 106. Hebręi filios immolant demonijs. Cur. 4. n. 133.

Heber.

Prophetando filio nomen imposuit Phaleg. Cur. 2. n. 222.

Hebron.

Ciuitas erat varijs de causis nobilissima. Cur. 2. n. 3. Illius antiquitas. Cur. 2. n. 4. Habitata ab Abrahamo. Ibi n. 5. Eam Euangelista quomodo declarat. Cur. 2. n. 6. Quatuor Patriarchę in Hebron tumulati. Cur. 2. n. 7. Ibi sepultus Adam, & Eua. Ibidem n. 8. Ierolymis sepultus, iuxta alios, & vtriusque opinionis concordia. Cur. 2. n. 9. & n. 10. Ibi sepeliri optat posteri patriarchę. Ibidem n. 13. Ibi omnes Patriarchę præter Ioseph tumulati. Ibi n. 17. Ibi quatuor præcipui simul cum vxoribus. Ibidem n. 18. Eo multi confluebant, ob cęli temperiam. Ibi n. 25. Huc Christus cum matre venit. Ibi n. 26. Verosimilius etiam cum Christo iā nato huc venisse. Ibi n. 30.

Helisams.

Eius in reprehendendo cōstantia. Cur. 5. n. 253.

Cur. 6. n. 242. Coram Herode
cui Christus ileat. Cur. 6. nu. 293.
Herodis Regnum erat Regnum dia-
boli. Cur. 5. nu. 203. Herodē
Ioannes non palam arguit. Cur. 5. n.
221. Contra Herodem Ioan-
nes perstat adamantinus. Cur. 5. n. 252.
Constans legis executor Herodem
condemnat. Cur. 5. nu. 252.

Hero.

Hero martyr, & filius martyrum.
Cur. 1. nu. 50.

Herodias.

NON quiescit, donec caput ab-
cissum Ioannis possidet. Cur. 5.
n. 280. Cur non iubet, differri
ligatum, vt coram occidatur. Ibidem.
Quis illum subornat, vt caput petat,
Ibi n. 279.

Homo.

Hominis salus. Christi festiuitas.
Cur. 2. n. 131. Homo è lu-
to formatus, ne vanè gloriaretur.
Cur. 4. n. 103. Homines ad ma-
iora semper aspirant. Cur. 4. nu. 135.
Hominum secularium vsus, & con-
suetudo. Cur. 5. nu. 212. Homo
similis Deo efficitur per humilitatem.
Cur. 4. n. 24. Homo cithara, ti-
bia, templum, & organum. Cur. 2. n.
n. 268.

Homo malus.

A Malis hominibus, vt ab ipso de-
mone fugiendum. Cur. 3. n. 33.
Malorum hominum consuetudo peri-
culosa. Cur. 3. n. 34. Hanc eni
rat Iacob. Cur. 3. nu. 35. Ma-
lis vicini easdem penas subeunt. Cur.
3. n. 36.

Homo interior, exterior.

DE interiore cultu parum agimus:
de exteriori multum. Cur. 6. n.
40. Hi sunt arundinibus similes.
Cur. 6. n. 41. Homo cum es-
set Ioannes angelus dicebatur. Cur. 6.

n. 92.

Homicidium

Non nisi Christi sanguine explan-
dum scriptura significat. Cur. 5.
n. 217. Queruntur Israelitæ co-
missam huius peccati immanitatem.
Cur. 5. n. 218. Hoc peccatum
iam iudicatum est. Cur. 5. n. 219.
Homicidium non tam Deum lædit,
quam periurium. Cur. 1. n. 33.

*Honore dignus, qui se in-
dignum reputat.*

Magna Nepotiani laus in eo ge-
ne. Cur. 4. n. 106. Magna
item Diuæ Paulæ Ibi n. 107. Ob-
stupescit Moyses regimine oblato.
Cur. 4. n. 108. Exemplum Ge-
deonis. Ibi eodem numero. Af-
censum parat, qui per humilitatem
descendit. Ibi n. 109. Descen-
su ascendimus. Cur. 6. n. 250.
Vide. Humilitas abscondit dona.

Honor.

Honores, & primores locos effu-
gere docet Christus. Cur. 4. n. 88
Honoris, & amoris vicissitudo pariter
vtrinque grata. Cur. 5. n. 122. Ho-
noris cupidus magnus Alexander. Cur.
4. n. 124. Ingemuit, plures mun-
dos esse audiens. Cur. 4. n. 125. Cur
rebat ad victorias, & triumphos ve-
locissime. Cur. 4. n. 130. Glo-
rie, & honoris in Mutio Scauola de-
siderium. Ibi n. 130. Somniat Io-
seph in acquirendis honoribus. Cur. 4.
n. 132. Honores acquisitos Io-
seph laboriosè conseruat. Ibidem.
Gigantes turres edificanti honoris cau-
sa. Cur. 4. n. 133. Regalis ho-
noris magna sitis in Hazaele. Cur. 4. n.
134. Honor respondet humili-
tati. Cur. 6. n. 139.

Humanitas.

Vide verbo Comitas.

Hu-

Humilitas.

Humilitas etiam Christum eue-
xit. Cur. 4. n. 23. Homi-
nem Deo similem efficit. Cur. 4. n. 24.
sub humilitatis velamine splendidissi-
mos radios Christus emittit. Cur. 4. n.
25. Ex humilitate maius meritū
in Ioanne, quam ex reliquis virtuti-
bus. Cur. 4. n. 26. Humilitatis
est, se subdere minoribus. Cur. 4. n. 32.
Humilitas Petri admirabilis. Cur. 4. n.
35. Præ humilitate Christi no-
men à se Ioannes amouet. Cur. 4. n.
52. Humilitas Pauli magna, Ioā-
nis maxima. Cur. 4. n. 127. Chri-
stus se Dei filium ostendit ab Empy-
reo cælo descendens. Cur. 4. n. 189.
Grano sinapis figurata humilitas, cæ-
li in se claudit magnitudinem. Cur. 4.
n. 197. Humiles tantum in-
trant Regnum cælorum, Cur. 6. n.
249. Humilitatis exemplum.
Cur. 3. n. 41. Humilitas est ani-
mæ decor. Cur. 5. n. 109. An
innocentiam pulchrior accedit. Ibi
n. 111. Morte oculos acuit.
Cur. 4. n. 267. Humilitatis ino-
pia intellectus Eliæ obtunditur. Ibi n.
268. Socia humilitate vincit Iu-
dith. Cur. 4. n. 206. Humilita-
te Iordanem diuidit Heliseus. Ibi eodē
n. Humilitas Christi operatrix mi-
raculorum. Ibidem.

Humilitas attollit.

Humilitate Ioannes ad Dei simi-
litudinem accessit. Cur. 4. nu.
118. Humilis Deo per quam vi-
cinus. Cur. 4. n. 119. Humilis
Deo par adiudicatur. Cur. 4. n. 123.
Humilitas via ad honorem. Cur. 4. n.
182. Quantum attollat. Cur. 4.
n. 183. Magnus Moyses, quia
humiliter de se sentit. Cur. 4. n. 184.
Centurionem crexit super omnes Iu-
dæos. Cur. 4. n. 185. Petrus, &
Paulus per humilitatem ad primatum
ascenderunt. Cur. 4. n. 186. Ioan-
nis manus addicta Christi pedibus, ele-
uatur ad caput. Cur. 4. n. 187. Iob
per humilitatem ascendit ad coronā,

Eodem. Cur. 4. n. 188. Quo
Paulus ascenderit per humilitatem.
Cur. 4. n. 190. Zachæus corpore
minimus, magnus humilitate. Cur. 4.
n. 191. Saul ad dignitatem regni
promouetur, quia de se parum cogi-
tabat. Cur. 4. n. 192. Humilitas
est dignitas dignitatum, & honorum
honor. Cur. 4. n. 193. Humilita-
te nihil sublimius. Cur. 4. n. 194.
Eius sublimitas admiratione potius,
quam comparatione declaratur. Cur.
4. n. 195. Comparationes om-
nes, ac exaggerationes transcendit hu-
militas. Cur. 4. n. 196. Humili-
tatis est socia diuinitas. Cur. 4. n. 200.
Humilitatis itinere Deus ascendit.
Cur. 4. n. 201. Humilitas Deo ad-
hæret. Cur. 4. n. 205. Deum ad
se trahit. Cur. 4. n. 206. Descen-
su ascendimus. Cur. 6. n. 250.

Humilitas abscondit dona.

Pauonis exemplū abscondentis. ocu-
latis alas, pedumq; seditatem aspi-
cientis. Cur. 4. n. 104. Suam laudem
Daniel occultat. Cur. 4. n. 114. Si-
son mirabile facinus occultit. Cur. 4.
n. 115. Diuus Petrus abscondit
extrasum. Cur. 4. n. 116. Occultat
Ioannes eximium fauorem. Cur. 4. n. 117.
Vide Honore dignus est, qui se indig-
num reputat.

Iacob.

Vnde dicatur princeps cū Deo,
Cur. 2. n. 216. Euitauit impro-
borū cōsuetudinē. Cur. 3. n. 35. Eius
morientis desideria. Cur. 2. n. 81. An
fuerit sanctificatus in vtero. Ibi n. 91.
Præualuit cōtra Deū obediendo. Cur.
4. n. 272. Iacob gratus Deo. Cur. 4. n. 220.

Idololatria.

NE idololatræ Hebrei fierēt in riu-
bo Deus apparuit. Cur. 4. n. 60.

Ieiunium.

Ieiunio Dauid dolorē prodit. Cur.
6. n. 297. Ieiunium filios Dei facit.
Cur. 1. n. 201. Ioannis vita tota
ieiunium fuit. Cur. 6. n. 164.
Ieiunium Moysen in Deum mutat.

Sss

Cur.

Cur. 6. 168. Ieiunium homines fa-
cit Deo equalis: Cur. 6. n. 166. Ieiunio
Moyſis vultus irradiat. Cur. 6. n. 167.

Jeremias.

D eum per ſe nō poteſt. Prædicat
per interpretem. Cur. 6. n. 18.
Sanctificatus in utero. Cur. 2. n. 88.
Varij de eo ſentus. Cur. 2. n. 89. & n. 90.
Eo excepto alij nō ſanctificati. Cur.
2. n. 93. 94. 95. 96. Jeremias pluſ-
quam homo. Cur. 2. n. 266.

Ignes.

Vide verbo. Pyra.

Incarnatio.

H oc myſteriū, nec in ipſa fatiſ æ-
ternitate celebratur. Cur. 2. n. 31.
Elisabeth myſteriū Incarnationis ag-
noſcit. Cur. 2. n. 156.

Inconſtantia.

Vide verbo. Conſtans, Conſtantia.

Inferi.

A N Chriſtus ad inferos eſſet vē-
turus, Ioannes addubitāt. Cur.
6. n. 22. Eō ſe vēturū indicat in cruce,
capite deorſū inflexo. Cur. 6. n. 23. Le-
gatus ad inferos Ioanes præit. Cur. 6.
n. 24.

Invidia.

I nvidia poſſidentem minuit, nō au-
get. Cur. 5. n. 125.

Inimicus.

Vide verbo. Hoſtis.

Innocentia.

M agna cum diligentia ſeruanda,
Cur. 5. n. 108. Eadem cū
humilitate, geminus animæ decor. Cur.
5. n. 109. Ad innocētiam pulchrior ac-
cedit humilitas. Cur. 5. n. 111. Inno-
centes vinculis ligantur, liberantur im-
pij. Cur. 5. n. 44.

Ioab.

I oab quare nō ponitur inter fortes
Dauid. Cur. 1. n. 197.

Ioannes.

Q uare non ponitur inter Apoſto-
los. Cur. 1. n. 197. Annuntiatio
Ioannis ſpiritualē libertatem Hebræis
afferebat. Cur. 1. n. 115. Fuit magnū
priuilegiū. Cur. 1. n. 142. Fuit nō ſine
miraculo. Cur. 1. n. 143. Angelico te-
ſtimonio Chriſtus, ac Ioanes annūtiā-
tur. Cur. 1. n. 294. Multo ante annū-
tius, vt Chriſtus. Cur. 6. n. 136. A Sy-
billa etiā prænūtiatus. Cur. 6. n. 137.
Solēnius annuntiat, quā Chriſtus.
Cur. 1. n. 114. Magnū fuit priuilegiū,
multō antē annuntiari. Cur. 1. n. 142.
Ioanis generatio, Chriſti generatiōne
adūbrat. Cur. 1. n. 309. Dicitur prius
partu editus, quā genitus, & cur. Cur.
1. n. 313. Eius cōceptio ſilētiō cōmē-
dabilis. Cur. 1. n. 303. Doctrinā gene-
rationi ſimilis. Cur. 6. n. 27. Vt ſancti-
ficetur, feſtinat Beata Virgo. Cur. 2. n. 32.
Exultat, quia ſe exoneratū culpa vi-
det. Cur. 2. n. 99. Sāctificato Ioāne,
Virgo triūphat de diabolo. Cur. 2. n.
102. Exultat, Chriſti gaudio præliba-
to. Cur. 2. n. 65. Saltat, vt diaboli ſal-
tus cōprimat. Cur. 2. n. 68. Exultatio
ſignificat Ioannē liberatū ab originali.
Cur. 2. n. 118. Exultatione oſtēdit, ad-
eſſe Chriſti matrē. Cur. 6. n. 62. Fuit cō-
firmatus in gratia. Cur. 2. n. 113. Cōfir-
mationis habuit reuelationē. Cur. 2. n.
114. Cōfirmatus in vtero. Cur. 2. n.
115. Ioānes citius natus, quā Chriſtus,
& cur. Cur. 1. n. 258. Eius natiuitas ad
veneranda eſt ſilētiō. Cur. 1. n. 303. In
Ioanis natiuitate Miſſæ olim tres. Cur.
1. n. 183. Ioanis, Chriſti, & Virginis
natiuitas celebrata. Cur. 1. n. 184. Sē-
per in Eccleſia extitit celebris. Cur. 1.
n. 185. Natiuitas etiā dicitur genera-
tio intra matris viscera. Cur. 2. n. 84.
Eius natiuitas celebratur. Cur. 2. n. 98.
Eius natiuitas ex principijs Aſtrono-
miæ felix. Cur. 2. n. 122. Illius natali-
tio à Dei mater interſuerit. Cur. 2. n.
175. 176. 178. 179. Cur natiuitas, cum
dies decreſcant. Cur. 2. n. 192. 193. 194.
198. Tūc aliquis natiuitas, cū magnū
euadit periculū. Cur. 2. n. 201. Ante na-
tiuitatē testimoniū reddit. Cur. 4. n. 254.

Ioannis
annūtiā-
tio.

Genera-
tio, con-
ceptio.

Sanctifi-
catio.

Exulta-
tio.

Confir-
matus in
gratia.

Natiui-
tas.

In

In Ionnis natiuitate multa miracula,
Cur. 5. n. 75. Multi non de Ioanis
natiuitate, ſed de vanitate gaudent.
Cur. 5. n. 168. Baptiſtæ natiuitas
vigiliam habet, & ieiunium. Cur. 10. n.
96. Chriſtum antegreditur, & ſe ip-
ſum. Cur. 1. n. 257. Exiit in vtero, &
geſtit præcurrere. Cur. 1. n. 259. Cur
ſu Deo ſimilis, imō prior. Cur. 1. n. 261.
Chriſtum magna præit prærogatiua.
Cur. 1. n. 263. Solus Præcurſor.
Cur. 1. n. 264. Baptiſta præit, Euan-
gelita ſublequitur. Cur. 1. n. 265. An-
tē venit, vt Chriſtū natiuitatem præ-
dicaret. Cur. 1. n. 311. Citō præcurſo-
ris munus exequitur. Cur. 2. n. 50. Vo-
luit Chriſtus, vt amicus Ioannes præi-
ret martyrio, & ſolitudine. Cur. 3. n.
29. Chriſtum miraculum ſublequitur
Ioannes anteit, vt miraculum præiſ.
Cur. 5. n. 130. Vt præcat Martyrio
viam aperit, Cur. 6. n. 290. Præi-
uit ad viuos, præit etiam ad mortuos.
Cur. 6. n. 291. Petro præire volen-
ti Chriſtus ſubiraſcitur. Cur. 6. n. 297.
Baptiſtam præcuntem Chriſtus ſequi
voluit. Cur. 6. n. 288. Poſt illum
venit Chriſtus varijs modijs. Cur. 6. n.
289. Præit legatus ad inferos. Cur.
6. n. 24. Baptiſta præit, Euan-
gelita ſequitur. Cur. 10. n. 102. Præit
proximus. Cur. 10. n. 103. Vterque
Ioannes præit admirabili cōſonantia.
Cur. 10. n. 129. Ioannes Præcur-
ſor designatur ex virtute parentum.
Cur. 5. n. 42. Prophetiæ nitore
inclaruit. Cur. 1. n. 199. Prophe-
tiæ nitore, magni nomen obtinuit.
Cur. 1. n. 199. Matris ore prophe-
tizat. Cur. 2. n. 153. Recens natus
Patris prophetiam intelligit. Cur. 2. n.
288. Quā ratione prophetam ſe eſ-
ſe denegat. Cur. 4. n. 110. Nouiſ-
ſimus prophetat, vt primus oſtendat.
Cur. 6. n. 142. A filio mater prophe-
tiæ gratiam acceperit. Cur. 5. n. 134.
Dicitur pluſquam propheta, quia ſua-
rum laudum Deum præconem ha-
buit. Cur. 6. n. 33. Plusquam pro-
pheta, & cur. Cur. 6. n. 63. Spiritum
prophetiæ communicat. Cur. 6. n. 64.
Eius initia prophetiæ ſuperant aliorū

Præcur-
ſor.

Prophe-
tia.

fines. Cur. 6. n. 65. Multi prophe-
tæ de Ioanne præphetarunt. Cur. 6. n.
66. Deus Ioannis ſit propheta. Cur.
6. n. 66. Quæ alij prophetæ voce, il-
le digito monſtrat. Cur. 6. n. 67. Pro-
phetiæ dono quantum cæteros exce-
dat. Cur. 6. n. 68. Prophetiis ſigillū,
& prophetis ſilentium impoſuit. Cur.
6. n. 69. Ioannes pluſquā propheta,
quia Apoſtolicum munus exercuit.
Cur. 1. n. 251. Ioānes præuētus amo-
re Chriſti. Cur. 2. n. 76. Illi Chriſtus
thronū ſuum concedit. Cur. 2. n. 171.
Cunctis prius Virginē videt. Cur. 2. n.
173. Illi prius omnia debetur. Cur.
2. n. 174. Diuina munera antequam
membra ſuſcepit. Cur. 2. n. 287. Deus
Donat Baptiſtæ, quod omnibus negat.
Cur. 5. n. 182. In Ioannē per liberalis.
Cur. 1. n. 243. Dicitur pluſquā pro-
pheta, eō quod Chriſtum baptizauit.
Cur. 4. n. 18. Ioanni Chriſtus vberio-
rē gratiā repedit, quā ab illo acceperat.
Cur. 5. n. 120. Eius teſtimonio Petrus, &
Andreas ad Chriſtū cōſolarūt. Cur. 1. n.
256. In teſtimonio reddēdo, qualis Ioā-
nes. Cur. 4. n. 224. Vt accipiat à Ioan-
ne teſtimoniū venit ad Ioannē Chriſ-
tus. Cur. 4. n. 223. Ioannis teſtimoniū,
Chriſti teſti mentiū aliquo modo exce-
dit. Cur. 4. n. 239. In Ioanis teſtimo-
nijs ſemper ineſt particula demonſtra-
tiua. Cur. 4. n. 241. Teſtimonium de
Chriſto tres dant, Pater, Spiritus, San-
ctus, & Ioannes. Cur. 4. n. 242. Eius
teſtimonio, plures ad Chriſtū veniūt.
Cur. 4. n. 249. Eius teſtimoniū eſſi-
caciū, quā ſacra pagina. Cur. 4. n. 250.
Dignū ſe teſtē fecit. Cur. 4. n. 254. Te-
ſtimoniū perhibet antequā natiuitas.
Cur. 4. n. 254. Ob eius teſtimonium
omnes Euāgelitæ Ioānes meminērūt.
Cur. 4. n. 255. Eius teſtimonio Chriſti
hoſtes faciliē cōfūduntur. Cur. 4. n. 255.
An idem ſit teſtimonium, quod Ioānes
profert. Luc. 3. n. 15. cū eō quod ſcri-
bitur Ioan. 1. n. 19. Cur. 4. n. 274.
Teſtimonia diuerſa cēſentur. Ibidem,
Teſtimoniū Ioannis pondus. Cur. 6. n.
122. Eius vox, & teſtimonium,
in totum orbem cucurrit. Cur. 6. n. 275.
Vterque Ioānes teſtimonium perhibet

Donā
munera

Libera-
lis Chri-
ſtus.

Teſti-
moniū.

Index

veritati. Cur. 10. n. 125. Qualem, & quantum Ioanni præstruat comitatum Euangelista. Cur. 3. n. 151. Auctoritas multa in Ioanne. Cur. 4. n. 73. Qualis, & quanta. Cur. 4. nu. 224. Propter Ioannis auctoritatem omnes Euangelistæ eum meminerunt. Cur. 4. n. 247. Qualem auctoritatem in Ioanne Iudæi agnoscerent. Cur. 4. n. 248. Ioannes talis fuit, vt auctoritatem Christo conferre potuerit. Cur. 4. n. 249. Ioannes Æterni Patris auctoritatem præferbat. Cur. 4. n. 257. Ioannis auctoritas describitur. Cur. 3. n. 152. Ioannem vaticinia præue- runt, vt maior illius esset auctoritas. Cur. 5. n. 132. Etiam in matris utero Plenus. Cur. 1. n. 238. Apostoli replentur adulta iam ætate, Ioannes ante quàm nascatur. Cur. 1. n. 239. Spiritus Sanctus moras non fert. Cur. 1. n. 260. Repletus Spiritu Sancto. Cur. 2. n. 83. Præstantius est Spiritu S. repleti, quam sanctificari. Cur. 2. n. 185. Spiritus S. ignis Ioan- nem inflamat, antequam nascatur. Cur. 5. n. 5. Quos illi fauores Spiritus Sanctus contulit. Cur. 5. n. 137. Baptista Spiritu Sancto repletus Eu- angelista illustratus. Cur. 5. n. 189. Spi- ritum Sanctum habuit magistrum. Cur. 5. n. 190. Ioannis sanctimoniam ad- mirantur discipuli. Cur. 6. n. 28. Pro- pter sanctimoniam Sanctus Sancto- rum creditur. Cur. 6. n. 103. In eremo- feras animantes mansuefaciebat. Cur. 5. n. 102. Post Christum, & Mariam sanctissimus. Cur. 6. n. 115. Sancto- rum omnium maximus. Cur. 6. n. 118. Illi sanctitas penè originalis. Cur. 6. n. 120. Sanctitatis nouæ, & antiquæ thesaurus. Cur. 6. n. 122. Mores antiquos non patitur. Cur. 2. n. 219. Quo sensu dicitur, Ioannem nullum fecisse signum. Cur. 5. n. 74. In eius nati- uitate multa miracula. Cur. 5. n. 75. Magnum miraculum sine miraculo æsti- mari Messiam. Cur. 5. n. 76. Mira- cula diuinitatis indicium. Cur. 5. n. 77. Ioannem sine miraculis Iudæi Messiam esse volunt, non ita Christum. Cur. 5. n.

Autho- ritas.

Spiritu Sancto plenus.

Sanctitas

Miracu- la

78. Ioannis vita sine miraculis admi- rabilis. Cur. 5. n. 79. Si signa ederet, ab eo non discederent Iudæi. Cur. 5. n. 80. Miracula, vel nolentes trahunt. Cur. 5. n. 81. Qualis Ioannis sanctitas, cum sine miraculis crederetur Messias. Cur. 5. n. 82. Ioannes perpetuum miraculum. Cur. 5. n. 83. Miracula post mor- tem. Cur. 5. n. 84. Aperit os, quod An- gelus clausit. Cur. 6. n. 101. Miracu- lum cæci recipientis uisum. Cur. 6. n. 85. Miraculum expulsi Dæmonis. Ibidem. Miracula ad eius tumulum: Ibidem. Non fecit miracula, vt Christi opinio- ni consuleret. Cur. 6. n. 86. Videtur habuisse potestatem patrandi miracula. Cur. 6. n. 86. Ioannes non indigebat miraculis. Cur. 6. n. 88. Abstinentiæ miraculo clarus. Cur. 6. n. 89. Ioannes, sine miraculis, Messiam se esse disua- dere nõ poterat, Christus e contra. Cur. 6. n. 90. Messias credebatur uenturus cum magna potentia faciendi miracula. Cur. 6. n. 91. Quare Apostolis data potestas edendi miracula. Cur. 6. n. 92. Christus miraculis auditores attrahe- bat. Cur. 6. n. 93. Totus miraculum, & ultra naturam hominum. Cur. 6. n. 44. Nullus nisi Angelus, Ioannis laudes euul- garet. Cur. 1. n. 295. Per eum de Ar- changelum Christi, & Ioannis natiuitas diuulgatur. Cur. 1. n. 296. Eius laudes innumera. Eodẽ Cur. 2. n. 196. Variæ illius excellentiæ. Cur. 2. n. 224. Va- rij eius tituli. Cur. 2. n. 227. Eius laudes non aliunde, sed ab ipso peten- de. Cur. 2. n. 246. Ad eius laudes vo- ce philomelæ egemus. Cur. 2. n. 270. Dei manus in Ioanne, vt in horologio virtutũ ordinẽ foris indicat. Cur. 2. n. 276. 277. Illi victoriæ debetur. Cur. 2. n. 288. Eius puritas ex Virginis cõpa- ratione. Cur. 4. n. 20. Laudẽ ter gemi- nam deprimit triplici negatione. Cur. 4. n. 97. Ioannis laudes in Christum de- riuantur. Cur. 4. n. 264. In Ioanne, pe- riculum est, nisi laudes minutar, in alijs uerò citra periculum augeri possunt. Cur. 4. n. 265. item Cur. 6. n. 31. Nõ iubetur Christus audiri in Iordane, quia Ioannes ibi loquebatur, & au- diebatur. Cur. 4. n. 278.

Laudes

Laus

Rerum.

Laus magna cum magnis laudari. Cur. 5. n. 131. Ab omnibus certatim laudari debet. Cur. 5. n. 147. Eum nemo non laudat. Cur. 5. n. 150. Eius laudes nulla narratione claudun- tur. Cur. 6. n. 29. Diuinis simili- bus. Cur. 6. n. 30. Optimum genus laudis fateri impotentiam ad laudan- dum. Cur. 6. n. 31. Deus Ioannis laudum præco extitit. Cur. 6. n. 32. Ioan- nes suis longè exuperat aliorum sanc- torum laudes. Cur. 6. n. 34. Eius laudes generatim non priuatim expli- cantur. Cur. 6. n. 35. Vt dignè lau- detur, Deo laudatore eget. Cur. 6. n. 36. Laudati laudibus uinci gloriosius, quàm uicisse. Cur. 6. n. 29. Silentio eum S. Lucas dilaudat. Cur. 6. n. 31. Ioan- nis laudes Deus cepit, non absoluit. Cur. 6. n. 32. Qui in concionem ascendunt pro Ioannis laudibus, anxie defudant. Cur. 6. n. 37. Christus Ioannem laudandi nullam præterit oc- cationem. Cur. 6. n. 39. Laus Ciceronis, & Demosthenis Ioanni cõ- petit. Cur. 6. n. 105. Ioannis, & Christi laudes similes putantur. Cur. 6. n. 124. Aliorum laudes longè supe- rat. Eodẽ Cur. 6. n. 124. Magna Eu- angelistæ laus, undè oriatur. Cur. 10. n. 123. In alijs laudandis utitur Chris- tus nominibus posituius, in Baptistæ lau- dibus utitur cõparatiuis. Cur. 10. n. 105. Absoluitur præsentia Virginis pecca- ti macula. Cur. 2. n. 82. & 85. Originale peccatum contraxit, mortale actu nul- lum admisit. Cur. 5. n. 94. Leuia pec- cata non omnino uitauit. Cur. 5. n. 94. Carnis fomite, & pugnam sensit. Cur. 5. n. 95. Probat, nec leuiter, quidẽ peccasse. Cur. 5. n. 97. Hæc pars nul- la censura notanda. Cur. 5. n. 100. Pa- trum testimonia. Cur. 5. n. 101. For- mes extinguit. Cur. 5. n. 106. Mag- nus, quia sine peccato natus. Cur. 1. n. 203. Ob humanarum rerum despiciat magnus. Cur. 1. n. 205. Magnus, quia præcurfor. Cur. 1. n. 207. Magnus ob uitæ rigorẽ. Cur. 1. n. 208. Ioannes co- ram Deo magnus, alij coram homini- bus. Cur. 1. n. 196. Illius apud Deum magnitudo. Cur. 1. n. 197. Eius mag-

Circa origina- le pecca- tum.

Magnus

nitudo. Cur. 2. n. 197. Ex Ioannis magnitudine Christi magnitudo colli- gitur. Cur. 3. n. 153. Eius magni- tudo. Cur. 4. n. 13. Ioannis excellen- tia. mur. 4. n. 136. Errori delendo de Ioannis magnitudine infudat Eu- angelista. Cur. 4. n. 263. Obuiam uenit Euangelista nequis Baptistam plus iusto veneretur. Cur. 4. n. 264. Unde magnus appareat. Cur. 4. n. 269. Pro- phetiæ nitore magni nomen habuit. Cur. 1. n. 199. Deus est, qui Ioanne plus est. Cur. 6. n. 109. Ioannes inter omnes maximus. Cur. 6. n. 125. Ioan- nes maior, quia primus Euangelium dis- seminat. Cur. 6. n. 130. Sanctos om- nes superat. Cur. 6. n. 150. Euangeli- sta Sacerdotis maximi pectori heret, vt rationale, Baptistæ supra caput emi- net, vt tyara, vt Corona. Cur. 10. n. 98. Ioannes hominum iudicio Christo ma- ior. Cur. 4. n. 2. Ioannes Chris- to videtur æqualis. Cur. 1. n. 214. Pa- trem alium non habet. Cur. 1. n. 215. Ad Christi mensuram propius accessit & meritis aequalitèr uisus est equare. Cur. 1. n. 216. Ioannes humano- rum meritorum mensura. Cur. 1. n. 217. Particeps redemptionis humanæ. Cur. 1. n. 262. Communes cum Chris- to habet prærogatiuas. Cur. 1. n. 293. Ioannes maior homine. Cur. 1. n. 310. Ioannes peccata dimittebat. Cur. 2. n. 283. Humanorum excedit mensuram meritorum. Cur. 2. n. 261. Ioannis cum Christo similitudo. Cur. 4. n. 13. Ioannes, vt Deus, melius per negationes declaratur. Cur. 4. n. 93. Satis magnum est, si de Ioanne intelligas, quid non sit. Cur. 4. n. 94. Christo par esse uide- tur. Cur. 4. n. 198. Aliqualis Ioannis cum Christo æqualitas. Cur. 4. n. 246. Ioannes existimatur lux æterna, sicut Christus. Cur. 4. n. 250. Inter Christum, & Ioannem similitudines. Cur. 5. n. 133. In- ter illum, & Christum similitudines. Cur. 5. n. 133. Illius cum Christo conuenientia. Cur. 5. n. 129. Quoad natiuitatem, & Conceptionem cum Christo confertur. Cur. 1. n. 97.

Christo similis.

Sss 3

Ioan-

Ioanni homo addere non potest, cui Deus totum dedit. Cur. 6. n. 38. Videtur ultra hominis naturam ascendisse. Cur. 6. n. 36. Videtur cum Deo in comparationem venire potuisse. Cur. 6. n. 103. Communes cum Christo per rogationes vendicat. Cur. 6. n. 104. Ioannes excellentia hominum. Cur. 6. n. 108. Humanorum fugit mensuram meritorum. Cur. 6. n. 109. Deus est, qui Ioanne plus est. Eodem Cur. 6. n. 109. Ioannes, & Christus par pari vicissim sibi reddunt. Cur. 6. n. 112. Ioannes a communi regula se iungitur. Cur. 6. n. 113. Omnibus sanctis positivè maior. Cur. 6. n. 115. Nemo ad eius mensuram gloriæ ascendere potest. Cur. 6. n. 123. Natura humana non potest ultra ascendere. Eodem Cur. 6. n. 123. Ioannis, & Christi laudes similes. Cur. 6. n. 124. Idem animus in Christo, & Ioanne vivit. Cur. 6. n. 133. Vivus Ioannes creditur Christus, post mortem Christus creditur Ioannes. Eodem Cur. 6. n. 133. Ambo admirabiliter nati. Cur. 6. n. 134. Unigenitus, & primogenitus, ut Christus. Cur. 6. n. 135. Simili etiam ætate excedit è vivis. Eodem Cur. 6. n. 135. Generationem, & mortem aequaliter habuit similem. Cur. 6. n. 136. Christo multifariam similis. Cur. 6. n. 137. Primus, & ultimus. Cur. 6. n. 142. Ioannes, ut Christus, intermediat novum, & verum testamentum. Cur. 6. n. 146. Ioannes, Christus Dei gratia dicuntur. Cur. 6. n. 145. Ambo legis veteris terminus. Cur. 6. n. 149. Baptizatur Christus à Ioanne, & Ioannes à Christo. Cur. 4. n. 12. Ioannes Baptista veste candida, & manu velut Baptizans apparet. Cur. 11. n. 7. Domi circumcisus. Cur. 2. n. 203. Non egebat circumcissione. Ibi n. 204. Quare fiebat die octava. Cur. 2. n. 200. Quod Ioannis Dextera ascenderit. Cur. 4. num. 28. A pedibus euehitur ad caput. Cur. 4. num. 29. Probatum exemplo Magdale-

næ, & Ecclesiæ, cuius laudes à pedibus aifurgunt ad caput. Cur. 4. n. 30. & 31. Ioannis digitus reliquo corpore exulto remansit. Cur. 4. n. 237. Ioannes primus indicat Deum humana specie latentem. Cur. 4. n. 252. Digo monstrat, quem alij voce prænu-tiarunt. Cur. 6. n. 67. Primus Cathedristes, primus hortator ad pænitentiam. Cur. 1. n. 276. No- ui testamenti ponit fundamenta. Cur. 1. n. 277. In cælum violentiam primus Ioannes prædicavit. Cur. 3. n. 185. Primus posuit initium novi testamenti. Cur. 3. n. 186. No- uissimus prophetat, ut primus ostendat. Cur. 6. n. 142. Ioannes Baptista discipulum habuit Euangelis- tam. Cur. 1. n. 282. Etiam discipulum habuit eius fratrem Iacobum. Cur. 1. n. 285. Doctoris titulo decoratus. Cur. 6. n. 127. Omne hominum genus Christo lucrabatur. Cur. 4. n. 250. Quam aptè animas Ioannes præparabat. Cur. 6. n. 91. Primus videt, & prædicat Regnum cælestis. Cur. 6. n. 119. Primus Regni cælestis concionator. Cur. 6. n. 129. Etiam nunc animos ad Christum præparat. Cur. 6. n. 271. Declaratur exemplo Abelis adhuc loquentis. Cur. 6. n. 272. Etiam nunc clamat. Cur. 6. n. 273. Se omnium captui accommodabat. Cur. 5. n. 24. Quibus Ioannes verbis inciperat, eisdem Christus incipit prædicare. Cur. 5. n. 115. Ex utero Christum aduenerat. Cur. 2. n. 64. Primus Christum agnouit. Cur. 2. num. 69. Cognoscebat Dei matrem. Cur. 2. n. 172. Christum indubitanter agnoscebat. Cur. 4. n. 260. Quo sensu dixerit, se Christum non nouisse. Cur. 4. n. 261. Eum non antea agnouerat ex facie. Cur. 4. n. 262. Ex Columbæ descensu voceque Petri nihil attigit, quod antea non agnouerat. Eodem Cur. 4. n. 262. Acute videt, quia erat Angelus. Cur. 4. n. 267. Videt interiora cordis. Cur. 4. n. 275. Etiam in utero

Digitus.

Primus instructor.

Doctor

Prædicatio.

Cognitio.

ag-

agnoscit, quæ cælitates latebant. Cur. 6. n. 11. In alio materna futura prævidet. Cur. 6. n. 60. Plus videt antequam nascatur, quam Moyses iam senex. Cur. 6. n. 65. Trinitatis agnitionem, primus assequitur. Cur. 6. n. 150. Eò sapientior, quo à sensibus alienior. Cur. 5. n. 187. Spiritum Sanctum magistrum habuit. Cur. 5. n. 190. Ioannes, & illius Patres Virginis hospitio dedignantur. Cur. 2. n. 154. Ioannes Christi causa, immuni desiderat. Cur. 2. n. 194. Laudè tergeminam negatione triplici extenuat. Cur. 4. n. 97. Humilitas Pauli magna, Ioannis maxima. Cur. 4. n. 127. Summa laus, illa laesa humilitas in summo munere. Cur. 4. n. 137. Magna in Ioanne humilitas. Cur. 4. n. 181. Ioannis humilitas Luciferi superbiam aduersatur. Cur. 4. n. 204. Suppleuit humiliatè Luciferi locum. Cur. 4. n. 203. Ioannis oculos humilitas aperiebat. Cur. 4. n. 267. De se submissè sentit. Cur. 5. n. 123. Ioannes magnos propter humilitatem experitur proventus. Cur. 6. n. 111. Humilitatis via ad excelsos titulos ascendit. Cur. 6. n. 138. Humilitati respondet honor. Cur. 6. n. 139. Ut Christus, eisdem quibus descendit, gradibus ascendit. Cur. 6. n. 140. Ioannes dignitatem oblatam non solum reiecit, sed etiam detestatus est. Cur. 4. n. 87. Gloriam, & admirationem aspernari, admiratione dignum. Cur. 6. n. 141. Lucernæ lumine cæcos ad Christum reuocavit. Cur. 4. n. 259. Ioannes lucerna. Cur. 5. n. 29. Dicitur fulgere alieno lumine. Cur. 5. n. 30. Erat lucerna diuinum lumen ostendens. Cur. 5. n. 31. In altum elata, ut monstraret viam. Cur. 5. n. 32. Vniuerso mundo lucem fænerat. Cur. 5. n. 33. Homines non nisi lucernæ lucem modicam videre poterant. Cur. 5. n. 36. Paulatim à lucerna ad solis lumen procedendum. Cur. 5. n. 38. Ioannis lucernam

homines intuebantur, Christi inbarintueri non poterant. Cur. 5. n. 39. Ioannes lucerna diuinitatis index. Cur. 5. n. 40. Fuit lucerna ardēs, & lucens idè sunt incendia. Cur. 5. n. 63. Ioannes, & Elias arserunt, ut faces. Cur. 5. n. 65. Ioannes lucerna Iudæis, & gentibus. Cur. 6. n. 270. Acute videt, quia erat Angelus. Cur. 4. n. 267. Hominem simul, & Angelum plures adiudicant. Cur. 6. n. 70. Creditur natura Ioannis assumpta Cypostaticè ab Angelo. Cur. 6. n. 71. Refellitur ea opinio. Cur. 6. n. 71. Eum errorem multo antè Euangelista præcæret. Cur. 6. n. 72. Rationes ob quas Ioannes Angelus appellatur. Cur. 6. n. 74. Angelus propter officium. Cur. 6. n. 75. Angelus dignitate. Cur. 6. n. 76. Angelus a similitudine. Cur. 6. n. 77. Angelus ob sublimem Angelicæ aitæ excellentiam. Cur. 6. n. 77. Angelus, quia non comedit. Cur. 6. n. 78. Angelus, quia castus. Cur. 6. n. Angelorum periculum, si Dei filij uocentur. Cur. 6. n. 80. Ioannes, & Angelus dicitur, & Dei filius. Eodem Cur. 6. n. 80. Angelus Dei dicitur, quia Deo Beneuolus. Cur. 6. n. 82. Angelica Dignitas quanta sit, Eodem Cur. 6. n. 82. Ioannes Angelus, quia animas ad Christum allicit. Cur. 6. n. 85. Homo cum esset, Angelus dicebatur. Cur. 6. n. 92. Præcauit Euangelista, ne natura Angelus existimeretur. Cur. 6. n. 93. Ioannes Angelus, quia rerum temporalium alienus. Cur. 6. n. 94. Gratia donis plusquam Angelus. Cur. 6. n. 95. Angelus stupore commouit. Cur. 6. n. 96. Eorum aciem multa luce exuperat. Eodem Cur. 6. n. 96. Angelus ab angelo nominatur. Cur. 6. n. 97. Angelus, quia super terram eleuabatur. Cur. 6. n. 99. Splenduit angelica puritate. Cur. 1. n. 202. Illi concessum soli, ire proximum antè Christi faciem. Cur. 1. n. 267. Christo proximior, ac similitior. Cur.

Humilitas.

Honor dignitas

Lumen lucerna.

Angelus

Pro Christū

Baptismus.

Circumcisio.

Dextera.

Index

2. n. 29. Humilitate ad Dei similitudinem accessit. Cur. 4. n. 118. Ioanes Seraphius Christo proximior Cur. 5. n. 4. Christo vicinior, quam ceteri Cur. 6. nu. 103. In locum Luciferi cooptatus. Cur. 6. n. 110. It Christo proximior. Cur. 6. n. 120. Magnam anni partem cum Christo agit. Cur. 5. n. 71. Spiritu suo exiit, ut imbuatur Diuino. Cur. 1. n. 244. Illum non natura, sed gratia genuit. Cur. 1. n. 312. Prius natus gratia, quam natura. Cur. 2. nu. 97. Nullum commune cum terra commercium in Ioanne. Cur. 4. n. 141. In eo tantum aspectus carnis. Cur. 6. n. 98. Dicitur non ad imitationem, sed ad admirationem. Cur. 2. n. 258. Sublimis vitam egit, quam homines possent intelligere. Cur. 6. nu. 161. Quidquid extra Ioannem est, Deus est. Cur. 4. n. 95. Ioannis cor Dei cithara. Cur. 2. n. 265. Cor Ioannis instrumentum Dei manu percussum. Cur. 2. n. 269. Cordis occulta inspiciebat. Ibi n. 282. Ex tenui cordis spiramine efformatur vox. Cur. 4. nu. 154. Christo Ioannes, non dum natus, assurgit. Cur. 2. n. 72. Reuerenter Dominum excipit. Cur. 2. n. 163. Christum honorabat, & a Christo honorabatur. Cur. 5. n. 114. Ioannis concio mellita. Cur. 4. n. 149. Ioannes Dei guttur suauissimum. Cur. 4. n. 150. Ioannes tantum concionabatur, non scribebat. Cur. 4. n. 160. Doctrinae luce caecos ad Christum reuocauit. Cur. 4. n. 259. Eius praedicatio peccatores exteret multitudine. Cur. 3. n. 182. Est tuba ad caelum excitans. Cur. 3. n. 181. Ioannis nomen cum Dei nomine vicinitatem habebat. Cur. 1. n. 149. De Ioannis nomine litigant confanguinei, & cur. 1. n. 155. Praenuntiatur a tribus, ante impositionem. Cur. 2. n. 132. Illi Deus communicat nomen Iehonah. Cur. 2. n. 212. Cur illi tam prope nomen datur. Cur. 2. n. 213. Ioannis nomi-

ne per antonomasiam, intelligitur Baptista. Cur. 2. n. 215. Hoc nomine plures Pontifices nominati. Cur. 2. n. 217. Hoc nomen aduentantem gratiam praediunauit. Cur. 2. n. 223. Multis eget nominibus. Cur. 2. n. 226. Eius nomen Patris, os, & linguam expediuit. Cur. 2. n. 236. Ad Messiae nomen Ioannes excreuit. Curru. 3. n. 5. Ioanis nomen eloquentiam tribuit. Cur. 5. n. 156. Ioannis nomen gratia. Cur. 5. n. 158. Eius nomini consulit Christus in Galilaeam abiens. Cur. 4. n. 21. Christi nomen a se Ioannes amouet pro humilitate. Cur. 4. n. 52. Datum illi nomen nouum Filij Dei. Cur. 6. n. 134. Sui nomine partem nominis Dei includebat. Cur. 6. n. 229. Illius cum Elia similitudo. Cur. 1. n. 268. Ioannes celo perquam simillimus. Cur. 1. n. 55. Ex Isaie laude maior alia Ioannis. Cur. 1. n. 72. Quales ceteri comparatione Ioannis. Cur. 2. nu. 259. Comparatio inter propinquos non odiosa. Cur. 5. n. 178. Ioanni Baptista nullus alius conferendus. Cur. 5. n. 185. Solus Ioannes plus ultra progreditur. Cur. 6. n. 114. Ioannes comparatus cum sequentibus. Cur. 6. n. 119. Nemo ad eius mensuram gloriae ascendere potest. Cur. 6. n. 123. Natura humana non potest ultra ascendere. Cur. 6. n. 123. Nec Euangelista, cum eo comparandus. Cur. 6. n. 128. Ioannes omnibus antelatus. Cur. 10. n. 94. Supra omnem comparationem. Cur. 10. n. 104. Quod alij vix desiderabant, possedit. Cur. 5. n. 106. Ioanni Deus donat, quod omnibus negat. Cur. 5. n. 181. Ioannis vox magna, magno prophetarum silentio expressa. Cur. 1. n. 314. Antequam nascatur vox magna. Cur. 2. n. 144. Ad eam laudandam voce philonaeae egemus. Cur. 2. n. 270. Longius eius vita, quam vox personuit. Cur. 2. n. 271. Vox prima inter caelestes. Cur. 2. n. 273. Totus e-

Comparatio.

Vox.

rat

Rerum

rat vox ad salutem inuitans. Cur. 4. n. 138. Hec vox ante natalem die loquebatur tripudij. Cur. 4. n. 139. Exemplum Iulianij. Cur. 4. n. 140. Est vox deferens verbum ad aures hominum. Cur. 5. n. 153. Dei vox vocibus medetur. Cur. 5. n. 154. Vocem parenti restituit. Cur. 5. n. 155. Vocis restituta miraculum. Cur. 5. n. 157. Vocis, & linguae defectus medicus est Ioannes. Cur. 5. n. 159. Ioannes per penitentiam vox acuta aeternum Patrem ad se trahens. Cur. 4. n. 146. Caelum etiam emolliuit. Cur. 4. n. 147. Hec vox Christum allexit. Cur. 4. nu. 148. Ioannes Dei guttur suauissimum. Cur. 4. n. 150. Admirabilis natura lapidis, quae Ioannem attrahentem designat. Cur. 4. n. 151. Ut verbum preit vox, sic Ioannes Christum. Cur. 4. n. 152. Vox quomodo aneit verbum. Cur. 4. n. 153. Vox efformatur ex tenui cordis spiramine. Cur. 4. n. 154. Omnis vox Christi magna. Ibi 155. Ioannes vox magna. Cur. 4. n. 156. Lex vetus terminatur voce magna, ut Christus. Cur. 4. n. 157. Ex magnis Euangelistae vocibus Ioannes vox proditur. Cur. 4. n. 158. Cur vox, Ioannes fit. Cur. 4. n. 159. Baptista vox, Euangelista os Dei. Cur. 10. n. 118. Ioannes vox, quae vocibus medetur. Cur. 5. n. 154. Vocis, & linguae defectum medicina. Cur. 5. n. 159. Ioannes abstinentiae miraculo clarus. Cur. 5. n. 89. Ioannis ieiunium. Cur. 6. nu. 157. Eius exaggeratio ieiunij. Cur. 6. n. 159. Nullius cibi homo. Eodem Cur. 6. n. 159. Eius ieiunium discipuli emulantur. Cur. 6. n. 162. Ex ieiunij rigore Hebraei sanctitatem metiebantur. Cur. 6. n. 163. Ioannis vita ieiunium. Cur. 6. n. 164. Non comedens potius, quam ieiunans dicebatur. Eodem Cur. 6. n. 164. Nos Deo pares facit ieiunium. Cur. 6. n. 166. Ieiunius splendet Moysi facies. Cur. 6. n. 167. Ieiunium Moysen in Deum transfert. Cur. 6. n.

Ieiunium.

168. Propheta, Martyr, Apostolus. Cur. 6. n. 143. Mediator ante mediatorem. Cur. 6. n. 147. Ioannis tituli. Cur. 6. n. 244. Ioannes Baptista etiam Apostolus fuit. Cur. 10. n. 100. Fuit etiam Euangelista, & stupor orbis. Cur. 10. n. 100. Baptista fuit Angelus Apostolus; propheta, & Euangelista. Cur. 10. n. 120. Fuit etiam Euangelista imo Euangelistarum princeps. Cur. 10. n. 121. Vt Ioannem viderent, in terras deuolabant Angeli. Cur. 5. n. 89. Illi magnam gratiam contulit praesentia Beatae Virginis. Cur. 5. n. 103. Dei gloriae incessanter studebat. Cur. 5. n. 116. Felicius ex Dei manu colliguntur gratiae. Cur. 2. n. 276. Gratia Donis plusquam Angelus. Cur. 6. n. 95. Orabat maternis adhuc visceribus. Cur. 2. n. 63. Orabat ibi flexis genibus. Cur. 2. n. 64. Obuiam venit Euangelista, nequis plus a quo Baptista veneretur. Cur. 4. n. 264. Eius tutela victores Longobardi. Cur. 5. n. 148. Maiora donat, quam poscimus. Cur. 5. n. 160. Ioannis tutela maxima in Longobardos. Cur. 5. n. 173. Ioannis, fauor in eisdem. Cur. 5. n. 171. Liberatio a morte miraculosa, inuocato Ioannis nomine. Cur. 5. n. 176. Suis militibus opem tulit. Cur. 5. n. 177. Quomodo optata impetret. Eodem Cur. 5. n. 177. Obsecutus Ioannis consilijs, in die natiuitatis ipsius Ioannis moritur. Cur. 11. n. 5. Sanctus Ioannes pro suis intercessor. Cur. 11. n. 6. Eubratis in suum deuotum sagittas Sanctus Ioannes excepit hirsuta pelle. Cur. 11. n. 13. Sancti Ioannis inuocati fauor expertus, & exploratus a Duce Lusitano. Cur. 11. n. 40. Monio Vanegas in arctissimis Belli periculis Sanctus Ioannes affuit. Cur. 11. n. 44. Constantinus secundus in Ioannem valde propensus, illi templum offert. Cur. 11. n. 29. Velinus ter in somnis admonitus, ut se Sancti Ioannis obsequijs emanciparet. Cur. 11. n. 40. Tam verus, vt

Tituli varij.

Gratia, gratia.

Oratio.

In alios fauor, & patrocini.

Obsequijs ad dicti.

illi

Varia.

illi de se ipso dicenti Hebraei fide haberent. Cur. 4. n. 80. Ioannes veterum vaticiniorum finis. Cur. 4. n. 170. Ioanni diluculum erat, nox altissima. Cur. 1. n. 221. Vanitatis alienus. Cur. 6. n. 30. Delicias etiam mortuus Ioannes fastidit. Cur. 1. n. 236. Ab vtero exercitus ad futura certamina. Cur. 1. n. 204. Spiritus Sanctus moras non fert. Cur. 1. n. 260. Ioannes cursu Deo similis, imò prior. Cur. 1. n. 261. Ardet etiam in caelo. Cur. 1. n. 270. Omne hominum genus Christo lucrabatur. Cur. 4. n. 250. Orat Deum pro reductione errantium. Cur. 11. n. 8. Erat alter Orpheus. Cur. 4. n. 6. Penitentiae Cantilena Christum allexit. Cur. 4. n. 148. Ioannes silentium prophetarum. Cur. 1. n. 308. Quare eum Euangelista non meminit. Cur. 2. n. 264. Ioannes Christum salutatur ex vtero. Cur. 6. n. 60. Ioannes sonat obedientiam. Cur. 2. n. 58. Illi Deus obediuit. Cur. 2. n. 60. Ex obedientia baptizandi munus suscipit. Cur. 4. n. 270. Vide verbo. Obedientia. Cum dicitur missus, supponitur productus. Cur. 6. n. 74. Esse missum id est, atque esse ordinatum ad hoc munus. Eodem. Cur. 6. n. 74. Ex tanti legati magnitudine, colligitur Christi magnitudo. Cur. 3. n. 153. Ioannis discipuli Christi opera publicabant. Cur. 6. n. 1. Logius eius vita, quam vox personuit. Cur. 2. n. 271. Prae desiderijs Christi exultat Ioannes. Cur. 2. n. 77. Hesitat in verbis Ioannes, vt à discipulis omnem hesitantiam tollat. Cur. 6. n. 14. Eius vita continua austeritas. Cur. 6. n. 159. Quam dure & asperè secum egerit. Cur. 6. n. 164. Quo discipuli tulerint Ioannis corpus. Cur. 6. n. 231. Eius reliquiae frequenter episcopales. Cur. 6. n. 231. Ioannes martyr, & filius martyrum creditus. Cur. 5. n. 51. Martyris, ac Doctoris coronam meritis. Cur. 6. n. 127. Martyrium Ioannes subiit destitutus ex plis. Cur. 6. n. 263. Cur diuturnos cruciatus non sustinuit. Cur. 6. n.

Martyr, martyrium.

263. Pro veritate subijt martyrii. Cur. 6. n. 264. Primus pro Christo moritur. Cur. 6. n. 265. Primus martyr in lege gratiae. Cur. 6. n. 266. Christum antequam morte cruenta. Cur. 6. n. 267. Vt natiuitas mirabilis, ita & mors. Cur. 6. n. 268. Martyrio viam aperit, vt praeeat. Cur. 6. n. 290. Pro lege Ioannes moritur. Cur. 4. n. 254. In eo nulla causa mortis. Cur. 5. n. 110. Creuit Ioannis opinio post mortem. Cur. 5. n. 85. Pro Christo mortem oppetit. Cur. 6. n. 229. Eius morti Christus interfuit. Cur. 6. n. 231. Quo anni tempore iugulatus. Cur. 6. n. 331. Ioannis mortem alij subsecute. Cur. 6. n. 236. Cur non iubetur iugulari coram hominibus. Cur. 6. n. 244. Ioannis morti, mors Pauli similis. Cur. 6. n. 252. Post mortem magno comitatu à Christo receptus in caelum. Cur. 6. n. 287. Ob mortem Ioannis Christus Herodem obiurgat. Cur. 6. n. 292. Flet in morte Ioannis Christus. Cur. 6. n. 296. Deipara, & Apostoli adauerunt eundem planctum. Cur. 6. n. 206. Ioannis caput carcere non capitur. Cur. 5. n. 324. Hoc idem caput amputat iuramentum. Cur. 1. n. 32. Telure alter defossus. Cur. 5. n. 9. Iustinianus Imperator caput ab Edessa Constantinopolim afferri iussit. Cur. 11. n. 26. Duo sacri capitis inuentiones. Cur. 11. n. 30. Februarij altera, altera Augusti mensis. Eodem. Cur. 11. n. 30. Quem inconsiderate multi à veritate deflexerint. Cur. 11. n. 31. Secunda inuentionio esse non potuit tempore Martiani Imperatoris. Cur. 11. n. 32. Quae fides adhibenda tractatu de reuentione capitis, apud Cyprianum. Cur. 11. Eodem n. 32. Non Alexandriam sacrum caput, sed Constantinopolim à Theodosio delatum. Cur. 11. n. 33. Alter erat Ioannes, cuius caput Alexandria translatum est in Galliam. Cur. 11. n. 33. Caput Sancti Ioannis in Ecclesia Sancti Syluestri. Cur. 11. n. 34. Inuentio

Mors.

Caput, & capitis inuentio.

capit

Ioannes absolutus.

capitis Sancti Ioannis inextricabilibus nodis implicata. Cur. 11. n. 35. Primus modus apud Metaphrastem. Cur. 11. n. 35. Secundus referatur apud Marcellinum Comitem. Ibidem. Tertius apud Cyprianum. Cur. 11. n. 36. Tertia inuentio, & in Galliam transuetio multis etiam scatur erroribus. Cur. 11. n. 37. Qui intumulatus erat Alexandriae cum duobus pueris, alter erat Ioannes. Eodem. Cur. 11. n. 37. Noua relatio dicitur, quae facta est tempore Marciani. Cur. 11. n. 38. Singulis annis tam apud graecos, quam apud Latinos duplex memoria inuentio. Cur. 11. n. 39. Ioannes dicitur esse iustitia. Cur. 1. n. 57. Ioannis virtus adolescit cum natura. Cur. 1. n. 71. Ioannem non tam parentes, quam Dei gratia, conceperunt. Cur. 11. n. 90. Quare missus nominatur. Cur. 1. n. 91. Ioannis annuntiatio spirituatem libertatem Iudaeis afferebat. Cur. 1. n. 115. Ioannis laus ex mense sexto. Cur. 1. n. 116. Ioannis tantum, & Christi nomen predictum in nouo testamento. Cur. 1. n. 140. Ioannes magna gaudia inuexit in domum parentis. Cur. 1. n. 172. In Ioannis natiuitate magna mundus letitia exultat. Cur. 1. n. 182. Ioannis natiuitas aliam longè superat. Cur. 1. n. 186. Etiam apud Barbaros solenniter colitur. Cur. 1. n. 187. Ioannis festiuitati cedit festiuitas Ioannis Euangelistae. Cur. 1. n. 188. Illi sancti omnes primatum concedunt. Cur. 1. n. 189. In illo Dei imago expressa. Cur. 1. n. 190. Illius caput, totum orbem occupat. Cur. 1. n. 191. In morte torquè decoratus. Cur. 1. n. 192. Omnia humana transcendit. Cur. 1. n. 193. Illius, & saluatoris honori primum Romae erectum templum. Cur. 1. n. 194. Ioannem Messiam Iudaei fatentur. Cur. 1. n. 18. Nobilitas Ioannis ex parentibus. Cur. 1. n. 38. Ioannem Christus septies inuisit. Cur. 2. n. 37. Inuisit etiam Spiritus Sanctus, non dum in lucem editum.

Cur. 2. n. 41. Cum Ioanne Christus vrbianitate vtitur. Cur. 2. n. 42. Ioannes non per legatum alloquitur, sed per se ipsum. Cur. 2. n. 46. Ioannes Christum consolatur ex vtero. Cur. 2. n. 48. Maiores etate praestat obsequia. Cur. 2. n. 49. Illius salix praesagium. Cur. 2. n. 121. Archidux noui testamenti. Cur. 2. n. 147. Christianae militiae tuba. Cur. 2. n. 148. Ioannes, & Christus se vicissim alloquuntur per ora matrum. Cur. 2. n. 149. Se exeret ad animarum euersionem. Cur. 2. n. 152. Deipara Ioannem sinu fouet. Cur. 2. n. 158. Eius amplexu consecratur, & insignitur. Cur. 2. n. 159. Cur de eo dicitur, est de Christo, etiam. Cur. 2. n. 195. Nouum Ioannis miraculum. Cur. 2. n. 238. Ioanni thronum suum Christus concessit. Cur. 2. n. 171. Ador Christum sequendi qualis in eo fuerit. Cur. 2. n. 291. Cum Ioanne fugit Elizabeth Deiparae monitu. Cur. 3. n. 61. Ioannes in paupere lege detestissimus. Cur. 3. n. 50. In caelo potius quam in terris, Dei fruebatur alloquitur. Cur. 3. n. 56. Omnes ad alliciebat. Cur. 4. n. 3. Ad se illum Herodes veniebat. Cur. 4. n. 4. Angelico aspectu omnes recreabat. Cur. 4. n. 5. Ioannes Christum, Christus Ioannem baptizat. Cur. 4. n. 12. Ioanni se Deus subiicit. Cur. 4. n. 15. Obtupuit ad baptizandi Christi dignitatem. Cur. 4. n. 17. De Ioannis matre plura scripta, quae de Christi matre. Cur. 4. n. 22. In eo maius meritum ex humilitate, quam ex alijs virtutibus. Cur. 4. n. 26. Eius vrbianitas in requam nascatur. Cur. 4. n. 36. Ioannem tantum, & Christum in Iordago columbam vidisse aliqui arbitrantur. Cur. 4. n. 42. Ioannes turturæ significatus, & quare. Cur. 4. n. 161. Eius baptismus non contra, sed supra legem. Cur. 4. n. 174. Et soli baptizare datum baptismum penitentiae. Cur. 4. n. 157. Ad Ioannem Christus venit, & cur. Cur. 4. n. 223.

Vixit

Vixit in solitudine, vt eius de Christo testimonium firmaretur. Cur. 4. n. 228. Agnum ostendit loquente digito. Cur. 4. n. 235. Totius medius Trinitatis. Cur. 4. n. 243. & 245. Verbi Eterni personam supplicuit. Cur. 4. n. 244. Eius lingua loquitur Christus. Cur. 4. n. 245. Fuit à manuensis Trinitatis. Cur. 4. n. 250. Iohannes cōmendabilius reddebat Euangelium. Cur. 4. n. 256. De eolo quens Euangelista verbo vtitur accommodo. Cur. 4. n. 263. Iohannē deprimat Euangelista, vt attollat Christum. Cur. 4. n. 276. Iohanni filiū commendat. Eternus Pater. Cur. 4. n. 279. Iohannes in spelunca iuxta Iordanem habitauit. Cur. 4. n. 281. Iohannes ad amorem natus, omnem timorem excludēbat. Cur. 4. n. 282. Iohannes discipulos misit ad Christum, vt Christi doctrina teneantur. Cur. 6. n. 155. Discipulos tradebat Christo, vt placidē mori possent. Cur. 6. n. 17. Iohannes in carcere spirituales filios luētur. Cur. 6. n. 19. Discipulo rum ignorantie consultit. Cur. 6. n. 20. Iohannes in carcere otium nescit. Cur. 6. n. 21. Iohannes dubitat, an Christus venturus sit ad inferos. Cur. 6. n. 22. Praeit legatus ad inferos. Cur. 6. n. 24. Nunquam discipulus in scriptura nominatur. Cur. 6. n. 25. Iohannem discipuli qua beneuolentia prosequantur. Cur. 6. n. 26. Iohannis sanctimoniam discipuli admirantur. Cur. 6. n. 28. Iohannes Dei facies. Cur. 6. n. 83. Iohannes appositē animas praeprabat. Cur. 6. n. 91. Antē ortum Christum veneratur, alij Angeli post ortum. Cur. 6. n. 92. Paruulus venenosos serpentes in eremo non extimuit. Cur. 6. n. 100. Iohanne discipulatur Hebræi. Cur. 6. n. 106. Iohannes, & Christus flosculi. Eodem Cur. 6. n. 106. Vter pulchrior, populus addubitat. Cur. 6. n. 107. Iohannes etiā mortuus terret Herodem. Cur. 6. n. 175. Prae formidine de Iohannis resurrectione philosophatus Herodes. Cur. 6. n. 177. Vincit in arce

Macherantina in finibus Galilæe. Cur. 6. n. 179. Iohannem Herodes, Iohannis Patrem Pater Herodis obtruncat. Cur. 6. n. 187. Eius generositas. Cur. 6. n. 230. Quomodo omnes credant per Iohannem. Cur. 6. n. 274. Iohannis exanguie caput adhuc timetur. Cur. 6. n. 242. Iohanni dignitas concessa, immediatē à Deo per Angelos. Cur. 6. n. 269. In eius Missa, cur non dicitur, Credo. Cur. 6. n. 277. Eum in vita Christus honorat, & in morte similiter. Cur. 6. n. 294. Iohannem Christus, vt Lazarum fleuit. Cur. 6. n. 296. Cur Christus non simul cum Iohanne, cur non antē prædicat. Cur. 6. n. 294. In Iohannis morte Christus commoritur. Cur. 6. n. 297. Cur ab hostibus elapsus ad Iordanem Christus venerit. Cur. 6. n. 273. Timoris inops, in terras rediret, vt reges reprehenderet. Cur. 9. n. 154. Quantum amor Iohannis, erga Christum. Cur. 6. n. 248. Quantum eius memoria conducit. Cur. 6. n. 291. Ob necem Iohannis Christus Herodem obiurgat. Cur. 6. n. 292. Iohannis virtus assimilatur, luci fusæ vnde quaque. Cur. 1. n. 176. Iohannes lamenta omnium leuat, & exaudit. Cur. 1. n. 177. Iohannes vnus pro multis. Cur. 1. n. 179. Iohannes annuntiat, in omnium publicam vtilitatem. Cur. 1. n. 181. Omnibus anteit. Cur. 1. n. 195. Mutua charitate coniuncti Iohannes Euangelista, & Baptista. Cur. 1. n. 198. Docuit eximia penitentię documenta. Cur. 1. n. 200. Faustē delinquentis Virginis auspicio. Cur. 2. n. 123. Optimis auspicijs, inauguratus. Cur. 2. n. 125. Eius matri seruit Dei mater. Cur. 2. n. 167. Iohannes dicitur Plures Pontifices. Cur. 2. n. 218. Dei præsentiā virile robur acquisiuit. Cur. 2. n. 265. Iohannis cor instrumentum, Dei manu percussum. Cur. 2. n. 269. Iohannes singulariter locutus, Prophetę generaliter. Cur. 4. n. 240. A Iohanne ad Christum difficulter separabantur Hebræi.

Cur.

Cur. 4. n. 276. Illius magni à prima sanctificatione progressus. Cur. 3. n. 1. Ad Melsiæ nomen exeruit. Cur. 3. n. 5. Deipara monitu fugit cum matre. Cur. 3. n. 6. Ab Herode creditur Messias. Cur. 3. n. 8. Illum curant Angeli matre in eremo mortua. Cur. 3. n. 13. Illi necessaria diuinitus ministrabitur. Cur. 3. n. 15. Tenera ætatula abit in desertum sæculi, vanitatis inficius. Cur. 3. n. 18. Docet vitæ primordia Deo consecrare. Cur. 3. n. 19. Amore solitudinis ætatem præcedit. Cur. 3. n. 21. Illi Deus aderat, illumque roborabat. Cur. 3. n. 22. Festinationis in eremum necessitas. Cur. 3. n. 23. Certum qua etate, incertum quo anno. Cur. 3. n. 24. Variæ opiniones. Ibi n. 25. Cum Angelis solum sermocinatur. Cur. 3. n. 26. Fuit monachorum princeps. Cur. 3. n. 27. In Essenorū collegio non vixit. Cur. 3. n. 28. Voluit Christus, vt tamquam amicus præret martyrio, & solitudine. Cur. 3. n. 29. Abit in eremum, vt à scelere viuat immunis. Cur. 3. n. 30. Ad vrbes non venit. Cur. 3. n. 32. In eremo cū Deo perpetuum habuit commercium. Cur. 3. n. 55. In cælo potiùs, quam in terris agēs Dei fruebatur alloquio. Cur. 3. n. 56. Orationis cibo alebatur. Cur. 3. n. 57. Calamitosus Adæ filijs superior aduenit. Cur. 3. n. 58. Terrenas omnino spreuit delicias. Cur. 3. n. 60. In solitudine semper orabat. Cur. 3. n. 68. Illum oratio tuebatur in eremo. Cur. 3. n. 74. Gigantē saltibus ad perfectionem cucurrit. Cur. 3. n. 81. Christi saltus emulatur. Cur. 3. n. 82. Qui, & quales fuerint illius saltus. Cur. 3. n. 83. Ad illius ætatem dona crescunt. Cur. 3. n. 84. In solito crescunt augmento. Cur. 3. n. 85. Par cū Deo ambulat in terris. Cur. 3. n. 87. A terrenis affectibus alienus. Cur. 3. n. 89. Docet, exire ad Concionem. Cur. 3. n. 105. Eius doctrinę testimonia. Cur. 3. n. 106. An-

gelos imitatur in concionando. Cur. 3. n. 108. Vt electa sagitta omnium corda penetrabat. Cur. 3. n. 114. Illum diuini Verbi vis à delicijs eremi potuit abstrahere. Cur. 3. n. 116. Rationes ob quas descendit ad Iordanē. Cur. 3. n. 126. In baptismo Christi representauit Sacerdotem. Cur. 3. n. 133. Illum refert quoddam Cygnorum genus. Cur. 3. n. 139. Eremicolarum Princeps. Cur. 3. n. 144. Qualem, & quantum illi comitatum præstruat Euangelista. Cur. 3. n. 151. Illius authoritas describitur. Cur. 3. n. 152. Ex illo Christi magnitudo colligitur. Cur. 3. n. 153. Nudis pedibus incedit. Cur. 3. n. 160. Veste vtitur singulari, singularis indice sanctitatis. Cur. 3. n. 171. Que locuste, quibus vescēbatur. Cur. 3. n. 173. Illius prandium in deserto. Cur. 3. n. 177. Primus Regni Dei prædicator. Cur. 3. n. 180. Tuba fuit, homines ad cælum excitans. Cur. 3. n. 181. Eius Prædicatio multifariam homines exterruit. Cur. 3. n. 182. Primus violentiam cælorum prædicauit. Cur. 3. n. 185. Docet, cælum violentè expugnandum. Cur. 3. n. 187. Scintillat, ore, & corde. Cur. 5. n. 2. Igneus Seraphinus Christo proximior. Cur. 5. n. 4. Illum non dum natum ignis Spiritus Sancti inflamauit. Cur. 5. n. 5. Illius caput tellure altè defossū. Cur. 5. n. 9. Doctrina, & exemplo lucebat. Cur. 5. n. 18. In utero matrem illuminat. Cur. 5. n. 19. Se se omnium captui accommodabat. Cur. 5. n. 24. In illo præcox sensus aduentus Christi. Cur. 5. n. 28. Vt lucerna accenditur Christi amore, ac lumine. Cur. 5. n. 29. Ideo dicitur fulgere lumine alieno. Cur. 5. n. 30. Erat lucerna diuinum lumen ostendens. Cur. 5. n. 31. In altum elata, vt mons tret viam. Cur. 5. n. 32. Vniuerso mundo lucem fernerat. Cur. 5. n. 33. Attemperatum illius

Tut lumen

lumen aspicietur. Cur. 5. n. 39.
 Erat lucerna diuinitatis index. Cur. 5. n. 40. Erat lux ipsius lucis. Eodem Cur. 5. n. 43. Cautè monetur orbis, illum non esse eternam lucem. Cur. 5. n. 44. Ipse idem de se clamat. Cur. 5. n. 45. Coram sole, Sol alter. Cur. 5. n. 46. Cum esset Lucifer, Sol estimabatur. Cur. 5. n. 48. Aeterna lux putabatur. Cur. 5. n. 49. Hanc lucem Christus intueri gaudebat. Cur. 5. n. 50. Eam honorat intruendo. Cur. 5. n. 51. Per illum gratia ante veniens. Cur. 5. n. 53. Lucis proprietates illi aptantur. Cur. 5. n. 55. Erat Lucifer Solem præsentens. Eodem Cur. 5. n. 56. Coram Sole non disparuit. Cur. 5. n. 57. Illius ossa apud Sebastem concremantur. Cur. 5. n. 58. Indè putantur orta incendia. Ibidem. Causa incendiorum in illius peruigilio. Cur. 5. n. 59. Coniectura incendiendi ignes in eius peruigilio. Cur. 5. n. 62. Fiunt incendia, quia fuit lucerna ardens, & lucens. Cur. 5. n. 63. In illo accenditur ignis, dum Christus baptizatur. Cur. 5. n. 64. Arsit, vt fax. Cur. 5. n. 65. Lux fugans tenebras mentium. Cur. 5. n. 66. Christo sub noctem venienti facem prætulit. Cur. 5. n. 67. Orbem, vt magnus Princeps intrauit. Cur. 5. n. 68. Fuit Christi stella. Cur. 5. n. 70. Stella Christum attrahens. Cur. 5. n. 71. Ad illum sæpe veniebat Christus. Cur. 5. n. eodè. Etiam post illius mortem eò Christus veniebat. Cur. 5. n. 72. Heliotropio similis. Cur. 5. n. 73. Exultatio in vtero, miraculum. Ibidem. Quo sensu dicitur non fecisse miracula. Cur. 5. n. 74. In eius natiuitate multa miracula. Cur. 5. n. 75. Magnum miraculum, sine miraculis æstimari Messiam. Cur. 5. n. 76. Illum sine miraculis ascisciebant Iudei. Cur. 5. n. 78. Eius vita sine miraculis admirabilis. Cur. 5. n. 79. Si signa cederet, ab eo se-

quando non desisterent Iudæi. Cur. 5. n. 80. Qualis illius sanctitas, cum sine miraculis crederetur Messias. Cur. 5. n. 82. Fuit perpetuum miraculum. Cur. 5. n. 83. Miracula post mortem. Cur. 5. n. 84. Cæcus recipit visum. Ibidem. Expellitur diabolus. Ibidem. Miracula ad eius tumulum. Ibidem. Creuit illius opinio post mortem. Eodem Cur. 5. n. 85. Itobuiam temerè iudicantibus. Cur. 5. n. 124. Si illius historia non adiungeretur historiæ Christi, hæc æstimaretur imperfecta. Cur. 5. n. 128. Ab illo discipuli difficillimè separantur. Cur. 5. n. 135. Quos fauores illi Aternus Pater contulit. Cur. 5. n. 136. Quos Filius, & Spiritus Sanctus. Ibi n. 137. Tota Trinitas illi baptizanti adfuit. Cur. 5. n. 138. Illius hospes fit Christus in deserto. Cur. 5. n. 140. Ad Ioannem Christus vadit omnibus postpositis. Cur. 5. n. 141. In illum multa bona ex verbis Deiparæ redundarunt. Cur. 5. n. 142. Illum Visitauit Sanctus Ioseph. Cur. 5. n. 143. In illum Angelorum beneficentia. Cur. 5. n. 145. In illum Euangelistæ Amor. Cur. 5. n. 146. Ab omnibus certatim laudatur. Cur. 5. n. 147. Eius tutela Victores Longobardi. Cur. 5. n. 148. Ecclesia illam præ omnibus, post Deiparam, colit. Cur. 5. n. 149. Eum nemo non laudat. Cur. 5. n. 150. Eius auspicio Cistercienses monachi in Lusitaniam primò venerunt. Cur. 5. n. 151. Ioannes quidam Lusitanus se illis primùm addidit socium. Cur. 5. n. 152. Fuit vox deferens verbum ad aures hominum. Cur. 5. n. 153. Vocem parenti restituit. Cur. 5. n. 155. Illius nomen, eloquentiam tribuit. Cur. 5. n. 156. Illius nomen gratia. Cur. 5. n. 158. Letitiam communicat. Cur. 5. n. 167. Multi non de eius natiuitate, sed de vanitate gaudent. Ibi n. 168.

In illum Longobardorum cultus. Ibi n. 169. In eius templum liberalitas. Ibi n. 172. Illius tutela maxima in Longobardos. Ibi n. 173. Furem ingredi suum templum vetat. Ibi n. 175. Quomodo per illum optata impetrantur. n. 177. Fuit filius Virginis. Ibi n. 179. Dormit in sinu Christi. Ibi n. 180. Illi Christus fauores impendit. Ibi n. 181. Illi caput inclinat. Ibi n. 182. Illi famulatur Dei mater. Ibi n. 183. Admirabilis in eum fauor. Eodem Cur. 5. n. 184. Deus, vt amicus eum eò amico loquebatur. Cur. 5. n. 188. Ad illum Deus veniebat. Cur. 5. n. 191. Non iubetur Christum audire in deserto. Cur. 5. n. 192. Diuinæ personæ eum medium collocant. Cur. 5. n. 194. In diuinitatis radios oculos intendit. Cur. 5. n. 196. Non alloquebatur ad alteram. Cur. 5. n. 220. Herodem non palam, sed clam arguit. Cur. 5. n. 221. Vt liberè arguat, à teneris accedit virtuti. Cur. 5. n. 235. Illius verba, & reprehensio ignea. Cur. 5. n. 243. Maluit capite truncari, quam adulari. Cur. 5. n. 249. Contra Herodem perstat adamantinus. Cur. 5. n. 252. Constans legis executor, Herodem condemnat. Ibidem. Qui illius carcer, & vbi fuerit. Cur. 5. n. 260. An ad Herodem iuerit. Cur. 5. n. 262. Quomodo ad regionem Iordanis, & regio ad illum venit. Cur. 5. n. 264. Deus sub illius pectore, quasi sub tentorio. Cur. 5. n. 283. Ab eremo venit, vt arguat. Cur. 5. n. 284. Illius in carcere ad martyrium præparatio. Cur. 5. n. 292. Illius alligatio; quid significaret. Ibidem. Illius vox è carcere fortior erumpit. Cur. 5. n. 319. Moriens omnium linguas acuit in Herodem. Cur. 5. n. 320. Eius parentes quare laudentur. Cur. 1. n. 41. Eius nobilitas ex sanguine, & ex parentibus. Cur. 1. n. 43. Ex fide Christi exultat in vtero. Cur. 2. n. 120.

Ibi vsu rationis fruitur. Eodem Cur. 2. n. 286. Ad Ioannis beneficentiam singulos digitos Deus extendit. Cur. 2. n. 285. Cur non dicitur Credo in eius Missa. Cur. 6. n. 276. Ioannes credentium Dux. Cur. 4. n. 258.

Ioannes Euangelista.

Euangelista Baptistæ discipulus fuit. Cur. 1. n. 282. Euangelistæ humilitas in tacendo suo nomine. Cur. 1. n. 284. Ioannes Euangelista, & eius frater Apostolicum culmen esse meruerunt. Cur. 1. n. 286. Ioannes Iacobo fratre maior. Cur. 1. n. 287. Vt à Ioanne Christus videatur, se ad illum conuertit. Cur. 1. n. 288. Illi nomen impostum ad imitationem Baptistæ. Cur. 2. n. 243. Illum refert quoddam Cygnorum genus. Cur. 3. n. 139. Illius in Baptistam amor. Cur. 5. n. 146. Fuit Filius Virginis. Cur. 5. n. 179. Dormit in sinu Christi. Cur. 5. n. 180. Illi Christus fauores impendit. Cur. 5. n. 181. Famulatur Dei matri. Cur. 5. n. 183. Dilectus propter subtilitatem sapientiæ. Cur. 5. n. 186. Fuit illustratus. Cur. 5. n. 189. Ad Deum veniebat. Cur. 5. n. 191. Iubetur Christum audire in Thabor. Cur. 5. n. 192. Illius acies aquilina. Cur. 5. n. 195. Tum Ioannem Euangelistam, tum alios Apostolos baptizauit Sanctus Ioannes Baptista. Cur. 4. n. 11. Baptistæ testimonio vitur ad Christi Diuinitatem comprobendam. Cur. 4. n. 248. Morti eius Christus intertuit. Cur. 6. n. 231. Ioannes Euangelista laminam auream gestabat. Cur. 6. n. 281. Triplici corona redimitus. Cur. 6. n. 286. Magno comitatu à Christo receptus in cælum. Cur. 6. n. 287. Euangelista Astrum saluberrimum. Cur. 6. n. 301.

Iordanis.

Iordanis nomen vnde ortum. Cur. 3. n. 120.

Quibus de causis ad Iordanem Ioannes descendit. Cur. 3. n. 126. In Iordane institutus Christi baptismus. Cur. 3. n. 130. Opposita opinio etiam est probabilis. Cur. 3. n. 131. Hebræi à captiuitate redeuntes Iordanem transeunt, & quò mysterio. Cur. 4. n. 209. Cur non iubetur. Christus audiri in Iordane sicut in Thabor. Cur. 4. n. 278. Ioannes habitauit in spelunca prope Iordanem. Cur. 4. n. 281. Iordanem Christus intrauit suorum causa. Cur. 3. n. 136. In Iordane accenditur ignis, dum Christus baptizatur. Cur. 5. n. 64. Cur ab hostibus elapsus ad Iordanem Christus uenit. Cur. 6. n. 273. Iordanem diuidit humilitas Elisæi. Cur. 4. n. 206.

Ioseph.

Iosephum Deus è carcere sublimè attollit. Cur. 6. n. 251. Eum secū Pharaō æquiparat, sola sibi seruita throni dignitate. Cur. 2. n. 170. Ioseph ab Arithmetia auctoritas apud Pilatum. Cur. 4. n. 54. Ioseph humilis. Cur. 4. n. 180. Soli Patri fratrum crimina renuntiabat. Cur. 5. n. 222. Ioseph carcerem fecit scholam optimorum morum. Cur. 5. n. 305. Illi carceris vincula aurea videbantur. Cur. 5. n. 307. S. Ioseph etiam uisitauit Ioannem. Cur. 5. n. 143. In Iordanem uenisse probabile est. Cur. 5. n. 144. Ioseph parenti charus, quia filius senectutis. Cur. 1. n. 171. Suam appellat rudiores uestem. Cur. 3. n. 157.

Iosue.

Angelus erat ob magnitudinem virtutis. Cur. 6. n. 101.

Isaac.

Extram vitam partem in paterni tumuli meditatione consumpsit. Cur. 2. n. 14. Quare Deus Isaac à morte vindicauerit. Cur. 6. n. 288.

Isaias.

Isaias illustris ex matre. Cur. 1. n. 46.

Israel.

Quare dicatur primo genitus. Cur. 1. n. 181.

Iudas.

Iudas uices subeunt ingrati. Cur. 4. n. 219.

Iudæi, Pharisei.

Iudæorum duritia increpita. Cur. 4. n. 231. Qualem, & quantum auctoritatem agnoscerent in Ioanne. Ibi n. 248. Eorum obdurata malitia. Cur. 4. n. 248. Contra Iudæos Ioannes testimonium efficacius, quam sacra pagina. Cur. 4. n. 250. Iudæi Elisæi aduentum non satis intelligebant. Cur. 6. n. 152. Iudæi ex abstinentis uitæ rigore sanctitatem metuebantur. Cur. 6. n. 163. Iudæorum consultationes Apostoli redigunt in angustias. Cur. 6. n. 174. De minimis non curat Phariseus. Cur. 6. n. 181.

Iudicium.

Inconsiderati motus præuertunt iudicium. Cur. 3. n. 166.

Iuramentum.

Quare Deus se iureiurando obstrinxit. Cur. 1. n. 29. Dei iuramentum, quantum nobis felicitatem affert. Cur. 1. n. 30. Iuramenti uolatio diruit Hierusalem. Cur. 1. n. 31. Iuramentum Ioannis caput obruncat. Cur. 1. n. 32. Periurij grauitas. Cur. 1. n. 33. Iuramenta etiam contra fas prolata non seruare, magnum crimen apud Hebræos. Cur. 5. n. 259.

Legatio, legati.

Causa instituta legationis ad Ioannem. Cur. 4. n. 46. Causæ impellentes ad legatos mittendos. Cur. 4. n. 47. Legationis maiestas uide splendeat. Cur. 4. n. 50. Legati dupliciter interrogant. Cur. 4. n. 51. Legatorum multitudo, & auctoritas quantum ualeant. Cur. 4. n. 53. Exemplum apud Balaam. Cur. 4. n. 54. Christum Ioannes præit legatus ad inferos. Cur. 6. n. 24. Legatus principis maiestatem repræsentat. Cur. 6. n. 297.

Lex.

Ioannes pro lege moritur, & cur. Cur. 4. n. 254. Ignea lex, igneus Deus, ignei ministri. Cur. 5. n. 3. In lege ueteri, ac paupere ditissimus erat Ioannes. Cur. 3. n. 50. In lege diuite nos uiuimus inopes. Ibidem.

Leuita.

Pietatis causa secant pollices. Cur. 3. n. 40.

Liber.

In libris apocryphis uera etiam referuntur. Cur. 3. n. 12.

Lingua.

Lingua, ac manus cohereant. Cur. 1. n. 212. Pro abscissa Ioannis lingua lingue aliæ clamant. Cur. 5. n. 323. Manibus loquendum, non lingua. Cur. 3. n. 95. Grande loquendi genus non lingua, sed operibus exprimitur. Cur. 3. n. 115.

Libido.

Vide uerbo. Luxuria.

Locusta.

Cibi genus apud Palæstinos. Cur. 6. n. 157. Quam essent. Cur. 3. n. 173.

An ante iuramentum, Herodes Ioannem uoluerit occidere. Cur. 6. n. 182

Iustitia.

Quid iustitiæ nomine significetur. Cur. 1. n. 55. Iustitia pro interna gratia. Cur. 1. n. 56. Ioannes dicitur iustitia. Cur. 1. n. 57. Christus etiam iustitia appellatus. Cur. 1. n. 58. Quid sit implere omnem iustitiam. Cur. 4. 37. Iustitiæ principatum Deus posuit in Abele. Cur. 6. n. 144. Ioannes totius iustitiæ fastigium. Cur. 6. n. 145.

Iustus.

Iusti in tranquillitate positi timent tempestatem. Cur. 1. n. 124. Iustus unus instar multorum hominum. Cur. 1. n. 178. Iustorum dies pleni; impiorum dies inanes. Cur. 2. n. 180. Iustus in persecutione positus Deus patrociniatur. Cur. 3. n. 17. Illorum est lucere, & ardere. Cur. 5. n. 17. Inter iustos doctos, & indoctos discrimen. Cur. 5. n. 22.

Inuentus.

Iuentus uelutis uelutis periculum. Cur. 6. n. 224. Vide uerbo. Adolescens.

Lachrymæ.

Lachrymæ Dauidis in morte Abner. Cur. 6. n. 295. Lachrymæ auditorum laus concionantis. Cur. 3. n. 111. Lachrymis grande dicendi genus exprimitur. Cur. 3. n. 115.

Lamenta.

Vide uerbo Gemitus. Lacrymæ.

Latro.

Fidei in cruce oblatus per latronem effectus. Cur. 4. n. 222.

Letitia, gaudium.

Magna orbis letitia in Ioannis natiuitate. Cur. 1. n. 182.

Longobardi.

Eorum cultus in S. Ioannem. Cur. 5. n. 169. Eorum Regine votum, Ioanni nuncupatum. Cur. 5. n. 170. Eiusdem in templum S. Ioannis liberalitas. Cur. 5. n. 172. Ioannis tutela maxima in Longobardos. Cur. 5. n. 173. Longobardi pereunt, vbi S. Ioannis templum minus religio se coli ceptum est. Cur. 5. n. 174.

S. Lucas.

Absoluitur à calumnia. Cur. 2. n. 1. S. Lucas Ioannem silentio laudat. Cur. 6. n. 31.

Lucifer.

Lucifer ascendendo descendit. Cur. 4. n. 202. Luciferi locum Ioannes humilitate suppleuit. Cur. 4. n. 203. Luciferi superbiam Ioannis humilitas aduersatur. Cur. 4. n. 204. Ioannes in locum Luciferi cooptatus. Cur. 6. n. 110. Ioannes est Lucifer, solem presentiens. Cur. 5. n. 56. Fuit Lucifer coram sole non disparens. Cur. 5. n. 57.

Lux.

Etenebris lux oritur. Cur. 5. n. 42. Lux lucis erat Ioannes. Cur. 5. n. 43. Ioannem non esse æternam lucem admonet Euangelium. Cur. 5. n. 44. Ioannes putabatur æterna lux. Cur. 5. n. 49. Eam lucem Deus intueri gaudet. Cur. 5. n. 50. Eam honorat intuendo. Cur. 5. n. 51. De ianuis, quibus lux intrat, ratio ducitur in ædificijs. Cur. 5. n. 52. Lucem Deus primus dilaudat. Cur. 5. n. 54. Lucis proprietates Ioanni aptantur. Cur. 5. n. 55. Ioannes lux fugas tenebras. Cur. 5. n. 66.

Luxuria.

Svtiliter serpunt libidinis incendia; & ideo festinanter fugienda.

Cur. 3. n. 31. In serpente figurata. Cur. 3. n. 75. Zona pellicea coercetur. Cur. 3. n. 155. Illius nidus est mollis vestis. Cur. 3. n. 156. Peruertit iudicia. Cur. 3. n. 166. Perpetuum bellum Deo est cum luxuriosis. Cur. 5. n. 300. Luxuria rusticorum cibum fugit. Cur. 1. n. 237.

Magi.

Postquam Christum viderunt, non ab stella, sed ab Angelo diriguntur. Cur. 3. n. 14. Ad solem per stellam à Deo attrahuntur. Cur. 5. n. 37.

Magister.

Christus discipulos docuit magistrorum reuerentiam. Cur. 4. n. 279. A Ioanne magistro difficile lime separantur discipuli. Cur. 5. n. 135. Magistri Deo assimilantur. Cur. 5. n. 23. Elisei in magistrum Eliam reuerentia. Cur. 6. n. 2. Magistri nomen honore dignum. Cur. 6. n. 3. Magister Patris, & principis vice fungitur. Cur. 6. n. 4. Magistri corona sunt discipuli. Cur. 6. n. 5. Magister etiam interrogando docet. Cur. 6. n. 12. Magistri, ac discipuli se se vicissim amant. Cur. 6. n. 26. Magistri ieiunium æmulati sunt discipuli. Cur. 6. n. 161. Xenocratis amor erga magistrum. Cur. 6. n. 248. Magistri Deo assimilantur. Cur. 5. n. 23.

Malitia.

Malitia obdurata in Iudæis. Cur. 4. n. 251.

Manus.

Manus osculandi consuetudo. Cur. 2. n. 44. Orta est hæc consuetudo à seruis. Cur. 2. n. 45. Manus multifariam loquaces. Cur. 4. n. 232. Manuum voces communis sermo inter omnes. Cur. 4. n. 233. Manus loquaces, & digiti lingosii. Cur. 4. n. 234.

Manus Dei, Digni Dei.

EX Dei manu feliciter colliguntur Ioannis gratiæ. Cur. 2. n. 276. A decem Dei digitis decem Ægypti plage pronentur. Cur. 2. n. 278. Singulis digitis singulas plagas diuisit. Ibi n. 279. Manu Dei, nec vniuersus orbis tolerare posset. Cur. 2. n. 280. Manu Dei efformari Adami laus maxima. Cur. 2. n. 281. Tactu manus Adamum Deus honorat. Cur. 2. n. 281.

Martyres, Martyrium.

Ioannes martyr, & martyrum filius putatus. Cur. 3. n. 9. & Cur. 1. n. 50. Primitiæ Romanorum martyrum. Cur. 5. n. 61. Martyres, ceu luctatores, exercentur, vt vires acquirant. Cur. 5. n. 286. Ceu milites, exercentur ante bellum. Cur. 5. n. 291. Ad martyrium Ioannes in carcere præparatur. Cur. 5. n. 292. Martyrum constantia risu excipiens tormenta. Cur. 6. n. 52. Martyrio confanguinea virginitas. Cur. 6. n. 253. Martyres ex eodem cum Christo calice bibunt. Cur. 6. n. 261. Martyres ad mortem læti properabant. Cur. 6. n. 262. Martyrij Ioannis excellentia. Cur. 6. n. 262. Martyrium Reges facit. Cur. 6. n. 284. Martyrij corona redimitus Ioannes. Cur. 6. n. 285.

Mare.

Mari rubro apparet Deus submergens Ægyptios. Cur. 4. n. 238.

Mel silvestre.

Erat plenum amaritudine. Cur. 3. n. 178. Amarum erat. Cur. 6. n. 158.

Memoria Dei.

Lex diuagata per omnia, vt Deum in omnibus meminerimus. Cur. 1. n. 6. Dei memoria vocatur pul-

sus amoris. Cur. 1. n. 7. Dei recordatio omnia apportat bona. Cur. 1. n. 9. Monachi Alexandrini qualiter Deum meminerint. Cur. 1. n. 10. Deum continuo recordari debemus. Cur. 1. n. 11.

Memnon.

Procera eius statua. Cur. 2. n. 73. Loquentis statuæ Solique assurgētis miraculum. Cur. 2. n. 74.

Messias.

Credebatur venturus cum magna potentia faciendi miracula. Cur. 5. n. 91.

Mediator.

Solus Christus, & Ioannes mediatores nuncupantur. Cur. 4. n. 19.

Meritum.

Merita aliena quomodo nostra. Cur. 1. n. 44. Sine proprijs meritis virtus, non virtus. Cur. 1. n. 52. Ioannes humanorum meritorum mensura. Cur. 1. n. 217. Pro meritis Deus auget, vel minuit prophetiæ donum. Cur. 1. n. 241. Aliquando merita non attendit. Cur. 1. n. 242. Ioannes humanorum fugit mensuram meritorum. Cur. 6. n. 109. Quæ dona Deus concedit, excedunt merita. Cur. 3. n. 191.

Milites.

Militandi ordo apud Romanos. Cur. 4. n. 57.

Miraculum.

Ioannis annuntiatio non sine miraculo. Cur. 1. n. 143. Messias credebatur venturus cum magna potentia faciendi miracula. Cur. 5. n. 91. miracula diuinitatis indicium. Cur. 5. n. 77. Miracula vel nolentes trahunt. Cur. 5. n. 81. Inflexio heliotropij in Solem, miraculum.

Cur. 5. n. 73.
Elifai, & Christi humilitas miracula
operatur. Cur. 4. n. 206.
Vide Ioannis miraculum, signum.

Misericordia

O Mne Dei bonum in misericor-
dia situm est. Cur. 3. n. 191.

Missæ

Missæ tres olim in Ioannis nati-
uitate. Cur. 1. n. 183. In
Ioannis Missa non dicitur, Credo,
Cur. 6. n. 277.

Modestia

Modestie multa vis. Cur. 3. n. 47.
Modestia est munimen castita-
tis. Cur. 4. n. 108. Modestie signum,
ac symbolum in columba. Cur. 3. n. 53
Vide infra. Oculorum modestia.

Morbis.

In morbos quantum possunt pau-
peres. Cur. 2. n. 241. Morbo
comitali medetur sanguinis potatio.
Cur. 6. n. 233.

Monachus.

Vide verbo. Religiosus.

Mors. mori.

Vanissima mors Empedoclis.
Cur. 4. n. 129. Morre tur-
pi occumbit Rex Senacherib. Cur. 6.
n. 231. Goliath Regijs Saulis ar-
mis nõ meruit interire. Cur. 6. n. 230.
Senacherib morte punitus ignobili.
Cur. 6. n. 230. Oculi in morte
vigiles. Cur. 6. n. 239. Primus
Stephanus mortem rependit Christo.
Cur. 6. n. 261. Primus Ioan-
nes pro Christo mortuus. Cur. 6. n.
265. Mortem obiit pro veritate.
Cur. 6. n. 264. Christum mor-
te cruenta præiuit. Cur. 6. n. 267.

Mortificatio.

Est, velut sal carnis, & corporis,
corruptionem vitans. Cur. 6. n. 168.
Mortificatio Ioannis. Ibidem.

Moses.

Moyfi, & Aaroni maiora Deus
impartitur, quam ipsi orabant.
Cur. 1. n. 133. Moyses Deo charus,
eius tamen faciem non videt. Ibi n.
266. An fuerit in vtero sanctifica-
tus. Cur. 2. n. 92. Moysis virga
insignita nomine Dei tetragrammato.
Ibi n. 237. Moysen ad celestem
visionem obedientia duxit. Cur. 4. n.
271. Moysis facies splendet, dũ
ieiunat. Cur. 6. n. 167. Moysen
ieiunium in Deum transtulit. Ibi n.
168. Quadraginta dies spiritali
cibo pascitur. Cur. 3. n. 175. Moy-
ses reprehendit acrius iam iam mori-
turus. Cur. 5. n. 239. Moysi in
persecutione Deus patrocinatur. Cur.
3. n. 17. Illi Hebraei attribuunt li-
berationem ex Ægypto, non Deo.
Cur. 4. n. 218. Moyses se se om-
nium captui accommodavit. Cur. 5.
n. 25.

Mundus.

Mundum sola præsentia Deus
exornat. Cur. 2. n. 70. Mũ-
dus admonetur, Ioannem nõ esse eter-
nam lucem. Cur. 5. n. 44. In mun-
do Ioannes erat, sine illius voluptati-
bus. Cur. 6. n. 160.

Mulier.

Celebres sex mulieres steriles.
Cur. 1. n. 92. Mulieres steri-
les pepererunt, argumẽto virginici par-
tus futuri. Cur. 1. n. 94. A mulie-
ribus procul abscedunt casti. Cur. 3. n.
48. Etiam brevis intuitus periculo-
sus. Cur. 3. n. 49. Mulierem timuit,
qui omnia habebat in sua potestate.
Cur. 5. n. 252. Mulier diaboli
telum. Cur. 5. n. 269. Mulieris, &
serpentis nomen conueniant. Cur. 5.
n. 270. Per mulierem extincta

mundi

*Natura bona, vel mala
indoles.*

Bona nature indoles multum pro-
dest. Cur. 1. n. 63. Quales
multi euadant ob eximiam indoicm.
Cur. 1. n. 64.

Negatio.

Negationibus melius, quam affir-
mationibus explicatur Deus.
Cur. 4. n. 92. Per negationes item
Ioannes melius declaratur. Cur. 4. n.
93. Satis magnum, si de Ioanne
intelligas, quid non sit. Cur. 4. n. 94.
Magna Ioannis laus ex negationibus
deriuata. Cur. 4. n. 96. De pri-
mit laudem, tergemina negatione
triplici. Cur. 4. n. 97. Non ne-
gat Ioannes, quod est, sed quod non
est. Cur. 4. n. 112.

Nero.

Nero primus Christianorum per-
secutor. Cur. 6. n. 185. Ne-
ronis pellices ad meliorem frugem re-
ducebant Apostoli. Cur. 6. n. 254.
Illi exprobrata crudelitas in Christia-
nos. Cur. 5. n. 59.

Nobilitas, nobilis.

Nobilitas ex sanguine, & ex ope-
ribus. Cur. 1. n. 43. Nobili-
tatis iactantia. Cur. 1. n. 45. Nobi-
litas vera vnde. Cur. 1. n. 47. Nobi-
litas maiorum imitatione accrescit.
Cur. 1. n. 48. Nobilitas Samuelis
vnde. Cur. 1. n. 49. Nobiles igno-
biles regere debent. Cur. 4. n. 67 &
n. 50. Nobilium mores quan-
dam excellentiam sibi vendicant. Cur.
4. n. 68. Nobiles ad imitationẽ
cogunt posteros. Cur. 4. n. 69.

Nomen.

Sex hominum nomina in sacra pa-
gina multo ante prænuntiata.
Cur. 1. n. 139. Ioannis tantum, &
Christi nomina in nouo testamento

prædi-

mundi lucerna. Cur. 5. n. 271. Mu-
lierem timet Elias. Cur. 5. n. 272.
Omnibus bestiis est immanior. Cur. 5.
n. 273. Persequitur, quem ali-
tes reuerentur. Cur. 5. n. 274.
Cur Iob vxorem diabolus reliquit in
tactam. Eodem Cur. 5. n. 275. Per
mulierem nititur diabolus Apostolos
superare. Cur. 5. n. 276. Per
mulierem Petrum præcipitat. Ibi n.
277. Minus cerebri habent,
quam viri. Ibidem. Cur caput
velare iubentur. Cur. 5. n. 278.

Munera Dei.

Vide Dona Dei.

Musica.

In conuiuijs veteres vtébantur va-
rijs musicis instrumentis. Cur. 4. n.
144. Fides crassa inepta ad sua-
ues cantus. Cur. 4. n. 143. Vox
intemperantiæ rauca, & iniucunda.
Cur. 4. n. 145.

Mysteria.

Magna mysteria silentio inuol-
uenda. Cur. 1. n. 299.

Natiuitas.

Natiuitas Ioannis cæteris longè
anteit. Cur. 1. n. 186. Etiam
apud barbaros celebratur. Ibi n. 187.

Nabuchodonosor.

Primus filium Dei agnouit.
Cur. 4. n. 252. Apud Na-
buchodonosorem summa Danielis au-
thoritas. Cur. 6. n. 228.

Navis, nauigans.

Nauigantes egemus altero polo, vt
viam in cælum derigamus. Cur.
6. n. 299. Quid per pelum Ar-
ctũ, quid per Austrũ designetur. Cur.
6. n. 301.

prædicta. Cur. 1. n. 140 & 142. Ioannis nomen ante prædictum. Cur. 1. n. 141. Magnum hoc fuit privilegium. Cur. 1. n. 142. Nomen vter parentum imponere consuevit. Cur. 1. n. 144. Quid de ea re statuendum sit. Eodem Cur. 1. n. 146. 147. nomen Ioannis cum Dei nomine habet vicinitatem. Cur. 1. n. 149. Nomina Patriarcharum Aaron gestat. Cur. 1. n. 150. Nominis mutatio in Saul tota divina est. Cur. 1. n. 151. Nomen Pauli pro vocat ad humilitatem. Cur. 1. n. 152. Nomina diuina ad Heroes spectant. Cur. 1. n. 153. Quantam virtutem nomini Abraham litera nominis Dei attulit. Cur. 1. n. 154. Nomina noua filijs veteres imponebant. Cur. 1. n. 155. Nomen suum Ioannes meruit ante ortum. Cur. 1. n. 157. Nomen suum Euangelista tacet honoris fugiendi causa. Cur. 1. n. 284. Nomina imponebantur octauo die Circūcisionis, & cur. Cur. 2. n. 205. Tūc imponuntur nomina cum eos strenuè pugnuros profiteremur. Cur. 2. n. 207. Antiquorum nomina, vel futuram virtutem indicabant, vel præterita beneficia declarabant. Cur. 2. n. 211. Nomen Iehouah. Ioanni communicatū. Cur. 2. n. 212. Multi nomina acceperunt, ex quo Deo obedire cæperunt. Cur. 2. n. 214. Sanctorum nomen & honor, cum Dei nomine, & honore coniuncta. Cur. 2. n. 217. Nomen hospitis Christi taceretur, eò quod illi nomen nouum esset addendum. Cur. 2. n. 220. Heber propheta filio nomen imposuit Phaleg. Cur. 2. n. 222. Infinita Dei substantia infinitis eget nominibus, vt explicetur. Cur. 2. n. 225. Multis eget nominibus Ioannes, vt explicetur. Cur. 2. n. 226. multa nomina iustorum. Ibi n. 228. Noua nomina imponebantur, vt ad noua opera incitarent. Cur. 2. n. 229. Iesu nouo nomine excitatur ad noua opera. Cur. 2. n. 230. Iosue nouo nomine ad noua bella vocatus. Cur. 2. n. 231. Gedeon nomen me-

ret fortissimi, propter futuram strenuitatem. Ibi. n. 232. Petrus ob nomen onus Ecclesiæ sustinet. Cur. 2. n. 233. An post scriptum Ioannis nomen Zacharias os aperuerit? vel dū scriberet? Cur. 2. n. 234. Nominis Dei Tetragrammaton Dei virga insignita. Cur. 2. n. 237. Nomen Iordanis vnde. Cur. 3. n. 126. Nominis æterni dignus Azarias, quod Oziaë audaciæ se obiecerit. Cur. 5. n. 246. Suo nomine Dei nominis partem Ioannes includebat. Cur. 6. n. 229.

Nomen Dei.

DEi nomen in nomine Zachariæ, & Elisæbeth. Cur. 1. n. 36.

Oculorum modestia, pericula.

Multum illis in est periculum, Cur. 3. n. 52. Prima animæ certamina ab oculis initia capiūt. Cur. 6. n. 241. Oculorum periculum. Cur. 3. n. 51. Exemplum S. Ephraem Syri. Ibi n. 52. Modestie argumentum columba. Cur. 3. n. 53. Oculorum duplex genus in Adamo. Cur. 3. n. 166. Oculorum modestiam castitas aduocatam habet. Cur. 4. n. 168.

Obedientia, obediens.

Terra Deo promptissimè obedit. Cur. 2. n. 53. Mare etiā præstat obedientiam. Cur. 2. n. 54. Cælum obedientia circumfert. Cur. 2. n. 56. Vera obedientiæ imago. Cur. 2. n. 57. Obedientiam sonat nomen Ioannes. Cur. 2. n. 58. Obediens nutui obtemperat. Cur. 2. n. 59. Ioanni Deus obedit. Cur. 2. n. 60. Obediens non est appellandus puer. Cur. 2. n. 262. Obedientia militaris. Cur. 4. n. 7. Obediens Dei conspectum meretur. Cur. 4. n. 270. Obedientia Moysen ducit ad cælestem visionem. Cur. 4. n. 271.

Hebræi

Hebræi obedientia regente, & mouebant, & locabant castra. Cur. 4. n. 271. Iacob obediendo præualuit contra Deum. Cur. 4. n. 272. Obedientibus assistunt angeli. Cur. 4. n. 273. Ex obedientia Ioannes baptizadi munus suscipit. Cur. 4. n. 270.

Opera.

Opera, non genus, exigunt diuinam gratiam. Cur. 1. n. 53. Opera Sancti abduunt, ne videantur ab hominibus. Cur. 1. n. 81. Eliæ, & Christi de ea re exemplum. Cur. 1. n. 82. Eiusdem argumenti exaggeratio. Cur. 1. n. 83. Ad noua opera, noua nomina incitant. Cur. 2. n. 229. Ad opera magna nouo nomine excitatur Iesu. Cur. 2. n. 230. Ad noua bella Iosue corroboratur. Cur. 2. n. 231. Operibus, non verbis loquendū. Cur. 3. n. 95. Per opera bona lampas doctrinæ ardere debet. Cur. 3. n. 20. Opera præclara ostensione sui laudantur. Cur. 4. n. 236. Operibus vacui similes arudinibus. Cur. 6. n. 41. Bonis operibus prophetiæ donū acquiritur. Cur. 6. n. 68. Opera illuminant. Cur. 5. n. 13. Operibus comitata verba sermonem efficiunt geminatū. Cur. 1. n. 211.

Origenes.

Eius error, erat, Ioannis naturam hypostaticè ab angelo vnita fuisse. Cur. 6. n. 72.

Orpheus,

Svdatur coram Alexandro Orphei simulachrum, & cur. Cur. 6. n. 37.

Oratio, orare.

Orationi publicæ Zacharias vocat. Cur. 1. n. 126. Oratione etiā priuata orat pro filio. Cur. 1. n. 127. Oratio Deum multum obligat. Cur. 1. n. 128. Facit, ne Deus peccata nostra vindicet. Cur. 1. n. 129. Ad parati supplicij penitentiam Deum cogit. Cur. 1. n. 130.

Latā iam sententiam irritam reddit. Cur. 1. n. 131. Plurima Deus imperit oranti. Cur. 1. n. 132. Aaroni, Moysi, latroni plura Deus imperit, quam ipsi orabant. Cur. 1. n. 133. & 134. Oratione perseverandum. Cur. 1. n. 138. In oratione irreuerentia Deo valde displicet. Cur. 2. n. 61. Orare genu flexo Deum flectit. Cur. 2. n. 62. Ioannes etiā in vtero orat flexis genibus. Ibi n. 64. Orationis cibo Ioannes alebatur. Cur. 3. n. 57. Orare seorsim Christus docuit. Cur. 3. n. 62. In oratione colligere cogitationem difficillimum. Cur. 3. n. 64. Ab oratione exire ad concionem docet Ioannes. Cur. 3. n. 105. Oratio secessum poscit, in eaq; diuinæ gloriæ fit demonstratio. Cur. 3. n. 63. Solitaria ad perfectionem ducit. Cur. 3. n. 65. Illustrat, & transformat hominem. Cur. 3. n. 66. Tuebatur Ioannem in eremo. Eodem Cur. 3. n. 74. Illa, aliæq; virtutes nobis sunt propugnacula. Cur. 3. n. 76. Est arcus expugnatorius. Cur. 3. n. 77. Hebræi orando subiugabant hostes. Cur. 3. n. 78. Tuba est, ipsa etiā sidera terrens. Cur. 3. n. 79. Ad illius arma confugere docet Christus. Cur. 3. n. 80. Perseuerantèr David orat. Eodè Cur. 3. n. 91. Quare David vespertino potius sacrificio orationem suam comparabat. Cur. 3. n. 92. Orationis Elisæi efficacia. Cur. 3. n. 64.

Otiū.

DEo currente non otiandū. Cur. 1. n. 75. Non otiantur in Scala Iacob angeli, vel ascendunt, vel descendunt. Cur. 3. n. 3. Ioannes in carcere otiū nescit. Cur. 6. n. 21.

Palatium.

IN palatio vitia coronantur. Cur. 5. n. 197. Nazianzenus procul aulicis esse cupit. Cur. 5. n. 201. Curia definitio. Cur. 5. n. 205. Pungitur nimia libertas in palatio. Cur. 5. n. 206. Aulici æmulantur omnia Regū vitia

vitia. Cur. 5. n. 207. Petrus semel intrat palatium, & ter Dominum negat. Cur. 5. n. 209. Ecclesiastica palatia etiam Dominum negant. Cur. 5. n. 210. Curia inficit. Cur. 5. n. 211. In palatia eant religiosi, vt reprehendant vitia, & non vt adulentur. Cur. 5. n. 213. Magna laus, si à palatio remoueris, quia vitia reprehendis. Cur. 5. n. 214. Regum palatia rigida, & austerà vita fugiat. Cur. 6. n. 58. Carcer pro Christo palatij clarior. Cur. 6. n. 315.

Pater Aternus.

Ioannes Patris Aterni præferebat authoritatem. Cur. 4. n. 257. Ex Patris Aterni voce in Iordane nihil agnouit Ioannes, quod antea non agnouisset. Cur. 4. n. 262. Cur Christus e pite columba stetit, dum Pater Aternus testimonium reddebat. Cur. 4. n. 277. Pater Aternus Ioanni filium commendat. Cur. 4. n. 279. Quos fauores Ioanni Pater Aternus contulit. Cur. 5. n. 136.

Paradisus.

Paradisus in solitudine. Cur. 3. n. 71.

Parentes, Patres.

Qui parentes imitantur, illustrat familiam. Cur. 1. n. 48. Patres comunicant filiis, vel ad vitia, vel ad virtutes propensionem. Cur. 1. n. 60. Patres virtutes, vel vitia ad filios transfundunt. Cur. 1. n. 62. Patres Christianos habere, singulare Dei beneficiū. Cur. 1. n. 65. Patrū virtute filij excitantur. Cur. 1. n. 66. Patrum vitia suis moribus filij euulgant. Cur. 1. n. 68. & 69. Ex patribus in filios sanctitas, & felicitas denuntiata. Eodem Cur. 1. n. 70. Patres nomen imponebant filiis. Cur. 1. n. 144. Vtri parentum datum esset, imponere nomina. Ibidem. Patres noua nomina filiis imponebant. Cur. 1. n. 155. Patribus solent filij multas afferre mo-

lestias. Cur. 1. n. 158. Propter filios solent patres assiduos dolores experiri. Cur. 1. n. 159. Quæ patres statuunt, filij solent immutare. Cur. 1. n. 160. Patribus filij sunt pro manibus. Cur. 1. n. 164. Patres bonis filiis exhilarantur. Cur. 1. n. 163. Patribus filij sunt pro baculo. Cur. 1. n. 165. Sunt etiam illis pro pedibus. Cur. 1. n. 166. Sūt, & pro oculis. Cur. 1. n. 167. Nec non pro domo. Cur. 1. n. 168. Patres ex filiorum obsequijs magnum capiunt solatium. Eodem Cur. 1. n. 169. Patres filijs vtuntur pro adolescentia. Cur. 1. n. 171. Parentes Ioannis magna gaudia ex eo capiunt. Cur. 1. n. 172. Patris nomen sortitur, qui alios imbuunt vera religione. Cur. 1. n. 280. Parentes non solum honorandi, sed etiā muneribus onerandi. Cur. 2. n. 133. Filij, vt parentes honorent, inuitantur præmijs. Cur. 2. n. 134. Parentū honorem suo Deus præponit. Cur. 2. n. 135. Præceptum parentes honorandi, cur dicitur primum. Cur. 2. n. 136. Deo, ac parentibus par referre nō possumus. Cur. 2. n. 137. Christus emoriens docet, parentibus consulere. Cur. 2. n. 138. Infanti Patres, qui filios mittunt ad theatra. Cur. 6. n. 225.

Patriarcha.

Patriarcharum nomina gestat Aaron. Cur. 1. n. 150.

Patientia.

Patientia beatificat. Cur. 5. n. 288. Patientiæ laus. Cur. 5. n. 289. Patientia mala, & facere bona Christianorum est. Cur. 5. n. 310. Nulla validior arma, quam patientia. Cur. 6. n. 10. Patientia irrationalis. Cur. 1. n. 275.

S. Paulus.

Non caruit fomite carnis. Cur. 5. n. 96. Deus sub illius peccatore, quasi subtentorio. Cur. 5. n. 283. Illius epistolę in carcere scriptę redundant charismate. Cur. 5. n. 318. Ioanni in morte similis. Cur. 6. n. 252.

Ob Christianam causam Paulus in carcere conijcitur. Cur. 5. n. 255. Pauli gemina corona. Cur. 5. n. 256. Ex eius collo vulnerato lac. Cur. 5. n. 256. Petrus, & Paulus representati colūnis duabus, quę ad Salomonici templi introitum erectę erant. Cur. 5. n. 257.

Pauper, paupertas.

Liberalis in pauperes Deo persimilis. Cur. 1. n. 108. Pauperes quantum possint in morbos. Cur. 2. n. 241. Iura naturę paupertati obediunt. Cur. 2. n. 242. Paupertas maiori præmio donatur. Cur. 3. n. 192.

Peccare, peccatum.

Ioannes peccata dimittebat. Cur. 2. n. 283. Non dicitur viuere, qui in peccato viuunt. Cur. 2. n. 186. Dies, quibus quis peccat, breuiantur. Cur. 2. n. 190. Qui in peccato sunt, nihil sunt. Cur. 2. n. 191. Qui ex peccato peccandi præeunt, habebantur Diu. Cur. 4. n. 64. Peccati umbra nulla fit in eo, qui alijs prædicat. Cur. 4. n. 280. Peccata leuia Ioannes non omnino vitauit. Cur. 5. n. 94. Probabile, nec leuiter peccauit. Cur. 5. n. 99. Peccati fomes extinctus. Cur. 5. n. 106. Magnum peccatum adulterium. Cur. 5. n. 215. Peccatum homicidij non nisi Christi sanguine expiandum. Cur. 5. n. 217. Adulterij peccatum iam iudicatum est: cætera Deus iudicabit. Cur. 5. n. 219. Ozias peccato fit indignus dignitate. Cur. 5. n. 254. Peccatum dedecorat regiam dignitatem. Cur. 5. n. 255. Ad peccatum impellens regis nomine indignus. Cur. 5. n. 256. Herodiadis filia peccatū luit. Cur. 5. n. 299. Quomodo peccata crescant, & à minoribus ad maiora procedant. Cur. 5. n. 325. Declinentur minima, vt euitentur maiora. Cur. 5. n. 327. Herodiadis in maiora præcipitatio. Cur. 5. n. 328. Quicumq; Originale contraxit: contraxit actuale. Eodem Cur. 5. n. 97. Si ne peccato nemo viuunt. Cur. 5. n. 98. Peccati appendix intima. Cur. 1. n. 59. Peccata nostra Deus non vindicat ora-

tionibus compulsus. Cur. 1. n. 129. Vide verbo. Culpa.

Peccator.

Peccatores dies suos non implent. Cur. 2. n. 181. A peccatoribus, vt ab ipso demone fugiendum. Cur. 3. n. 33. Peccatorum consuetudo periculosa. Cur. 3. n. 34. Hanc consuetudinem euitant. Iacob. Cur. 3. n. 35. Peccatorum vicinitas nocet. Cur. 3. n. 36. Origenis exemplo peccator fugiat doctoris cathedram. Eodem Cur. 3. n. 97. Ozias peccando dignitate indignus euasit. Cur. 5. n. 254. Qui ad scelus impellit, nomine regio indignus. Cur. 5. n. 256. Peccatores patiuntur in alia vita. Cur. 5. n. 293. In peccatore timor quantus. Cur. 6. n. 176.

Periculum.

Periculū est, si quid fit repente magnum. Cur. 5. n. 38. In extremo periculo Petrus securē dormit. Cur. 6. n. 7. Iuuentutis vehemens periculum. Cur. 6. n. 224.

Perfectio, perfecti.

Ad eam nemo se peruenisse putet. Cur. 1. n. 80. Ad perfectionem gigantæ saltibus Ioannes currit. Cur. 3. n. 81. Qui, & quales fuerint hi saltus ad perfectionem. Cur. 3. n. 82. 83. Perfectorum est, lucere, & ardere. Cur. 5. n. 17.

Persecutio.

In persecutione Deus patrocinatur Moysi, & Aarōni. Cur. 3. n. 17.

Pes.

Nvditas pedum ad quid cōducit. Cur. 3. n. 161. Commendatur. exēplis. Cur. 3. n. 162. Ioannes nudis pedibus incedit. Cur. 3. n. 160.

Perseuerantia.

Commendatur. Cur. 3. n. 90. Dicitur quid perseueratē orat. Cur. 3. n. 91. Amoris perseuerantia in omni fortuna. Cur. 6. n. 53.

Petrus, & Andreas.

Discipuli Christi facti sunt propter testimonium Ioannis. Cur. 1. n. 256. Andreas prius Ioannis, deinde Christi alumnus fuit. Cur. 1. n. 278. Andream sequitur Petrus. Cur. 1. n. 279. Hoc insigne par Ioannis ductu ad Christum venit. Cur. 1. n. 281. Petrum Christus solo intuitu feliciter. Cur. 2. n. 71. Petri submissio admirabilis. Cur. 4. n. 35. Petrus nisi in domo principis Christum negat. Cur. 5. n. 208. Semel intrat Palatium, & tunc Dominum negat. Cur. 5. n. 209.

Pietas.

Propter illam, Leuitæ pollices se euerunt. Cur. 3. n. 40.

Penitentia.

Penitentiae documenta per Ioannem. Cur. 1. n. 200. Penitentiae munus. Cur. 3. n. 113. Penitentiae Tropologia. Cur. 3. n. 143. Penitentia post naufragium tabula. Cur. 3. n. 145. Est omnibus necessaria. Cur. 3. n. 146. Insignia pro penitentibus documenta. Cur. 3. n. 147. Multus dolor, non multum tempus requiritur, ut quis multam agat penitentiam. Cur. 3. n. 148. Penitens cautè viuat Dauidis exemplo. Cur. 3. n. 149. Maximam Hebraei de penitentia opinionem habuerunt. Cur. 3. n. 154. Illius vestes ornatisimae. Cur. 3. n. 158. Caelum appropinquare facit. Cur. 3. n. 188. Maiori premio donatur. Cur. 3. n. 192. Penitentus delet scelerum maculas. Cur. 3. n. 193. Penitentiae macies pulchra est, in Monacho. Cur. 3. n. 125. Penitentia extenuatos recipit, angusta caeli porta. Cur. 6. n. 169. Caro exilior facilius intrabit per angustam caeli portam. Cur. 6. n. 169.

Populus.

Apopuloseiūsus Ezechiel. Cur. 3. n. 72. Vide verbum, Solitudo. Eremus.

Posterius.

Coguntur ad imitationem nobilium. Cur. 4. n. 69.

Præcursor.

Praecursor Ioannes ex parentum virtutibus designatur. Cur. 1. n. 42. Praecursoris munus a primo Ioannis ortu Deus nobilitat. Cur. 3. n. 150. Praecursoris sui praecursor est Christus. Cur. 2. n. 45.

Prædicator.

Praedicatoris officium munus angelicum. Cur. 1. n. 109. Praedicatoris Deus insigni honore nobilitat. Cur. 1. n. 253. Praedicator instar Dei. Cur. 1. n. 254. Prius debet affluere. Cur. 2. n. 139. Concionatores voce, & verbo magis, quam armis pugnent. Cur. 4. n. 169. Adulationem debet execrari. Cur. 6. n. 155. Concinator instar speculi maculas indicat. Cur. 6. n. 156.

Praelati.

Subditorum memoria in prelatibus. Cur. 1. n. 13. Praelati vino affuere non deberent. Cur. 1. n. 227.

Premium.

Premium multum mouet. Cur. 3. n. 190. Premia huius vitae comparata alterius vitae premijs nulla sunt. Ibi n. 191. Illius efficacia ad inflatendos, & inflammandos animos. Cur. 3. n. 191. Premia huius vitae collata alterius vitae premijs mendacia sunt. Ibi n. 191. Premia etiam hic a Deo donata excedunt merita. Cur. 3. n. 191.

Præsentia Dei.

Homines componit, & ornat. Cur. 1. n. 3. Multum prodest videre, ac vicissim a Deo videri. Cur. 1. n. 4. Dei presentia vitia fugat. Cur. 1. n. 5. Eadem omnium bonorum plenitudinem dispensat. Cur. 1. n. 240.

Primogenitus.

Primogenitus Israel, quare dicitur. Cur. 1. n. 181.

Princeps.

Vitia in principibus diabolus collocat, ad ea facilius populares alliciantur. Cur. 5. n. 199. Petrus nisi in domo principis, Christum negat. Cur. 5. n. 208.

Prif-

Priscillianista.

Eorum error. Cur. 5. n. 69.

Propheta Prophecia.

Per Prophetarum manus loqui, quid sit. Cur. 1. n. 210. Propheciae donum pro meritis Deus, vel auget, vel minuit. Cur. 1. n. 241. Cum dicitur, neque propheta, de quo non intelligatur. Cur. 4. n. 178. Propheciae generatim loqui, Ioannes singulariter. Cur. 4. n. 240. Propheciarum constantia in arguendis sceleribus. Cur. 5. n. 236. Plectitur Aza, eo quod prophetam Dei, in carcerem coniecerat. Cur. 5. n. 294. A propheta ad monetur impendentium malorum. Cur. 5. n. 295. Castigata iniuria, illata prophetam Dei nuntio. Cur. 5. n. 296. Propheciae donum acquiritur bonis operibus. Cur. 6. n. 68. Ioannes praecognouerat, se occidendum. Cur. 6. n. 260.

Vide verbo Ioannes.

Prosperitas.

Prosperitatem apportant Angeli a dextris. Cur. 1. n. 117. Prospera, cum a dextris veniunt, nuntia. Cur. 1. n. 118.

Propinqui, consanguinei.

Viri Iudaei festinant vngere Dauid, quia erat eiusdem tribus ac sanguinis. Cur. 4. n. 70. Etiam Christus erat, erga consanguineos benignior. Cur. 4. n. 71.

Prosperitas, aduersitas.

Vide verbo Fortuna.

Pueritia, puer.

Pueritia Deo consecrata. Cur. 3. n. 19. Illius spiritalis feruor Demones fugat. Cur. 3. n. 20. Obedies non est appellandus puer. Cur. 2. n. 262. Pueritiam Ioannes cur Evangelistam non meminerint. Cur. 2. n. 263. Ad puerum recens natum, Zacharias sermone cur dirigit. Cur. 2. n. 286. Puer recens natus patris prophetiam intelligit. Cur. 2. n. 288.

Pyrae, ignes.

Vnde orta incendia in Ioannis peruigilio. Cur. 5. n. 58. & 59. Coniectura incendiendi hos ignes. Cur. 5. n. 62. Nouem cause horum incendiorum recensentur. Cur. 5. n. 62. ad n. 63. Ignis accenditur in Iordane, dum Christus baptizatur. Cur. 5. n. 64.

Religio.

Hebreorum religio delicijs eueritur. Cur. 1. n. 233.

Religiosus, monachus.

Facies pallida pulchra in monacho. Cur. 3. n. 125. Religiosus in palatium eat, ut vitia reprehendat, non ut aduletur. Cur. 5. n. 213.

Reprehensio.

Helisei in reprehendendo constantia. Cur. 5. n. 253. Herodem palam non reprehendit Ioannes. Cur. 5. n. 221. Natham Dauidem reprehensus, solum adit. Cur. 5. n. 222. Oziam clam reprehendit Azarias. Cur. 5. n. 223. Ut Ioannes libere reprehendat, a teneris virtuti se macipat. Cur. 5. n. 235. Si priuam reprehensionem quis non curet, ad publicam procedendum. Cur. 5. n. 235. In reprehendis peccatis, prophetarum constantia. Cur. 2. n. 236. Reprehendere, & arguere acriter, Diuinae gratiae est. Cur. 5. n. 237. Qualiter Ezechiel reprehendit Hierosolymam. Cur. 5. n. 238. Moyses reprehendit acriter, morti uicinus. Cur. 5. n. 239. Minax Deus in eos, qui non reprehendunt. Cur. 5. n. 240. Reprehensio Ioannis ignea. Cur. 5. n. 243. Helisei reprehensio instar acuti gladii. Cur. 5. n. 241. Azarias aeterno nomine dignus, quod Ozie audaciae se obiecerit. Cur. 5. n. 246. Quia animose restitit regi, dicitur Sacerdotio. i. suo munere functus. Cur. 5. n. 247. Helisei in reprehendendo constantia. Cur. 5. n. 153. Ioannes ab eremo venit, ut arguat. Cur. 5. n. 284.

Vvv 2

Regnum,

*Regnum, Reges,
Princeps.*

Regni Dei Ioannes primus prædicator. Cur. 3. n. 180. In regum palatij vitia coronantur. Cur. 5. n. 197. Sub Rege impio omnes inapij. Cur. 5. n. 198. Vicia in principibus diabolus collocat, vt ad ea facilius populares alliciantur. Cur. 5. n. 199. Pro Rege Salomone regnat Asmodeus. Cur. 5. n. 200. Procul aulis regum cupit esse Nazianzenus. Cur. 5. n. 201. Notabile factum, ac dictum Constantij. Cur. 5. n. 202. Herodis regnum, erat diaboli regnum. Cur. 5. n. 203. Regum curiæ definitio. Cur. 5. n. 205. Pungitur nimia libertas in palatio regum. Cur. 5. n. 206. Regum vitia æmulantur aulici. Eodem Cur. 5. n. 207. In domo principis Christum Petrus negat. Cur. 5. n. 208. Semel intrat palatium, & ter Dominum negat. Cur. 5. n. 209. Regis curia inficit, claustrum perficit. Cur. 5. n. 211. In palatia Regum religiosi veniant, non vt adulentur, sed vt redarguant. Cur. 5. n. 213. Rex, & Sol duo Dei simulacra. Cur. 5. n. 225. Regibus exhibenda reuerentia. Cur. 5. n. 226. Hoc Samuel; hoc tres pueri in fornace Babylonica fecerunt. Cur. 5. n. 227. Reuerentiam in reges etiam Hebræorum commenta docent. Cur. 5. n. 228. Regum oïsa, & sepulcra veneranda. Cur. 5. n. 229. Goram Regibus inflexiones licitæ. Cur. 5. n. 230. Fratres Regum eos aduenerari debent. Cur. 5. n. 231. Azarias dicitur Sacerdotio functus, quia Oziaz Regi restitit animosè. Cur. 5. n. 247. Moyses plagis Regem verberat, vt vile mancipium. Cur. 5. n. 250. Audacia Eliæ coram Rege plusquam humana. Cur. 5. n. 251. Regis dignitatem peccatum dedecorat. Cur. 5. n. 255. Regis nomine indignus, qui ad scelus impellit. Eodem Cur. 5. n. 256.

Rex Aza plectitur, quia prophetam Dei in carcerem conijcit. Cur. 5. n. 294. Idem admonetur à Prophetâ impendentium malorum. Cur. 5. n. 295. Brigantij Duces quanti fuerint apud Reges Lusitanæ. Cur. 4. n. 40. Viri Iuda festinant vngere Dauidem, quia eiusdem tribus erat. Cur. 4. n. 79. Regis verba, vt iuramentum. Cur. 4. n. 78. Regis sermones, quam veri haberi debeant. Cur. 4. n. 19. Rex quam verus esse debeat. Cur. 4. n. 77. Regum palatia fugiat rigida, & austerâ vita. Cur. 6. n. 58. Regibus familiarissimi sunt, qui coram semper esse iubentur. Cur. 5. n. 81. Regis Darij mater Ephestionis aspectu fallitur. Cur. 6. n. 106. Regni cælestis primus concionator Ioannes. Cur. 6. n. 129. In regno cælorum Christus minor Ioanne. Cur. 6. n. 129. Regibus Abraham terror erat. Cur. 6. n. 174. Mari rubro emensio timent Reges finitimi. Cur. 6. n. 175. Regis fastum deprimat peccatum. Cur. 6. n. 177. Rex Senacherib turpi morte occumbit. Cur. 6. n. 231. Regis Saulis armis non meruit Goliath mori. Cur. 6. n. 230. Rex Senacherib morte punitus ignobili. Cur. 6. n. 230. Regnum cælorum Soli humiles intrant. Eodem Cur. 6. n. 249. Reges facit martyrium. Cur. 6. n. 284. Legatus sui Regis maiestatem repræsentat. Cur. 6. n. 297. Princeps Iesu sua facta honorat prophetæ comitatu. Cur. 6. n. 180. Reges in terris Dei vicarij. Cur. 5. n. 231. Sunt Deo similes in excellentia dominandi. Cur. 5. n. 232. Reuerentia regalibus honorum imaginibus. Eodem n. 232. Thronus regius Dei sedes nuncupatur. Cur. 5. n. 233. Verba Regis Dei verba æstimantur. Cur. 5. n. 234. Nō tā Regū figura in nūmis, quā veritas seruari deberet. Cur. 4. n. 81.

Risus, ridere.

Risus Abrahe non erat ex diffidentia. Cur. 2. n. 65.

Ri-

Risus ante diem 40. perrarus. Cur. 5. n. 165. Solus Ioannes ante ridet, & exultat. Cur. 5. n. 166.

Sacerdos.

Sacerdotes in quatuor. & 20. classes diuisi. Cur. 1. n. 22. Qui dicebatur Sacerdotum princeps. Cur. 1. n. 24. Vino abstinebant. Cur. 1. n. 219. Thura incendere, nō erat summorum Sacerdotum tantum. Cur. 1. n. 25. Vini intemperantia in Sacerdotibus arguitur. Ibi. n. 222. Quare Ioannes ortus non sit à Summo Sacerdote. Ibi. n. 26. Sacerdotes plusquam homines. Cur. 2. n. 263. Legati Sacerdotes, & Leuitæ mittuntur ad Ioannem, & cur. Cur. 4. n. 48. Veritatē Sacerdos habebat in pectore. Cur. 4. n. 74.

Salome.

Herodiadis filia, nō Herodis erat Salomè. Cur. 6. n. 238.

Samuel.

Samuel ex moribus nobilis. Cur. 1. n. 49.

Sanguis.

Sanguinis potatio cui morbo prodest. Cur. 6. n. 233. Sanguine recreatus Herodes. Cur. 6. n. 234. Catilina socios factionis sanguine potauit. Cur. 6. n. 235.

Sancti, sanctitas.

Siv sanguinis effusi vindictam expectant. Cur. 3. n. 11. Illorum dos in perferendis laboribus. Cur. 5. n. 287. Patiuntur in hac vita. Cur. 5. n. 293. Illis carcer est solitudo. Ibidem. n. 306. Etiam mundus illis carcer est. Cur. 5. eodē. n. 306. Illorum vita tormentis probatur. Cur. 5. n. 310. In illis omnia dextera, in diabolo verò sinistra. Cur. 1. n. 120. Sanctitas ad plures se extendit. Cur. 1. n. 173. Vnus Sanctus instar hominum multorum. Cur. 1. n. 173. Sanctorum solennitates silentio diui-

nus celebrantur. Cur. 1. n. 315. Sancti magnam vitæ partem spirituali cibo aluntur. Cur. 3. n. 174. In alijs Sanctis laudes augeri possunt citra periculum, in Ioanne periculū est, nisi minuatur. Cur. 4. n. 265. Sancti alij in tenebris tantum lucent. Cur. 5. n. 47. Sancti patiuntur in hac vita, peccatores in alia. Cur. 5. n. 293. Sanctis mundus est carcer, & carcer solitudo. Cur. 5. n. 360. Sanctorum vita tormentis probatur. Cur. 5. n. 310. Aliorum Sanctorum laudes Ioannes longe excellit. Cur. 6. n. 34. Ioannes plus ultra omnes sanctos progreditur. Cur. 6. n. 114. Sanctis omnibus positivè maior. Cur. 6. n. 115. Sanctus nullus cælo par alteri. Cur. 6. n. 116. Quo sancti Christo plus accedunt, eo sanctiores. Cur. 6. n. 117. Ioannes, sanctorum omnium maximus. Cur. 6. n. 118. Aliorum sanctorum laudes longè superat. Cur. 6. n. 124. Maximus inter omnes. Cur. 6. n. 125. Sancti quanti faciendi sunt. Cur. 6. n. 246. Quanta sanctitatis opinio apud Indos de S. Francisco Xaverio. Cur. 4. n. 81.

Sapiens, sapientia.

Sapiens est Dei instrumentum. Cur. 2. n. 267. Sapientum fumi sugillantur. Cur. 5. n. 15. Ala scientiæ non volat, sine ala charitatis. Cur. 5. n. 16. Lucere scientia, & ardere charitate perfectorum est. Cur. 5. n. 17. Scientiæ lumen æquè omnibus effundit. Eodem Cur. 5. n. 21. Discrimen inter sapientes, & insipientes, doctos, & indoctos. Cur. 5. n. 22. Docti assimilantur Deo. Cur. 5. n. 23. Sapientum verba sunt clavi acutissimi. Cur. 5. n. 244. Dei scientia omnis eruditio coronari debet. Cur. 6. n. 281. Sola sapientia digna est, quæ honoretur. Cur. 6. n. 282. Hac vterque Ioannes, hac Deus ipse coronatur. Cur. 6. n. 283.

Scriptura sacra.

Ioanniste testimonium Scriptura sacra efficacius. Cur. 4. n. 250.

Scelus.

Vide verbo. Peccatum culpa.

Scientia.

Vide Sapiens. Sapientia.

Securitas.

In extrema angustia Petrus securè dormit. Cur. 6. n. 8. Falsa securitas periculo imminet. Cur. 6. n. 223. Vide verbo. Tranquillitas.

Sepulti, sepultura.

Quantam de sepultis curam veteres habebant. Cur. 2. n. 15. & 16. An Patriarchæ sepulti sint in Sichem. Cur. 2. n. 20. Primò positi in Sichem, postea translati in Hebron. Cur. 2. n. 21.

Sermo.

Anticipatus in pueris, quid significet. Cur. 2. n. 51.

Seraphim.

Christus venit, facturus Seraphinos in terris. Cur. 5. n. 10. Ioannes Seraphinus Christo proximior. Cur. 5. n. 4.

Silentium.

Magna mysteria silentio digna. Cur. 1. n. 299. Amoris diuini voces silentium desiderant. Cur. 1. n. 300. Nascitur ex admiratione. Cur. 1. n. 301. Dei generatio silentio decoranda. Cur. 1. n. 302. Conceptio, & natiuitas Ioannis silentio commendabilis. Cur. 1. n. 303. Ex sacro silentio summa lætitia deriuatur. Cur. 1. n. 306. Silentium prophetarum Ioannes est. Cur. 1. n. 308. Prophetarum silentio magna Ioannis vox expressa. Cur. 1. n. 314. Silentio celebriores fiunt sanctorum solennitates. Cur. 1. n. 315. Silentium vocem præit. Cur. 1. n. 316.

Iob silentio loquitur. Cur. 1. n. 317. Silentij loquacis exempla. Cur. 1. n. 318. S. Lucas silentio Ioannem dilaudat. Cur. 6. n. 31. Silentium prophetis Ioannes imposuit. Cur. 6. n. 69.

Sol.

DEi est simulacrum. Cur. 5. n. 225. Ioannes coram Sole Sol alter. Cur. 5. n. 46. Sol æstimabatur, cum esset Lucifer. Cur. 5. n. 48. Coram Sole non disparuit Lucifer. Cur. 5. n. 57. Heliorotropij in Solem inflexio, nature miraculum. Cur. 5. n. 73. Sol, & Rex duo Dei simulacra. Cur. 5. n. 225.

Solitudo.

Solitudo cogit caelestia meditari. Cur. 3. n. 61. Orare seorsim, & solitariè, Christus nos docuit. Cur. 3. n. 62. In solitudine orandum. Cur. 3. n. 63. Habita ibi oratio ducit ad perfectionem. Cur. 3. n. 65. Cognationem habet cum Deo. Cur. 3. n. 67. In solitudine Ioannes semper orabat. Cur. 3. n. 68. Ad illam propendebat Abraham. Cur. 3. n. 69. Deus ante mundi creationem semper fuit in solitudine. Cur. 3. n. 70. In solitudine paradisi reperitur. Cur. 3. n. 71. In cauiuebat Ezechiel. Cur. 3. n. 72. Solitarij secretorum capaces. Cur. 3. n. 73. Solitudinis laus. Cur. 3. n. 140. Qualis, & quanta fuit Christi solitudo. Cur. 3. n. 142. Solitudo turture significata. Cur. 4. n. 161. Ciuitatem Samuel mutat solitudine. Cur. 4. n. 162. Annis 30. commoratur Ioannes in solitudine. Cur. 4. n. 163. Solitudo paradisi. Cur. 4. n. 164. In solitudine splenduit Christi gloria. Cur. 4. n. 165. Vide verbo. Eremus.

Spectacula.

Vide verbo. Theatra.

Spelunca

Spelunca.

In spelunca propè Iordanem Ioannes habitauit. Cur. 4. n. 281. In eam speluncam, Ioannem inuisendi causa, Christus sæpe dicitur aduenisse. Cur. 4. n. 282.

Spiritus Sanctus.

Prestat Spiritu Sancto repleti, quã Sanctificari. Cur. 2. n. 185. Spiritum Sanctum Solum Christum, Solumq; Ioannem specie colubæ descendentem vidiisse, testantur aliqui. Cur. 4. n. 24. Spiritus Sanctus columbæ specie visus ab omnibus, qui aderant. Cur. 4. n. 49. Columba in Christi caput lapsa, quis Christus, quis Ioannes esset, demonstrat. Cur. 4. n. 42. Spiritum Sanctum, quare à Patre procedere Christus dixit, non à se. Cur. 4. n. 227. Spiritus Sanctus, quot, & quales in animis mutationes efficiat. Cur. 1. n. 243. Spiritu Sancto repletur Ioannes etiam in vtero. Cur. 1. n. 238. Spiritu Sancto repletur Apostoli, prouecta iam ætate. Cur. 1. n. 239.

Status innocentia.

Ferè nihil differt ab statu naturæ integræ in ordine ad moralem potestatem. Cur. 5. n. 104.

Stagnum Genesareth.

Stagnum Genesareth, & mare Tyberiadis vnde, & vbi. Cur. 3. n. 123. Mari mortuo absorbetur, nec amplius visitur. Ibi n. 124.

Stella.

Ioannes Christi Stella. Cur. 5. n. 70. Stella visa, Christo nascente, non fuit illis fatum. Cur. 5. n. 70. Ioannes stella Christum attrahens. Cur. 5. n. 71.

Superbia, superbus.

Pharisæus elatus superbia bonorū iacturam fecit. Cur. 4. n. 89. Per superbiam ruit Lucifer. Cur. 4. n. 91. item n. 111. Homo è luto formatus, ne superbiat. Cur. 4. n. 103. Adamus vltimus in rerum ortu creatur, ne superbiat. Cur. 4. n. 121. Superbos Deus à se remouet: humiles tibi adiungit, & cur. Cur. 4. n. 199. Superbia literatorum suggillatur. Cur. 5. n. 15. Superbiæ tumor mentem precipitat. Cur. 4. n. 111. Lucifer, & Adam ascendendo per superbiam, descenderunt. Cur. 4. n. 202. Superbia fugienda in conuertendis animis. Cur. 6. n. 86. Vitandum inter concibnandum superbiæ vitium. Cur. 6. n. 89. Superbia tenebras animis infundit. Cur. 4. n. 111. Exemplum Luciferi, & Nabuchodonosoris. Ibidem.

Suspiria.

Vide verbo. Gemitus.

Tabernaculum.

Primum tantum tabernaculum Sacerdotes intrabant. Cur. 1. n. 104. Cur Angelus in primo tabernaculo apparuit. Cur. 1. n. 105.

Templum.

Zacharias familiare Dei templum. Cur. 1. n. 1. Templum Hierosolymę in tres diuisum partes. Cur. 1. n. 102. Primum Romæ templum erectum honori Ioannis pariter, ac Saluatoris. Cur. 1. n. 194. In templo cordis immolatur iustitiæ sacrificium. Cur. 2. n. 255. Templum, ac Deum intra nos possumus inuenire. Cur. 2. n. 252.

Tentatio.

Superandæ sunt, non fugiendæ tentationes. Cur. 6. n. 9.

Terminus

Terminus olim Deus habebatur. Cur. 6. n. 149. Ioannes, vt terminus, reliquos superat Sanctos. Ibi n. 150.

Terra

Terra prius in spera floribus, quā cælum sideribus. Cur. 2. n. 124.

Testamentum

Ioannes noui testamenti archidux. Cur. 6. n. 120. Idem vtriusque legis terminus. Ibi n. 121.

Testimonium

Christus non à quibuslibet testimonium accipit. Cur. 4. n. 225. In reddendo testimonio qualis Ioannes. Ibi n. 226. Vt Ioannis de Christo testimonium firmiter esset, in solitudine vixit. Ibi n. 228. Testimonij Ioannis de Christo crebra mētio in Euangelio, & cur. Ibi n. 229.

Theatra, Comadia, spectacula

Dies cōiuijs, & spectaculis dicati. Cur. 6. n. 188. Inuectio in theatra, & tripudia. Cur. 6. n. 188. Lasciui saltus in theatro, duce diabolo, fiunt. Cur. 6. n. 189. Comædiæ enervant animos. Cur. 6. n. 189. Comædijs se Patres Societatis opponunt. Cur. 6. n. 191. Sancti Patres theatrales actiones acriter obiurgant. Cur. 6. n. 193. Quot genera spectaculorum. Cur. 6. n. 194. Qui contra ea scripserint. Cur. 6. n. 194. & 197. Olympici agones tolerari cæpti. Cur. 6. n. 195. Ludi gladiatorij tempore Constantini nō prorsus extinxi. Cur. 6. n. 196. Monachus gladiatores dirimēs obruitur lapidibus. Cur. 6. n. 196. Circenses ac scenici ludi diu perstiterunt. Ibi n. 197. Veriti sacratoribus diebus. Cur. 6.

n. 198. Spectacula ferarum lacrymosa. Cur. 6. n. 198. Circenses prohibentur die Dominica. Cur. 6. n. 199. Dedecet graues viros commædes domum recipere. Cur. 6. n. 200. Ratio ob quam sunt declinanda spectacula. Cur. 6. n. 206. Satius est, esse in carcere, quam in theatro. Cur. 6. n. 207. Alia causa vt declinentur. Cur. 6. n. 208. Christiani spectacula olim execrabantur. Cur. 6. n. 208. Spectacula olim idololatria mixta. Cur. 6. n. 209. Ob turpitudinem olim vetabantur. Cur. 6. n. 210. Tertia causa remouens ab spectaculis. Cur. 6. n. 211. In theatris morum feditas. Cur. 6. n. 213. Spectacula flammæ cupidinis suscitant. Cur. 6. n. 215. Barbari etiam spectacula detestabantur. Cur. 6. n. 221. Ignaua aliquorū excusatio. Cur. 6. n. 201. 226. Dei iram laceſſunt. n. Cur. 6. n. 202. Qui illis fauent remp. euertunt. Cur. 6. n. 203. Histrionem Alcibiades præcipitavit in mare. Cur. 6. n. 204. Apud Romanos erant infames. Cur. 6. n. 204. Eos damnant leges tum ciuiles, tum canonicæ. Cur. 6. n. 205. Sempronius vxorem reiecit, quod ludos scenicos spectasset. Cur. 6. n. 206. Testimonia circa illorum impuritatem. Cur. 6. n. 212. Qualiter peccetur lethaliter. Cur. 6. n. 217. Duplex scandalum. Cur. 6. n. 218. alia ratio scandali in theatris. Cur. 6. n. 219. His lasciujs prouinciæ funditus euerſe. Cur. 6. n. 220. Ijs populus insaniebat. Cur. 6. n. 220. Illorum purgationes, quia histriones fouent. Cur. 6. n. 222.

Timor, timere

Securè pergit, qui sibi timet. Cur. 4. n. 98. Apum exemplum sibi timentium. Cur. 4. n. 99. Vt Apostoli sibi diffidant, magnam subeunt tempestatem. Cur. 4. n. 110. Ioannes omnem timorem excludebat, vt qui totus erat ad amorem natus. Cur. 4. n. 282.

Timor

Timor sollicitam reddit animam. Cur. 3. n. 37. Animam roborat. Cur. 3. n. 38. Danielem, & Ionam reddit securos. Cur. 3. n. 39. Timore ductus Elias cælum petijt. Cur. 6. n. 153. Timor quantus in peccatore. Cur. 6. n. 175. Timoris signo plectitur Cain. Cur. 6. n. 243. Ioannes timoris inops in terras rediret, vt Reges argueret. Ibi n. 154. Timor Dei solum Christum replet vn diq; Cur. 3. n. 39.

Tranquillitas

Iusti in tranquillitate timent tempestatem. Cur. 1. n. 124.

Trinitas

Trinis veritatis robur. Cur. 4. n. 113. Trinitatis medius Ioannes. Cur. 4. n. 243. & 245. Trinitatis amanuentis Ioannes fuit. Cur. 4. n. 251. Tota Trinitas Ioanni baptizanti affuit. Cur. 5. n. 138. Trinitas terrena quænam dicatur. Cur. 5. n. 139. Trinitas intra carcerem suos exercet ad victoriam. Cur. 5. n. 285. Trinitas baptismo Christi affuit. Cur. 3. n. 134. Tres diuine personæ Ioannem suam esse volūt, & nominant. Cur. 6. n. 81. Trinitatis agnitionem Ioannes primus assequitur. Cur. 6. n. 150. Trinitatis mysterium Ioanni prius innotuit. Cur. 5. n. 193. Diuinæ Trinitatis personæ Ioannem medium collocant. Cur. 5. n. 194.

Tribus

Tribus Iuda, & Leui veneratione dignæ. Cur. 1. n. 19. Leuitica donatur 48. ciuitatibus. Cur. 2. n. 2. De tribu Zachariæ cur nulla fiat mētio. Cur. 1. n. 15.

Veritas

Reperitur etiam in libris apocriphis. Cur. 3. n. 12. Non negat Ioannes, quod est, sed quod non est. Cur. 4. n. 112. Veritatis robur

Trinitas. Cur. 4. n. 113. Veritatem Sacerdos portabat in pectore. Cur. 4. n. 74. Veritatis splendore obcæcatur Pilatus. Cur. 4. n. 75. In retinenda veritate constans vigor. Cur. 4. n. 76. Quam amans veritatis Rex esse debeat. Cur. 4. n. 77. Quam veri habere debeant sermones Regis. Cur. 4. n. 79. Veritas potius, quam Regum figura in nummis seruari debet. Cur. 4. n. 81. Veritatem edicere Deo proprium. Cur. 4. n. 257. Pro veritatem mortem Ioannes obiuit. Cur. 6. n. 264. In corrupta S. Francisci Xauerij veritas. Cur. 4. n. 81.

Verbum diuinum

Illius vis Baptistam à delicijs eremi potuit abstrahere. Cur. 3. n. 116. Eiusdem efficacia Mattheum abstrahit à telonio Eodē Currū, ac numero 116. Eius vis in ore mulieris totam Samariam commouit. Cur. 3. n. 117. Eadem mortuos resuscitat. Cur. 3. n. 118. Eadem cor Iudæ exsuscitauit. Cur. 3. n. 119. Siligetur, erumpit fertius. Cur. 5. n. 282. Quanta Verbi diuini sit efficacia. Cur. 4. n. 171. Est instar securis. Cur. 4. n. 172. Vna Christi voce cohors militum exterritur. Cur. 4. n. 173.

Verecundia

Pudor animi qualis esse debeat. Cur. 1. n. 12. Pudoris, & verecundiæ laus. Cur. 4. n. 168. Pudoris argumentum columba. Cur. 3. n. 53.

Verbera

De illorum vibicibus pro Christo gloriandum. Cur. 5. n. 312.

Vestis

Mollis vestis luxuriæ nidus. Cur. 3. n. 156. Vestem suam appellat Ioseph rudiorem. Cur. 3. n. 157. Item Esther suam vocat vestem luc-

tuosam

Index

tuosam. Ibidem. Penitentia vestes ornatisime. Cur. 3. n. 158. Puræ vestes apud antiquos. Eodem Cur. 3. n. 170. Veste singulari vitur Ioannes. Cur. 3. n. 171. Cili-cina vestis molles vestitus cernere exhorrescit. Cur. 5. n. 265. Notatur vestes sericæ, & molles. Cur. 6. n. 55. Vestis pulchritudo mundi vi-torem vincit Alexandrum. Cur. 6. n. 55. Herodianæ vestis splendor no-tabilis. Cur. 6. n. 56. Vestium lu-xus peregrinus. Cur. 6. n. 57. Ve-stes molles taxantur in Christianis. Cur. 6. n. 58. Romanam Remp. dissiparunt. Cur. 3. n. 156.

Victima.

Quare victimarum pedes liga-bantur. Cur. 3. n. 88.

Vindicta.

Si sanguinis effusi à sanctis expe-titur. Cur. 3. n. 11.

Vinum.

Vinum fugiant iuvenes. Cur. 1. n. 218. Gur à vino Sacer-dotes abstineant. Cur. 1. n. 219. Debilitat lumen rationis. Cur. 1. n. 220. Vineæ à primordijs mundi non plantata. Ibi n. 223. Vinum prælior est motor. Cur. 1. n. 224. Vinum, non diluuium Noe prostravit. Cur. 1. n. 225. Pudorem ab-iicit. Cur. 1. n. 126. Vino præsu-les assuescere non deberent. Cur. 1. n. 227. Vini vsum modicum Pau-lus Timotheo valde penitenti con-celsit. Cur. 1. n. 228. Vino Timo-theus, quali rigore abstinebat. Cur. 1. n. 229. Regia deliberatio de non potando vino. Cur. 1. n. 230. Vini auersionem Ioannes exemplo docet. Cur. 1. n. 231. Vini delicia ex odo ribus. Ibidem.

Virtus.

In virtutis via ulterius semper eni-tendum. Cur. 3. n. 2. Instar Ioseph semper crescendum. Cur. 3. n. 4. Nobis est propugnaculum. Cur. 3. n. 76. Illius incrementum mul-tum Enoch euexit. Cur. 3. n. 86. Illius exercitatio doctrinam menti af-fert. Cur. 5. n. 14. Virtutis est plurimos beneficijs afficere. Cur. 1. n. 174. In virtutis via magni Ioan-nis progressus. Cur. 3. n. 1. Vir-tutibus concionator prius luceat, quã prædicet. Cur. 3. n. 93. Virtus amat pericula. Cur. 6. n. 7. Vir-tutis locus carcer. Cur. 6. n. 59. Vir-tus mirabilis, & laudabilis etiam ma-lis. Cur. 6. n. 179. Virtutis pulchri tudinẽ amant, qui virtutem ipsam ode-runt. Cur. 6. n. 181. Viruti suus semper hostis adest. Cur. 6. n. 187. Virtus, sine proprijs meritis, non est virtus. Cur. 1. n. 52. Virtus Deo simillima. Cur. 1. n. 54. Virtu-tis via semper eundum erit ultra. Cur. 1. n. 72. Virtutis via crescendum erit continuò, vt pueri continuò cres-cunt. Ibi n. 73. & Cur. 3. n. 4. Eadã via celeritèr eundum. Cur. 3. n. 75. 76. Hac via, qui non progreditur, regre-ditur. Cur. 3. n. 77. Hac via an-geli non stant, vel ascendunt, vel des-cendunt. Cur. 3. n. 78. De ea re S. Hilarionis exemplum. Ibi n. 79. Ad finem huius viæ nemo peruenisse putet. Cur. 3. n. 80. Virtutum omnium regimen gratitudo. Cur. 4. n. 220. Virtus crescit duritia, mollitia destruitur. Cur. 6. n. 168.

Vita.

Vitæ primordia Deo consecran-da. Cur. 3. n. 19. Vita la-chrymis dicata. Cur. 5. n. 163. Vi-ta primò lachrymis salutatur. Cur. 5. n. 164. Vitæ Spirituales feruor spectabilis in S. Hilarione. Cur. 1. n. 79. Huius vitæ bona mendacia sunt. Cur. 3. n. 191. Huius vitæ præmia nulla sunt comparata præmijs alterius.

Cur.

Rerum

Cur. 3. n. 191. Etiam in hac vi-ta Dei præmia excedunt merita. Cur. 3. n. 191.

Virgo, Deipara.

Virginis natiuitas celebrata. Cur. 1. n. 184. Eius in auos inten-ta religio. Cur. 2. n. 27. Festinat, vt Ioannes sanctificetur. Cur. 2. n. 32. Festinat, vt Elisabethæ congratuletur. Cur. 2. n. 33. Vt eiusdem domum repleat bonis omnibus. Cur. 2. n. 34. Vt illi inferuiat. n. 35. Vt Ioan-nes etiam in vtero propheta fiat. Cur. 2. n. 36. Ad eius aspectum Ioannes originali culpa liberatur. Cur. 2. n. 82. Eius præsentia præsens medicina fuit. Cur. 2. n. 85. Virgo triumphat de diabolo, purificato Ioanne. Cur. 2. n. 102. Deiparæ visitatio fuit cau-sa sanctificationis Ioannis. Cur. 2. n. 100. Deipara fuit Sacramento-rum Scrinium. Cur. 2. n. 103. Deiparæ Saluatio quantæ fuerit efficacie. Cur. 2. n. 104. Non solum fuit signifi-catiua, sed etiã effectiua. Cur. 2. n. 105. Eius auspicio Ioannes faustè delinea-tus. Cur. 2. n. 123. Non se Do-mini matrem declarat. Ibi n. 130. Regina ancillã inuifit, & salutat prior. Cur. 2. n. 155. Eius humilitatẽ miratur Elisabeth. Eodem Cur. 2. n. 158. Ioannem sinu fouet. Cur. 2. n. 168. Amplexu consecrat, & insignit. Cur. 2. n. 169. De Virginis discessu prius, quam de Ioanis natiuitate Euangelis-ta scripsit per anticipationem. Cur. 2. n. 179. Eius præsentia magnã Ioanni gratiã contulit. Cur. 5. n. 103. Ex eius verbis magna bona redundarunt in Ioannem. Cur. 5. n. 142. Illi Dei mater famulatur. Cur. 5. n. 183. Docuit, non omnem ætatem esse ido-neam docendo. Cur. 3. n. 100. Ioannem celeriter felicitauit. Cur. 2. n. 107. Aliæ cælo sequuntur ag-num, illa præit. Cur. 3. n. 179.

Virgines, Virginitas.

Virginitas martyrio conlangui-neâ. Cur. 6. n. 253. D. Mat-thæus virginitatis hostia. Cur. 6. n. 258.

S. Stanislaus dudplici castitatis coro-na insignis. Cur. 6. n. 258. Victimæ coronabantur. Cur. 6. n. 260. Virgines Reges vocatur. Cur. 6. n. 282.

Visitationes.

Quomodo faciendæ sint. Cur. 2. n. 43. Visere quid significet. Cur. 5. n. 107.

Voluptas.

Voluptas in serpente significata. Cur. 3. n. 75. Omnia præuer-tit. Ibi n. 165. Voluptas Christi est animarum conuersio. Cur. 2. n. 257.

Voluntas propria.

Est animal indomitum. Cur. 1. n. 245. Illi multi seruiunt. Cur. 1. n. 246. Illius motus varij Cur. 1. n. 247. Vim cælo infert, qui illi renuntiat. Cur. 1. n. 248. Pernicies propriæ voluntatis. Cur. 1. n. 249. Abnegata voluntate pro-pria Deus placatur. Cur. 1. n. 250.

Vox.

Vox Verbi magni magna esse de-bet. Cur. 2. n. 140. Vox Eli-sabeth vnde magna. Cur. 2. n. 142. Ex voce, qua Christus spirauit, Deus agnoscitur. Cur. 2. n. 143. Ma-chabæus voce vincit, Dum voce frau-datur. Cur. 5. n. 322. Vide verbum. Ioannes.

Urbs, Civitas.

Ad vrbes Ioannes nõ venit. Cur. 3. n. 32.

Vrbalitas.

Vide verbo. Comitas.

Zacharias.

Probabile, fuisse Pontificem maxi-mum. Cur. 1. n. 20. Oppositum certius. Cur. 1. n. 21.

Zacha-

Index

Zacharias praest octaug classi. Cur. 1. n. 23. Zachariae nomen prodit mysterium. Cur. 1. n. 28. Dei nomen in nomine Zachariae. Cur. 1. n. 35. Zacharias quorsum laudatur. Cur. 1. n. 41. Zacharias angelos solebat intueri. Eodem Cur. 1. n. 84. Zachariam inuisit angelus, qui Mariam Salutaerat. Cur. 1. n. 85. Zacharias angelum humana specie visibilem intuetur. Cur. 1. n. 96. Zacharias cu qui apparuit, Dei angelum esse cognouit. Cur. 1. n. 101. Qua parte Zachariae angelus apparuit. Cur. 1. n. 103. Zachariae tempore nonnisi primum tabernaculum intrabant Sacerdotes. Cur. 1. n. 104. Zachariae metus, spectato angelo, quid significet Cur. 1. n. 106. Zacharias publicae vacabat utilitati, cu ei angelus apparuit, Eodem Cur. 1. n. 126. Zacharias quam nis de filio dubitauit, de mysterio tamen incarnationis non potuit addubitare. Cur. 1. n. 307. Fit etiam Zacharias propheta. Cur. 2. n. 128. In eius ore loquitur Spiritus Sanctus. Cur. 2. n. 129. Quante faelicitates Zachariae domui affuerint ex Deipare praesentia. Cur. 2. n. 166. Zacharias in Ioannis nomine beneficij memoria inscripsit. Cur. 2. n. 221. An os aperuerit post scriptum Ioannis nome, an dum scriberet. Cur. 2. n. 234. Inter templum, & altere ab Herode oc-

ciditur. Cur. 3. n. 7. Illius necis causa probatur. Cur. 3. n. 9. Filius extitit Barachiae. Cur. 3. n. 10. Mutus erat, & surdus. Cur. 5. n. 161. Vterq; sensus restituitur: diuinus redditur. Cur. 5. n. 162. Ad puerum recens natum sermonem cur dirigit. Cur. 2. n. 286. Zachariae nutus plurifariam loquitur. Cur. 4. n. 142. Zacharias Dei templum. Cur. 1. n. 1 De Zachariae tribu quare non fiat mentio Cur. 1. n. 15.

Zelus.

Q Vem Zelus Dei exurat. Cur. 1. n. 272. Zelus Phinees. Cur. 1. n. 273. Quod zelo Dei fit, ad Deum pertinet. Cur. 1. n. 274. Impatientia ex zelo laudabilis. Cur. 1. n. 271.

Zelus animarum.

E Tiam in carcere enititur Ioannes, vt animas trahat ad Christum. Cur. 6. n. 6. Ieremias dum per se ipsum non potest, praedicat per interpretem. Cur. 6. n. 18. Paulus in carcere spirituales filios lucratur. Cur. 6. n. 19.

Zona.

Z Ona pellicea libidinem coarctet. Cur. 3. n. 155. Sobrietate significat. Cur. 3. n. 179. Effrenes animi motus iugulat. Cur. 6. n. 253.

ERRATA.

Folio 25. col. 2. Curru. 1. n. 75. in Summario pro de curiente, lege decurrente. Curru 4. fol. 326. col. 1. in fine pro pellicebat, lege, pelliciebat. Cur. 5. n. 22. folio 450. col. 2. in margine pro. mganum, lege magnum. r. 4. fol. 336. col. 1. in fine in laudato loco S. Laurétij Iustiniani, si forte legeris (occurrimus enim errori) in tuo volumine. Voluit Ioannes se extollere, &c. Corrige. Noluit, &c. Hæc excidisse animaduerti, reliqua lectoris prudentis, ac docti correctioni subiicio. Vale.

In fine alterius partis copiosum dabimus indicem, tum
pecularem eiusdem, tum generalem
vtriusq; partis.



Handwritten index table with columns for page numbers and titles. The page numbers are listed vertically on the left side of the page. The titles are written in a cursive hand and include various entries such as 'Zelus', 'Zona', and 'ERRATA'. The table is organized into several sections corresponding to the printed text on the left.

